exceptione perſonarũ.l.fi.& ibi gl.
ff.de re.di.neq; fauorem impietati
pro iuribus impartire debet, cap.
qui poteſt obuiare.xxiij.q.ij.aliquã
do enim ſecundũ iura utetur mera
iuſtitia, quandoque rigore iuris,
quandoque æquitate,ſecundũ per-
ſonas,cauſas,loca,& tempora:ut c.
ſicut dignum,extrà,de homi.quin-
imo etiam æquitatẽ præ oculis ha-
bere debet.l.ꝙ ſi Epheſi.ff.de eo,
7 quod cer.lo.¶ Dicit enim gloſ.l.ad
ſplẽdidioris.C. de diuer.offi.& ap-
pa.iudi.lib.xij. Diſcite ergo iudices
finium terræ: præbete aures, qui
continetis multitudines,& placetis
uobis:in turbis nationũ quoniam
data eſt à Domino poteſtas uobis,
& uirtus ab altiſsimo, qui interro-
gabit opera ueſtra,& cogitationes
ſcrutabitur.Quoniã cùm eſſetis mi
niſtri regni illius,non recte iudica-
ſtis,nec cuſtodiſtis legẽ iuſtitię,ne-
que ſecundũ uolũtatem Dei ambu-
laſtis,horrendè , & citò apparebit
uobis.Quoniã iudiciũ duriſsimum
in his qui præſunt, fiet. Cuſtoditio
legũ conſummatio incorruptionis
eſt, incorruptio facit eſſe proximũ
8 Deo,ut ſapiẽ.c.vj. ¶ Debet etiã iu-
dex habere fidelitatẽ,ut dicit text.
in proœ.inſti.§.cũque hoc.ibi,circa
noſtras iuſsiones fidẽ.& hæc eſt fi-
delitas,quã iudex debet habere cir
ca iuſsiones principis,quæ ſibi cõ-
mittũtur:hoc eſt,ut leges,quas fa-
cit princeps , obſeruet eas ad un-
guẽ.Si enim iudex diſcrepat in ali-
quo à lege,infidelis eſt,ſiue hoc fa-
ciat malitia,ſiue ignorantia,& per-
dit effectũ iudicis.& hoc eſt, quod
dicit text.ĩ c.iudicet.iij.q.vij. Bonus
iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, &
ex propoſito domeſticæ uolũtatis,
ſed iuſta,leges,& iura pronuntiat.

9 ¶Ité Iudex debet eſſe mitis,& placidus omnibus,& habẽs paternam affectionem,ut in auth.de manda.
10 princi.§.pręcipue. ¶Licet in examinãdo reos criminis debeat ſe oſtẽdere terribilẽ,ut in d.auth.de manda.prin.§.talem uerò.not.in l.ob-
11 ſeruandũ.ff.de offi.præſi. ¶Nõ tamen debet eſſe nimis crudelis,aliàs remoueri poſſet,ſicut ſi eſſet nimis nègligens.l.j.& ibi Barto.C. de off.
12 præſe. urb. ¶ Imò debet ſubditos ex dilectione,& non ex odio corrigere.xxiij.q.iiij.c.ita.& quãto maius eſt peccatum, tãto ſeuerius eſt uindicandum , ut q.j.c. ex multis.
13 ¶Et in cognoſcendo neque excandeſcere aduerſus eos,quos malos putat,neq; precibus calamitoſorũ illachrymari oportet,id certè non conſtantis,& recti iudicis eſt,cuius animi motum uultus detegit:ſummatim ita ius reddere debet,ut authoritatem dignitatis ſuo ingenio augeat.l. obſeruandum.ff.de offic. præſi.& l.quiſquis.C. de poſtulan.
14 ¶Benigne auſcultet ſubditos uenientes ad eum , & iuſtitiam petentes, prouideátque indemnitati eorum, eóſque nõ repellat,aliàs teneretur de iuſtitia denegata , & puniretur criminaliter,ac parti teneretur ad intereſſe.l.j.ff.de ua.& extraor.cog. & quot modis dicatur iuſticiã denegare,uide Par.de Pu.in lib.ſyndi.in titu.de quin.ſyndi.offi.uerſi. quali-
15 ter autẽ probabitur. ¶Sed nec admittat de facili omnes accuſationes,& querimonias,nec eis ſtatim credat,ſed moneat,& examinet deferentes,cuius exiſtimationis ſint, cuiúſue qualitatis,& famæ , & qua intẽtione accuſent ,quáſue probationes afferant,& nõ ſtatim iraſcatur contra delatos,eos proſequendo odio , ut ſolent facere quidam proterui Iudices,qui ſtatim habita accuſatione iraſcuntur cõtra miſeros accuſatos,& eos odio ingenti proſequũtur,ut de his omnibus habetur per Specu.in tit.de iudi. præpara.uerſi.circa iudicẽ.Solent enim frequenter per calumniã fieri querelę,ut aliquid extorqueatur à delatis,ut dicit Par.à Put.in lib.ſyndi.in fine ſui tractatus. uerſi.quidam uir multos caſus in facti contingentia referens.Conſideret etiam, ſi delictum,de quo fit accuſatio , poterat impune fieri uel ſecundũ formã ſtatuti,uel aliter:ut ſic non admittat, nec recipiat dictã accuſationẽ. ſecundum Bar.in l.ſi ſeruus.C.de his, qui ad eccle.confu.uideatq́;,ſi accuſare uolens tacite, uel expreſſe renuntiat accuſationi, quòd repellendus eſt.l.accuſationẽ.& l.ſi ea quæ.
16 C.qui accu.nõ poſſ. ¶Similiter redigi in actis faciat nomẽ,& cognomen querelã producẽtis,aliàs querela non teneret.ſecundũ Bald.in l. pe.C.de accu.& Alex.in l.libellorũ.
17 ff.eo.ti. ¶Caueat ut ab igne,ut uiolentas manus in ſuæ iuriſdictioni ſubiectos non imponat,uerberando,uel eos aliis iniuriis afficiendo, quia teneretur actione iniuriarum. l.j.§.iniuriam autẽ.uerſi. quotiens
18 manus inferuntur.ff.de iniu. ¶Nec inferat eis metum,ut ipſos reducat ad compoſitionẽ:ſed in cauſis procedat ſeruato iuris ordine,cũ aliàs committeret cõcuſſionem,& teneretur criminaliter, & puniretur.ſecundum Par.de Put.in lib.ſyndi.in
19 titulo,de qui.ſyndi.offi. ¶Audiat,&

recipiat allegationes partiũ, & eas nõ recuſet uidere,& audire,& cum aduocatis partium diſcutere, aliàs puniretur:per l.argentarius.§.cùm autem.ff.de edẽdo.quod dicit Bal. in l.nec quicquam.§.proficiſci.xvij. q.procedere potius de allegationibus facti,quàm iuris.ut dicit etiam Par.à Put.in lib.ſyndi.in uerbo,alle-
20 gationes. ¶ Temere allegantibus ſilentiũ imponat,cũ ad id teneatur. ſecundum Bal in l.j.C.de lega.ſtudeatq; partes ad cõcordiã reducere,cùm etiã ad id teneatur.l.æquiſſi-
21 ſimum.ff.de uſufru. ¶ Appellãtibus ab eius ſentẽtiis aliquam iniuriam non inferat,aliàs puniretur.l.mini-
22 me.C.de appel. ¶ Et quia iudicare eſt munus publicũ.l.quippe.& l.iudicare.de iudi.ideo oportet iudices cuncta rimare.c. cũ Ioannę,extrà, de fi.inſtru.c.ſuper quæſtionum.de offi.dele.§. intentionis.& debet à ſeipſo iudicare,& non habere conſilium cum aduocato partis aduerſæ,ſecundũ glo.in l.proximè.ff. de his quę in teſt.delen.poteſt tamen cũ aduocato partis aduerſæ diſputare,& ipſum reducere ad incõueniens.l.Offidius.ff.de lega.iij. & poteſt emendare libellũ ab aduocato formatũ,& quod pronuntiauit defendere.c.dilectus.extra,de reſcrip.
23 ¶ Maleficia puniat,iueſtiget,& inulta nõ ſinat pertranſire:nã diſsimulantes maleficia,& non punientes, acriter debent puniri.l.j. de deſert. ſecundum Bart.ibi. & l.fi.C. publi. læti.lib.xij.& ibi Bar. & punientur, ſicut ipſi ſcelerati.vt l.fi.C.ne ſanct. bap.& l.ſiquis in hoc genus.C.de
24 epiſco.& cleri.¶ Et boni iudicis eſt uti gratificatiõe in pœnis,& abſoluere,uel condemnare.tamen recta uia eſt condẽnare,& uti ſeueritate, & non pietate in enormibus.l.diuus.ff.de re.iu.in uerbo,ſentire. & Bal.in l.ea,quæ.C.de condic.inde. & ſi gratia, uel diſsimulatione non punit maleficia, ipſe debet puniri, ſecundum Bar.in l.j.de deſer.lib.xij.
25 ¶ In arbitrariis non ſit nimis fauorabilis,quia cui datur laxior habena,magis prę oculis habere debet æquitatẽ.l.quòd ſi Epheſi.ff.de eo, quod cer.lo.& in auth.de iureiurã. quod præſta.ab his.ſecundũ Bal.in l.fi.de pe.iud.& Inno.in c.cum æter-
26 ni.de re iudi.in vj.¶ Sit diligens in recipiendis querelis ſeruatis prædictis, & ipſis receptis procedat ad examẽ teſtiũ,& ad diligenter inueſtigandum,& celeriter de expoſitis in querelis quærendo indicia,coniecturas,& præſumptiones,ex quibus animus ſuus meritò moueri,& informari poteſt ad credẽdum, uel non credendũ ea,quæ expoſita fuerunt in querelis.aliàs diceretur negligẽs,& faceret litẽ ſuam.l.argentarius.§.cũ autem.ff.de eden.in uerbo,iudice.& l.mancip.& ibi Bal.C. de ſer.fugi.& non admittẽs querelas iuſtas,& non examinans teſtes ſuper eis, quomodo puniatur,uide Ange.de Are.in lib. malefi.in uerbo,nec hoc ad querelam.colũ.24.
27 ¶ Similiter in caſibus, in quibus ex officio poteſt inquiri, & procedi, attendat cum omni diligentia ad inquirendum.aliàs teneretur de negligentia,ſecundũ Bald.in l.Gallus. in prin.ff.de lib.& poſt.& ibi Imo. Tenetur enim ex neceſsitate officij purgare prouinciã malis hominibus.l.congruit.ff.de offi.præſi. & facit

facit,quod nó.Bal.& Ang.in l.man
28 cipi.C.de ſer.fugi. ¶ Occurrat cum
diligẽtia rixis,tumultibus,& armo-
rum terroribus , & obuiare uideat
maleficiis:aliàs poſſet ab officio re
moueri, ſecundũ Bal.in l.j.§.quies.
ff.de offi.præſe.urb.& Ba .in l.j.C.
de ſum.trini.& fi.cathol.& in l.nul-
lus.C.eod.tit. & Cy.in l.ſeruus.de
noxa.quod limitat Par.à Put.in lib.
ſyndi.in uerbo,negligẽtia.uer.qua-
liter autẽ arguatur officialis uidẽs.
niſi eſſet rixa cũ armis,quę nõ poſ-
ſet ſedari abſque periculo ſuæ per-
29 ſonæ. ¶ Proſpiciat inſuper iudex,
nequid per calumniã petatur,ut l.
ij.C.de ſal.& non audiat calumnio
ſe petentes,ſed ad anteriora proce
dat,ſecundũ Inno.in c.poſt electio
nem.extra.de cõceſ.præben.quem
Bal.refert in l.perẽptorias.C.ſentẽ.
reſci.non po.debet autem obſtan-
tia amouere,& ad rem,de qua agi-
tur,uenire:& non debet pati,quòd
per cauillationem cauſa protraha-
tur.l.ita nobis pudor.C.de adulter.
30 ¶ Sed inueſtiget ueritatem,& de
hoc conetur totis uiribus.l.is,apud
quem.ff.de eden.& l.fi.de proba.&
l.ſi actor malit.eo.tit.& l.cõproba-
tio.ff.de prob.& l.per hanc.de tẽp.
appe.& ob id,dũ ſuſpicatur de falſi
tate teſtium,debet ipſos interroga
re,ſi ſtarent, uel ſederent tempore
eorũ depoſitionũ,& de multis aliis
qualitatibus,ſecũdũ Bal.& Sal.in l.
teſtiũ.C.de teſti.Imò debet labora
re,ut intercipiat teſtes,ſi ei ſuſpecti
uidebuntur.ſecundũ Bal.in marga-
rita.in uer.iudex laborare debet.&
dicit ita uelle Inn.in c.cauſam.in fi.
de teſti.interrogãdo teſtes de cir-
cunſtantiis , & eos inuoluendo in
multis circunſtantiis,in quibus etiã
non cõſiſtat ſubſtantia negotij,ſe-
cundũ Dec.in regula.ea,quæ.de re
gul.iur.nu.4.cũ ſequẽ.& plene ha-
betur per do.Thom. Gra.uoto ij.
31 nu.16. ¶ Audiat cũ magna atten-
tione iura utriuſq; partis,& illa di-
ligẽter examinet ipſis pręſentibus,
uel contumaciter abſentibus,quia
cum magno ſtrepitu,& cõflictu eſt
dãda ſentẽtia definitiua.l.j.C.cõmi
natio.uel epiſto.ſecũdũ Bal.in l.ab
eo.C.quo.& quãdo iu.nec aliquid
faciat ad clamorem , quia legibus
magis , quàm clamoribus debet
adhærere.l. decurionũ.C.de pœ.&
32 ibi Bald. ¶ Nec extendat ſe,niſi ad
ea,quæ ſunt à ſe petita,& nõ ultra.
l.j.ff.ut in po.lega.& no.in l.uinum.
ff.ſi cer.pet.& l.fi.de fideiliber.niſi
ueniant in conſequentiam petito-
rum.l.ſi quis.§.iudex.ff. de damno
33 infe.¶ Debetq; caſus dubios per ar
gumenta,& rationes legum deter-
minare.l.qui filium.§.fi.ff. ad Tre-
bel.& l.diui.de iure pat.proceden-
do etiam de ſimilibus ad ſimilia,nõ
34 derogãdo legibus.¶ Boni enim iu
dicis eſt cõtrouerſias dirimere per
ſententiã, uel concordiam.l.j.§. &
poſt.de no.op.nuntia. arg.l.æquiſ-
ſimum.de uſu.& in l.quidã exiſtima
uerunt.ff.ſi cert.peta.faciat omnia
per regulas artis,i.leges, & conſti-
tutiones.aliàs punitur,nec eũ excu
ſat pręteſa conſcientia,quia iniuriã
faciũt legibus,qui uolũt ſe melio-
res uideri,quã ipſæ leges.ut in auth.
de iudi.§.oportet.& in eius mente
debent eſſe duo ſales.ca.cũ æterni.
de iu.ſecũdum Bal.in l.ij.C.quõ, &
35 quãdo iu.¶ Caueat ne patiaturillici
tas extorſiones, ſed ex officio eas

repellat.l.ubi pactum.de tranſa.& l.
36 illicitas.ff.de offi.præſi.¶Nec quem
grauet in plus,quàm lex, quia mẽs
iudicis præſumitur eſſe conformis
menti legis.l.& puto.ff.fami.her.§.
j.& l.nam & ipſum.ff.de iuſt.& iur.
ſecundũ Bald.in l.ij.C.ſi pen.appel.
37 ¶Nec debet grauare comitatenſes
angariis,ſeu perangariis , mãdãdo
ut cum beſtiis portent ei uictualia,
uel xenia,ut in authen.ut iudi.ſine
quo. ſuffra.§.non permittas. & ibi
38 Ang.¶Habeat puras,& mũdas ma
nus,ut in auth.ut iud.ſine quo.ſuff.
§.ſi quis autem.quia deus pręcipue
quærit omnium ſacerdotum puri-
tatem,ut in auth.quo.opor.epiſ.§.
ſi quis autẽ.& in §.oportet.de mã-
da.prin.extra,de ui.& hone.cleri.c.
ab omni.unde & præſes iubetur cõ
ſiliarium aſſumere uirũ optimum,
purum undiq;,& contentũ his,quæ
à fiſco ſibi dantur,ut in authen.de
man.prin.§. feſtinabis.aliàs ſatiſfa-
ctione parti,quam læſit,punitur,ut
in authẽ.de armis.§.ſi quis autem.
& l.j.de extraor.crimi.& in l.j.C.in
quibus cau.colo.Iudices enim ma-
culant iudicium octo modis:timo-
re,cupiditate,odio, & amore.xj.q.
iij.quatuor. & quando pauperum
non miſerentur in iudicio.xxiij.q.
iiij.cap.eſt iniuſta.& exodi 24.& ni-
mia ſeueritate , & nimia remiſsio-
ne.45.diſtinctio.diſciplina:& igno-
rantia.inſti.de obliga.ex quaſi deli.
in princip.& ſi ipſi iudices ſe furtis,
& ſceleribus deturpant , omni di-
gnitate priuãtur:inſignibus , orna-
mentis, nobilitatibus , honoribus,
quæ omnia ex dignitate iudiciali,ſi
bene ſe gerunt, conſurgunt.l.iudi-
ces.de dignita. & l.pen.de uetera.
Nam cùm à iuſtitia deuiãt,quia di-
cuntur ius dicẽtes.c.forus.de uerb.
ſig.perdunt nomẽ iudicũ.xj.q.iij.c.
ipſe.Nam debent eſſe iuſti,& quaſi
immobiles,ut colũnę.ij.q.ix.c.reue
ra.ut nõ ſe flectãt cõtra legẽ,ſed iu
ris integritatẽ cuſtodiant,ut in au-
then.de triẽ.& ſemiſ.§.ſi quis autẽ.
ideo debent ſic ſuas adminiſtratio-
nes gubernare,ut nullus eorum aut
cupiditati ſit deditus,aut uiolentias
aliquas uel ipſe inferat , uel iudici-
bus,aut eorum officiis,aut quibuſ-
cunq; aliis inferre permittat.de of-
fic. præfec.præt.Afri.l.j.§.optimus.
& dicitur in d.c.forus.quòd iudex
debet eſſe ut neruus,qui non frãgi
tur,ſed plicatur,aliàs nõ eſt iudex:
eſt enim Dei miniſter in terris.15.q.
1.nec is.33.q.5. non ſolum.pronun-
tiabit igitur uelut de uultu Dei iu-
dicium,qui eſt uia,ueritas,& uita.c.
ut noſtrum.de appel.& c.j.ut eccle.
39 benefic.¶Debet conformare iudi-
cium ſuum cum ueritate , & ipſam
ſummopere ad lucem producere.l.
ſi.ff.de proba.& l.illicitas.§.ueritas.
ipſiúſq; ueritatis probationes om-
nes ampliare,& eis fauere,ut ſaluæ
ſint.l.curetur.ff.de teſti.& l.ne quid.
ff.de incẽ.rui. nau.qui ſi ſeruata le-
gis litera repugnãtis cõſciẽtiæ ue-
ritatem ſupplãtet,animam occidit,
& eius iudicium ſordeſcit in con-
ſpectu ſupremi iudicis.quia ab ipſis
legibus damnatur.quia uerba legis
non ſunt calũnianda,ſed qua men-
te dicta ſunt, conſideranda.l.exhi-
40 bere.ff.de exhib.¶Nec debet pro-
pitiis auribus audire iniuſta peten-
tem.l.ſi extraneus.ff.de iur.do.§.j.
ubi glo.auribus audio,ore loquor,
41 ſic ore locuta eſt. ¶ Sed debet in-
iuſtitias

iuſtitias remouere, præſumptiones abſcindere, laborantibus ſuccurrere, opprobriis locũ non præbere,& ei, qui calumniã, uel opprobrium patitur, adiutorium ferre. l. j.
42 C. de nu.& iij. q. ö. j. c. deus. ¶ Debet etiam tueri ſubiectos, nec illatas illis iniurias inultas permittere. l. ij. in fi. de luc. aduo. quia ſceleſtorum graſſatur iniquitas, ſi tranſit impune eorum præſumptio. nam rigidè in eos eſt exercenda iudicialis authoritas, ne ampliùs creſcat ſpes eis talia committendi. 23. q. 5. relegantes. pœna quippe ſapientem facit, quem culpa oſtendit inſipientem. 38. diſtinct. quia ea.& l. congruit, de offi. præſi.& per indulgentiam datur iterata occaſio iterata flagitia committendi. 50. diſtinct. ca. de his.
43 ¶ Nam iudicis officio incũbit uiolentias prohibere,& purgare prouincias malis hominibus, ſecũdum Specu. in ti. de offi. omniũ iudi. §. 7.
44 & l. congruit. ff. de offi. præſi. ¶ Debet etiam lites dirimere ſecundum Spec. in tit. de aduo. §. 6. uerſi. uel ſic
45 in qualibet. ¶ Officio enim iudicis incũbit partes releuare à grauaminibus,& expẽſis,& emendare cuncta, quæ lites impediũt,& exactiones officialium, & notariorum refrenare. ſecundũ Spe. in ti. de ſalar. §. ij. uerſic. ſed q̃d erit. Curare enim debet, ne proceſſus friuolis exceptionibus protelet ur. c. cum ceſſante.& ibi doct. de app.& l. nõ igno-
46 rat. C. de fruct.& li. expen. ¶ Debet etiam iudex oſtendere uultum terribilem delinquentibus. ut in auth. de manda. princi. §. tale. non autem contra innocentiam, niſi ad præludia,& principia inueniendi ueritatem. ut l. fi. C. ad Syllania. ſecundum Alex. in l. j. in prin. ff. quod met. cau.
47 ¶ Cùm cõtigerit aduocatos cauſarum ad iudicẽ uenire pro allegãdis iuribus cliẽtulorũ, debet ſedere,& nõ ſtare, ut dicit Specu. in ti. de ſen. §. iuſta. uerſi. item eſt nulla ratione: & diligẽter inueſtiget,& intelligat, quæ dicãtur,& quę ad inſtructionẽ cauſæ faciãt interrogãdi, reſpõdẽdi abiiciẽdique præbita facultate eis, donec actio ambarũ partiũ ſit pleniter luminata. ut 30. q. 5. iudicantẽ. extra de offi. dele. ſuper quæſtionũ. §. intentionis. l. iudices. C. de iudic. Quia ueritas exagitata magis ſplẽdeſcit in lucẽ. 35. qõ. ix. c. graue. nec motũ animi ſui multũ aperiat, ſed diſſimulet nũc pro hac parte, nunc pro alia allegando,& reſpondẽdo, ut C. ad l. Cor. de fal. l. j. Nec ulla interloquutione diuulget, quid ſentiat, poſtrema ſententia, quid ſibi liqueat, proditurus. l. obſeruandũ. ff. de offic. præſi. ibi. cuius animi motũ
48 uultus detegit. ¶ Nec nimiũ debet dictũ unius aduocati extollere, ne alteri honorẽ detrahat, dum alteri nimiũ impendit honorẽ. ut 89. diſt. nullus. in fi.& c. ecce. nec quicquam uni honorabilius exhibeat, unde alter ſcrupuloſo corde moueretur. 16. q. vij. c. decimas. Cũ enim nimiũ unũ commẽdat, alium uituperat. argu. extra. de præſump. c. nõne.& 25.
49 diſtin. c. qualis. ¶ Item patienter audiat aduocatos, nec etiã ſubito eis ſilentiũ imponat, ut ad longum ponit Spec. in tit. de diſpu.& alleg. §. 6.
50 ¶ Caueat iudex, ut nimiam familiaritatem cũ ſubditis non contrahat, ſed ſtet ſemper in maieſtate officij ſecreta eorundem nemini ſubdito-

rum pandat, parce loquatur. Ait enim Salomon.in lib.prouer.c.20. Ne ineas amicitiã cum eo, qui ſecretum reuelat, aut qui ut mercator circuit,& blandiloquus eſt. Sit tardus ad irã, & in furore ne ſe ponat.Nã dicit ſapiens in eo.lib.prouer.Ne cõtrahas amicitiam cũ homine iracundo,& cum homine furioſo ne uerſeris.c.22. Non accedat incœnatum foras cum ſubditis,ſecundum Aul.Gel.lib.ij.c.23.Parce conuerſetur,& caueat nimium circuire per plateas. Nimia enim familiaritas parit contemptum. Sit iuſtus, æquus,æquabilis,medius, & communis,nõ declinans ad dexteram, uel ſiniſtram,ſecundũ Specu.in tit. aduo.§.v.uerſi.commendet autem.
51 & §.vj. ¶ Cuncta diligenter inſpiciat,& rerum ordinem inquirat, & alteram neceſsitatem ſuam exiſtimet,& deliuquentes canonicè puniat,ut docet Spe.in ti.de offi.om. iudi.§.fi.uerſi.ſecũdò uidendũ.Debet enim fungi offic.boni,& innocentis uiri.l.cætera.§.mala.ubi Bal. ff.fam.herc.ubi dixit,quòd ſunt iudices,tanquam iuſtitia animata,& ideo obſcura eorum arbitrio committũtur. Quia iudex bonus uir uocatur, legis authoritate ſuffultus.
52 per d.§.cætera.¶ Aduertat etiã iudex,ut antequã incipiat officium ei decretum exercere,omnino conetur de omnibus ſeipſum à præceſſore ſuo informare,quia ad hoc tenetur,ſecundũ Bal.in l.j.C.an ſe.ex ſuo fa.ut ſit ad plenũ inſtructus, & informatus tã de geſtis ĩ officio,& de his,quę remanent expediẽda de cõtumaciis,forbãnitis, & aliis cauſis,quàm de moribus ciuitatũ,conſuetudinibus,ſtatutis, & de omnibus his,quæ quoquo modo pertinent ad decorem officij,bonũ laudabile,& perfectum regimẽ ipſius.
53 ¶ Et in diebus feſtiuis debet uiſere carceratos,& exquirere,an aliquid eis deſit,& prouidere,ut eis alimẽta non deſint.& neglígẽtes iudices in hoc puniũtur in 20.lib.auri.l.iudi
54 ces.C.de epi.audient.¶ Caueat inquantum poteſt,ut non accedat ad terras,ubi ſunt diuiſiones in populo.Quia non poteſt ſalua conſcientia pertranſire, ſed oportet eum ſequi partialitates & icidere in pœnam.c.cùm æterni.de re.iud.in 6.& in conſt.regni.ſi dãna clandeſtina.
55 ¶ Nec aſſumat officia,ut quæſtui,& pecuniæ deſeruiat,cõtra tex.in l.ad ſplendidioris. de diuer.offic.unde Ambro.ij.de offi.ait: Decet omnes cenſura frugalitatis,cõtinentię,authoritatis,& maxime eum, qui honori præeſt.ne præeminẽtiæ uirum theſauri poſsideant ſui,& pecuniæ ſeruiat, qui præeſt liberis. Illud magis decet,ut ſuper theſaurum ſit animo, & infra amicum obſequio. Humilitas enim auget gratiam,hęc plena laudis, & digna primario uiro.Contrarium uerò munera affectare.quod malum facilè imponere iudicum animis cõſueuit.l.properandum.§.ſin autem utraq;.C.de iud.unde ob id Par.à Put.in lib.ſyndi.in uerbo.offi.exclamat,quòd hodie in regnis ſatis cupiditas abundat,quia aurum imperat,aurũ iudicat,argẽtum remouet, paſsio promouet affectionẽ,ſilent leges,& canones, ratio & æquitas proſcribitur,mendicat bonæ fidei literatus. Abundat malæ fidei exaltatus. ibi nullus

nullus quantũ mereatur,ſed omnis
quantum dare poteſt, æſtimat. ibi
omne tribunal pecuniis expugnatur.ibi nulla integritas,nulla fides,
nullus humilis, mundúsue magiſtratus eligitur:nõ iuſtitia Dei quæritur, ſed magis pecuniæ uenerantur, & nobiliſsima officia ſordes
reputantur,poſtquã iuſta ſecũdum
libitum pretio comparantur. Quid
ergo faciũt leges,ubi ſola pecunia
regnat? aut ubi paupertas uincere
56 nulla poteſt? ¶ Inſuper nõ ſit deditus mulieribus,& ſcortis. Ait enim
Salomon in lib.prouerb. Vinum,&
mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Perſonã pauperis non cõſideret,& uultum potẽtis nõ honoret,
57 ut habetur in lib.leuit.¶ Debétque
eſſe totaliter alienus ab auaritia,&
eam euitare.Nã dicit text.in c.cùm
in iuuẽtute.de præſu.quòd auaritia
in Iudice eſt deterrimum uitium.
58 ¶ Nec ſit facilis ad capturam eorũ,
qui deferuntur,ſed potius conetur
ſummatim ĩueſtigare, an uera ſint,
quæ delata fuerunt,& an factum ſe
habuit,prout in accuſatiõe dictum
eſt:& an crimen ſit commiſſum,uel
ſaltẽ ſit ſuſpicio fore cõmiſſum,ut
docet Bal.in l.quod euitãdi,in fi.C.
de condi.ob turp.cau, & per Fran.
Are.in l.ſiquis poſt.ff.de teſt.ij.col.
Solent enim ut plurimũ offenſores
recurrere ad iudices,max.cùm ſunt
potentes, & querulare offenſos,&
eos in carceribus detrudi faciũt,&
ſic eludunt curiam, & Iudices non
abſq; ignominia erũt in ore uulgi.
Statim enim populares, & uulgus
prorũpũt ad uulgare dictũ:O bella
iuſtitia haue hauuto le maze, & le
Cepolle.Et id,quod per negligentiam euenit in non informando ſeipſos iudices de prædictis, dicetur
factum corruptiõe. Et ita intelligitur id,quod dicitur,quòd in criminalibus eſt permiſſa captura, & ab
ea poteſt inchoari indiciis nõ præcedentibus,& licet nõ ſit capta informatio, ſecundũ Bal.& Alex.in l.
conſentaneum. C.quo.& quã.iu.&
Bal.in l.ij.C.de his,qui latro.& Alc.
in l.fi.ad l.Iul.pecu.& Ang.in auth.
de defenſo.ciuita.§.audiant.uerſic.
item dico.col.iij.Procedit enim facta dicta diligentia præhabita aliquali informatiõe ſummaria,ut docet Fran.Brun.in tra.de indi.& tor.
59 in fine ſui tract.¶ Et aduertas etiã,
quòd iudex tenetur uiſitare carceratos, ut ſuprà dixi: & ſi reperierit
aliquẽ abſq; cauſa carceratũ,ex officio tenetur illum dimittere,ut not.
Bart.in l.ſi quis uxori.§.ſi fugitiuũ.
60 ff.de furt.¶ Itẽ iudex debet eſſe fortis,& firmus,& æquus,ut libra:nec
declinãs,nec claudicãs ad dexterã,
nec ſiniſtram:ſed æqua lance debet
eſſe medius inter partes. & debet
habere trũcum fortitudinis, corticem ueritatis,medullam æquitatis,
quã quilibet iudex ante oculos habere debet,ut nota.ff.de eo, quod
cer.lo.l.quòd ſi Ephesi. Debet etiã
habere frondes humilitatis,folia ſagacitatis,flores honeſtatis,fructus
bonæ operationis:& ſic dici poterit de eodem, quod in canticis dicitur:iuſtus ut palma florebit,ut dicit Iacobus de Beluiſo in ſua praxi
crimi. in titu.de quæſtionibus.co-
61 lumna 38.¶ Item eſt aduertendum,
ꝙ licet à iure multa relinquantur
arbitrio iudicis,non tamen ex hoc
cogitet habere liberam poteſtatem
faciendi

faciendi quæcũque uoluerit. Quia dictum arbitrium debet eſſe regulatum à iure,& æquitati cõſonum. ſecundũ Lud.Ro.in conſil.376.inci. quæſtio eſt nunquid.in pe.colũ.ubi pro hoc allegat glo.in l.eas cauſas. ff.de cõdi.& demonſtra.& ſequitur Marſ.in ſua praxi cri.in §.diligẽter.
62 nu.24.¶ Eſt etiam aduertẽdum per iudices maleficiorũ, ut benignè,& patienter audiant,& auſcultẽt reos inquiſitos in eorum iuribus,& eorum cõſanguineos,amicos & procuratores.Nam benigna audientia iudicum uidetur quodãmodo præſtare tolerantiam pœnæ impoſitæ, uel imponendæ ipſi reo.& econtra impatientia,& arrogãtia iudicis in audiẽdo reũ,& agentes pro eo,ſæpius reducũt ipſum reum,& affines ſuos in deſperationem,& ad effundendas infinitas querimonias, ut docet optime Marſi.in §.occurrũt.
63 nu.2.in praxi cri. ¶ Et ſi uis lector amantiſsime eſſe rectus iudex,abſtineas te à muneribus.nam ſæpiſſime munera euertunt iuſtitiam,& excæcant oculos ſapientum,& mutãt uerba iuſtorũ,ut ſcribitur Deutero.c.15.facit tex.in c.qui rectè.xj. q.iij.refert Ange.& poſt eum Iaſon in l.non dubium.in prin.C.de teſt.
64 ¶ Et inſuper habeas ante oculos id,quod ſcribitur in ca.cùm æterni. in prin.de re.iudi.li.vj.ubi alloquẽs iudicem ait:Caueant iudices,& prudenter attendant, ut in cauſarum proceſsibus nil uẽdicet odium,uel fauor uſurpet: timor exulet: præmium,aut expectatio præmij iuſtitiam non euertat:ſed ſtateram geſtent in manibus,& æquo libramine procedant, ut in omnibus,quæ in cauſis agenda fuerint,præſertim in concipiendis & ferendis ſententiis,præ oculis habeant deum.& ſimiliter apud iudicẽ lachrymis nullus locus ſit.Quia ſolẽt ſecum ferre inſidias,maximè, ſi à mulieribus proueniunt.& ideo lachrymæ non proſint cadẽti.Quia iuſtitia lachrymis non regitur,nec officia lachry-
65 mis gubernantur. ¶ Debet etiam iudex ſemper inclinare in mitiorẽ partem,& minorẽ pœnam amplecti ſequens iuris regulã,quòd ſemper in obſcuris in mitiorẽ partem debemus inclinare. ut regula, in
66 obſcuris.ff.de regu.iuris.¶ Et quomodo,& qualiter debeat officialis facere ingreſſum in officio,uide formam traditam per do.Pa.de Put.in lib.ſyndi.in tit.de mo.& for.ſyndi. in principio.

SVMMARIVM SECVNdæ partis.

1 *Abſoluendi proniores debent eſſe iudices.*
2 *Et abſoluere tutius eſt, quàm condẽnare.*
3 *Delictũ eſſe commiſſum debet conſtare ante omnia.& nu.4.& 5.& 9.*
6 *Defenſiones quæ poſſint fieri aduerſus probationẽ curiæ,quòd delictũ ſit in genere commiſſum.& nu.7.*
8 *Furtum fore cõmiſſum quomodo conſtet.& 11.& 12.*
9 *Conectura ſufficiũt ad probandum delictum in genere commiſſum.*
10 *Defenſiones quæ poſſint fieri aduerſus probationem,quòd furtũ ſit commiſſum.*
13 *Stuprum commiſſum in genere quomodo probetur.*
14 *Adulterium in genere cõmiſſum quomodo probetur.*

Et quo

15 Et quomodo fiat defenſio.

16 Suffocationem in genere, & uenenationem eſſe factam quomodo probetur. & 17.

17 Iudex quomodo debeat capere informationem.

18 Vicini poſſunt detineri, torqueri, & capi ad indaganda ueritatem. & .19.

20 Familiares domus debent ad informationem curiæ examinari.

21 Delictum commiſſum in domo, præſumitur ab illis de domo commiſſum.

22 Teſtes an, & quãdo poſſint torqueri. 23.24.25.26.

27 Frequentans ſtratam habet indicium contra ſe de delicto ibi commiſſo. 28.

29 Teſtes quando cogantur teſtificari. 30.31.65.

32 Teſtes an cauſa ferendi teſtimonium poſſint euocari de loco ad locum.

33 Teſtes de quibus debeãt interrogari.

34 Exhibendus eſt homo teſtibus, de quo deponunt.

35 Aetas teſtium nunquid debeat deſignari, & apponi in examine.

36 Offenſor quando non nominatur, nec cognoſcitur per teſtes, per nomen, & cognomen, qualiter debeant deponere teſtes.

37 Iudex poteſt examinare teſtes à querulante non productos.

38 Teſtes inimici an debeant recipi.

39 Teſtes an poſſint ſe referre ad primum examen. 40.

41 Teſtes qui cogi poſſunt, quando aliter ueritas haberi non poteſt, an cogantur per torturam.

42 Teſtes an, & quando poſſint eorum dicta corrigere.

43 Teſtes an poſſint ſemper declarare eorum dicta.

44 Teſtis prima uice deponẽs per uerbũ credo, & ſecunda uice per uerbũ ueritatis aſſertiuũ, an dicatur uarius.

45 Teſtis an poſſit addere eius dicto.

46 Teſtis deponens per uerbum, ſibi uideri, & demum per uerbum ueritatis aſſertiuum, an dicatur uarius.

47 Teſtis deponens prima uice dubitando, ſecunda affirmando, an probet.

48 Et quid ſi dicat ſe neſcire, poſtea uerò ſcire.

49 Teſtes domeſtici, & familiares utrũ debeant admitti, ſi producuntur per accuſatorem.

50 Teſtes uarij, & uacillantes qui dicantur.

51 Teſtes quomodo cogantur teſtificari.

52 Saluuſconductus an poſſit teſtibus concedi, ut tutè ueniãt depoſituri. & nume. 68.

53 Teſtes an debeant habere ſumptus à parte producente.

54 Teſtis dictum indiminutè ſcribi debet.

55 Fama debet præcedere inquiſitionẽ.

56 Actio ciuilis ubi non oritur parti, nõ procedit inquiſitio.

57 Auxilium præſtans non debet moleſtari, niſi conſtet de delinquente.

58 Mandans non debet moleſtari, niſi conſtet de mandatario.

59 Auxilians quando puniatur. & 60. 61.62.

63 Homicidium eo ipſo probatur factũ per Seium, ſi rixabatur cum Titio, qui poſtea reperitur mortuus.

64 Teſtes deponentes, quòd Titius occidit Seium gladio, uel claua, an probent.

65 Teſtes poſſunt examinari impuberes, quando aliter non poteſt ueritas haberi.

66 Indicium ſumitur ex uita præcedẽti.

67 Fama mala inducit indicium.

69 Adulterium quomodo probetur.

70 Vulneratus debilis præſumitur ex uulnere mortuus.

71 *Teſtes citati, & condemnati ad pœnam in mandato contentam, ſi adhuc non ueniant, quid ſit faciendum. nume. 71. & qualiter condemnētur. 71.*

PARS SECVNDA.

¶ Capiat informationem. Rub.

FISCVS.

IN ſuperiori parte adeò bene, & eleganter ſub compendio domine Iudex uotis meis ſatisfeciſti, ut audeam maiori onere & tædio te onerare. Quoniam ergo dixiſti mihi, quomodo debeat ſe iudex gerere circa mores, & formam uiuendi, nunc rogo te, ut mihi particulariter, & per extēſum declares, quomodo debeat ſe habere in capiendis, & formandis informationibus criminalibus, qualiterq; debeat ſe gerere in maleficiis puniēdis. Scio me equidem grande onus humeris tuis impoſuiſſe, ſed tanta eſt facundia, & in talibus experientia tua, ut facilis reddatur petitio mea. IVDEX. Fretus euágelica authoritate: quòd qui fecerit, & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum, non diſſentio petitionibus tuis. Arrige igitur aures, & in ſingulis, quæ te dubitantem reddunt, quæras, & me interroges: quia pro uiribus conabor tuæ uoluntati ſatisfacere. INQVISITVS. Vtilem materiam uideo præparari, ſed utilior erit, ſi nō ſolum, quæ ad fiſci utilitatem facere uidentur, pertractes, ſed etiā quę ad reorum defen
1 ſioné uidebuntur cōuenire. ¶ Quia ait Iureconſultus in l. Arrianus. ff. de actio. & obliga. quòd proniores debent eſſe iudices ad abſoluendum, quàm ad condemnādum.
2 ¶ Imò dicit Specu. in titu. de aduo. §. ſequitur uidere. in princi. & in tit. de teſt. §. poſtquàm. uerſi. ſed quid ſi tot. & in titu. de pro. §. iij. uerſic. ſed pone. & do. Barto. Soc. in conſil. 102. incipien. in præſenti conſultatione. circa me. in ij. colum. in prima par. & Bonifa. in tract. male. in fin. j. colū. quòd tutius eſt abſoluere, quàm condemnare. IVDEX. Libenter faciam, & ſatis mihi placet deſiderium tuum. & quia te uideo ſatis argutum, & legū peritū, quæras, & moueas dubia, & ego ea reſoluero. FISCVS. Placet mihi, ut & ea, quæ ad defenſioné tendunt differantur. Quocirca quæro primò domine iudex, quid debeat per iudicem fieri habita querela
3 ſeu denuntiatione delicti. ¶ IVDEX. Ante omnia debet præcedere, ut diligenter iudex capiat informationem de delicto. & primò debet conari, ut conſtet delictum, de quo quæritur, fore commiſſum in genere, iuxta practicam traditā per text. in l. j. §. illud autem. ff. ad Sylla. & ibi habetur. & communiter habetur per criminaliſtas, & per Marſi. in ſua praxi cri. in §. j. & ad hoc uide omnino Marc. Anto. Blan. in repe. l. fi. ff. de quæſtio. nume. 16. 17. 18. & ſequen. qui optime declarat. Ibi enim diſtinguit, quòd aut delictū, de quo quæritur, ſubiici poteſt oculis, ut corpus mortuum, uel quid ſimile, & tunc iudex non procedit etiam ex inquiſitione generali, niſi uiderit cadauer: aut res non poteſt oculis ſubiici, prout eſt de homine proiecto in mari, uel in igne conſumpto, uel res furto ſubtracta, tūc ſi fama eſt de certa perſona, & in indiuiduo, iudex procedat: aut incerta

certa eſt perſona, & incerta res,
tunc iudex non poterit procede-
4 re per inquiſitionem.¶Ideo ſi quę-
ratur de homicidio commiſſo,fa-
ciat redigi in actis, quòd accerſi-
tis magnificis dominis,poteſtate,
& iudice ad locum dictum,& iuxta
ſuos fines,ſub tali die unà cũ actua
rio fuerit, ibiq; inuento cadauere
talis recogniti,& uiſo per infraſcri-
ptos, qui ibidem fuerunt exami-
nati,quòd fuerint reperta talia,&
talia uulnera in dicto cadauere.&
deſcribãtur particulariter ipſa uul-
nera, & ſuper recognitione ipſius
cadaueris,& uulneribus ipſis exa-
minentur teſtes.& ſic dicetur con-
ſtare de delicto in genere commiſ-
ſo,ut docent omnes. FISCVS.
Sed quid ſi non poteſt apparere de
corpore mortuo:ut, quia diu eſt,
quòd quis occiſus fuit,& eius cor-
pus reperiri non poteſt, quid fa-
ciendum eſt eo caſu? IVDEX.
5 ¶Eo in caſu, quando de corpore
mortuo non poteſt apparere,de-
bent examinari teſtes de fama,qui
deponent,quòd publica uox,& fa-
ma eſt, quòd talis interfectus, &
occiſus fuit, & quòd eius corpus
nunquàm potuit apparere, fortè
quia dicitur eſſe interfectus prope
flumen,uel mare, & in aquas eſſe
proiectus:uel in loco nemoroſo,&
occulto eſſe ſepultus.& hoc ſuffi-
ciet,ut plene dixi in prima parte
tertiæ partis principalis huius pra-
6 xis.nu.34.cũ ſequẽ.¶INQVISI-
TVS.Sed nunquid aduerſus hanc
probationem reo inquiſito cõpete
re poſsit aliqua defenſio,& quo-
modo? ¶IVDEX.Certe ſic,pro-
bando primò,poſito caſu,quòd ca

dauer reperiatur cũ uulneribus,ꝙ
ſint occiſus à feris ſylueſtribus,&
quòd ibi nonnullæ reperiũtur feræ
ſylueſtres.itẽ quòd alias ibidẽ acci
derit aliis : uel probando,quòd ſe-
ipſum interit tædio uitæ, uel ob
aliam cauſam,probãdo hoc per ef-
ficaces cõiecturas,uel quòd ſcop-
petũ,quod geſtabat,in ipſum ictũ
proiecit,ut multotiens ſolet eueni-
re:uel quòd ex arbore cecidit : uel
aliter probando.Quia una proba-
tio,uel coniectura tollit aliã,ut per
Bar.in l.fi.C.fami.herciſ.in tantũ,ꝙ
ſi ſunt probationes contrarię,neu-
tri ſtandũ eſt.c.imputari.de fi.inſtr.
l.ſcripturæ.& ibi Bar.& doct.C.eo.
ti.& ſi ſunt inæquales hinc inde,nõ
ualẽt, quia faciũt rẽ dubiã,ſecundũ
Bal.in l.fi.in v.q.uer.vij.qualiter.C.
7 de edi.di.Adr. tollen. ¶Si uerò,ut
ſuprà dixi,ponatur non cõſtare de
corpore mortuo ſpecifice,ſed tãtũ
per famã publicã,poteſt probari de
contraria fama per ualidiores pro-
bationes,quòd mortuus fuit pro-
pter febrẽ,& infirmitatem,uel alia
de cauſa.Quia probatio famæ con
trariæ per meliores probationes
officit probationi alterius famę pro
fiſco,ut plenè deduxi infra in uer-
bo,itẽ ſuffocauit eius uxorem.in ca
pitulo,de fama:uel aliter probãdo,
ex quo uerisimiliter poſsit cõiectu
rari ita eſſe,quod circunſpectus iu-
dex perpẽdere poteſt.¶FISCVS.
Sat concludenter utriq; domine iu
dex ſatisfeciſti in hoc delicto homi
cidij,ſed quomodo cõſtabit in cri-
mine furti,furtum fuiſſe in genere
8 commiſſum? ¶IVDEX. Pluribus
modis poteſt furtum committi:ali-
quando ſubripitur aliquid de arca,
capſa,

capſa,uel camera.& tunc debet cõſtare de fractura oſtij domus, arcæ,uel capſæ,unde furtum eſt commiſſum,& de quãtitate,& rebus ibi exiſtentibus paulo antè,& quòd ex poſt facto fuerunt reperta ſubtracta:& quòd ibi fuit inuẽtum de bona fama,& legalitate domini furtum paſsi,& de lamentationibus, quas ſtatim cũ multis fecit de iam dicto furto,& de alijs ſignis,& cõiecturis indicantibus uerè furtum cõmiſſum,de quibus ad longũ per Marſil.in conſil.8.& in praxi cri.§. principium.nu.6.& in §.conſtante. nu.78.

9 ¶Et licet uerum ſit debere conſtare uerè,& non præſumptiuè de delicto in genere cõmiſſo,& plene.ut l.ſi quando.in uerbo,patefacta.C.unde ui.ubi Bal.& Iaſ.in iiij. no.& Ang.in l.certum.ff.de confe. & Alexan.in conſi.33.colũ.j.lib.j.& conſi.19.lib.7.& Deci.in conſi.410. col.ij.& Panormi.in c.j.& ibi Deci. col.fi.de offic.deleg.& habetur per Haimo.Crauet.conſil.244.in ij.lib. & conſi.260.in ij.lib.id tamen procedit regulariter. Fallit tamen,ubi concurrit difficultas nimia probationis,quia eo caſu conſtando per cõiecturas ualidas,& a iure approbatas,ſufficit,ut habetur in prædictis locis:maximè in caſibus,qui ſecreto committi ſolent,& ubi de facili non poteſt conſtare de delicto in genere commiſſo,niſi per probationes ſuper ipſo delicto,ut uidebimus in pluribus exẽplis.

10 ¶I N Q V I.Quæ nam defenſiones poſſunt competere inquiſitis aduerſus prędicta? ¶I V D E X.Dixi ſuprà, ꝙ una coniectura tollit aliam,& una probatio eliditur per aliam.idcirco in hoc caſu circunſpectus aduocatus uideat,per quas coniecturas conetur uerificare fiſcus ſuam intentionem,furtum fuiſſe cõmiſſum.& tunc econtrario formet exceptiones,& probet cõtrarias coniecturas,uel elidentes,probando quòd nulla reperta fuerunt ſigna fracturæ,ſed apertionis,& quòd ita quilibet expertus iudicaſſet.item probãdo malam famam furtũ paſsi.Item quòd non eſt ueriſimile eam quantitatem ibi fuiſſe recõditam,ſtante nimia paupertate ipſius.Itẽ quòd paulo antè ibi nulla bona fuerunt uiſa,ut quia inde ipſe idem dominus ſuſtulerat.& alia,quæ curioſus aduocatus ſecundũ contingentiam facti ſtudeat inuenire.

11 ¶Aliquando uerò ſolet committi furtũ in equo, uel alijs animalibus,& tunc probabitur dominium equi:itẽ probabitur,ꝙ fuit uiſus,& repertus equus in poſſe alicuius,quia contra eum oritur ſuſpicio,maximè ſi ſolus uiſus eſt,& ſi eſt homo non bonæ famæ.per l.inciuilem.C.de fur.item, quòd equus fuit uiſus paulo antè in ſtabulo furtum paſsi,& demũ ibi minimè repertus fuit:& quòd fuit repertum ſtabulũ equi fractum,& aliter,ut iudici circũſpecto uidebitur, & prout qualitas facti expoſcet.

12 ¶Aliquando etiã committitur furtum in perſonã in ſtratis,quod latrocinium uulgo dicitur,& tunc non poſſunt haberi indicia,& probationes cõtra aliquem,quin non probent etiã furtum in ſpecie commiſſum:ſed probabitur, quòd fuit uiſus paulo antè exire de ciuitate furtum paſſus cum tali quantitate pecuniæ,& demũ fuit ſtatim uiſus

redire plorans,& flebili,ac lamen-
tabili uoce dicens,ſe eſſe diſroba-
tum.itē,quòd fuit uiſus exire cum
chlamyde,uel cum enſe,& demum
rediit ſine:itē,quòd rediit cum uul-
nere, uel cū percuſsione aliqua in
eius perſonam.item,quòd ibi ſolet
diſrobari:uel probando,quòd fuit
repertus ligatus in loco furti,& la-
trocinij,uel aliter, ut natura facti
expoſcet.itē redigatur in actis eius
depoſitio cū iuramento.Iſtis enim
probatis cōſtabit in genere de de-
licto.¶ F I S C V S.Sū etenim ple-
nè informatus domine iudex,qua-
liter debeat cōſtare delictum in ge
nere commiſſum in crimine furti.
13 quid in ſtupro?¶ I V D.In crimine
autē ſtupri cōmiſsi in fœminā per
maſculum, uel per marem in ma-
rem,ut conſtet delictum in genere
commiſſum,debent examinari ma
tronæ,& obſtetrices,uel alij exper-
ti,quibus tradatur fœmina inſpiciē
da,uel maſculus,eis prius delato iu
ramento de ueritatem dicendo,&
facta inſpectione curiæ referant,an
ſit mulier ſtuprata,an non:uel ma-
ſculus an ſit ſtupratus an nō,ut do-
cet Abb.in c.propoſuiſti. extra de
probatio.nu.3.& Alberi.de Roſa.in
l.j.§.ex hoc reſcripto.nume.8.ff. de
uen.inſpi.& examinētur teſtes, qui
fortè uiderunt linteamina ſangui-
nolenta,uel camiſiam ſanguinolen
tam:& ſuper aliis adminiculis, quæ
haberi poſſunt,ex quibus meritò
iudex poſsit ſe informare, ſtuprum
fore commiſſum. item examinetur
mulier ſtuprata , quia ei creditur,
quòd anteà fuerit uirgo,ut dixi in
prima parte tertiæ partis principa-
lis huius praxis,ſub nu.146.& ſi nul-
la potuerit apparere fractura ani in
puero,ut quia diu eſt , quòd fuerat
cognitus carnaliter,tunc,quia ſimi
les fornicationes,& ſtuprū,& adul
teriū,probātur p̄ cōiecturas.c.prę-
terea.de teſti.l.cū probatio.de pro-
ba.l.quæro.§.fi.ff.de ædi.edic.ſimi-
liter delictū eſſe cōmiſſum in gene
re in ſimilibus probatur p̄ eas cōie
cturas,quę haberi poſſunt:& ea in-
dicia,quę inducuntur ad probatio-
nem ipſius ſtupri,probant etiā de-
lictum in genere.Imò probari non
poſſunt,quin probetur delictum in
ſpecie,ut dicit Marſil. in conſi.v.in
14 pri.lib.nu.1. ¶Et hoc etiam proce-
dit in adulteriis,& inceſtis,aliiſque
fornicationibus,in quibus non po
teſt conſtare delictum in genere
commiſſum de per ſe,niſi per eas
coniecturas,& indicia , quæ indu-
cuntur ad probationem delicti,ut
quis torqueatur, uel cōdemnetur,
quia bene dicetur probatū,& con-
15 cludēter. ¶ I N Q V I. Audiui iam
formam probandi delictum fore
commiſſum in genere in crimine
ſtupri,uel adulterij,& ſimiliū, nun-
quid ad defenſionē aliquid proba-
ri ualeat aduerſus dictam probatio
nem? ¶ I V D E X. Sæpe tibi dixi,
quòd una probatio tollit aliam,ſi
fortior eſt ea:& quòd una cōiectu-
ra tollit aliam. ſimiliter tibi in hoc
dico,quòd ſi cōiecturæ inducūtur
ad probationem delicti in genere,
inducantur coniecturæ cōtrariæ,&
contraria indicia:ut ſi probatur de
camiſia,uel linteaminibus ſangui-
nolentis,poteſt probari,quòd erat
mēſtruum,& hoc per expertas,uel

ꝙ erat ſanguis ibi ſtudioſè aſperſus,& ſimilibus modis.¶ FISC. Memoriæ mandaui quantum dixiſti in crimine ſtupri,adulterij, & ſimiliū, & optime:quid ergo erit fiendum in crimine ſuffocationis uxoris, uel alterius mulieris , aut uenenationis?¶ IVD.Si poteſt haberi corpus uenenatum, uel ſuffocatū, debet inſpici per iudicē unà cum expertis,ut uideantur ſigna ſuffocationis in gutture , & redigatur in ſcriptis particulariter, & ſi eſt ſepultum cadauer, diſſepeliatur ad effectum prædictum.& ſi dicatur uenenatum,accedat iudex cum medicis. & ſi ſine apertione corporis ſciri poterit,bene eſt:ſinautē ſciri aliter non poteſt, quin aperiatur, debet aperiri ipſum cadauer, & per peritos inſpici,& poſtea præcedente iuramento referant,& fiat actus per extenſum apertionis, & inſpectionis,ut habetur per Marſi.in l.j.§. præterea.ff.de ſicar.nume.37.& per Afflic.in cōſt.mala noxia.& ar.tex. in l.ſtigmata. de fabri.lib.xj. quòd per ſtigmata , & ligaturas in brachiis probatur torturā illatā fuiſſe, ita per ſigna ſuffocationis in gutture probatur ſuffocatio . uenenatio autem probatur,& cognoſcitur ex liuoribus in toto corpore, & ſpumis ore fluentibus , & ſi crémetur corpus,cor illæſum remanet à ueneno prēſeruatum,ſecundum Sueto.in Caligula in principio.& habetur per Par.de Put.in lib. ſyndi.in uerbo, tortura.& ſi corpus haberi non poteſt , examinentur teſtes qui uiderūt corpus antequàm fuiſſet ſepultum,ſuper ſignis,quę forte uiderunt in corpore:& ſi hoc apparere minimè poteſt,probetur fama publica,ut plene dixi infra in uerbo,item ſuffocauit eius vxorē.quia hæc probatio ſufficit,ut ibi dixi.

17 ¶ IN. Quid ergo probabitur ex aduerſo aduerſus prædicta ad defenſionē? ¶ IVDEX .Plenè dixi infrà , in uerbo.itē ſuffocauit eius uxorem.& in uerbo,item uenenauit eius ſororē.ad ibi dicta te remitto.

18 ¶ FISCVS.Exempla hęc,que mihi diſſeruiſti in ſupradictis generibus delictorum , reddunt me in aliis delictis ancipitē,quid debeam facere ad probandum delictum in genere commiſſum.rogo te igitur, ut ultrà procedas. ¶ IVDEX. Libenter faciam,& ideo ſcias , quòd conſtito de delicto in genere commiſſo,celeriter,& cum exactiſsima diligentia ſummatim inueſtiget de delinquente, interrogādo affines, amicos,& conſanguineos offenſi, & ipſum offenſum,ſi fortè uiuat,de indiciis,& coniecturis,quæ haberi poſſunt quomodolibet, ut ſciatur delinquens,& offenſor. Nec mireris,quòd dixi tales interrogandos, cùm ad effectum inueſtigādi delinquētē,& ut detur materia inquirēdi,& habendi ueritatē,poſsint examinari teſtes omnino non integri, &penitus inhabiles,ut habetur per Blan.in l.fi.ff.de quæſti.nu.322. Et ſi fortaſſe quæratur , ſeu inquiratur de homicidio , quod eſt cōmiſſum intra ciuitatem,& penitus ignoratur offenſor,uideat iudex,in qua uicinia ciuitatis fuerit cōmiſſum delictum,& examinētur uicini, qui prę ſumuntur ſcire facta uicinorū melius,

ſius,quàm alij.l.ſi ita.in ſi.ff.de fid.
inſtru.& not.in l.iij.circa prin.ff.de
teſti.& extra,de præſu.c.quoſdam.
& c.quanto. & eſt practica tradita
per Barto.in l.ſi.ff.de quæſtio.& in-
tantum hoc procedit,quòd ipſi ui-
cini ob hoc poſſunt capi, detineri,
carcerari,& etiam torqueri,ut indi
cent delinquentem.per text.in l.do
minus horreorum.ff.loca.& ibi no.
Bart.& uoluit Angelus & Salice.in
l.ſi.C.de quęſtio.& Bart.in d.l.ſi.ff.
de quæſtio.& ſequitur Bru.in tract.
de indi.& tor.in iij.q.princip.circa
princ. & habetur per Marſi.in ſua
practi.cri. in §.diligenter.nume.97.
poſt Iaſo. in l. actionibus.colum.
penultima.ff.de in litē iura. & per
Blan.in repeti.l.ſi.ff.de quæſtio.nu-
19 mero.413.¶ INQVISI. Sed nun
quid hoc procedit indiſtinctē,ut ui
cini poſſint capi,detineri , & etiam
torqueri ad inueſtigandum delin-
quentem?¶ IVDEX.Placet mihi
dubitatio tua: & ideo ſcias, quòd
non eſt uerum indiſtinctè id, quod
ego ſuperius dixi, ſed procedit, &
habet locum in uicino malæ famę,
non , ſi eſſet bonæ famæ, ut eſt de
mente Bartoli in dicta l.dominus
horreorum. & uoluit idem Bru.in
dict.tra.de indi.& tor.in iij.quęſtio
ne princi.circa princip.& ſequitur
Blan.in loco ſuprà allegato.Verùm
ſi contigerit aliquem examinari ut
teſtem ſuper homicidio commiſſo
in ſua præſentia,uel ante eius apo-
thecam, ſtationem, uel domum,&
tempore quo ibi erat, & neget ſe
aliquid ſcire,& probâtur prędicta.
item probatur, quòd uerisimiliter
hic ſcire poteſt ueritatem, & uelle
eam occultare:nec ex aduerſo alle-
gatur iuſta, aut rationabilis cauſa,
ex qua iudex poſsit dubitare, an
ſciat,uel nō ſciat,,ſed omnino ap-
paret eum debere ſcire ueritatem,
tunc etiā,quòd ſit bonæ famæ,pu-
to poſſe torqueri ut teſtem,non ut
principalē,ut dicat ueritatē,per ea,
20 quæ infra nūc dicā.¶ Si autē homi-
cidium,uel aliud delictū fuerit cō-
miſſum intra domum, tunc exami-
nentur omnes de domo , quia ipſi
præſumuntur ſcire ueritatem eorū,
quæ in domo fiunt.l.ſi.C. de ſicar.
& l. in adulterij quęſtione. C. de
adulter.&ibi Bal.niſi probetur fuiſ-
ſe abſentes tempore commiſsi de-
licti,quia non præſumuntur eo ca-
ſu ſcire ueritatem.l.j.§. hoc autem
ſenatus.ff.ad Sylla.intantum,quòd
pro inueſtiganda ueritate dicti de-
licti poſſunt dicti de domo torque
21 ri.¶ Adeò,quòd ſi quinque ſunt in
domo,& unus ipſorum reperiatur
interfectus,& neſcitur à quo , licet
nō poſsint ex hoc cōdemnari pœ-
na capitali,poſſunt tamen torque-
ri,ut optimè cōcludit Are.in li.ma-
le.in uerbo, fama publi.uerſi. quid
autē ſi quinque.& ſequitur Blan.in
repe.l.ſi.ff.de quæſt.nu.299.& Par.
de Pu.in lib.ſyndi.in uerbo,manda
uit. circa ſi.uerſi.ſi reperiatur cor-
pus.& ſi unus ipſorū eſt malę famę,
ab eo debet incipi tortura,ſecundū
Ber.Lādri.in addi.Ange.ubi ſuprà.
22 ¶ IN.Sed nūquid indiſtinctè proce
dat hoc dictū tuū?¶ IV.Si fuerint
examinati ut teſtes,& negāt ſe ali-
qd ſcire,nec allegāt aliquā rationa
bilē cauſam,ob quā poſsint excuſa
ri à præſumpta ſciētia, torquebun-

tur modo,& forma,ut infra citò di cam. ſi uerò fuerint examinati uti principales in ſe,& teſtes in alios, ut fieri adſolet,tũc,ut poſsit ad tor turã procedi, requiritur,ut ſeruentur,quæ ſeruari debent in tortura,
23 quæ infertur reis inquiſitis.¶ Proceditur autem ad torturã primo caſu, quãdo examinãtur ut teſtes illi,qui interfuerunt facto,& negãt,uel aliter habẽt notitiã ipſius facti,& ſimiliter negãt,& per alios cõuincũtur, ꝙ interfuerũt facto,uel ꝙ habeant notitiã facti.& ſufficit,quòd cõuincatur quis etiã per unũ teſtẽ,qui ſit dignior ipſo negãte,ſecũdũ Bart.in l.uni⁹.§.teſtes.& l.is,cui.ff.de quæſtio.quem ſequitur Bru.in loco ſupra allegato.uel ſi extraiudicialiter quis confeſſus fuit, ꝙ interfuit facto,uel ꝙ habet notitiã facti,& nũc negat.Nã probata dicta cõfeſsione extraiudiciali præſumitur ſcire ueritatẽ,& uelle eã occultare.Quare tũc torquetur ſecundũ Bru.in loco ſuprà alleg.nu.13,& habetur per Alex.in conſi.63.in lib.j.& uide do. Ludo.Ro.in cõſi.505.incip.cũ teſtis. & Marſi.in l.ex libe.homi.in fi.col. ff.de quæſt.& Ange.de Are.in lib. male.in uerbo,fama publi. col.viij.
24 ¶Eſt tamẽ notandũ,ꝙ nõ torquetur quis ut teſtis cõtra eum,in quẽ inuitus teſtimoniũ nõ cogitur ferre,ut eſt text.in l.j.§.ſi ſeruus bona fide.in fi.ff.de quæſt.de quibus habetur in l.iiij.& v.ff.de teſtib. Item non torquetur domeſticus in eum, cuius eſt domeſticus. ut l.maritus. ff.de quæſtio.& l.j.§.ad quæſtionẽ. eo.ti.& qui dicantur domeſtici,notatur in l.etiã.C.de teſti.& l.pridẽ. C.de quæſt.Itẽ eſt aduertendũ,ꝙ ſi cõtra dictos teſtes obſtarẽt aliquæ exceptiones,ut ipſorũ fidẽ infringant,dictę exceptiones debẽt examinari,& diſcuti, antequàm teſtes ipſi ſuperuacuè torqueãtur. caſus eſt ſecũdũ Bart.in l.j.§.ſi quis dicatur.ff.de quæſt.& ſequitur Bru.ubi ſ.ubi infert,ꝙ ſi eſt unus teſtis,qui ſciret ueritatẽ rei,& nõ eſſet omni excep.maior,& ſic nõ faceret indiciũ,nõ torquebitur. Sed hoc puto procedere,quãdo iudex ſolũ uellet fundare intentionẽ,& inquiſitionẽ ſuper dicto illius teſtis.ſecus ſi ſuper aliis indiciis.Itẽ eſt aduertẽdũ, quòd non omnes teſtes ad informationẽ curiæ torquebuntur, ſed ſufficit duos,uel tres magis factum ſciẽtes torqueri.ſecundũ Bru.ubi ſ. ſecundũ Bal.in l.data opera.C.qui accu.nõ poſ.Eſt etiã notãdũ,ꝙ cautè debet procedi ad dictã torturã: uidelicet, ꝙ appareat in informatione ante omnia cõſtare de delicto in genere cõmiſſo,ſecũdũ Bru. ubi ſ.per l.j.§.itẽ illud.ff.ad Sylleia. Itẽ debẽt apparere in actis probationes,ꝙ teſtes negãtes ſciunt,uel ſcire debẽt ueritatẽ facti.ſecundum prædicta,ut late docet Bru.ubi ſuprà.
25 ¶ INQVI. An prędicta procedãt,ut nõ ſeruetur ſolẽnitas.l.cuſtodias.ff.de pub.iud.ut debeat diſputari ſuper indiciis contra teſtes habitis,ſicut diſputatur de indiciis cõtra aliquẽ, qui torquetur in ſeipſum? ¶ IVD. Dic,quòd nõ,ut habetur Per Bar.in d.l. unius.§.teſtes, ff.de quæſt.& habetur per Bru.in lo
26 co ſuprà allegato. ¶Et ſimiliter,ſi procedatur ad examẽ aliquorũ teſtium

ſtium,& aliqui reperiãtur uacillare, poſſunt torqueri ad habendã ueritatem.ut l.ex libero ff.de quæſtio. quòd nõ procederet,ſi eſſent clerici,ſed aliàs de falſo puniuntur.ut l. presbyteri.C.de epi.& cle.&ibi per Bal.& habetur per Inn.in c.quoniã contra falſam.de prob.& melius in c.cùm in contemplatione.de regu. iur.& per Pau.de Elea.in c.grauis. de depoſi.Alii uerò teſtes poſiti in quacũq; dignitate torquentur,ſi uacillant,ut l.nullũ.C.de teſti.niſi ſint teſtes,qui ex priuilegio iuris,uel aliter ſunt priuilegiati,ut nõ poſsint torqueri.dicit Bar.in d.l.ex libero. & ſequitur Brun.in tract.de indi.& tor.iiij.q.ij.partis.& ibi dicũt,quòd quãdo teſtes uacillãt,iudices debẽt omnia ſcribi facere per notariũ actorum,& notarius debet ſcribere ſub hac forma,uidelicet:Et mãdauit mihi magnus iudex,quòd ſcriberẽ: dicti teſtes uacillabant,mutabãt colorẽ in facie,& ita mihi uiſum fuit: & hoc præſentibus ipſis teſtibus au-

27 dientibus,& intelligẽtibus.¶ Si uerò homicidiũ fuerit commiſſum in aliqua ſtrata,ſeu cõſtrata,forte extra ciuitatẽ,iudex debet inueſtigare,& perquirere frequentantẽ illã ſtratam,quia contra eũ oritur præſumptio,& indiciũ,quòd ipſe fecerit ſecundũ Ang.in l.iuſto errore.ff. de uſucap.& ſequitur Marſ.in d.§. diligẽter.nu.108. ipſũmq; diligẽter examinet, quia uel ipſe apparebit

28 quòd fecerit,uel ꝙ ſciat.¶ I N Q V I. Sed nunquid hoc indiſtinctè ſit uerum? ¶ I V D. Ita tamẽ procedit id, quod dixi,ſi erat ſolitus talia perpetrare,ſecundũ Lud.Ro.in l.j.§.hoc reſcriptũ.ff.ad Syllania.non aliter,

29 & ita procedat.¶ F I S.Solẽt domine iudex ut plurimũ nonnulli teſtes recuſare de nõ ſe examinãdo,dicẽtes, quòd ex priuilegio, uel aliter non cogũtur teſtificari.qualiter ergo debẽt in hoc iudices prouidere? ¶ I V D.Libenter dicã.ſcias ergo,ꝙ quædam perſonæ enumerãtur in l. lege Iulia.ff.de teſti.quæ inuitæ ad teſtimoniũ ferẽdum nõ coguntur, ut gener aduerſus ſocerũ,& econtra priuignus aduerſus uitricum,& econuerſo agnati aduerſus agnatos, affines aduerſus affines collaterales uſque ad tertium gradum, liberti contra patronos, & eorum liberos,& econuerſo uxor cõtra uirũ.Iſtę enim perſonæ nõ poſſunt per iudices cogi,ut ſe examinari ſinãt.Verũ ſi aliter ueritas haberi nõ poſſet,poſſunt cõpelli ad teſtificandũ,ſecundũ Specu.in ti.de teſt. uer.nũquid frater.& ibi per Io.An. in addi.uer.ſupra.excipit tamẽ ipſe Io.An. libertũ,per l.libertorũ.C.de teſti.& ſocerum, qui habetur loco parẽtis.l.quia.ff.ſol.ma.& ſic etiam ubi aliter ueritas haberi nõ poteſt, libertus,filius,& gener non compelluntur teſtificari contra ſuos.ſed communis eſt ſententia canoniſtarum,quòd ubi aliter ueritas haberi nõ poteſt, priuilegiati compelluntur teſtificari.ut in c.j.& c.cùm peruenit.extra de teſti. cogen.ſecundũ Alber.in l.inuiti.de teſtib.& firmat alter Alb.in tract.de teſti.in c.qui teſt.non coga.teſti.& eſt deciſi.cap. tolo.ſub num.354.Imò.& Anto.Sicul.in c.delictorũm.de teſti.cogen. Barto.poſt gloſſ.in d.l.inuiti.& idẽ procedit in clerico,ut non cogatur teſtificari, ſi aliter ueritas haberi

non poſſet,ſecundum gloſ.in c.ſuper eo.de teſt.cogen.& in c.ſtatuẽdum.ij.q.vj.& Hoſtiẽ.in ſumma,de teſti.§.j.Goffre.in ſumma eiuſdem titu.Imo. in d.c.delictorum.de teſtib.cog.& Abb.in c.j.eo.ti.& quòd ueritas aliter haberi non poteſt,tenetur probare ille,qui eos producit.ſecundũ Anto.Gemi.& Imol.in d.c.delictorum.& Abb.in d.c.ſuper eo.eo.ti.& quando teſtes dicantur inuiti,reſpõde quãdo citati ad deponẽdum uenerũt,& allegauerunt eorum priuilegium petẽdo non eſſe cogẽdos ad deponendũ,quo nõ obſtante iudex cõpulit eos teſtificari,nõ quando fuerũt tantũ citati,& eis fuit factũ mandatũ,quòd deponant,& illi depoſuerũt nõ allegã tes priuilegiũ,ſecũdũ Albe.de Roſ.
30 in d.l.lege Iulia.ff.de teſti. ¶Quidã ſunt teſtes,quos iudex non poteſt compellere ad ſe uenire,ſed ad eos debet accedere,uel mittere,ut ſunt ſenes, ualetudinarii:ut ſunt maiores lxx.annis,& alii notati in l.inuiti.de teſti.Quãdo autem ueritas haberi non poteſt,& eo caſu coguntur deponere,non autẽ uenire perſonaliter ad iudicẽ,ſecundũ Alber.& cæter.doct.in d.l.inuiti.& Alber. Bergo.in d.tra.de teſti.in loco ſuprà citato.Sunt & alii teſtes,qui cogi nõ poſſunt teſtificari,ut ſunt magiſtratus.qui tamẽ,ſi publica utilitas ſuadet etiã teſtificari coguntur, quãdo aliter ueritas haberi nõ poteſt.ſecundũ Alber.in d.loco.per l. gradatim.§. quoties.ff.de mune.&
31 ho.¶Non cogitur teſtificari mulier prægnãs,ſecundũ Bal.& Flori.in d. l.inuiti.facit l.ij.§.ſi uerò propter. ff.ſi quis cau.Idem Bal.in l.imperator.ff.de ſta.ho.Quod facit prò uulgari opinione mulierum dicẽtium, quòd nõ licet mulieri prægnanti iurare,& ad id cogi non poſſe:quia ſi non coguntur teſtificari, ergo nec iurare,cùm debeãt teſtes eſſe iurati.Sed illud intelligi debet ſecundũ Bar.in d.§.ſi uerò.quòd nõ tenetur mulier prægnans perſonaliter in iudicio cõparere:ſed iudex debet mittere actuariũ,ut iuret,& deponat, per l.ad egregias.ff.de iureiuran.& idem,ſi nõ ſit prægnãs.ut in c.mu-
32 lieres.de iud.lib.vj.¶INQVI.Nunquid indiſtinctè teſtes poſſint euocari de una ciuitate in aliã ferendi cauſa teſtimonium? ¶IVD. Optimam rem tetigiſti,& ideo aduertẽdum eſt per iudices quo ad teſtes euocãdos:qa debẽt explorare,quę cõſuetudo in ea regione ſit,in qua iudicant.Nam ſi probabitur ſępe in aliam ciuitatem teſtimonii gratia pleroſq; euocatos,non eſt dubitãdum,quin euocandi ſint,quos neceſſarios in ipſa cognitione deprehenderint, qui iudicant.l.iij.§.ſi.ff. de teſti.Aliàs ipſi accedant, uel ad eos examinandos actuarium mittant,uel eorum receptionem alteri committãt.quod raro debẽt facere iudices,& propè ſolũ in criminali-
33 bus arduis.¶FIS. Quonam ordine,& de quo debẽt interrogari teſtes? ¶IVD.Debent interrogari de ſingulis circunſtantiis: uidelicet de cauſis, perſonis,loco,tẽpore,uiſu, auditu, ſciẽtia, credulitate, fama,& certitudine.c.cum cauſam.extrà de teſt.de qualitate tamẽ temporis,an nubilum fuerit,an ſerenum tempore commiſsi delicti,maximè quando ſunt ſuſpecti teſtes. Quia tunc etiam

etiã de minutiſsimis circunſtantiis: de ueſtium colore,ueſtitu, cæterarúmq; rerum exactiſsima qualitate indagabit, ut uidelicet explorare poſsit num ſuſpectorũ teſtiũ fides adſtipuletur,ar.l.is,apud quẽ.C.de eden.Iudicantẽ enim oportet cuncta rimari,& ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere.xxx. q.v.ſecundum gl.in uerbo.ex tempore.§. in teſtibus conſiderandum.Debent etiam interrogari,quo genere teli ſit facta percuſsio.Nam animus occidendi probatur ex qualitate percutiẽdi.Debet inſpici,quo gladio, baculo,aut lancea:& ſi talis percuſſio fuerit facta in capite, aut alia parte corporis. Quia cum graue ſit inſtrumentum,non ſolet leuem plagam inferre. Debent etiam teſtes moueri,ut uerũ dicant,prætermiſſis prece,odio,& amore,habentes reſpectum ad Deum,qui eſt ſumma ueritas.& ob id de ueritate dicendi debent iurare tactis ſacroſanctis euangeliis.ut leg.iuſiurandum. C.de teſtib.& c.quamquàm.xiiij.q. ij.& xxxv.q.vj.de parentela.ut quæ in ueritate rerum nouerint,profeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, & non admiſceãt falſitatẽ teſtimonio.c.hortamur.iij.q.ix.& l.presbyteri.C.de epi.& cle.Debẽt deſignari nomina teſtium,& eorum cognomina,ut quid, & à quibus dictum ſit appareat.ut c.qualiter,& quãdo. de accu.Debent etiã annotari qualitates teſtium in eorum depoſitionibus:quia eorũ fides approbatur ex illorum dignitate.ut in authen.
34 de teſt.§.ſancimus.¶ Et ſi petierint teſtes exhiberi eis hominẽ,de quo deponunt,exhibendus eſt,ut eum recognoſcant.& hæc exhibitio fieri debet cum indumentis,& qualitatibus eius,ſecundum Bar.in l.ſi cũ exhibuiſſent.§. antè autem.nu.2.ff. de pu.& uectig.& l.ſtigmata.de fabri.lib.xj.& probatur in l.iij.§.ſi qs noxali.Nec debet ad oculũ demonſtrari,quia daretur materia fabricãdi falſum.ſed conſtituto reo inter duos,uel tres,interrogẽtur teſtes, quis eorum uideatur.& ſit ille, de quo deponunt in eorum depoſitionibus.& ita ſeruat magna curia
35 uicariæ.¶ FISCVS. Nũquid ætas teſtium debeat deſignari,& apponi in depoſitionibus eorum? ¶ IVDEX. Certè ſic, ut talis teſtis eſt annorum 31.& hoc fit,quia in teſtibus requiritur, quòd ſint maiores xxv.annis.ut l.in teſtimonium.in fi. ff.de teſti.Impuberes ergo,& paruuli teſtes non poſſunt in cauſis criminalibus examinari. Quia omne quod teſtibus adſtipulatur,id iurationis adiectione affirmare debẽt. ut in c.j.xxij.q.j.& c.quãquàm.xiiij. q.ij.Sed paruuli,ſiue pueri ante annos quatuordecim non coguntur iurare : quia ſine ætate rationabili ſunt.ut c.paruuli.& cap.pueri.xxij. q.v.Igitur non poſſunt eſſe teſtes, quia iuramento debet adeſſe iudicium.ut iiij.q.iij.c.j.& hæc ætas neſcit,quid agat.ut C.de fal.mone.l.j. nec poteſt impubes periurare.unde ſacramentum calumniæ præſtare non poteſt.l.qui iuraſſe.ff.de iureiur.Quæ omnia nõ procedũt,ubi aliter ueritas haberi nõ poteſt.quia tunc infans,& impuberes admittũtur,non ad plenam probationẽ,ſed ſaltem ad faciendum indicium.per ea,quæ late ſcribit Hyppo.de Mar.

in l.infans.ff. de ſicar.Item dictum
iſtorũ ualidatur, ſi adeſt depoſitio
alterius teſtis omni exceptione ma
ioris idem deponentis. ſecundum
Bal.in l.ſi quis.§.quid enim.in prin.
ff.de eden.& Iaſ.in l.cunctos popu
los.C.de ſum.tri.& fi.catho. & po-
ſuit Ioan.Mill.in practica cri.in gl.
36 ætatis.fol.25. ¶ F I S. Quid ſi ſunt
aliqui teſtes,qui in eorum depoſi-
tionibus aſſerunt,ſe nõ cognouiſſe
offenſorẽ per nomẽ, & cognomẽ,
& tamẽ dicunt,ꝙ ſi uiderẽt,cogno
ſcerent,& offenſor ipſe non eſt in
fortiis curiæ,ut poſſet exhiberi te-
ſtibus ſecundũ ſupradicta,quid eſt
faciendũ? ¶ I V D E X.Debẽt deſi-
gnari ſigna,quæ habebat offenſor:
qualitas perſonæ:quæ indumenta,
& ueſtimenta portabat:quã faciem
habeat:& ſi eſt iuuenis,uel ſenex.
ſecundũ Bar.in l.j.C.de mendi.ua-
lid.lib.xj.Nam per caput, cuius ſit
imago,cognoſcimus.l.cùm quis.ff.
de reli.& ſump.fu.& l.itẽ apud La-
beonem.§.cum quis.ff. de iniur.&
Io.Mil.in d.prac.cri.in glo.prolixa.
Barba.fo.20.& Ange.de Are.in lib.
malefic.in uerbo,hæc eſt quædam
inquiſitio,in fine.ubi quærit an poſ
ſit formari inquiſitio, quando ne-
ſcitur offenſor.& per Marſi.in pra-
37 ctica.§.principiũ.n.17.in fi.¶ F I S.
Quid ſi accuſator paucos teſtes
produxerit,an male faciat iudex,ſi
ex officio alios examinauerit à
querulante non productos? ¶ I V-
D E X. Dicas,quòd nõ,ſecundum
Bart.in l.j.§.ſi quis ultra.ff.de quę-
ſtio.& not.per omnes ſcriben.in l.
idem eſt.§.ſi tibi.ff.de condict.ob.
tur.cau.& in authen.de tabellio.§.
pri.col.iiij.cum ſeque.cum ſua glo.

& extra.de calũ.detegen.c.j.& glo.
38 ¶ I N Q V I S I.Sępe uidi in capiẽ-
dis informationibus examinari ini
micos,& pro parte inquiſiti inſta-
ri,quòd non recipiantur, quia ſunt
inimici,& hoc nõ obſtãte recipiũ-
tur,an bene fiat? ¶ I V D E X. Si tẽ-
pore,quo examinãtur teſtes,com-
pareat quis,& dicat nõ procedi ad
examẽ teſtiũ,quia ſunt ei capitales
inimici,de qua inimicitia in prom-
ptu offeratur uerificari,quia ita de-
bet exponi, certè impeditur exa-
men,& debent iudices ipſi ſummi
tim cognoſcere de allegata exce-
ptione inimicitię,ſecundũ Barto.&
Marſili.in l.j.§.ſi quis dicatur.ff.de
quæſtio.& habentur per Gram.de-
ciſi.34.nu.47.ubi dat modum obii-
39 ciendi de inimicitia. ¶ F I S. Quid
ergo ſeruabũt iudices,ſi proceden-
do ad examinationem aliquorum
teſtium aliàs fortè ſuper eodem fa-
cto examinatorum, & nolunt ipſi
teſtes ſigillatim deponere, ſed di-
cunt,ſe referre ad eorum examen
aliàs factum? ¶ I V D E X. Dicas,
quòd ſi iudicibus uidebũtur teſtes
ipſi ſuſpecti, poſſunt cogere ipſos
ad iterum ſigillatim deponendum,
nec tenentur admittere reſponſio-
nem eorum, quòd ſe referant ad
aliàs dicta,ſecundũ Bal.in l.j.§.edi-
tiones.in fi.j.col.ff. de eden.& in l.
fi.C.de teſti.in fi.Eſt enim in arbi-
trio iudicis admittere talem reſpon
ſionem,uel non admittere, ſecun-
dum Bar.in l.eos.ff.de fal.bene ue-
rum eſt,quòd Bar.ibidẽ dat cautelã
ipſis teſtibus,ut petant exhiberi,&
legi eis depoſitionem aliàs per eos
factam,& ad hoc iudices tenentur,
ut etiam per Marſilium habetur in
loco

loco ſupra allega.de quo per Boër.
in deciſi.108.pri.parte.Et eſt aduer-
tendũ,quòd quãdo teſtes dixerint,
ſe referre ad eorum examẽ,tum tu
Fiſce debes cõparere,& inſtare,ac
petere,quòd iterũ examinẽtur per
extenſum,& uariis interrogatoriis
interrogẽtur,ex quo ipſo ipſos ha-
bes ſuſpectos, ut docet Gra.in de-
ciſi.34.nu.40. Tũc enim iudices li-
citè procedunt ad eos examinan-
dos,ut cõſuluit Alexã.cõſil.90.in 4.
40 lib.& cõſi.154.5.col.in v.lib.¶ F I S.
An iudex teneatur admittere illam
proteſtationem,quã ſępe teſtes fa-
ciunt dici:prout dixi in alia depo.&
ſi aliter dixero,uel depoſuero,id eſt
ex obliuione, & ſemper intendo
perſeuerare in prima depoſitione.
¶ I V D. Dicas,ꝙ ſic,ſecũdũ Bar.&
Marſ.in l.eos.ff.de fal.& operatur
iſta proteſtatio,ſi aliter dixero in ij.
quàm in j.quòd nõ erit uarius te-
41 ſtis.¶ F I S.Quia ſuprà mihi dixiſti,
ꝙ teſtes,qui cogi non poſſunt pri-
uilegio iuris,uel aliter:ſi aliter ueri-
tas haberi non poteſt,poſsint cogi
deponere, an id uerum ſit ut etiam
per torturã cogãtur?¶ I V D.Amo-
de.de Caſte.in trac.ſyndi.in gloſ.in
eo,quòd poteſt officialis plures ca
pere detinere,in fin.dicit,quòd ſic.
quem ſequitur Bru.in tra.de indi.&
tormẽ.in v.q.ij.partis.nu.18.& Mar.
in l.j.§.ſi ſeruus bona fide.ff.de qõ.
& Roma.in ſing.393.incip.tu habes.
42 Sali.in l.ex cõſen.C.de rep.¶ F I S.
Quid faciant iudices, quãdo teſtes
examinati uoluerint fortè corrige-
re eorum dicta,an admittãt dictam
correctionem,& eam ſcribi faciãt?
¶ I V D.In continenti licet teſtibus
corrigere eorum dicta, non ex in-
teruallo,ut eſt caſus in c.præterea.
extra, de teſti.cogen.& gl.in auth.
de teſti.§.quare uerò.& ſic quando
in continenti corrigunt, debet ad-
mitti,& ſcribi talis correctio,ſi iu-
ſtam cauſam correctionis allegent.
& hoc ipſis iudicibus uidebitur.
Quando autẽ ſimpliciter corrigunt
dictum eorũ,nec dicũt priorem te-
ſtificationẽ ſe corrigere uelle,tunc
puniętur ut uarii,per l.eos.ff.de fal.
& ibi no.Bar.in iij.cõtrario.& quã-
do dicatur in continenti, omnes
docto.in d.c.præterea.tenẽt,quòd
antequã ſint loquuti cum parte, &
è cõſpectu iudicũ exeant, ut tangit
pulchre Tinda.in tract.de teſti.di-
ſcor.ſeu uar.in iiij.c.dicti tracta.ubi
dicit ſibi uideri,quòd ſi teſtis ſit no
bilis,& ueridicus,erit arbitrariũ iu-
dici admittere correctionem ex in-
teruallo, uel nõ admittere:& ſi ſint
aliqui teſtes, qui dixerint ſe neſci-
re,eos poſſe etiam ex interuallo di
cere,ſe ſcire,uel ſe recordari, licet
non indiſtincte,ut per doct.in d.l.
eos.& habentur per Tind.in d.tra.
43 in loco ſuprà alle.¶ F I S.Quid ue-
rò,ſi teſtis obſcurè depoſuit,uel di-
minutè abſq; cauſa ſcientiæ,uel ali-
ter, an quandocunq; poteſt iudex
ipſum repetere,ut declaret dictum
ſuum? ¶ I V D.Certè ſic.quia in eo
ceſſat timor ſubornatiõis.ut extrà,
de teſti.c.cum clamor.& ibi per gl.
& docto.& c.per tuas.eo.ti.& facit
l.repeti.ff.de quæſtio.in princ.& ibi
no.Bar.Sed hoc eſt uerum,quando
teſtis dictum eſt adeò obſcurum,
quòd nullũ habet intellectum, ſed
ſi poſſet uariis modis intelligi,tunc
iudex nõ deberet teſtem repetere,
ſed eius dictum interpretari ſecun-

dum conſuetudinem,ſi poſſet.aliàs in parte benigniorē. & his ceſſantibus ſtare debet uerborum ſignificationi,omnibúsque deficientibus debet dictum teſtis contra producentē interpretari,per c.in præſentis.extra, de probat.& refert Inno. extra,de teſti.c.cum clamor.in glo. ultima.in fi.& ſequitur Tinda.in d.
44 trac.de teſti.uaria.in iiij.ca.¶ F I S. Dixiſti mihi paulò antè, quòd teſtes uacillantes poſſunt torqueri ad habendā ueritatē.nūquid teſtis deponēs pria uice per uerbū,credo, & ſecūda uice per uerbū aſſertiuū ueritatis,dicatur uacillare?¶ I V D. Dicas, quòd regulariter non.imò creditur dicto ipſius ita deponētis, ſecundum gl.ordi.ab omnibus approbatam,in l.tutela.C.de in inte. reſtitu.in ij.lectu.facit l.peregre.in prin.ff.de acqui.poſ.& hoc uult expreſſe Iac.de Are.in l.ij.§.quod obſeruari.C.de iura.calum.& Bal.in x. colū.de not.feu.c.j.§.notandum.& uerum hoc intelligitur,quando iudici licitum eſt hunc teſtem examinare,& repetere:& quando teſti licitum eſt dictum ſuum corrigere. quod quando fit ſuprà dixi.Item id procedit,quādo cauſam nouæ credulitatis aſsignat:quia aliàs diceretur uacillans,& eius dicto non ſtaretur.Item id uerū eſt,præterquam in caſibus,in quibus ſtatur teſti deponēti de credulitate,ut plenè per Tindar.in tract.de quo ſupra,in c.
45 v.in princ. ¶ F I S.Sed quid ſi teſtis non uult corrigere dictum ſuū,ſed uult addere, an debeat ſcribi eius additio?¶ I V. Dicendum eſt,quòd ſic.& hoc antequā teſtis exeat conſpectū iudicis:quia uidetur una depoſitio cum prima. arg.ff.de teſt.l. hæredes palam. §.fi.l.continuus.in princ.ff.de uerbo.obligatio.& ff.de duo.reis.l.duos reos . & l.quod ait lex.§.fi.de adulter. Si autem adderet pòſtquam loqui potuit cū partibus, tūc quidem audiri debet,ſed minor fides ei datur. argumen.no. in authenti.de teſti.§.quia uerò.& uoluit hoc Io.And.in capit.præterea.extrà,de teſti.& ibi Ioā.de Imo.
46 ¶ F I S. Quid ſi teſtis pri.uice dicit ſibi uideri,demum iterum examinatus deponit per uerbum ueritatis aſſertiuum,an hic uarius dicendus eſt,uel uacillans,ut poſsit torqueri? ¶ I V D. Dicas,quòd nō dicetur uarius,nec uacillans.imò ſtatur ſecundo dicto,per tex.cum glo. in l.qui bona.§.ſi quis ſtipulaturus. ff.de damn.infec.& l.iij.§.duæ cauſæ.uerſi.finge.ff.ad Carb.quod intelligitur,ſecundū quod ſupra proxime dixi,quādo deponit per uer-
47 bum,credo.¶ F I S. Sed an ſit idē, ſi prima uice teſtis deponit dubitādo,& deinde iterū examinatus deponit affirmando?¶ I V D.Per omnia idem eſt.per textum in l.ſed ſi quacunque.in fi.iuncta l.item quęritur.§.idem Iulianus.ff.loca. Nam in l.ſed ſi quacunque.in fi.Iuriſconſultus ſuper illo caſu dubitat.ſed in d.l.item quæritur.§. idem Iulianus. illum caſum ſine dubitatione decidit , & tamen non dicitur uarius: ſed prædicta intelligas,quando cōtingunt hæc in diuerſis depoſitionibus diuerſis temporibus factis. ſecus,ſi eodem tempore:quia tunc diceretur teſtis uacillans . & ita procedant, quæ ſuprà dixi ſecundum Tindar.in dicto tract.de teſti.

48 ua.in c.ſeptimo.¶ F I S.Quid ſi teſtis dicit una uice, ſe neſcire:deinde iterum examinatus dicat, ſe ſcire, an & hic dicatur uarius teſtis?¶ I V. Diſtingue, aut teſtis, qui pri.uice dixit ſe neſcire, producitur iterum in eodem iudicio ſuper eodem, & ab eadem parte, quæ prius eũ produxerat, uel ab aduerſario:& hoc caſu ſi dicat ſe ſcire, ei nõ creditur:quia hic teſtis per hanc uiam non poteſt iterum produci, & præſumitur ſubornatus, ut eſt caſus in l.produci. ſecundũ unam lecturam.ff.de teſti. Interdũ reuertitur teſtis, qui priùs dixit, ſe neſcire, ꝓprio motu ad corrigendum eius dictum, dicens fortaſſe ſe rememoratum.& eſt idem, ſi illud facit ex interuallo propter timorẽ ſubornatiõis.& ita procedat deciſio Do.de Ro.22.Interdum teſtis, qui pri.uice dixit ſe neſcire, uocatur à iudice ex ei⁹ officio ad eius informationem, quia forſitan perſenſit teſtẽ eſſe rememoratũ, uel ad declarationem aliquã, uel ad aliquã additionem, quod poteſt facere iudex.ut extra, de teſti.c.cum clamor. & hoc caſu ſtatur ſecũdo dicto, nec dicetur uarius, ut optime concludit Tindar.in tract.de teſt.uaria.in viij. cap.& uoluit Ange.in l.quidam tabularum.ff.de fur.& Ia.de Are.in l. ij.§.quod obſeruari.C.de iura. calum.& Bar.Io.de Imo.& Ange.in l. qui bona. §. ſiquis ſtipulatus.ff.de dam.infe.quod eſt uerũ, niſi prima uice deponeret per uerbũ neſcio, poſteà uerò affirmatiuè, uidelicet, ſcio, tantùm, & non plus, uel quid ſimile.quia tunc dicetur uarius, ut
49 plenè dicit Tindar.ubi ſupra.¶ IN-Q V I.Nũquid teſtes domeſtici familiares producti per accuſatorem debeant recipi, & examinari?¶ I V-D E X. Dicas, quòd non.c.in literis.extrà, de teſti.Teſtes igitur eos, quos accuſator de domo produxerit, interrogari non placuit.l.pen.ff. eo.tit.de teſti.cùm & iure ciuili domeſtici teſtimonij fides improbetur.l.ij.C.eo.tit.& familiæ appellatione omnes, qui in ſeruitio ſunt, continentur.etiam liberi homines, qui bona fide alicui ſeruiunt, uel alieni.accipe eos quoque, qui in poteſtate eius ſunt.l.addes etiam.§.familiæ.ff.de ædi.edi.& l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de uerbo.ſignifica. Domeſtici dicũtur colonus, ſeruus, aſcriptitius, familiaris, libertus.l.ulti.§.ſanè.C.de his, qui ad eccle.cõfug.item domeſticus eſt mercenarius, qui operas alicui locat.l.reſpiciendũ.§.furta domeſtica.ff.de pœ. Domeſtica quoque eſt uxor, & cõiunx, cum appellatiõe familię comprehendatur. l.quicunque.C.de re militari.lib.xj.ſed ubi aliter ueritas haberi non poteſt, & domeſticorũ, & familiarium iuris interpretes teſtimonium admittunt, ſecundũ Panormi.in capitulo ultimo.uerſi.ſed quia ſuprà dixi.de his, quæ ui met. cau.fiunt.Proinde ſiquid nocturno tẽpore paterfamiliàs amiſerit, probare hoc poterit per ſuos domeſticos: ſi dicant, pridie eas res ſe uidiſſe, & nocte furem fuiſſe in ædibus, illuceſcente die ſe illas res amplius non uidiſſe. uel ſi paterfamilias dicat ſibi datam, ſeu factam eſſe uim, nocturno tempore effractas eſſe fores, ſeu quid ſimile, teſtimonium domeſticorum fidem faciet. argumento l.conſenſu. C.de

C.de repu. Quoniam (ut ait tex.) non facilè quæ domi geruntur per
50 alienos pôterunt ſciri.¶ F I S. Quinam propriè dicuntur teſtes uarij, uacillantes,& cõtrarij?¶ I V D.Dicas,quòd teſtis uarius dicitur, qui primò dicit unũ, poſtea aliud dicit contrariũ,nullam uariationis cauſam aſsignando.ita dicit Io.And.in c.propterea,de teſti.cogẽ.Contrarius dicitur,qui dicit duo incõpoſſibilia : ut ſi teſtis dixerit, quòd interfuiſſet tali die, & hora celebrationis talis cõtractus,& poſtea dicat eodem tempore ſe fuiſſe in alio loco multùm remoto.nam talẽ appellamus contrarium,eò,quia duo ſimul incompoſsibilia teſtificatur. Vacillans autẽ dicitur,qui dubitando,& timẽdo loquitur. de quo per Bald.in l.eos.ff.de fal.ubi plene.& per Spe.in ti.de teſt.§.j.uerſi.quòd autem teſtes.& hãc declarationem Io.An.in ca.præterea.ſequutus eſt But.ibi. Poteſt tamen aliter dici teſtis uarius ſecundũ Imol.ibi.quãdo quis dicit Titium emiſſe eadẽ die domum Sempronij,deinde teſtificatur Titium emiſſe domum Sempronij unà cum uxore ſua.Nam hic propriè dicitur uariare,ex quo pri. dixit Titium ſimpliciter emiſſe domum:dehinc dixit Titium cũ uxore.Et hæc expoſitio uariationis magis placet Alberic.de Ro.Bergo.in trac.de teſti.in v.& ultima parte.in
51 prin. ¶ F I S. Quomodo cogentur teſtes teſtificari?¶ I V .Dicas,quòd compellet eos mulcta indicta,& captis pignoribus,ſecundũ Bal.& Io. de Pra.in l.quibus diebus.in princ. uerſi.nota illud principiũ.ff.de cõdi.& demon.& per Innocẽ.in c.j.in glo.in uerſi.compellas.de teſti.co-
52 gen. ¶ F I S. An iudex licitè poſsit aſſecurare teſtes,ut ueniant tuti ad deponendum? ¶ I V D.Dicas,quòd ſic,ſecundũ Spe.in ti.de teſt.§.qualiter autem.uerſic.debet quoq;.nu
53 13.per c.hortamur.iij.qõ.ix. ¶ I N. Nunquid iudices debeãt prouidere,ut teſtes habeãt ſumptus à querulãte producente?¶ I V D. Dicas, quòd ſic.l.quoniam liberi.C.de teſti.& in authen.de teſt.§.& quoniã. iuncta glo.in uerſic.obſeruationib. col.v.& c.ſtatutum.§.proferẽdo.de reſcri.li.vj.& procedit etiam,ſi dicti teſtes coacti depoſuerint,ſecũdum Spec.in titu.de recu.§.effectus.uer.
54 ſed quis.¶ I N. Indies uideo iudices in capiendis informationibus, ſi uiderint teſtes aliquid deponere in fauorem inquiſitorum, id ſcribi non faciunt, & aliqui ſcribi faciunt aliter,quòd teſtes dixerint:nũquid licitè hoc machinãtur?¶ I V D.Caueant iudices, ut dictis teſtium nõ addant, nec diminuant,ſed eorum materna uerba, & prout dicta ſunt per eos,extendi faciant,& non aliter:aliàs rei erunt gehennæ, & tenebuntur reddere rationem in die iudicij,cùm tractabitur de uita hominis,& punientur pœna reſeruata illuſtriſsimo Proregi huius regni. Debent enim dicta teſtium tam ſacientia pro inquiſi.quàm cõtra inquiſitũ extendi,& ſcribi ſub pœna reſeruata Proregi, ut cauetur per regiam prag.editam per Cæſ.maieſt.incip. item quia nobis datum
55 eſt intelligi. ¶ Item debet cautè procedi ad capiendam, & formandam inquiſitionem, ut ante omnia examinentur teſtes de fa-

ma.

ma.quia non præcedente fama,in-
quiſitio corruit, ut habetur in ca.
qualiter,& quando.ij.de accuſa.&
latè examinat Marſi.in praxi cri.§.
conſtante.nu.12.Verũ ſi probantur
indicia propinqua,licet nõ probe-
tur fama,ſufficit,ut ibi.Et id quod
dixi,quòd fama debet præcedere,
habet locum,quãdo proceditur ad
petitionem,& querelã alicuius.ſe-
cus,ſi proceditur ex mero officio,
ut ibi late habetur cum aliis caſi-
bus, in quibus non procedit id,
quod dixi,quòd debeat cõſtare de
fama: licet in hoc ultimo fortiter
arguat contra Ange.quòd etiamſi
proceditur ex mero officio,debet
56 conſtare de fama. ¶Itẽ ad hoc,ut
inquiſitio procedat,neceſſe eſt tali
ter eſſe probatum delictũ,ut actio
ciuilis oriatur parti.aliàs ſi actio ci-
uilis non oriretur parti,nec etiam
oriretur actio reipublicæ.& ſic nõ
poſſet formari inquiſitio,ut firmat
ſatis Marſi.ubi ſup.nu.34. cum ſe-
quẽtibus.& ibi dat plura exempla.
57 ¶Item ſi fortè inquiritur cõtra ali-
quẽ de auxilio præſtito,debet ante
omnia capi informatio de ipſo de-
licto principali,& de principali of-
fendente,ſeu delinquente:aliàs nõ
poſſet procedi contra auxiliantes
auxilio cooperatiuo præſtito delin
quenti,ſecundũ Pet.de Anch.in cõ
ſil.217.incip.nos Bartholomæus de
Sali.refert,& ſequitur Marſi.in d.§.
conſtante.nu.40.Nec ſufficit con-
ſtare per fictam confeſsionẽ habi-
tam uirtute contumacię,& uigore,
ut per eundem Marſi.idem nu.52.&
per eundẽ in l.ſi in rixa.ff.de ſicar.
58 ¶Et eodẽ modo ſi proceditur con-
tra mandantem,debet conſtare de
mandatario.aliàs procedi non po-
teſt ſecundũ eundem Marſi.in con
59 ſil.49.& 50.primi lib. ¶Itẽ ulterius
debet conſtare,quãdo proceditur
contra aliquos de auxilio præſtito
ad delictum committendum:quòd
ad hoc principaliter fuerint coadu-
nati,& quòd auxiliabantur aſsiſten
do,ut habilius,& cõmodius fieret
delictum per principalẽ delinquen
tem.per l.iij.§.homines.ff.ui bo.ra-
pto.& firmat Marſi.ubi ſup.nu.45.
60 & 42.¶Item debet conſtare,quòd
delictum non poterat fieri ſine au-
xilio illius,& quòd ſi ipſe nõ inter-
ueniſſet auxiliando, nõ ſequutum
fuiſſet delictum,uel ſi nihilominus
patrari potuerit,non tamẽ ita faci-
lè & commodè , ut ibi per Marſi.
61 nu.61.prope fi.¶Itẽ debet probari,
ꝙ ſciẽter,& nõ ignorãter fuit præ-
ſtitũ auxiliũ,ſecũdũ Bart.ĩ l.omnes.
C.de agri.& cen.li.xj.& Alex.in l.is
qui opẽ.ff.de fur.& ibi per Marſi.
62 nu.64.¶Itẽ debet conſtare delictũ
fuiſſe cõſummatũ,& nõ attẽtatũ tã
tũ.Quia q̃s nõ tenetur de auxilio,
niſi delicto cõſummato,ſecũdũ gl.
& ibi.Dyn.in l.ſed & diuortij.ff.re.
63 amo.& Marſi.ubi ſup.nu.65.¶Et no
ta,ꝙ ſi non conſtat,quis occiderit
uel uulnerauerit Semproniũ:tamẽ
ſi cõſtet fuiſſe uiſos Semproniũ,&
Seium adinuicem rixantes , & ex
poſt fuiſſe uiſum Semproniũ mor-
tuum,licet nõ probetur; dictum ho
micidium,attamẽ probatur dictum
homicidium,ſecundũ Sali.in l.fi.C.
de proba.& Soc.in conſil.54.incip.
uiſis teſtibus.pen.colum.iij.uol.re-
fert,& ſequitur Fran.Bru.in trac.de
indi.& tor.v.car.iij.colum.& Marſi.
conſi.115.ij.uolu.nume.28.& in caſu

iſtius

iſtius incertitudinis poteſt adhiberi tortura,ut habetur per Marſi.in l.j.§.diuus Adrianus.ulti. colum.ff.
64 de ſicar.¶Et nota,quòd ſi accuſatur Titius,quòd occiderit Seium, & teſtes deponũt,quòd Titius Seium gladio,uel claua percuſsit,licet uideantur incertè deponere,tamẽ quia uterq; intellectus cõcludit homicidium, rectè probant, ſecundũ Alexan.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff. de uerbo.obli.& refert,& ſequitur Fel.Sande.in ca.ex parte prima.de
65 reſcrip.colũ.13.circa medium. ¶Eſt etiam notãdum,quòd ubi ueritas aliter haberi non poteſt, poſſunt examinari impuberes,& infantes, & ſaltem faciunt indiciũ ad torturam.Debet tamen prius conſtare, aliter ueritatem haberi non poſſe, habitum,& actũ probando, quòd fuit de nocte,ubi nõ erant,uel adeſſe poterant alij teſtes, quàm illi infantes:uel fuit in domo,ubi non erant,nec eſſe poterant alij teſtes, ut ex multis firmat Hippo.à Marſi. in l.infans.nu.35.cum ſequẽte.ff.de ſicar.Vbi autem habitu,& actu alij teſtes potuerint haberi, licet actu non habeãtur,tunc nõ probarent,
66 ideo ſcias practicare.¶Item capiat informationem, cuius uitæ fuerit prius inquiſitus,& an talia,uel ſimilia facere conſueuerit,per l.deſerto
67 rem.§.is,qui.ff.de re milita.¶Item inueſtiget,cuius famæ ſit in ciuitate,quia ſecundũ famã iudicatur.ut l.de minore.§.tormenta.ff.de quę-
68 ſtio.¶F I S C V S.An,& quãdo pro capiendo informationẽ,& pro examinandis teſtibus poſsit iudex cõcedere ſaluum conductũ aliquibus bannitis,& contumacibus,ut tuto ueniãt ad ipſum examinãdũ. ¶I V. Vide Ang.de Are.in li.male.in uer-
69 bo,fama publi.xj.col.¶Et ſi eſt capiẽda informatio de adulterio,debet probari,& examinari,quòd illa mulier adulterata,erat uxorata cũ tali.item quòd communiter,& generaliter tenebatur, tractabatur,& reputabatur tanquàm uxorata,& ligata uxor dicti talis.item,quòd ad inuicem ſe tenebãt,tractabãt,& reputabant uir & uxor habitantes,& dormientes in ſimul, ut concludit Angel.Areti.in lib.male.in uerbo. che me hai adulterata la mia donna.v.col.& Afflic.in cõſti.legũ aſperitate.in 1j.nota.& ponam latiùs in forma capitulorum de adulterio.
70 ¶Item quando aliquis uulneratus fuerit,& demum mortuus illinc ad aliquos dies,capias informationẽ, quòd ille ſic uulneratus erat debilis,infirmus,delicatus,& paruæ uitæ:quia tunc ex quolibet indicio, etiam leui,præſumitur mortuus,ut docet Ange.ab Are.in lib.maleſi.in uerbo,qui iu.ad pro.ſuę inquiſitio-
71 nis.ij.col.uer.quãto utile eſt. ¶F I S C V S. Quid ſi accuſator dedit teſtes iudici,ut ipſos ad probationẽ ſuæ querelæ examinet, nunquid ſi citati non ueniãt depoſituri,procedi debeat ad liberationẽ accuſati? ¶I V D E X.De hoc eſt in indiniduo ritus magnæ curiæ uicariæ incip.itẽ ſeruat ipſa curia,quòd citatis.uolens,quòd ſi citati teſtes, & effecti contumaces,& condemnati ad pœnã in mandato contentã adhuc nõ uenerint,proceditur in cauſa ad ulteriora:uidelicet,ad liberationem accuſati,ut uoluit Afflic.in
72 cõſti.in pecuniariis, in 13.nota.¶Et quando

quãdo teſtes citati nõ cõparent in termino ad deponendũ,condẽnantur ad pœnam tertiæ partis bonorum mobilium, & ad reficiendum parti læſæ expenſas litis probãdas, & ſuo iuramento taxandas.& nihilominus ſi poſſunt cogi,captis pignoribus ad deponẽdum cogi debent, ſecundum Afflict.in conſti.in pecuniariis,ubi ſup.

PRIMA PARS SECVNDæ partis.

¶ Notatus capiat de perſona. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Captura eſt permiſſa præcedenti aliquali informatione.*

2 *Captura eſt arbitraria ante contumaciam,ſed poſt eſt neceſſaria.*

3 *Captura eſt permiſſa in alieno territorio.*

4 *Iudex poteſt frãgere oſtia domus pro capiendo delinquentem.*

5 *Captura an quolibet tpe p̃mittatur.*

6 *Et an in quolibet loco.*

7 *Reſiſtens nunquid occidi poſsit.*

8 *Saluuſconductus an delinquentibus ſeruandus ſit.*

9 *Delinquens nunquid perquiri poſsit in domo aliena.*

10 *Vaſſalli nunquid teneantur adiutare officialẽ in capiendis delinquentibus.*

11 *Officialis tenetur de eo,quod ſit per uaſſallos conuocatos ad capturã delinquentium.& 12.*

13 *Officialis requiſitus ab alio officiali, ut ei adiutorium ferat in capiendo delinquentem,num teneatur.*

14 *Captura non debet concedi inimicis capiendi.*

15 *Appellari an poſsit à licentia de capiendo.*

16 *Iniuriis,& contumeliis captos affici non decet.*

17 *Reſiſtentia eſt permiſſa,ubi captura eſt iniuſta.*

18 *Mulieres an poſſint capi,et carcerari.*

19 *Mulier an luat in corpus,ſi non poteſt in ære ſoluere pœnam,ad quam fuit condemnata.*

20 *Captura eſt permiſſa cum cauſæ cognitione,& cum qua.*

21 *Captus per familiam poteſt conſignari uniuerſitati uel ſyndico,donec maior familia uenerit.*

FISCVS.

Qvum optimè,latiſsimè,& ſubtiliſsimè diſſerueris nobis de forma, & modo procedendi ad capiẽdã informationẽ delictorũ, celeberrime iudex,rogo te inſuper,ut mihi declares,qd faciendũ ſit per iudicẽ capta informatione, & in quo eius uerſetur officiũ.¶ I V. Dicã uobis libẽter,& ſuccinctè omne id,quod petiiſtis.
1 ¶ Et ideo ſcias,ꝙ capta informatio
ne,& apparẽtibus indiciis cõtra aliquem debet procedi uel ad citationẽ realẽ,uel uerbalẽ.ſed quia dubitatur ſæpius de fuga, ideo ut plurimũ ſolet procedi ad citationẽ realẽ,& ſic ad capturã,& ob id de hac primò diſſeramus. & primò ſcias, quod recolo aliàs tibi dixiſſe in prima parte,ꝙ nõ eſt uerũ ſimpliciter id,quod cõiter à ſcribẽtibus traditur:ꝙ poteſt procedi ad capturã in quãtitate,etiã nõ præcedẽtibus aliquibus indiciis.intelligitur tamẽ id procedere,ut ſupra dixi,præcedẽte aliquali informatione,nõ aliter, &
2 ita ſerues. ¶ I N Q V I. Eſt ne arbitra-
riũ iudici procedere ad capturam,uel ad citationem uerbalem, uel arctabitur potiùs procedere ad ca

ad capturam,quàm ad citationem?
¶I V D E X.Bar.in l.cõſentaneum.
C.quomodo, & quãdo iu.dicit,ꝙ
iudices ſemper poſſunt procedere
ad capturam delinquẽtis,ſi uelint,
etiam ante contumaciã contractã:
tamen ad id faciendũ cogi nõ poſ-
ſunt per querulantẽ,niſi conſtituto
delinquẽte in contumacia ſolenni-
ter.ſed poſt cõtumaciã cõtractã te
nẽtur iudices ipſi , ſi denegauerint
ad capturã procedere,ut ibi per eũ.
& ſequitur Par.de Pu.in lib.ſyndi.in
uerbo,captura.uerſi.quia plerunq;.
& quando dubitatur de fuga,ſem-
per poteſt procedi ad capturam,ut
per Marſi.in pract.crimi.§.cõſtan-
3 te.nu.5.in fine.¶F I S C V S.An ca-
ptura permittatur ſolum in proprio
territorio iudicis,an etiam in alie-
no?¶I V D E X.Bar.in l.quid ſit fu-
gitiuus.§.idem.ff.de ædi.edi.& in l.
ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer.uendi.& l.re-
quirendum.de ſer.fugi.dicit , quòd
permittitur in proprio territorio
tantũ,niſi perſequutio eſſet cœpta
in proprio territorio,& delinquẽs
continuata fuga ſe contulerit ad
alienum territoriũ,& ibi poteſt ca-
pi.arg.l.quid ait lex.ff.de adul.& eſt
hodie deciſum in regno,quia lici-
tum eſt officialibus inſequi delin-
quentes intra territorium alienum
per xv.miliaria,& illum capere,ne
delicta remaneant impunita.ut in
4 c.inci.dictã & pluries.¶F I S C V S.
Nunquid, ſi quis clauſit oſtia do-
mus ſuæ,ut ibi non capiatur,poſ-
ſit iudex pro ipſum capiendo licitè
frangere oſtia domus?¶I V D E X.
Glo.in l.pleriq;.ff.de in ius uoca.in
indiuiduo decidit , quòd ſic,quam
ſequitur Par.de Pu.in lib.ſyndic.in
uerbo,captura.uerſi.captus illicitè.
5 ¶F I S C V S.Nunquid quolibet tẽ
pore poteſt permitti captura,etiã
tẽpore feriato?¶I V D E X. Dicas,
quòd quolibet tempore permitti-
tur,etiam feriato,ſecundũ Bal.in l.
fin.C.de exhi.re.& Alexan.in l.j.§.
6 nuntiatio.ff.de no.op.nuntia.¶F I-
S C V S. An in quolibet loco per-
mittatur captura? ¶I V D E X. Di-
cas,quòd nõ:quia intra eccleſiam
nõ permittitur,niſi pro atrociori-
bus delictis,ut habetur in authen.
de man.princi.§.neq; autem.& ibi
glo.& in l.ij.& ibi Cy.Bar.& Do.C.
de his,qui ad eccle.cõfu.Imò etiã,
ſi ſumus in delictis atrocioribus,re
quiritur,quòd prius requiratur epi
ſcopus,qui concedat licentiam ca-
piendi,ſecundũ Salic.in authen.ſic
uis ei.C.de adulter.& Ange.in uer-
bo,fama publica.in materia captu-
ræ.ij.col.& habetur per Par.in trac.
ſyndi.in uerbo,captura.uerſi.an ua
leat captura facta in eccleſia.quod
etiam procedit, etſi delinquens ſit
in oſtio domus,uel cœmiteriis ec-
cleſiarum,ſecundũ Ang.de Are.ubi
ſupra.& Bart.in l.præſenti.in princ.
C.de his,qui ad eccle.confu.ſed ho
die in regno ſtatur conſt.incip.Itẽ
ſtatuimus,quòd eccleſiæ.ubi caue-
tur,quòd non licet reos confugiẽ-
tes ad eccleſiã capere,niſi in caſi-
7 bus à iure permiſſis. ¶F I S C V S.
Quid ſi fiat reſiſtentia per delin-
quentem?¶I V D E X.Licitè poteſt
offendi,& etiam occidi,ſi reſiſten-
tiam facit.ſecundum Ange.de Are.
in lib.male.in uerbo,familiaris,ſeu
familia. & in uerbo , reſiſtentia. &
Iſer.in cõſt.terminũ uitæ.& Gram.
deciſio.41.quod procedit , ſi fami-
lia

ſia capiens trahebat ſigna familiæ
curiæ,quæ in illa regione ferre ſo-
let,ſecundum Aug.in addi.Ang.in-
tellige tamen , ſi captura eſt licita.
8 ¶I N Q V I. Nunquid capi poſsint
illi,quibus eſt conceſſus ſaluus cō-
ductus,uel fidantia ipſis non ob-
ſtantibus , uel debeant ei ſeruari?
¶I V D.Bald.poſt Guliel. in l.ij.§.
nō fuit autem.ff.de dol.dixit,quòd
aut ſaluus conductus eſt conceſſus
cauſa cognita , & cum rationabili
cauſa,& eſt ſeruandus adeò , quòd
non permittitur captura : aut abſq;
cauſæ cognitione,& permittitur ca
ptura,& ſaluus conductus non eſt
ſeruādus:& iſtam doctri.Bal.ſequi-
tur Ange . ibidem.& Ange.de Are.
in lib.male.in uerbo,fama publica,
in materia capturæ.in v.q.uide ta-
men in quibus conſiſtat hæc cauſæ
cognitio,per Ang.in l.utimur.ff.de
ſepul.uiol.ubi pulchrè loquitur.ui-
de tamē Par.de Pu.in lib.ſyn.in uer
bo,ſaluus conductus . & Marſil. in
praxi cri.§.aggredior.nume.104.&
in §.quoniam. nume.15.& §.cōſtā-
te.nume.101.& Afflic.in conſt.pœ-
nam eorum.xj.nota.& in conſt.Cle
mentiæ.in vj.q.& in 7.no.& Signo.
9 de Home.in conſi.101.¶F I S.Nun-
quid malefactor poſsit perquiri in
domo aliena inuito domino do-
mus?¶I V D. Dico,quòd ſic.& hoc
propter utilitatem publicam,& hoc
niſi dominus pateretur damnum,
ut l.uenditor.in fi.ff.com.præd.& l.
fluminum.§.fin.ff.de dam.infect.&
l.j.§.deniq;.ff.de aqua pluuia.arcē.
¶I N Q V I. Videtur poſſe dici,ꝙ
non.arg.l.quoſdam.de meta.lib.xj.
C.& l.iij.ff.de acqui.re.do. imò in-
grediens uidetur teneri actionem
iniuriarum.l. iniuriarum.§.fin.ff.de
iniur. ¶I V D. Dicas , ut ſuprà dixi,
10 propter utilitatem publicā.¶F I S.
Proſequere materiam capturæ do-
mine iudex in his,quæ tibi uiden-
tur utilia,& neceſſaria : nec expe-
ctes noſtram interrogationem,cū
tu melius ſcis ea,quæ conueniunt,
quàm nos quærere. ¶I V D. Dabo
operā,ut tuo deſiderio ſatisfaciā.&
ideo ſcias,quòd ſi iudices pro ca-
piendo delinquētem habuerint in-
ſufficiētē familiā,licitè poſſunt mā-
dare incolis,& ciuibus , ut eos ad-
iuuent ad capiendum dictum delin
quentem,& illi tenentur obedire.
per not.in l.ij.& j.C.de his,ꝗ latro.
& l.j.de Nili aggerib.non rumpen.
& ita dicit Andr.de Iſer.in conſtit.
regni,pœnam eorum.& in conſtit.
regni,humanitatē.adeò,quòd iſti,
qui conuocantur ad auxilium cu-
riæ,habētur loco familiæ curiæ:in-
tantùm,quòd reſiſtens eis,uel eos
offendens, habetur ac ſi familiam
curiæ offendat,& ita punitur,ut la-
tè habetur per Par.de Put.in lib.ſyn
di.in uerbo,familiaris , ſeu familia
poteſtatis.in prin.uide Luc.de Pen.
in l.j.C.ut ruſti.ad milita.offi.libro
xij.& Iaco.de Aiello in tractatu de
11 iure do.numero 39. ¶Et aduertant
officiales , ut non permittant quid
inhoneſtum,& illicitum fieri per di
ctos ciues cōuocatos:quia ipſi of-
ficiales tenerentur de eo , ut per
Par. de Puteo,in loco de quo ſu-
prà.uerſi.quia ſuprà pluries eſt di-
ctum.& adde,quòd iſti conuocati
ad capiendum malefactorem , te-
nētur capere malefactorem,ſi poſ-
ſunt abſque periculo ſuæ perſonæ,
u. habetur per And. in d.conſtitu.

12 pœnam eorum.ad fi. ¶ INQVIS. Durum mihi uidetur id, quod mihi nunc dixiſti domine iudex, cùm & hoc ſit angariare ſubditos, quod nõ licet, ut cautũ reperitur per regias nouell.pragma.incipiẽ. Audiuimus etiam, quòd complures.&, ad noſtras etiam aures peruenit. præterea conuocare uaſſallos, & ſubditos ad capiendum malefactorem, non eſt dubium, quin ſit ſeruitiũ perſonale.l.j.§.fi.& l.fin.§.defenſores.ff. de mune.& ho.& ſicut quælibet res præſumitur libera.l.ſi quis ædes.in prin.ff.de ſer.urb. præd.multo magis habens. & ſic huiuſmodi ſeruitiũ perſonale neſcio quo iure poſſit ita indiſtinctè imponi ciuibus, & ſubditis.& aliàs recolo, quòd in ſac. regio conſi.fuit heſitatũ, an uniuerſitas teneatur dare camerariũ, ſeu exactorem redditũ baronis, & tamẽ poſt multa fuit deciſum, nõ teneri, ut refert Capit.in deci.118.inci. in cauſa magni Franciſci.ergo tãtò fortiùs nõ poſſunt adſtringi ciues, & incolæ ad capiendos malefactores.& habetur per Gra.in conſi.98. in ciuilibus.& in conſi.147. ¶ FIS. Parum facit id, quod allegaſti in cõtrarium eius, quod deciſum extitit per dominũ Iudicem, ſi rectè inſpiciantur.l.j.& ij.C. de his, qui latro. & regia prag.incip. Nos Ferdinandus, & c.aſsiduo penſantes, &c. expreſſe cauet, ut ciues teneantur capere malefactores.& idem, ſi bene recolo, cauetur in c.nup apud Tranum.nimirũ ſi iudices poſſunt cõuocare in auxiliũ ipſos ciues ad capturã malefactorum, cũ & ſine cõuocatione tenẽtur eos capere, & ſi non poſſunt capere, tenentur ſaltẽ ipſi acclamare: adiutoriũ, adiutoriũ, ut in d.c.nuper apud Tranũ, cauetur, licet loquatur de proditoribus regis. ¶ IVD. Placent mihi hæſitationes ueſtræ.& ſi bene conſiderẽtur ambo bene dixiſtis.& ideo ſub diſtinctione utriq; ueſtrum ſatisfaciam. Nam aut indifferẽter, & ſemper pro quibuſlibet cõdemnatis, & cõtumacibus officiales uolunt grauare ſubiectos ad capturam ipſorũ, & ex hoc euitare expenſas, & ſalarium, quod debent præſtare ſufficienti familiæ, quam tenentur apud ſe retinere, & tunc eis defalcabitur ſalarium pro rata.arg.l.Seia.de annu.lega.quam ad hoc allegat Bald. in §.proficiſci.& firmat Par.de Put. in lib.ſyndi.ubi ſuprà.in fi.& iſto caſu credo, quòd bene dicat inquiſitus. aut uolunt conuocare ciues, quia forte ad eorum notitiam peruenit bannitos contumaces, & rebelles curiæ latitare in aliquo nemore, uel domo, & quia ſunt in magno numero, & familia, quam habent, ſit inſufficiẽs.& hoc caſu procedat deciſio, & determinatio mea

13 ſuprà allegata. ¶ Aduertant etiam iudices, & officiales, quòd ſi fuerint requiſiti ab alio iudice, ut ei concederent familiam eorum pro perquirendo delinquente, quòd tenentur illam concedere, etiam ad literas alterius iudicis: aliàs tenerentur, per ho.in l.j.de ſer.fugi.& habetur per Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerbo.familia.uerſi.an ex eo, quod fecerunt

14 familiares.in iij.col. ¶ Item caueãt, ne unquam concedant licẽtiam, & poteſtatem capiendi delinquentes inimicis eorum, & querulantibus, ut communiter fieri adſolet.quia ſi conti-

cõrigerit fieri aliquẽ exceſſum,tenẽtur in ſyndica.ut eſt tex.in auth. de colla.§.j.& l.j ff.fur. aduer.nau. & inſtitu.de obligatio.ex quaſi delict.§.fina.& Barto.in l.j.§.familiæ. ff.de publi.& firmat Par. de Put.in loco ſuprà allegato . uerſicu.an ex
15 eo.iij.colum. circa medium. ¶ I N Q V I. Quid ſi appellatur à captura,uel à licentia de capiendo , utrũ debeat ſuperſederi? ¶ I V D.Dicas, ꝙ non,ſecundũ Bar.in l.ab exequutione.C.quo. appel.non recipia.& l.j.ff.de cuſto.reo.& ponit Io.Mill. in ſua pract.cri.in gloſ.priſonerios.
16 Nec permittat iudex ſeruientes,& iudicum exequutores in capiendo reos contumeliis , aut uexationibus afficere , & ullis eos inceſſere conuitiis , aut corporalibus iniuriis fatigare.Talia enim perpetrantes puniuntur . ut l.omnes.§ . præ-
17 terea nullus.C.de epiſ.& cle.¶Et ſi mandat inquiſitos capi , aduertat, ut licite,& in caſu permiſſo mãdet. aliàs ipſi inquiſiti poſſent ſe defendere,& euadere manus familię,nec dicentur curiæ reſiſtere , ſed ſe defendere. l. j. §. ſi ideo.ff.ne uis fiat ei,qui.& l.j.§.Offidius.ne quis eũ, qui. & poſſent inquiſi . conuocare amicos,& uicinos ad reſiſtendum. l.prohibitum.ff.de iur.fiſ.& l.cõtra. C.de exequuto.lib.xij.nec eſt procedendum ad capturam,niſi pręhabita aliquali informa.ut dicit Bru. in tract.de indi.& tor.in ulti.q.& di
18 xi ſupra.¶FIS.An mulieres poſsint capi,& carcerari?¶I N Q V I.Videtur dicendum,ꝙ non.per tex.l.j.C. de offi.diuer.iud.& in auth.ſed nouo iure.C.de cuſt.reo.& in corpore,unde ſumitur in authen.ut nulli iudic. cum neceſſaria.ubi habetur, quòd iudices carcerantes mulieres honeſtas,etiam de crimine inquiſitas,puniuntur pœna capitali.¶I V D E X.Tu autem concludendo dicas,quòd in regno aut mulier inquiritur de tali delicto,pro quo ſecundum terminos cõſti.regni,etiã offerẽs dare fideiuſſores,nõ eſt liberãda , ſed in uinculis debeat ſe defendere , & hoc caſu etiam mulier eſt carceranda , ex doctri.Bal.in l.j. ff.qui ſatiſd.cog.ubi dicit,ꝙ cõtrarium ſeruãt ſtatuta locorum,& ſunt ſeruanda etiam in mulieribus.Cùm ergo conſtitu.regni,humanitatem. in certis caſibus,ut ibi,non obſtante oblatione fideiuſſorum , debeat quis carcerari : & generaliter loquatur,non diſtinguẽs inter fœminas,& maſculos:ſequitur,ꝙ generaliter intelligatur, cũ in maſculino nomine etiã in pœnalibus cõprehẽdatur fœmininũ.ut l.ſi qs id,quod. ff.de iuriſdict.om.iud.& ibi latè per docto.aut ſumus in caſibus,in quibus quis admittitur ad oblationẽ fideiuſſorum extra carceres,& tunc ſeruatur id , quod dicitur in d.authen.ſed nouo iure.& ita hodie ſeruatur in magna curia uicariæ,ut re-
19 fert Gram.in deciſio.33.¶F I S. Sed quid ſi mulier eſt condemnata ad aliquam pœnã pecuniariam , & eã non poteſt ſoluere,an luat in corpus? ¶I V D. Et dicas , quòd ſic,ut eſt text.in d.l.ſi quis id,quod.ff.de iuriſ.om.iu.& poteſt detineri,& carcerari,donec ſoluat.quia qđ eſt in d.auth.ſed nouo iure.habet locũ in principio cauſę ante condẽnationẽ

& illi, qui in principio cauſæ admittuntur ad faciendas defenſiones extra carceres, poſt condemnationem carcerantur, & nõ ſunt amplius priuilegiati, cũ nihil aliud remaneat faciendũ, ut decidit Bal. in l. neq; §. qui in ius uocatus. ff. de in ius uoc. nec obſtat, quòd text. in d. auth. ſed nouo iure. dicat, ꝙ etiam pro pecunia fiſcali quis non carceratur, quia non loquitur de pœna deſcendẽti ex delicto, ſed functionibus fiſcalibus. debet tamen haberi conſideratio ad carcerem, in quo donantur mulieres, ſecũdum Gra.
20 in loco ſuprà alleg. ¶ FISCVS, Quænã cauſæ cognitio debeat interuenire antequam procedatur ad capturam? ¶ IVD. Dicas, quòd debet eſſe cauſa criminalis, pro qua ſecundũ formã conſtit. regni, parati dare fideiuſſoriam cautionẽ non liberantur, aliàs non debet procedi ad capturam, maxi. ſi uult cauere. ut cauetur in c. ſtatuimus, ut nullus. itẽ nõ poteſt procedi ad capturã abſq; cõſilio iudicum, & aſſeſſorum. ut in c. item caueãt iuſticiarii. item quòd expediatur ordo, & licentia de capiendo, aliàs ſtipendiarii non poſſunt ad capturam procedere, ut in c. item ſtipendiarii. item ꝙ præcedat aliqualis informacio, ut s. ſæpe dixi. item, quòd committatur captura in proprio territorio, non alieno, niſi ut ſuprà dixi. itẽ, ꝙ nõ cõmittatur, quòd fiat in Eccle. ut s. dixi. item, quòd ſit ſubditus capiẽdus ipſi iudici committẽti capturam, ut dicit Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo, captus illicitè, per l. ſed & ſi. ff.
21 de in ius uoca. ¶ Et eſt aduertendũ, quòd ſi aliqui famuli curiæ ceperint aliquem bannitum, poſſunt eũ conſignare alicui officiali, ſeu ſyndico uniuerſitatis, ut ipſum cautè teneant, donec ipſi redierint cum maiori familia ad ipſum capiẽdum, ut eſt tex. in authen. ſi quis ei. C. de adulte. & not. etiam Ange. ab Aret. in libro maleficior. in uerbo, qui iu. dict. Gaiũ reti. & Car. iu. in prin. q̃d nota pro alguzeriis magnæ curiæ, & prouinciarum.

¶ Vel eos uerbaliter citari faciat. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debet fieri uiſa prius informatione per iudicem.*
2 *Citatio nunquid debeat continere cauſam.*
3 *Citationis forma quænam ſit.*
4 *Citatio debet cõtinere nomen iudicis.*
5 *Item debet continere peremptorium. & 6.*
7 *Et an debeat continere locum.*
8 *Citatus ad informandum debet perſonaliter comparere. & 9.*
10 *Mulier ſi uult declinare forum, debet perſonaliter comparere.*
11 *Maritus an poſſit cõparere pro uxore abſque ſpeciali mandato.*
12 *Pupilli an poſſint in criminalibus cõparere per procuratorem.*
13 *Procurator nõ legibus cõſtitutus per mulieres coniugatas admittitur ſaltem ad allegandas cauſas abſentiæ.*
14 *Vniuerſitas in criminalibus comparet per ſyndicum leg. inſtructum.*
15 *Procurator an, & quando in criminalibus admittatur.*

Citatio

16 *Citatio debet habere datam dici, & anni, & menſis.*
17 *Citatio debet committi nuntio.*
18 *Sed non aduerſæ parti.*
19 *Citari poteſt quis per iudicem ore proprio.*
20 *Et etiam per tabellionem.*
21 *Banniti ex alio delicto perdunt priuilegium comparendi per procuratorem.*
22 *Citatio debet continere congruum tempus.*
23 *Vniuerſitas qualiter conſtituatur in contumacia.*
24 *Vniuerſitas poteſt compelli ut conſtituat ſyndicum.*
25 *Citatio an ſit in ſcriptis ſemper facienda.*
26 *Citatus an teneatur comparere ubicunque acceſſerit iudex.*
27 *Citari an quis poſſit per iudicem loci delicti extra territorium.*
28 *Citatio facta domi nunquid ualeat non facta perquiſitione, ſi citandus eſt in ciuitate.*
29 *Citatio facta domi, ubi nullus habitat, quando ualeat.*
30 *Carceratus an poſſit citari.*
31 *Citatus ad pœnam arbitrio iudicis inferendam, quomodo condemnabitur.*
32 *Bannitus an poſſit citari.*
33 *Vagabundus ubi debeat citari.*
34 *Citatio facta die feriato nunquid ualeat. 35. 36.*
37 *Citatio per edictum quando permittatur.*
38 *Citatio an ualeat, ſi eſt erratum in nomine.*
39 *Citari an poſſint delinquentes, ſi non conſtat de nomine eorum, ſed de ſignis.*
40 *Citatio ſine aſſignatione diei nunquid ualeat.*

FISCVS.

ENarraſti nobis qualiter debeat procedi ad capturam perſonalem, & quia non ſemper poteſt haberi perſona, & procedi ad capturam, ſed eſt neceſſe, ut deueniatur ad uerbalem citationē, idcirco iuxta initiatum ordinem proſequere, qualiter ī ea iudex de-
1 beat uerſari. ¶ IVDEX. Si uerò contigerit reos criminis reali citatione non poſſe obſtringi, iudices uiſa informatione, percunctatisque diligenter indiciis, iubeant ipſos uerbali citatione apprehendi. Debent enim uidere, & percunctari citationem, licet delictum ſit eis notorium, unde habetur in Geneſi, quòd Dominus, cui nihil eſt abſcōditum, dixit: Deſcēdam, & uidebo, utrum clamor qui ad me peruenit, ſit ita, an non, ut ſciam: vt c. Deus omnipotens. §. fi. & c. ſequen. ij. q. j. Sic enim docet Ioan. Mill. in praxi cri. in gloſſ. uiſis. fol. 29. & ita docet eſſe practicādum Bru. in tra. de indi. & tor. in ultima quęſtione. & ita nouiſſime cauetur per regiam nouell. prag. condi. per Cæſ. Maie. incip. quoniam huc uſque. ubi cauetur ſub pœna falſi, ut nulla citatio ad informandum expediatur, niſi
2 uiſa informatione per iudices. ¶ FISCVS. Illud primò quæro, nunquid in citatione ſit inſerenda cauſa, ob quam quis citatur. ¶ IVD. Baldus in l. nullus. C. de exhibend. reis. arg. illius text. dicit, quòd non eſt neceſſe, quòd in citatione exprimatur cauſa, & crimen, pro quo quis uocatur in iudicium: ſed ſufficit, quòd citetur, quòd compareat coram Iudice ad ſe excuſandum à

quadam accuſatione porrecta contra eum, licet in ea non exprimatur ad quid: remittit ſe tamẽ ad glo. in c. ij. de dilatio. & ibi Anto. de But. tenet idem, quod Bal. & idem uerè ſequi. Afflict. in conſt. humanitatẽ, in 16. nota. idem uidetur uelle Bar. in l. inter accuſatorem, uerſicu. pro declaratione quęro. ff. de pub. iud. & ibi uide Imo. & idem tenet Feli. in l. abſentẽ. C. de accu. uerſi. quęro tertiò an in ſchedula. & rectè intuenti idem uidetur uelle Angel. de Are. in lib. male. in uerbo, iudex cõmiſit, qđ Caius. & Mari. Soc. in tra. decita. in 20. artic. nu. 9. poſt multa hinc inde diſtinguit, quòd aut nos loquimur in iudice delegato, & eſt inſerenda cauſa: aut loquimur in ordinario, & hoc caſu aut quæritur, utrum citatio ualeat quo ad finem, ut citatus teneatur cõparere, aliàs poſſet puniri de inobedientia, & cõtemptu, & poteſt puniri: aut quo ad hoc, ut in aliqua cauſa reputetur contumax, ita ꝙ in illa poſsit procedi contra eum, tanquàm contra contumacem, & erit ſecus, quia requiritur cauſæ expreſsio. Abbas in c. licet. extra, de accuſa. dicit, quòd ſi de longinquo fit citatio, inſerenda eſt cauſa: ſi de propinquo, de neceſsitate non eſt inſerenda cauſa. Cardi. in clemẽ. ij. ut lite pen. tenet, quòd eſt exprimenda cauſa. & firmat Pet. de Mo. for. in conſtit. edictorum. ſed Afflic. in conſti. ſi quem noſtrorũ. in v. not. tenet diſtinctio. Maria. Soci. quicquid tamen ſit, quotidie practicatur, quòd inſeritur cauſa. ¶ FISCVS. Ediſſere
3 nobis formam citationis. ¶ IVD. Libẽter faciam, & ideo ſcias, quòd forma citationis erit hęc, uidelicet: De mandato magnifici Straticoti Salerni citetur, moneatur, & requiratur peremptoriè talis de tali qualit. prima curia regenda hora ſolita cauſarum in iudicio compareat, & coram dicto Domino Straticoto ad ipſum, & eius curiam informandum de nonnullis tangentibus ſeruitium curiæ coadiutoris, & ſignanter ſuper querela contra eum expoſita per talem de homicidio commiſſo in perſonam talis, ſub pœna unciarum auri quinquaginta, aliàs ipſo citato relato, & non comparente procedetur, ut iuris eſt, contra eum eiusque bona, & referetur, &c. Datum Salerni, &c. ſub die, &c. Demum fiat altera citatio contra eundem ad recipiẽdum copiam capitulorum, & erit forma talis: Citetur, moneatur, & requiratur T. quali. prima curia regenda compareat coram nobis in noſtra curia, hora ſolita cauſarum, recepturus copiam capitulorũ ſpecialis inquiſitionis contra eũ formatę ad querelã T. de homicidio commiſſo in perſonam T. de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. in loco, &c. aliàs ipſo citato, relato, & non comparente procedetur, quali. iu-
4 ris datur, &c. ¶ FISCVS. Auditu percepi formam citationis, declares modò particulariter, & ſimpliciter in ea appoſita, ut ſciam unde, & ad quid debeant in ea proponi. ¶ IVDEX. Audiſtis, quia dixi de mandato magnifici Straticoti, &c. hoc ideo dixi, quia exprimi debet nomen iudicis, ad cuius inſtantiam emanatur citatio, ut in c. præterea.

de

de dila.& probatur in conſti.regni,
5 edictorũ. ¶Dixi:& requiratur per-
emptoriè , quia hoc uerbũ,perem-
ptoriè,ſemper in citationibus de-
bet exprimi, aliàs nullæ eſſent, ut
habetur in conſtitu.edictorum . &
ibi per Afflic.per quam conſtit.eſt
correcta l.ad peremptorium.ff. iu.
qua cautum erat,quòd tribus cita-
tionibus præcedentibus perempto
rium mitteretur:hodie uerò in to-
to regno fit una citatio cũ perem-
ptorio pro tribus , quæ habet uim
trinæ citationis,ut late per Afflict.
6 ubi ſupra.in primo nota. ¶Vnum
ſcias,quòd licet nõ ponatur perẽ-
ptorium in citatione,ſi tamẽ con-
tinet æquipollens,ut ſi dicat:man-
detur tali , quòd ad primam iuris
compareat,aliàs elapſo termino in
citatione cõprehenſo ulterius non
expectabitur,ſed contra eum pro-
cedetur , quali.iuris. idem eſt,ac ſi
peremptorium contineret,ſecun-
dum Afflic.in d.conſti. edictorum.
per doctri.Abba.Sicu.in c.cauſam,
quæ.ij.col.de reſcrip.quia non re-
fert,quid ex æquipollentibus fiat.
7 c.licet ex quadam.de teſti. ¶Et ſi
eſt iudex ordinarius,qui citauit, ua
let citatio,& ſi non exprimatur lo-
cus,in quo debet comparere, quia
intelligitur de ſolito ſecundũ Affli.
ubi ſupra.in 7.no.ſecus,ſi nõ eſt or
8 dinarius.¶Dixi:pſonaliter ad infor
mandum,eò,quia citatus pro cauſa
criminali,ubi uenit imponẽda pœ-
na mortis ciuilis , uel naturalis, uel
alia corporis afflictiua,debet per-
ſonaliter comparere , ut l. ſeruum
quoque.§.publice.ff.de procu.& in
l.accuſatore.§.ad crimen.ff.de pu.
iu.& probatur per illam conſtitu·
9 ¶ Limitatur tamen hoc pluribus
modis:primo in mulieribus coniu-
gatis,quæ in quibuſcunque cauſis
capitalibus citari nõ poſſunt, ut in
iudicio perſonaliter compareant:
ſed poſſunt comparere per ſuos
procuratores legitimè, & ſpeciali-
ter inſtructos ad ſic reſponden-
dum capitulis , & ad ſic ſe exami-
nandum,per conſtitutio.regni,in-
cipien. generalia iura. & licet illa
conſtitutio loquatur tantùm in mu
lieribus coniugatis ,extenditur ta-
men ad uirgines, & uiduas hone-
ſtas,non autem ad meretrices:ſe-
cundum Andre.& Afflict.in d.con-
ſtit. debent tamen ipſæ mulieres
tempore prolationis ſentẽtiæ per-
ſonaliter comparere, quia ſenten-
tia proferri nõ debet in perſonam
procuratorum,ſed ipſis mulieribus
preſentibus,ſecundum Afflic.in d.
conſtit. octauo not.& priuilegium
dictæ conſti.habet locum etiam in
mulieribus inhoneſtis coniugatis,
10 ut per Afflic.ibi.in 9.nota. ¶Vnum
tamen ſcias,quòd ſi mulier uolue-
rit declinare forum iudicis citantis,
debet perſonaliter cõparere,ut ca-
uetur in ritu magnæ curię uicariæ,
11 inci.itẽ,quòd ſi qua mulier.¶ F I S.
Quid ſi maritus comparet pro uxo
re abſque ſpeciali mandato,an ad-
mittatur? ¶ I V D E X. Pet.de Mo.
for.in dicta conſt.edictorum. dicit,
quòd non:ſed requiritur,ꝙ in hoc
habeat ſpeciale mãdatum,nec ſuf-
ficit generale , quod habet à iure:
per l.maritus.C. de procurato.ſed
Bartolom.de Cap. ibidem uidetur
tenere,quòd maritus admittitur,li

cet non habuerit ſpeciale mandatum, per text.illius conſti.ſed mihi
12 placet magis opinio Pet. ¶ FIS. Nũquid dictum priuilegium comparendi per procuratorem extendatur ad pupillos? ¶ IVDEX. Dominus Petrus de Mo.for.in ea.cõconſti.decidit, quòd ſic.per conſti. minorum iura. & idem tenet ibi
13 Bartolo. de Cap. ¶ Et ſi pro mulieribus coniugatis comparuerit procurator non legitime conſtitutus, admittitur ſaltem ad allegandum cauſas abſentiæ, ut in c.fi. extra, de dila.& firmat Barto.de Cap.in dic.
14 conſtitu. nume.21. ¶ Limitatur ſecundò, ut non procedat in uniuerſitatibus citatis pro cauſis capitalibus, quia poſſunt comparere per ſyndicum legitimè conſtitutum, & ſpecialiter inſtructum ad ipſum crimen cum ſpeciali mandato iurandi corporaliter, ut eſt in regno prouiſum per d.conſti. generalia iura.&
15 ibi per Afflict. ¶ Tertiò limitatur, ut non procedat, quando citantur ſpeciales perſonæ ad minus numero decem, quia poſſunt comparere per ſyndicum in quibuſcũque cauſis capitalibus, exceptis criminibus hæreſis, & læſæ maieſtatis, ut eſt text.in c.ſtatuimus, ut quoties perſonæ. Alios uerò caſus, in quibus poteſt in criminalibus conſtitui procurator, uide per Specu.in titu. de procu.§.j.uerſi.ſed falliſt præcedens regula. Adde tamẽ, quòd per c.incip.idem ſtudio.erat prouiſum ad hoc, ut ſpeciales perſonæ poſſent conſtituere ſyndicum, quòd fuiſſent ultra decem: ſed præualet id, quod dicitur in dicto c.ſtatuimus, ut quoties.tãquam poſterius.
16 ¶ Dixi etiam: datum ſub die, quia in mandatis debet eſſe data diei, & anni, & menſis, alias non ualerent, ut l.ſiqua beneficia.C.de diuer.re. & glo.in.c.quoniam contra falſam,
17 extra, de pro. ¶ Debet autem citatio committi ſeruienti curiæ, ut in c.cum parati.extra, de appella.& c. quoniam contra falſam. extra, de proba.& Specu.in titu.de cita.§.ſequitur.& non obſtat ſi committatur nuntio alterius curiæ, & ſuperioris, ut tenet Bart.in extra, ad reprimendum, in uerbo, per nuntium. quo.in læ.ma.cri.pro.& hoc eſt uerum, quando dictum eſt in citatione: tibi iurato noſtræ curiæ, uel alteri ſeruienti cuiuſuis curiæ, & ſic præcedẽte citatione, & commiſſione, ut late per Ioan. Mill.in praxi.cri.
18 cuiuſuis alio rogato. ¶ Sed non poteſt parti aduerſæ committi citatio, ut cauetur in conſtitu.regni, edicto
19 rum.& ibi per Afflic.in iij.no. ¶ Poteſt tamẽ ore proprio per iudicem citari, vt l.ij.C. quomodo, & quan-
20 do iudex. ¶ Item poteſt citari per tabellionem, & ipſe tabellio poteſt teſtificari de citatione per ſe facta, ut habetur latè per Ioã. Mill.in ſua praxi. cri. in gloſ. preſens. fol. 46.
21 ¶ Addas tamen his, quæ ſupra dixi, quòd licet aliquæ ſint perſonę, quę poſſunt per procuratorem comparere, id procedit, niſi aliàs ipſę perſonæ eſſent bannitæ ex alio delicto, quia perdunt dictum priuilegium comparẽdi per procuratorẽ, tam in criminalibus, quàm ciuilibus, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariç, inci. Itẽ ſi aliquis, uel aliqua.

Debent

22 ¶ Debent etiam eſſe aduertentes iudices, ut in citationibus apponát tempus congruum ſecundũ diſtantiam locorum in acceſſu, in comparatione. aliàs redduntur nullæ, quia factæ ſunt infra anguſta tẽpora, ſecundũ Spec. in tit. de cita. §. j. uerſi. itẽ, quòd facta eſt intra nimis anguſta tempora. & in eodem titu. §. ſecundo. uerſicu. ſed nunquid. dicit, quòd iudex conſiderata diſtãtia locorum, & qualitate perſonarũ, uarum, & negotij, moderatũ tempus in citatione ponere debet, ut probatur in c. quo ad conſultationem. de re iudicata. & extra, de appellationibus. c. paſtoralis. & dicit Bald. in l. aut qui aliter. ff. quod ui, aut clam. quòd ſi citatio fiat tempore tali, quo citatus non poteſt uenire, citatio erit nulla. & latiſsimè ultra omnes proſequitur Afflict. in conſtit. cauſas alias. in quarto not. & in conſtit. ſi quem noſtrorum. vij. no.

23 ¶ FIS. Dixiſti mihi paulò ante, ꝙ uniuerſitas citata poteſt per procuratorem cõparare, quomodo ergo citabitur, ut in contumacia conſtituatur? ¶ IVD. Bal. in l. j. §. quibus. ff. quod cuiuſ. uni. nomine. dixit, ꝙ ſi uniuer. non habet ſyndicum, tunc dicitur perſonaliter citata, quando citatur cõgregata in loco ſolito cõgregari. ut dicit glo. in l. non poteſt dolo. ff. de re. iur. item dicit Ang. in l. perfectius. C. de anna. exce. quòd poteſt affigi citatio in locis publicis, ita quòd in publicam notitiam deueniat. & Bald. ſequitur in d. §. quibus. non tamen uniuerſitas cõſtituitur in contumacia, ſi non fuit congregata ſecundum eum. Luc. de Pen. in l. fi. iij. colum. C. de re mi. lib. xij. dicit, quòd quando citanda eſt uniuer. ſufficit citare primates, uel rectorem eius. Non enim eſt citatio ſingulorum auribus inculcãda. Et ſequitur Alexan. in conſil. 106. iij. lib. incip. magnifi. Prętor. & tunc citabitur uniuer. per rectores, & eorum officiales, quãdo noluit ſe congregare in loco ſolito. ſecundũ Inno. in c. humilis. de maio. & ad hoc Afflic. in conſtitu. dubitationem iuris peritorũ. in ij. no. refert opiniones, & tandem dicit, quòd ſufficit, quòd exequutor legat citationem in platea, & hoc dicit tenere Luc. de Pen. in l. prouincialiũ. C. de ero. mi. anno. lib. xij. & Bal. in l. etiam. C. de exequu. re. iud. dicit, quod ſi uniuer. non eſt cõgregata, ponitur citatio in loco, ubi cõſueuit congregari, & ſi clauditur porta ciuitatis, ponatur citatio in porta ipſius. Sed Io. Mil. in d. pract. cri. in glo. præconio. fol. 55. nu. 42. tangẽdo quæſtionem diſtinguit, quòd aut uniuer. deliquit in rebus, & negotiis uniuer. aut extra res, & negotia ipſius uniuerſitatis. primo caſu ſi deliquit in rebus uniuer. ſufficit requiri, & citari rectores uniuerſitatis, uel maiorem partẽ, uel ſyndicũ, uel præſidentes uniuerſitatis. per l. municipibus. ff. de cõdi. & demõ. ſecũdo uerò caſu, quando uniuerſitas deliquit extra res, & negotia uniuerſitatis, tunc debet citari per tubam, uel campanam uoce præconia, edicto ſolẽniter facto, & in albo propoſito, ita ut poſsit in eius notitiã peruenire. per l. j. §. item cũ ex edicto peremptorio. ff. quæ ſen. ſi. appel. reſcin. & ita pertranſit. & hanc opinionem ego tenerẽ cum ſit tu-

24 tior in practica. ¶ Et ſi uniuerſitas non habet ſyndicum, poteſt per iudices compelli ad ipſum creãdum, ut eſt textus, in l.ergo.§.creditoribus.ff.de fideicommiſsis liberta.& Barto.in l.ſolent.in fin.ff.de alimentis & cibar.lega.& l.j.ff.de cura bo. dam.& ff.de adminiſtratio.tutorũ.
25 l.iij.§.ſed non erit. ¶ FISCVS. Nunquid citatio de neceſsitate requiratur fieri in ſcriptis? ¶ IVD. Dicas, quòd conſtit.regni.edictorum, prout ibi not.Afflict.in vj.not. uidetur uelle, quòd poteſt fieri etiã ſine ſcriptis.& ſic iudex ſolo uerbo poteſt ordinare nuntio, quòd citet talem, dummodo citatio ſit certa, & dicit hoc procedere, ubi illa çommiſsio de citando nõ negatur: quia tunc debet per teſtes probari. Item dicit non habere locum, ubi ciuitates, uel loca haberent priuilegium, quòd non poſſent citari ſolo uerbo, niſi facta cõmiſsione in ſcriptis. Item dicit non procedere, ubi perſona citanda eſſet illuſtris. Item, niſi citatio fieret extra prouinciã: quia iſtis caſibus eſt omnino fienda in ſcriptis. Adde quòd erat regia nouel.prag.edi.per Cæſ.ma.incip.quoniam huculque. qua caueatur, quòd citationes extra ciuitatem Neapo.non expediantur, niſi prius uiſa informatione per iudicem, & ſubſcribatur per eum.
26 ¶ FISCVS. Nunquid ſi tempore expeditę citationis officialis fuerit in una terra, & tempore comparitionis ſit in alia, teneatur ibi cõparere citatus? ¶ IVDEX. Afflict. in conſti.edictorum.in vj.not.mouet difficultatẽ.tandem dicit, quòd ſi officialis conſueuit in illis locis iudicare, debet in illis locis, ubi reſidet, citatus comparere.nõ tamen debet uagari: quia non licet ei uagari cum detrimento alterius.
27 ¶ FISCVS. An ratione delicti quis poſsit citari extra territorium? ¶ IVDEX. Ioan.And.in c.Romana.§.contrahẽtes.de foro.compet. lib.vj.tenet, quòd ſic, etiam non requirendo iudicem illius territorij, & talis citatio afficit citatum.& idẽ dicunt Iacob. de Are. & Cy. in l. fi. ff.de iuriſ.omn.iudic.& Ioan. Mod. in d. §. contrahentes. ſed Ang.in l. fi.ff.de iuriſ.omniũ iudi.dicit, quòd opus eſſet Cæſarea deciſione.nam nõnulli docto.tenent, ut refert Inno.in c.fi.de foro cõpetẽ. quòd aut quæritur, an poſsit citari quo ad hoc, ut poſsit procedi contra bona exiſtentia in territorio citantis, & poteſt: aut ut poſsit procedi contra perſonam, & nõ poteſt: alij dicunt, quòd etiam poteſt citare quo ad perſonam, ut ibi refert Innoc.Ioan. de Igna.in cle.paſtoralis.de re.iud. dicebat, quòd iudex delicti debet committere iudici, ubi degit delinquens citandus, ut citetur ad hoc, ut poſsit afficere perſonã: & idem tenet do.Anto.in c.fi.de foro compe.nam hoc caſu ſi talis non comparebit, uere eſſet contumax in loco, ubi iuſſus fuit comparere per ſuum iudicem domicilij. argumẽ.l. ſi ut proponitur.ff.de fideiu.& hoc placet Ioã.de Igna.& Ioã.And.in d. cle.paſtoralis.Ioan.Calderi.ibidem dicit, quòd quando ignoratur, ubi delinquens eſſet, poteſt citari tanquam uagabũdus per iudicem delicti, in quo delinquens citatus eſt, & non comparẽs poteſt contumax reputa

reputari per iudicem loci delicti,& in loco delicti:ſed ſi delinqués alibi facit copiam ſui,tunc iudex delicti debet prius requirere iudicem, ſub quo degit,ut moneat,uel citet delinquentem,quo caſu non comparens poteſt contumax reputari. ſubdit tamen Calder.quòd ſi uellet quis tenere opinioné, quòd iudex delicti poſsit per ſe citare delinquentem extra territorium nõ requiſito iudice ipſius,poſſet:quia eã tenent Pet.Iac.de Are.& Cyn.in l. omnes.§.ſi uero apparitor.C.de epiſ.& cleri.ſed Bartol.in l.j.ff.de requi.re.dicit,quòd quando ſunt plures iudices habétes iuridiſctionem ſeparatam, omnes tamen dependent ab uno principe, tunc poteſt uerbo citari in alieno territorio: ſi uero ſunt iudices habentes ſeparatas,& diſtinctas iuriſdictiões,quia ſunt ſub diuerſis principibus,ut unus Papę, alter Imperatoris, tunc unus non poteſt citare in territorio alterius,cui non ſubeſt.bene tamen uerum eſt, dicit Bart.ibidem, quòd iudex loci delicti non poteſt citare ĩ loco maioris iudicis,à quo habet iuriſdictionem,quia non poteſt tũc propter eius reuerentiam. argu.not.in l.iiij.§.ſi tam uicinum. ff.de damn.infect.aliqui tamen tenent opi.Barto.non eſſe tenédam, & ponunt aliam opi.ut per Maria. Soci.laté in capit.poſtulaſti.de foro compet.nume.13.quem uideas. ſed Afflic.in conſtitu.edictorum.in xij.not.prima quæſtio.ponit quæſtionem. tandem relatis opinionibus dicit,quòd opinio tenentium, quòd iudex ratione delicti poteſt citare extra territoriũ, nõ eſt uſq;quaque tuta:& dicit, quòd ex hoc per regem Ferdinandum primum fuit factum.capitu.incip. cùm nulli liceat edictum. quo ſtatuit, quòd nullus iudex pro quauis cauſa audeat citare aliquem extra regnum exiſtétem in territorio,qui non ſit de iuriſdictiõe regis:& ꝙ ille nuntius,qui citabit,punietur pœna publicationis omnium bonorum, & alia reſeruata arbitrio regis.ſubdit tamen ibi Afflict.quòd ſi ille, qui uult citari,habet domum in regno, poteſt in domo citari,& ita reſidet. ſed parcat mihi reuerentia ſua,non ſoluit quæſtionem: quia prouiſio regis Ferdinandi loquitur,quando citandus degit in loco non ſubdito regi,& ſit diuerſæ iuriſdictionis.& ſic remanet quæſtio inſoluta,quando ſunt officiales dependentes ab eodem rege,& citandus delinqués degit in loco ſubdito ipſi regi.Ego autem, ſaluo ſemper meliori iudicio,tenerem illam opinioné in caſu propoſito,ꝙ poteſt citari delinqués exiſtés in loco ſubiecto ſuperiori,à quo officialis illius loci, & officialis delicti dependét,requirédo iudicé illi⁹ loci,ut citari permittat,ſecundũ opi.ſuprà relatã. & ille iudex requiſit⁹ tenetur ad hoc,motus authoritatibus ſuprà relatis, & ex regia noue.Prag.edita per Cęſa. maie.inci.renouamus etiam aliam. qua cauetur, quòd uicerex regni Siciliæ tenetur ad requiſitioné huius uiceregis capere delinquentes in hoc regno, & ibi degentes, & remittere ad eũ, & ſic econuerſo,unde ſi hoc procedit in citatio-

ne

ne reali, in qua eſt maius dubium, fortius hoc debet procedere in citatione uerbali. ſic etiam ſtatuitur per aliam Pragma.ſeque. inci.item quòd officiales.qua ſimiliter ſtatuitur,quòd officiales regij huius regni tenentur capere delinquentes extrà territorium,& illos remittere ad officiales territorij,in quo deliquerunt.& ita firmat Angel.in lib. maleſi.in uerbo.iudex commiſit.

28 ¶ FIS. Vtrum citatio facta domi non facta perquiſitione per ciuitatem,ſi citandus reperitur in ciuitate,ualeat? ¶ IVD. Afflict.in cõſtitu. citationis literæ, in pri. no. per illũ text.firmat quòd nõ ualet.quia debet perquiri in ciuitate, ſi adeſt citandus, & perſonaliter citari.& ſi eius copia haberi non poteſt, tunc fiat citatio domi. & hæc eſt opinio Bar. in l.iiij. §.prætor ait. ff.de dãn. infect.approbata nunc per d. cõſti. citationis literæ,& quãdo facta dicta diligẽtia fieret citatio domi,nõ audiretur citatus, dicens citationẽ ad eius notitiã non perueniſſe. ut per Afflict.in d. conſtitu. citationis literæ.in fi.Bald.tamen in l. cõſentaneum.colum.penult.in fi.C.quo. & quando iu.dicit,quòd ſufficit, ꝙ nuntius de directo uadat ad domum citãdi non facta perquiſitione, & ita ſeruatur ubique. & hæc expoſitio Bald. uidetur approbata per regiam pragmati.inci.quilibet. quę loquitur alternatiuè ꝙ quis citetur perſonaliter,uel domi. & ita tenet Maria.in ſua practi.in titu.de

29 citatio. nume. 10. ¶ FISCVS. Quid ſi in domo ſolitæ habitationis nullus habitat, an ibi poſſit citari? ¶ IVDEX. Afflict.in d.conſtitu.in 3.no.dicit,quòd ſic.& ualet citatio ſi ſeruetur forma dictę conſtituti.ut.ſ.citatio in limine domus affigatur,ſub teſtimonio duorum, uel trium, & elapſo ter.xxx.uel xl. dierum,& non comparente citato, reputabitur contumax: & ſic citabitur ut uagabundus,ut ibi per Afflic.in 4.nota.& ſcribatur ad cautelam, per quot dies ſteterit citatio affixa in limine domus: ſecundum Affli.ibi.in 5.nota.& quando affigitur citatio in limine domus, debet legi coram teſtibus,& publicari,ut per Affli.ibi.ſecũdo quæro:& hoc ſi ſeruatur,non audietur,ſi poſtea cõparet,& allegat non perueniſſe ad ſui notitiam,ut ibi.& notãdum eſt, quòd tunc demum tempus xxx.uel xl.dierum eſt de ſubſtantia in citatione, quando nullus eſt in domo citandi,aliàs deberet poni tempus arbitrio iudicis ſtatuendũ, ut per Afflict.ibi.in vj.no.& an ualeat citatio facta ad hoſpitium terræ, uide Barto.in l.j.§. permittit.uerſi.quæro nunquid ſufficit citari.ff. de lib. agno.& an poſſit fieri ad domum conductam,dicas,quòd ſic. ſecundum Cardin.in cle.pri.x.no.de for. compe.& an citatio ad apothecam ualeat,Barto. in l.iiij.§.prætor ait. ff.de dam.infec.ij.colum.in fin.uerſicu.item quæro.& in l.j.§.habitare.ff.de his,qui deiece. uel effud.& Lanfran.in cap.quoniam contra.in uerſic.citationes.de probatio.uide Marſil.in practi. crimi. §.attingam.

30 nume.20.ubi plenè. ¶ FISCVS. Nunquid citatio facta carcerato ualeat? ¶ IVDEX.Bar.in l.ij.ff.de in ius

ius uoc.per illum tex.dicit nõ poſ-
ſe citari.quod eſt uerum , ſi iudex
ſciat illum eſſe carceratum.ſed glo.
& poſt eam Ioã.de Imo.in l.is,qui
reus.ff.de pub.iud.tenet,quòd po-
teſt citari, & quòd tenetur mittere
procuratorem,ſi illũ facere,& ha-
bere poteſt:& hoc procedit in car-
cerato propter culpã ſuam.tu uerò
uideas Maria.Soci.in tracta.de ci-
31 tati.articu.v.in xxv.quę.¶Et eſt no-
tãdum,quòd ſi quis citatur ad pœ-
nam iudicis arbitrio inferendã,ta-
lis citatio tenet,& ſi nõ comparet,
condemnatur ad tertiã partem bo-
norum mobiliũ,ſecundũ Afflict.in
conſtit.pœnam nouem unciarũ.in
32 iij.nota.in ij.quæſtio.¶FISCVS.
An bannitus,exulatus , aut depor-
tatus poſſit citari ab eo iudice,qui
eum banniuit,exulauit,aut depor-
tauit? ¶INQVISITVS. Vide-
tur dicendũ,quòd non poſſit cita-
ri,quia nõ poteſt tutè accedere ad
illum locum,ergo cũ non teneatur
comparere,nõ uidetur ibi poſſe ci-
tari.ut in c.accedens.extra ut lit.nõ
con.& hoc uidetur ſentire Dyn.in
terminis alterius quæſtionis:an bã
nitus poſſit iterum banniri.in l.ij.
C.ut intra cer.temp.& per Bart.in
l.aut damni.§.deniq;.ff.de pœn.&
per Alber.de Roſa.in quæ.ſtatuto-
rum.quæſt.xxvj.pro qua concluſio
ne facit l.ij.§.pen.ff.ſi quis cau.&
quod nota.in l.Fulcinius.§.quid ſit
latitare.ff.qui.ex ca.in po.ea.idem
uoluit Bal.in l.decernimus.C.de ſa
croſanct.eccle.uer.uenio ad ſecun-
dum.¶FISCVS.Sed mihi uide-
tur indiſtinctè poſſe citari,& quòd
ſibi debeat imputari,ex quo pro-
pter ſuum delictum ſe poſuit in ta-
li neceſſitate,& ideo ſibi non eſt
ſuccurrendũ.l.ſi fideiuſſor.§.neceſ-
ſaria.ff.qui ſatiſ.cogan.& ff.ex qui.
cau.maio.in l.qui data.¶IVDEX.
Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de
accu.§.ſequitur.uerſi.quid ſi banni
tus.in tertia parte dicit,quòd ſi ſci-
tur,ubi ſit bannitus,debet requiri,
& dari ſibi ſecuritas ueniendi. de
quo latiſſime tractat Nouell.in tra.
bãni.in prima parte primi tẽporis,
in iij.quæſt.pro quo eſt gloſ.in l.is,
qui reus.ff.de pu.iu.& ibi Alber.de
Roſa.num.6.& gloſſ.in l.ij.ff.de cu-
ſto.reo.& ibidem Alberi.de Roſa.
Sed idem Alber.in l.præſenti.C.de
his,qui ad eccleſi.confu.latiùs tan-
gẽdo quæſtionem poſt multa hinc
inde diſtinguit,quòd aut iſte ban-
nitus accuſatur de crimine , quod
imponit pœnam relegationis ma-
iorem,& in qua per procuratorem
ſe defendere nequit,nec in abſen-
tem ferri ſentẽtia,& iſto caſu pro-
cedant prædicta.uerũ iſto caſu de-
bet carcerari bannitus comparens
ex ſecũdo delicto,ex quo propter
fugã primi criminis effectus eſt fu-
gitiuus , & ſuſpectus.aut accuſatur
de crimine,quod imponit pœnam
relegationis minorem , & in quo
poteſt per procuratorem ſe defen-
dere,& in abſentem ferri ſenten-
tia:& non debet concedi iſto caſu
ſecuritas.ſed dubium facit c.regis
Roberti,inci.regenti curiam uica-
riæ.& id quod dicit Afflict.in con-
ſti.clementiæ.in ſecundo not.uerſi.
an autem bannitus.in fi.ubi habe-
tur,quòd bannitus pro uno crimi-
ne ad inſtantiam unius,non poteſt
ad inſtantiam alterius banniri.ſed
cõtrarium uoluit ritus magnæ cu-
riæ

riæ uicariæ,incipien.item ſi aliquis
33 bannitus,aut bãnita.¶FISCVS. Quid ſi uagabundus commiſit delictum, & ſtatim receſsit,ubi nam eſt citandus?¶IVDEX.Dicas, ꝙ ibi poteſt citari,ubi reperitur:ſed ſi non reperitur,poteſt citari ad domum,ubi aliquãdo ſe reducere in ultimis conſueuit,ſecundum Zaba. in cle.prima.de for.cõpeten.& habetur per Maria.Soci.in tracta.de cita.articu.17.nume.57.& ſi neſcitur domus,citabitur ad modũ edicti, & affigitur in palatio curiæ,ſecundum Bal.in l.ſi accuſatoribus.colũ. fi.C.de accuſa.& in l.conſentaneũ. C.quo.& quãdo iud.& in l.ut perfectius. colum.j. C.de anna.excep.
34 ¶FISCVS.An citatio facta die feriato ualeat? ¶IVDEX. Licet hinc inde ſint opiniones,uerior uidetur opinio, quòd non ualet,ſecundum Specu.in titu.de fer.uerſi. item quòd eſt facta.& Barto.in l.j. §.nunciatio.ff.de no.ope.nuncia.& Bal.in l.ij.C.in qui.cau.in integ.reſtitu.non eſt ne.& in l.j.ff.de fer.& Moder.in ca.fin.eo.titu.& latè per Maria Soci.in tracta.de citatio.articulo.17.ſed in regno ſunt duo ritus,unus incipit: item ſeruat dicta curia,quòd citatio.qui uult ꝙ ualet citatio die feriato,ut compareat citatus die non feriata: alter ritus incipit: item prælibata curia uult, quòd data citationis ſit etiã die feriata,tamen citatur die non feria-
35 ta.¶Et ſi citatur quis,& citationis terminus cadit in diem feriatam,licet uideatur poſſe dici prima facie, quòd citatus non tenetur comparere.argu.tex.in l.Celſus.ff.de arbi. §.idem ait.per quem text.ita dicit Barto.de Capu.in ſingu.23.& dicit eſſe caſum in l.& poſt edictum.ff. de iud.tamen in regno eſt ritus incipien.item quòd tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.qui dicit,ꝙ die ſequenti tenetur comparere,& ualet citatio.& alius ritus eſt idem dicens,& eodem modo incipiens.
36 ¶Et ſi in curia,unde emanatur citatio,non ſunt feriæ, ſed in loco, ubi quis citatur,ſunt feriæ celebratæ à populo,& clero,non ualet citatio,quia attẽditur locus,ubi quis
37 citatur.¶FISCVS.In quibus caſibus permittatur citatio per edictũ. ¶IVDEX. Dicas,quòd permittitur in caſu neceſsitatis,uidelicet quando alio modo quis citari non poteſt:puta propter eius abſentiam,uel latitationem,& quando quis non habet habitationem. aliàs non permitteretur:ſecundum Barto.in extraua.ad reprimendum, in uerſi.per edictum,poſt princi.& Bald.in l.ſi accuſatoribus.colum.fi.
38 in princ.C.de accuſa.¶FISCVS. Quid ſi erratũ fuit in ipſa citatione in nomine, ualebit ne citatio? ¶IVDEX.Diſtingue,aut fuit citatus Petrus Ioannis,qui uocabatur Petrus Frãciſci.uerũ conſtat,quòd ipſe,qui citatus fuit,eſt idem corpus,quod fuit citatum,ſub hoc nomine Petrus Ioannis,quia eſt ipſemet homo,qui inculpabatur,& infamatus erat de delicto, de quo agebatur.& quia conſtat,quòd de illo corpore ſenſit iudex,& etiam nuntius,ualet proceſſus in cõtumaciam factus,licet ſit erratum in nomine.arg.l.congruit.ff.de offi.præſi.& ff.

ſi.& ff.de bon.eo.qui mo.ſi.conſci. Si uerò conſtat hunc hominē fuiſſe citatum à nuntio ſub hoc nomine Petrus Ioannis,cùm erat Petrus Franciſci,nec conſtat iudicem ſentiiſſe de eo,quo ſentiit nuntius in citando,nec eſt aliqua ueriſimilis coniectura,quòd iudex ſenſit de illo corpore,hoc caſu falſa demonſtratio uitiat citationem,quia licet nuntius ſenſerit de certo,tamē iudex non commiſit de illo,& ſic citatio non arctat eum,ex quo reperitur facta abſq; commiſsione iudicis,ut l.prima.ff.de requirē.reis. Si uerò conſtat citationem fuiſſe factam,non tamen cōſtat,quod corpus nuntius citauerit,pone exemplum:apparet tum fuiſſe dictū nuntio,ut citaret Petrum Ioannis, & nuntius refert ſe citaſſe, prout in mandatis habuit,& non apparet aliter,quis fuerit citatus,certè hoc caſu,ſi citatus fuerit bannitus,nō poterit fieri exequutio contra Petrum Ioannis,ſi nuntius nō citauit eum, qui erat diffamatus,ſed citauit Petrum Franciſci. Vide tamen latiùs de iſta quæ.Marian.Soci.in tracta. de citati.articu.xx.nume.15.ubi plenè.

39 ¶FISCVS.Sed quid ſi in informatione conſtet de delinquentibus per ſigna,nō tamen de nomine, quomodo citabuntur? ¶IVDEX.Dicas,quòd ſi ſit cōmiſſum iurato,& ſeruienti, ut citet infraſcriptos,uidelicet:unum habentem barbam longam,quadratum, iuuenem, monoculum:alium uerò ueſtitum pallio rubro,ſenem,longū, & claudum: alium uerò ueſtitum colore nigro,gibboſum,cum parua barba bifurcata,& ſic de ſingulis.ualet talis citatio ſecundū Angel.Areti.in §.quadrupli.inſtitutio. de actio.& Bald.in l.ſi quando.C. de teſtib.& l.ſi dictum.§.ſi præſente.& §.ſimili.ff.de euictio.nec curandum eſt de nomine, dummodo conſtet de corpore.ut l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de lega.j.adiecta enim aliquali demonſtratione,fungitur uice proprij nominis, ut ſi ſpecificata ſunt ſigna,ut latiùs per Ioan.Mill.in practi.crimi.fo.39. & citabuntur per edictum lectum, & affixum in palatio,uel uoce præconia loco publico denuntiatum,

40 ut ibi per Ioan.Mill. ¶Et an citatio facta ſine aſsignatione diei,uel termini ualeat,an nō,tractatur pleniſsimè per Boër.in deciſio.235.in ſecunda parte.

¶ Fiat relatio nuntij. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Relatio nuntij eſt de ſubſtantia citationis.16.*
2 *Relationis forma.*
3 *Citatio committitur ſeruienti curiæ.*
4 *Relatio debet cōtinere diem,quo quis citatur.*
5 *Relatio debet fieri actuario.*
6 *Relatio quomodo fiat, quando quis domi citatur.*
7 *Et quid, quando nullus habitat in domo.*
8 *Citatio debet notificari alicui de domo,& debet recipi iuramentum ab eo,cui notificatur.9.*

Citatio

10 *Citatio debet fieri in præſentia teſtium.*
11 *Nuntius debet exequi iuxta formam ſibi commiſſam.*
12 *Nuntio referenti an indiſtinctè creditur.13.*
14 *Relatio nuntij debet eſſe certa, & clara.*
15 *Nuntius falsè referens an puniatur.*
16 *Nuntius regius an poſſit in terra baronis citare abſq; licẽtia.17.*
18 *Nuntius regius delinquens in terra baronis, an per eum poſſit puniri.*
19 *Nuntio extra territorium citanti an ſit credendum.*
20 *Nuntius poteſt per uim intrare in domum citandi.*
21 *Nuntius laici citans clericum an puniatur.*
22 *Nuntius tenetur parti ad intereſſe, ſi non refert citationem.*

FISCVS.

ADeò abũdè enucleaſti, quæ in materia citationis dubitari ut plurimum poſſunt, ut nihil ultra reſtet dicendum: nũc autem te rogo, ut mihi des formã ue-
1 ræ & realis relationis nuntij. ¶IVDEX. Libenter inſeruiam, & ideo 5 ſcias, quòd optimam rẽ propoſuiſti, cũ relatio nuntij ſit de ſubſtantia citationis, & in actis debet ſcribi ſeriatim, ac in pede citationis, ſecundũ Bart. in l. multum intereſt. ff. de condi. & demon. & in l. hæc autem. §. j. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. & optimè probatur per tex. conſtitu. citationis literæ. ibi, & ſeriatim. &
2 ibi no. Afflic. ¶Et forma relationis eſt: Ioannes iuratus, & ſeruiens curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni, retulit mihi actuario publico dictæ curiæ hodie, prædicto die citaſſe dictum Franciſcum in domo ſuæ ſolitæ habitationis, ubi eius familia commoratur, & cõmorari ſolet, eamq; notificaſſe eius uxori, & ab ea recepiſſe ſacramentum de eã notificando dicto Franciſco, quàm primùm potuerit, præſentibus pro teſtibus Petro de Iulianis, & Antonio Caputo, modo, & forma ſibi
3 commiſsis. ¶Dixi: iuratus, & ſeruiens curiæ magnifici Straticoti, ob id, quia ſupra dixi, quòd citatio cõmittitur ſeruienti curiæ, per tex. c. cum parati. extra, de appella. licet poſsit committi alteri nuntio, ſiue ſeruienti alterius curiæ, & ſuperioris. imò ille, cui committitur citatio, poteſt alteri committere, quòd citet, ut eſt tex. no. in d. conſti. citationis literæ. ibi, tam per ſe, quàm per aliũ. & ibi not. Afflic. in viij. not. quem text. dicit alibi nõ uidiſſe, ſed debet nominari, quis iuratus cita-
4 uerit. ¶Dixi: hodie prædicto die, ex eo, quia tempus exequutionis commiſsionis ſibi factæ de citando, debet apponi in relatione, ut dicit Maria. Soci. intra. de cita. ar. 15. nume. 5. ¶Dixi: retulit mihi actuario publico dictæ curiæ: quia relatio fieri debet actuario, ut habetur in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. ibi dum text. dicit. ad ſcrinia. & ibi per glo. & Bald. facit autem item, ſi appellationem. C. de tẽpo. appe. & ita tenet Bart. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de damna. infec. & ſic interpretata fuit conſuetudo ſecundũ Io. de Imo. in d. §. Iulianus. licet Ang. ibidem uoluerit dictam relationem fieri debere ipſi iudici, & non ſufficere fieri notario, quod reprobat Maria. Soci. in

ci.In tract.de cita.in articu.xiij.in ij. q.& ita firmat Gram.in conſi.j.poſt deciſio.ſac.regii conſilii.ſub nu.14.
6 ¶Dixi:in domo ſuæ ſolitæ habitationis,qa ita referri debet,nec ſufficeret,ſi diceret in domo ſua, per doctri.Bar.in l.iij.§.prætor ait.ff.de dam.inſe.& probatur per cõſti. regni,incip.citationis literę.& ibi per Iſer.& Luc.de Pen.in l.j.C.de cu.& ſtatio.lib.xij.& firmat Grãma. ubi
7 ſupra.nu.3. ¶Dixi: ubi eius familia commoratur, ex eo,quia quando nullus habitat in domo,citatio debet affigi in limine domus cum ſolennitatibus,de quibus per dictam conſti.citationis literæ.& ſuprà di-
8 xi.¶Dixi: eamq; notificaſſe uxori, ob id,quia debet alicui de domo citati notificari citatio,ad hoc, ut ad notitiã citati perueniat,ut dicit An. de But.in c.fi.extra,de eo,qui mit. in poſ.refert,& ſequitur do. Maria. Soci.in tract.de cita.articulo 17.uer ſicu.circa ſeptimã ſpeciẽ.viij.col.& idem dicit ſeruare magnam curiam
9 uicariæ in d.ſuo conſi.nu.4. ¶Dixi: & ab ea recepiſſe iuramentũ, quia de ſubſtantia citationis requiritur hoc iuramentum præſtari,ut habetur in conſti.citationis literæ.ergo id ſeruari debet.aliàs nõ teneret le
10 gis forma non ſeruata. ¶Dixi etiã: præſentibus pro teſtibus,quia ad eſſe de ſubſtãtia citationis,& relationis nũtii requiritur præſentia duorum teſtium ad minus,qui interueniant tempore dictæ citationis, ut dictat regia prag.incipien.quilibet agere uolens.quæ procedit, quando citatio fieret extra ciuitatem,ut dicit Affiic.in conſtitutio.edictorũ.
11 in quarto not.in fin. ¶Dixi:modo, & forma ſibi commiſsis,quia nuntius debet citare iuxta formam ſibi à iudice commiſſam, quoniam fines mandati diligenter ſunt ſeruãdi, ut in cap.uenerabilis.extrà, de officio delega.& cap. cum dilecti. extrà, de reſcrip.& l. diligenter.ff. manda.& ſi nuntius exprimit citationem aliter,quàm iudex commiſerit,non arctat citationem. ſecundum gloſ.fina.in Clemen.ij.ut lite pend.& ſequitur Archidia.xxiiij.q.
12 iij.cap. de illicita. ¶FISCUS. An autem credatur indiſtinctè nuntio referenti? ¶IUDEX.Hæc quæſtio eſt ſatis difficilis,& intricata,& eã latè tangit Marianus Soci.in tract. de citatio.articulo 12.& ſunt conſideranda plura membra. nam quãdoque eſt contentio inter partem, & nuntium:quandoque inter nuntium,& actuarium:quia nũtius negat retuliſſe,& no.ſcripſit nuntium retuliſſe.quandoque eſt contentio inter partem, & nuntium,non ſuper nuda citatione,ſed ſuper uerbis prolatis à citato.Primo caſu ſecundum Ioan.Andr.in addi.Specula.in titu.de citatio.§ ſequitur.uerſic.ſed nunquid.crederetur, quòd ſecundum qualitates perſonarũ,& quãtitatem præiudicii iudex arbitrabitur.nam quandoque potius credatur ſimplici aſſertioni partis,quàm uerbo nuntii: utputa,quia nuntius eſt uilis perſona, & pars eſt in dignitate conſtituta:quãdoq; exiget iuramentum contra aſſertionẽ nũtii:quãdoq; plenam probationem, ut tenet idem Io.Andr.in c.cùm parati.extra de appel.& Salic.in l.tres

d de-

denũtiationes.C.quomo.& quãdo iũ.Secũdo caſu principali cõmunis cõcluſio eſt hęc,ut inſpecta qualitate & notarii,& nũtii,iudex arbitretur,cui magis ſit credẽdũ,ut no.Cy. in l.ſi quis decurio.in fi.C.de fal.& Bar.in extraua.ad reprimendũ.uer. per nuntium.ſi autem notarius eſt ſuſpectus ex anteà geſtis,non credetur notario, ſed nuntio.ſed ceſſante præſumptione contra notarium, magis credetur ipſi notario, quàm nũtio.nam plus creditur notario acta ſcribenti, ſeu ſcripturæ ipſius,quàm iudici,cũ ipſe notarius ſit iuratus ad hoc.c.quoniam cõtra falſam.extra.de pro.Tertio caſu nõ creditur nuntio dicenti,citatum dixiſſe,ſe non uẽturum:uel, quòd ei iniuriam intulerit,quia nuntio tantum creditur in his,quæ ſpectãt ad eius officium, quod uerſatur circa citationem, non autem in aliis,ut no.glo.& d.c. cum parati.extrà,de appel.& l.magis puto.§.illud.ff.de reb.eo.& l.j.§.ſane.ff.de offic.præfec.urb.& ideo ad tollẽdam omnẽ dubitationem dicebat Spe.quẽ ſequitur Bar.in extraua.ad reprimẽdum.in uerbo,per nuntium.ꝙ cautela eſſet mittere duos nuntios,ut in ore duorum,uel trium ſtet omne uerbum. & ſic non immeritò rex Ferdinan.ſtatuit in pragm.ob iſtas opiniões,& dubitationes.in prag. ſi quis agere uolens.quòd nuntius debet citare in præſentia duorum teſtium,quæ habent locum:ut dixi ſuprà,quando citatio fit extra ciuitatem,ut per Afflic.in cõſti.edictorum.in quarto notab.

13 ¶Et eſt notandum,quòd creditur nuntio referẽti ma'eficiũ,quo ad inquirẽdũ, ſecundũ Ang.de malefi.in uerb.publico nuntio.

14 ¶Eſt etiã animaduertendum,quòd relatio nuntii debet eſſe certa, & clara non incerta,& obſcura, ita quòd tollat defenſionem.& ideo ſi nuntius referat,ſe citaſſe modo,& forma ſibi commiſſis,non ſufficit,ſecũdum Do.de Rota in deciſio.20.in nouis deciſionibus.quod eſt notandum pro relationibus,quæ communiter fiunt in iſtis partibus.nec etiam ſufficit,ſi dicat,& referat nũtius,ſe citaſſe talẽ perſonaliter,uel domi,qa licet reſpectu commiſsionis iudicis committentis citare in perſonam, uel ad domum, intelligitur ſecundum ordinem,& inquãtum natura apta eſt uerba comprehendere.non tamen ſic præſumitur in uerbis nuntii,ſecundum Barto.& do. Anto.in c.ſi.de eo qui mitti.in poſ.per l.j.ff. de uſur.uide Alex.in l.iiij.§.prætor ait.ff.de dam.infect.iij.col.

15 ¶Et nũtius falsè referẽs debet puniri,quia debet priuari officio,& alius ſubrogari loco illius. & etiam corporali macula poteſt puniri.ut l.ij.& ibi not.Bald.C.de ſpor.Item poteſt puniri pœna falſi. per textum.& ibi not.Bald.in l.qui nomine.ff.de fal.

16 ¶Inſuper eſt notãdum,quòd relatio nuntii eſt adeò de ſubſtantia,& eſt talis effectus, quòd iudex non poteſt ad aliquem actum procedere contra citatum,niſi prius conſtituto de dicta relatione, & ea in actis apparente, ut eſt text.in l.ij.C. de ſpor.& ibi Bald.& per Barto.in l.multum intereſt.de condi.& demonſtra.idem tenet Ang.in repeti.

l.hæc

l.hæc ſtipulatio.ff.ſi cui plus,quàm per l.Fal.& Barto.in l.hoc autem.§. non defendi.ff.ex quib.cau.in poſ. ea.& Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,qui iudex uidens.& latè Maria.Soci.in tract.de cita.articulo xv.

17 ¶ F I S C. Nunquid nuntius regius, qui accedit cum prouiſione regia ad citãdum aliquem in terra baronis,debeat accedere ad baronem, ſeu eius officialem pro licentia,antequam citet? ¶ I N Q V I. Videtur quòd ſic. in terminis decidit Iaco. Rebuf.in l.j.in fin.C.de exequu.& exa.lib.xij.per illum tex.pro quo dicit facere l.contra,eo.ti.& qđ no.in ſimili in l.cum unus.§.is, qui.ff.de bo.auth.iud.poſ.& in §.ſi iudex.de pa.tenẽ.& idem dicit ibi Io.de Pla. ¶ I V D. Sed dicas cõtrarium,ut latè decidit Boër.in deciſio.viij.in pri ma parte.nec obſtant cõtraria,quia habent locum in ſeruiente alterius curiæ, quàm regalis, quia regalis non tenetur requirere, ut uoluit Bal.in l.prohibitum.C.de iur. fiſ.& eſt deciſio Toloſa.423.

18 ¶ Et an baro poſsit punire nuntium regium delinquẽtẽ in terra ſua,uide Boër.

19 in deci.nona, in pri.parte. ¶ Et eſt notandum, quòd nuntio citanti extra terram ſine literis non eſt credendum,licet portet ſignum publici nuntij,& ſit notus,& publicus,ut in authen.de colla.§.eos.& Barto. in l.palatinos.C.de collat. fun.lib. xj.& in extraua.ad reprimendum. uerſi.per nuntium.& communiter nuntius debet portare ſigna conſueta, uel literas, ut cognoſcatur, aliàs ſibi non creditur. ſecundum Barto.in l.prohibitum C.de iure fi.

20 lib.x. ¶ Et nuntius poteſt per uim intrare in domum citandi in criminalibus.ſecundum Bal.in addi.Specu.in tit.de cita.uerſi.ſed nunquid reo.in addi.inci.an nuntius.& Ange.in l.plerique.ff.de in ius uocan.

21 ¶ Et ſi nuntius citat clericũ cõram iudice laico,priuatur officio,& poteſt carcerari, ſecundum Angel. in auth.apud quos opor.cau.dicere.

22 colla.vj. ¶ Et ſi non refert citationem,uel actum ſibi commiſſum,tenetur parti ad intereſſe,ut l.ſancimus.C.de iudi.& l.ij.C.de ſpor.& Bal.in l.ſi menſor.ff.ſi menſ.falſum mo.dixer.

¶ Accuſentur contumaciæ. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia quomodo,& quo ordine in regno accuſetur.*3.11.

2 *Contumacia debet accuſari die iuridico.*

4 *Contumax non poteſt reputari primo die iuridico poſt ferias,ſed debet expectari.*

5 *Dies termini non computatur in termino.*

6 *Contumacia debet continere diem, quo fuit accuſata.*

7 *Contumacia ultima, debet accuſari curia pro tribunali ſedente.*

8 *Contumacia non poteſt accuſari, niſi uocato citato.*

9 *Contumacia debet accuſari per querulantem,ſeu inquirentem.*10.

11 *Contumax ad quã pœnã puniatur.*

13 *Teſtes qualiter reputentur contumaces,& 14.& 15.*

16 *Citatus ad publicandum an condemne*

demnetur ad tertiam partem bonorum mobilium, ſi non comparet.

17 *Inobedientia nunquàm punitur, ubi ius aduerſarij non efficitur deterius, ſed ius non comparentis læditur.*

18 *Pœna tertiæ partis bonorum mobilium quando habeat locum.*

19 *Condemnari utrũ poſſit ad pœnam tertiæ partis mobilium ille: qui fuit ſub fideiuſſoribus liberatus: & demum citatus ad præſentandum non comparet.*

FISCVS.

HVc uſque docuiſti nos, qualiter iudex ſe debeat habere uſque ad relationem nuntij. proſequere pro Deo alios actus, quia adeò mihi placent ea, quæ dicis, ut alia audire tædio me

1 afficiãt prçter iſta. ¶ IVDEX. Facta citatione, & ſequuta relatione nuntij, ſolent accuſari contumaciæ: idcirco ſcias, quòd in regno peruenitur ad contumaciam hoc modo: ſi citatus eſt intra ciuitatem, ubi curia regitur, citatur, quòd die ſequẽti cõpareat, & ſic una die pro alia, & in illa die ſequenti hora cauſarũ accuſatur ſibi prima contumacia, ſi non comparet, hoc modo uidelicet. Die hodie, &c. accuſata extitit prima contumacia contra Petrum relatum citatum, & non comparentem: & deinde expectatur per tres alios dies continuos, in quibus currunt etiam dies feriati, & demum quarto die ſequenti iuridico accuſatur ſibi ultima contumacia, ſi non comparet. & illud eſt ultimũ peremptorium, ut eſt ritus magnæ curiæ uicariæ ſub nume. 224. incipiẽ. item ſeruat ipſa curia in primis. & regia nouell. pragma. incip. relatione. Et ſcribitur hoc modo contumacia prædicta: Die hodie, &c. curia pro tribunali ſedente uocato in banco iuris, dicto Petro citato relato, & non comparente per ſe, uel alium, qui eum excuſaret, per publicum nuntium, & ſeruientem dictæ curię alta, & intelligibili uoce, more præconis, ut iuris, & moris eſt, & quia non comparuit, nec aliquis pro eo, qui ipſius iuſtam excuſationẽ proponeret, & allegaret, ideo inſtante curiæ coadiutore fuit dictus Petrus reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam in mandato contentam. Et hoc fit in mandato ad informandum: ſed in mandato ad recipiendum copiam capitulorum debet dici: & cõdemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium commodis curiæ applicandam, & decretum fore ponendũ in publico banno, & capiendum eſſe de perſona, & bona eius annotanda eſſe fiſci

2 commodis. ¶ Et contumacia prædicta debet accuſari die iuridico, etiã ſi illo die curia non regeretur: hoc eſt de prima contumacia, dummodo non ſit dies feriatus: & poteſt accuſari dicta prima contumacia in præſentia actorum magiſtri, & etiam abſente iudice, ut de hoc eſt alius ritus incip. item ſeruat ipſa curia, ut ſi die. & alius ritus incip. item nota, quòd in omni. Contumacia uerò ultima debet accuſari curia ipſa pro tribunali ſedenti, ut dixi ſupra. & ſi ille dies, quo debuit accuſari prima contumacia eſſet feriatus, debet accuſari die ſequenti, & debet fieri mentio, ꝙ nõ fuit accuſata

ſata die præcedenti,quia fuit feſtũ. ut ſciatur,qua de cauſa illo die non fuerit accuſata cõtumacia: & idem erit,ſi plures erunt dies feriati continui,quia illis elapſis primo die iuridico accuſatur,ut eſt ritus de hoc ſub nu.104.incipi.item nota,quòd ubicunque:& ſi non accuſatur prima contumacia dicto die ſecundũ prædicta,citatio expirat,& circunducitur citatio,ut dictat alius ritus
3 incip. item nota, quòd tales. ¶ Si
autem citatio fit extra ciuitatem,in qua degit curia, ſiquidem eſt intra regnum,ubi degit citandus , debet in citatione inſeri tantum tempus, infra quod poſſet commodè comparere,ut dixi in materia citationis.& in illo die ultimo comparitionis accuſatur prima contumacia,& poſteà per triduum expectatur , & deinde accuſatur ultima contumacia,ut ſupra dixi , & colligitur per pragma:incip.relationem . ſi uerò citãdus degit extra regnum, debet in citatione apponi terminus ſexaginta dierum ad comparendum,ut in con ti.edictorum,in fi.& in ſexageſimo die accuſatur prima contumacia.deinde triduo expectato,ut ſuprà,condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium,ut eſt ritus incipien.item ſeruat dicta curia in citatione.& ſi in ultimo peremptorio curia nõ regeretur propter abſentiam iudicis,uel aliter,non diceretur reus contumax non comparens,ut eſt glo.in l.ex quacunque, in gloſſ.fin.ff.ſi quis in ius uo.non ier.per l.arbiter Calendis.ff.de arbi.debet tamen comparere die ſequenti reuerſo iudice abſque alia citatione, ſecundum Andr.de Iſer. in c.j.col. penulti. de contro.inter uaſſ.& aliũ de inui.in regno autem ſequenti curia condẽnatur,& contumax reputatur,quia poſſum elapſo triduo expectare aliquod tempus,& non facere condemnari citatum,ut eſt ritus magnæ curiæ uica. incipien.itẽ nota,quòd ſi feci te citare.& hoc caſu, ſi die,quo debuit accuſari ultima contumacia, non fuit accuſata,poteſt reus comparere,& accuſari facere cõtra me contumaciam,& licentiabitur , & ipſe condemnabor,ut eſt cautum in dicto ritu.item nota , quòd ſi feci.& accuſata prima contumacia poteſt expectari per menſem in ciuitate Neapolis,& per duos extra ciuitatem, & demum accuſare ultimam contumaciam,aliàs expirat citatio, ut in d.ritu.item nota,quòd ſi feci.

4 ¶ Item eſt aduertendum , quòd ſi aliquis uenit condemnandus poſt aliquas ferias , puta,meſſiũ, uel reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti , uel natiuitatis , uel aliàs, quia fortè eſt accuſata prima contumacia,& eſt elapſum triduũ,non poteſt,nec debet condemnari primo die iuridico poſt dictas ferias, ſed expectabitur,& hoc de æquitate,ut dictat ritus eiuſdem magnæ curiæ ui.incip.item ſeruat ipſa curia,quòd primo die iuridico in ſequenti curia poſtea condemnabi-
5 tur.¶ Item eſt aduertendum, quòd ille dies,quo quis fuit citatus , non computatur in termino,ut dictat ritus magnæ curiæ , incip. obſeruat
6 ipſa curia. ¶ Dixi ſuprà in formula ultimæ contumaciæ: die hodie, ex

eo, quia debet apponi dies, quo
quis reputabitur contumax, ut di-
ctat alius ritus eiuſdem magnæ cu-
riæ, incipié. item ſeruat dicta curia,
7 quòd illa dies. ¶ Dixi: curia pro tri-
bunali ſedẽte, quia hæc ultima cõ-
tumacia nõ poteſt, nec debet accu-
ſari, niſi curia pro tribunali ſedẽte,
& die, quo regitur curia, ut dictis ri
tibus cauetur: licet prima contuma
cia fiat extra bancam, ut ſupra dixi.
8 ¶ Dixi: uocato in bãca, ex eo, quia
nemo citatus poteſt bãniri, & con-
tumax reputari, niſi ipſo uocato al-
ta uoce per tubictã curiæ, uel aliũ
loco eiuſdem in defectũ ipſius, ut
cauetur per ritum eiuſdem magnæ
curiæ incip. item ſeruat ipſa curia in
9 ſero. ¶ Dixi: inſtante curiæ coadiu-
tore. Et hoc, quia in ultimo perem
ptorio debet accuſari ultima contu
macia per querulantem, ſeu curiæ
coadiutorem, aliàs non diceretur
reus contumax, ſecundum Andre.
de Iſer. in conſti. in, pecuniariis. col.
iij. & Bar. in l. conſentaneum, in fin.
C. quo. & quando iu. & eſt tex. in l.
properandũ. §. & ſiquidẽ. & ibi Bal.
j. col. C. de iudi. & ſi non cõpareret
accuſator in ultimo peremptorio,
& accuſaret contumaciam, eſſet cir
cunducta citatio, etiã reo nõ com-
parente, & deberet de nouo citari,
ut eſt tex. in l. & poſt edictum. §. j. ff.
de iud. & no. Bart. in l. ex quocun-
que. in j. lectu. ff. ſi quis in ius uo. nõ
ier. licet in hoc ultimo in contrariũ
ſit ritus magnæ curiæ uicariæ inci.
item nota, quòd ſi feci. ubi non cir-
cunducitur citatio non comparen
te reo in ultimo peremptorio, nec
comparente actore, quia poſt tri-
duum poteſt actor expectare ali-
quod tempus, ut ſupra dixi. & unde
Afflict. in cõſti. pœnam nouem un-
ciarum. in vij. & ultima quæſt. & in
conſti. pœnã nouẽ unciarum. uerſi.
10 quartò requiritur poſt ij. q. ¶ Prædi
cta autẽ de accuſanda contumacia
procedunt, & habent locum, quan-
do proceditur ad querelam. ſecus,
ſi proceditur ex officio, quia tunc
ſufficit reum non comparuiſſe in
termino, ſecundũ Alex. in cõſi. 120.
in fi. in 7. lib. ſed conſidera, ſi in re-
gno etiam, ubi proceditur ad que-
relam, requiratur accuſatio contu-
maciæ, cum adſit ſtatutum, quòd
citatus non comparens habeatur
pro confeſſo, ut in conſtit. pœnam
eorum. quo caſu non requiritur ac
cuſatio contumaciç, ſecundum Bal.
in l. ſi tutor. C. de inter. matr. quem
ſequitur conſulendo Alexand. in
11 conſi. præallegato. ¶ Dixi: ad ter-
tiam partem bonorum mobilium,
ob id, quia hæc eſt pœna, in quam
incurrit contumax in regno, ut ha-
betur in conſti. pœnã nouem unciã
rum. & ibi And. de Iſer. & eſt ritus
magnæ curiæ uicariæ incip. itẽ ſer-
uat ipſa curia ab eo tẽpore. & alius
ritus incip. itẽ ſeruat dicta curia in
citatione. & plenè dicã infra in ma
12 teria annotationis bonorũ. ¶ Dixi:
& decretum fore ponendũ in ban-
no, quia requiritur, quòd iudex ex-
preſſe interloquatur, quòd eũ po-
nit in banno, & declaret eius bona
annotãda eſſe fiſci cõmodis, ut ha-
betur in conſtit. grandis. & decidit
Afflict. in conſtit. pœnam eorum. in
13 vj. requi. ¶ Et ſimilis obſeruãtia cir-
ca accuſationem cõtumaciæ ſerua-
tur,

tur, quando condemnantur teſtes, nam proximo die, quo ipſi debuerunt cõparere, accuſatur pri. cõtumacia, deinde expectantur triduo ſemper, & demũ condemnantur. ut habetur in ritu incip. itẽ ſeruat ipſa curia, ꝙ contumaciaſcilicet prima.

14 ¶ Et ſi teſtes erunt contumaces, condemnãtur ad tertiã partem ſuorum bonorũ mobilium, niſi in mandato eſſet adiecta pœna, quæ excederet tertiã partem mobiliũ, quia eo caſu illa pœna poteſt exigi, ut habetur in tex. cõſt. in pecuniariis. iuxta glo. & ibi not. Affli. in x. nota.

15 ¶ F I S. Quid ſi pars, ad cuius inſtantiã ſunt citati teſtes, nõ compareat ad accuſandum contumaciam contra eos non cõparentes, an fiſcus ex ſe poſsit accuſare contumaciam, & ex ſe exequi facere pro pœna? ¶ I V D. And. de Iſer. quẽ ſequitur Affliƈt. in d. cõſti. in pecuniariis. in j. q. poſt x. nota. Affli. dicit, quòd nõ, ſed pars debet accuſare. & hoc procedit etiã, ſi pars compareret in ultimo peremptorio, & tamen nõ accuſat cõtumaciã. nam fiſcus non poteſt inſtare, ut cõdemnentur, ut ibi per Afflic. in ij. q. & ſufficit, quòd ſola pars accuſet contumaciã ſine eo, quòd fiſcus inſtet, ut ei acquiratur pœna, ut ibi per eundem Afflic. in iij. q. & dato, quòd teſtes uenerint quidem, ſed facultate nondum facta receſſerint, nihilominus tamen adhuc tenentur ad pœnam, quia non ſufficit ueniſſe, niſi ſteterint, ut in l. ſi quis decurio. C. de decurio. lib. x. & firmat Andre. de Iſer. & Affliƈt. in d. conſtitu. in pecuniariis.

16 ¶ F I S. Quid ſi aliquis citatus ad publicandum, uel ad uidendum iuramenta teſtium, uel ad dicendũ, non comparet, utrũ condamnetur ad pœnam tertiæ partis bonorum mobiliũ? ¶ I V D. Dicas, quòd nõ. ſed ſi eſt contumax, fit ille actus, ad quem fuit citatus, in contumaciam. per l. fi. in fi. ff. quod ui aut clam. & firmat Affliƈt. in d. conſt. in pecuniariis. in xj. not. in uerſi. itẽ quærit hic

17 And. ¶ Confirmatur, quia ubicunque propter inobediẽtiam alicuius citati, & non comparentis aduerſarius damno non afficitur, & ius ipſius non efficitur deterius, ſed ius ipſius non cõparentis lęditur, nunquàm illa inobediẽtia eſt puniẽda. ut dicit Caſtrenſ. in l. j. §. is uidetur. ff. ſi quis ius dicen. nõ obtẽp. quem refert, & ſequitur Alex. ibi, & I. ſ. & dicitur eſſe notabiliſsimũ diƈtum, ibiq; dãt exẽplum de eo, qui citatur ad uidendũ iuramẽta teſtiũ, quę citatio cùm ſit inducta ad cõmodũ citati, ut ualeret opponere cõtra perſonas teſtiũ, ſi nõ cõparet, nõ punitur. & hãc opinionẽ dicit Alc. in col. fi. fuiſſe approbatam in Rota, ut in deciſio. 279. & refert, & ſequitur Ge

18 mi. in c. j. §. fi. de electio. in vj. ¶ Itẽ, quia pœna tertiæ partis bonorum mobiliũ in regno habet locũ ſolùm in primis citationibus ante litẽ conteſt. ut bene perpẽdit gl. & ibi Affli. no. in cõſtitutio. pœnã nouẽ unciarũ. in fi. ſed in cõtrariũ facit ritus magnæ curiæ uicariæ, inci. item ſeruat ipſa curia in primis, ubi ſentit, & uel le uidetur, ꝙ etiam in citationibus, quæ fiunt poſt litem cõteſtatã, habet locũ condemnatio ad tertiam partem bonorum mobilium, & po-

nit exemplum in citatiōe ad publicandum.ſed Salerni aliàs cōtra ritum obtinui,cogita tamen.¶ F I S. Quid de eo,qui præſtitit fideiuſſores de iudicio ſiſti,& fuit liberatus, demum citatur, quòd cōpareat ad reſpondendum capitulis:& non cōparet,an hic poſsit ad tertiam partem bonorum mobilium condemnari? ¶ I V D. De hoc eſt gl.& eam ſequitur Affli.in conſtit.clementiæ, ubi deciditur,ꝙ ſic,ac ſi nō præſtitiſſet fideiuſſores,& ut poterat cōdemnari à principio,ſi non comparuiſſet:uel poſſunt citari fideiuſſores,ut ipſum præſentent,& utraque practica approbatur.

¶ Audiantur excuſatores. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in criminalibus quando admittatur.2.3.4.5.6.7.8.*

9 *Exeuſator ſimplex quando admittatur.*

10 *Abſentia an per quencunque poſsit allegari.*

11 *Et allegata abſentia quod erit officium iudicis.& 12.13.14.*

15 *Abſentia an debeat probari.*

16 *Abſentia non poteſt allegari reo nolente.*

17 *Abſentiam allegans non tenetur cauere.*

18 *Abſens quando quis dicatur.*

19 *Abſentiæ allegatio quid operetur.*

20 *Abſentiæ allegatio quando non proſit.*

21 *Hoſtica exceptio quid operetur.*

22 *Et quando competat.& 25.*

23 *Et quando poſsit.*

24 *Et per quem poſsit opponi.*

26 *Et hæc exceptio debet probari.*

27 *Infirmitas an excuſet a non comparendo:& quod ſit officium iudicis ea allegata.31.*

28 *Et quomodo probetur.& 31.*

29 *Et poteſt allegari per ſimplicem excuſatorem.*

30 *Mulier prægnans non tenetur comparere.*

33 *Exceptio abſentiæ infirmitatis, uel alia,ſi malitiosè proponatur,non iuuat.*

34 *Infirmitas uxoris,uel filiorum an excuſet citatum,ut non teneatur comparere.*

35 *Infirmitas ne malitiosè proponatur, quod ſit remedium.*

36 *Bannum,per quod prohibentur medici curare aliquem uulneratū abſq; licentia curiæ,nunquid ualeat.*

37 *Infirmitate allegata ſi non reperitur, ubi ſit infirmus,an iudex ad contumaciam procedat.*

38 *Clerici ſunt exempti à iuriſdictione laicali.*

38 *Et ſi clericus non declinat forū laicale,punitur.*

39 *Et an debeat comparere,quando citatur per laicū allegaturus,& oſtenſurus inſtrumentum clericatus.*

40 *Clericus incorrigibilis an perdat priuilegium.*

Et quis dicatur incorrigibilis.ibidē.

41 *Et qualiter puniatur.*

42 *Clericus quando dicatur incedere cum habitu,& tonſura,& quando nō.& 44.*

43 *Et ſi iudex capit clericum,debet deſcribi particulariter eum quo habitu ſuit captus,quia non ſtatur dicto ſuo,quòd incedebat non in habitu, & ton*

& tonſura.

44 *Delicta grauia, quæ ſint, & quæ leuia.*

45 *Clericus an perdat priuilegium fori, ſi plura delicta commiſit. & 46.47.*

47 *Clericus non incedens in habitu, & tonſura, & immiſcens ſe enormibus, an perdat priuilegium.*

48 *Clericus in minoribus conſtitutus, quando perdat priuilegium.*

49 *Clericus arma militaria deferens, tertiò monitus an perdat priuilegium.*

50 *Excommunicatio quid ſit.*

51 *Et ſunt duæ ſpecies excommunicationis.*

52 *Effectus excommunicationis quis ſit.*

53 *Excommunicationis exceptio quomodo admittatur in regno.*

54 *Excommunicatus per annum perſeuerans in excõmunicatione, an in regno puniatur.*

55 *Clericus illegitimus quis dicatur: & an habeat priuilegium fori.*

56 *Clericus exercens uiles artes, quando perdat priuilegium.*

57 *Carceratio eſt iuſta excuſatio, ut quis non reputetur contumax. 59.61.62.*

58 *Et procedit etiam, ſi carceratio eſt facta per foraſcitos.*

60 *Foriudicatus quia nõ comparuit infra annum, ex quo fuit carceratus apud Turcas, reſtituitur in integrum.*

63 *Barones habentes iuriſdictionem priuatiuè in ſuos uaſſallos, poſſunt petere remiſſionem uaſſallorum.*

64 *Furtum alibi committens an poſſit puniri per iudicem eum capientem cum re furtiua.*

65 *Remiſſio delinquentis in territorio Baronis habentis iuriſdictionem cognoſcendi in delinquentes in eius territorio priuatiuè, & annullatiuè, an debeat fieri ad baronem, & dominum delinquentis ſimiliter habentis priuilegium cognoſcendi in ſuos uaſſallos alibi delinquentes. 69.*

65 *Iudex loci delicti an ſit competens.*

66 *Iudex loci originis, uel domicilij an poſſit inquirere de delictis alibi commiſſis.*

67 *Iuriſdictio omnis eſt penes principem.*

67 *Iuriſdictio quando dicatur priuatiuè, uel cumulatiuè conceſſa.*

68 *Et quis ſit effectus, quando priuatiuè, uel cumulatiuè conceditur.*

69 *Priuilegia principum debent intelligi, ut tertio non inferant præiudicium.*

71 *Rex non poteſt plus iuris in alium transferre, quam ipſe habet.*

72 *Priuilegium conforme cum iure communi fauorabilius eſt, & latiſſimè interpretandum.*

73 *Priuilegiatorũ ſub eadem conſideratione conſideratur maior ratio priuilegiati.*

74 *Priuilegia duo habens præfertur habenti unum.*

75 *Domicilium an ſortiatur quis ex ſola habitatione, ut efficiatur de illo foro.*

76 *Iudex præueniens in captura præfertur iudici præuenienti in citatione uerbali. & 81.*

77 *Vidua habet electionem fori.*

78 *Priuilegia quando duo concurrunt æqualis potentiæ, recurritur ad ius commune.*

79 *Clericus, & laicus ſimul delinquentes, an omnes debeant remitti ad iudicem eccleſiaſticum.*

80 *Iudex originis uel domicilij an poſſit inquirere de delictis alibi commiſſis*

miſſis circumſcriptis priuilegijs.

82 *Remiſſio uaſſalli delinquentis in territorio baronis, & ibi cõtumacis, & banniti, & demum capti per iudicem ſuperiorem, an habeat locum.*

83 *Baro non tenetur capere uaſſallum ſuum bannitum per ſuperiorem, ſed tenetur ipſum expellere.*

84 *Barones an licitè poſſint præcipere uaſſallis, ne agant in regiis tribunalibus.*

85 *Clericus coniugatus an, & quando debeat remitti ad iudicem eccleſiaſticum.*

86 *Et quibus priuilegiis gaudeat. ibi. & 87.*

88 *Excuſatio abſentiæ, uel infirmitatis, uel captiuitatis non admittitur poſt latam interloquutoriam.*

89 *Latrones ſtratarum an debeant remitti ad barones eorum patronos.*

90 *Latrones ſunt diffidati à lege in eorum præiudicium, & non in præiudicium tertij.*

91 *Latro ibi debet furca ſuſpendi, ubi capitur.*

92 *Baro habens iuriſdictionem ciuilem, an habeat mixtum imperium. 93.*

94 *Baro in ciuilibus an poſſit cognoſcere de damnis datis, & de minimis furtis.*

95 *Et an poſſit punire inobedientes.*

96 *Et an cognoſcat de præſentationibus inſtrumentorum, & de obligationibus. 97. 98. 99.*

100 *Meri, & mixti imperij quæ ſint.*

INQVISITVS.

LVbenter admodùm, audiui remedia, quæ cõtra miſeros inquiſitos adinuenta uidentur: ſed nunquid ediuerſò aliquod remedium reperiatur, quo citatus, & non comparens poſsit (adeò, ut fiſco in omnibus ſatisfactũ ſit) excuſari, ut contumax nõ reputetur?

1 ¶ I V D. Optimam, & laudabilem materiã propoſuiſti, & ideo ſcias, ꝙ regulariter in criminalib⁹ nullus admittitur uti procurator, ut dixi ſuprà in materia citationis. & habetur in c. ueniẽs. de accu. & in l. pe. §. ad crimen. de publi. iud. & iura ſunt uulgaria. admittitur tamen in caſibus ſuprà in materia citationis notatis.

2 ¶ Item admittitur procurator in criminalibus ad proponendum omne id, quod proponi poſſet per ſimplicem excuſatorem, ut habetur in d. c. ueniẽs. & l. abſens. ff. de procura.

3 ¶ Item admittitur procurator in criminalibus, quando petitur, ꝙ ſententia declaretur nulla. ut eſt gl. notabi. in capi. hoc quippe. iij. q. vj. quam ad hoc magni facit Franc. de Are. in c. veniens. 25. col. uerſi. & adde. extra. de accuſat. & hanc partem tenet Bald. in l. reos. penul. colum. C. de accuſatio.

4 ¶ Item admittitur procurator ſufficiẽter inſtructus in criminalibus, quãdo non ſunt probata iudici ordine iudiciario indicia contra reum citatum, ſiue ſit locus torturę, ſiue ſimplici interrogationi: ſi autem ſunt probata ipſi iudici indicia contra ipſum reum, tũc non admittitur procurator. ſecundum Bal. in l. fi. C. de procura. ij. colum. uerſicu. tu dic, & idem Bal. in l. ſeruum quoq;. §. publicè. ff. de procura. ij. colum. uerſi. tu dic. & domi. Alex. & Iaſo. in d. l. fi. C. de procura. & Mar. in ſua pract. cri. §. ſequitur. nu. 7. quod quidẽ dubito in regno non procedere per decretum regi-nale, de quo infrà dicã.

5 ¶ Item poteſt

teſt procurator cōparere,& oppo-
nere non poſſe procedi contra ci-
tatum,quia licite potuit offendi,&
occidi occiſus ſtante ſtatuto.ſecun-
dum Bart.Cepol.in.caute.68.incip.
in cauſa criminali.& Bar.in l.ubi pa
ctum,per gloſ.ibi.C.de tranſact.&
ſequitur Mar.in dicta ſua pract.cri.
in d.§.ſequitur.nu.19.& 28.& in cō-
6 ſi.300.incip.ipſum ſapientiæ.¶Item
poteſt cōparere procurator,& op-
ponere,quòd accuſatio eſt notoriè
calūnioſa,ut dixit notabiliter Cyn.
in l.reos.C.de accu.quem refert,&
ſequitur Bal.in l.ij.C.ut ne priua.&
ſequitur Mar.in d.§.ſequitur.nu.29.
7 ¶Itē admittit ad opponēdū de in-
eptitudine inquiſitiōis,uel accu.ſe-
cūdū Mar.in d.§.ſequitur. nu.30.&
dicit hoc uoluiſſe Bal.in conſil.106.
pri.li.incip.uerba accuſationis . ſed
uoluit allegare Bald.in conſi.238.in
ij.lib.¶ F I S.In omnibus prædictis
exemplis , & caſibus licet ſit ita de
iure communi,tamen obſtat decre
tum reginale poſitum in uolumine
rituum incipiē.die xxj.menſis Iulij
pri.indi.&c.quo cauetur,quòd nul-
la exceptio admittitur pro parte
inquiſi.ſeu accuſati, citati, niſi ab-
ſentiæ infirmitatis , & captiuitatis,
præterquam in duobus primis caſi
bus ſupra notatis , cū in eis fateor,
quòd nō obſtat dictum decretum.
¶ I V D. Subſiſto in hoc , & relin-
8 quo nobis cogitandum.¶I N Q V.
Proſequere domine Iudex præin-
cepta.¶ I V D. Faciam , & ideo ul-
teriùs ſcias,quòd indiſtincte procu
rator in criminalibus admittitur,ꝙ
inquiſitus eſt carceratus.ſecundum
An.per illum text.in l.eos.§.ſuper
his.circa fi.C.de appel.& dicit hoc
etiam tenere Odofre.in l.minimè.
ff.eod.ti.& Cy.in l.reos.C.de accu.
& Bar.in l.pe.§.ad crimen.ff.de pu.
iud.in antepe.colum.uerſi.dic ergo
ſic.alios uerò caſus,in quibus pro-
curator poteſt cōparere , relinquo
9 pronun. ¶ Dicam ſolum,in quibus
caſibus admittatur ſimplex excuſa-
tor abſque mandato.& diſtinguēdi
ſunt quatuor caſus:aliquādo enim
uult allegare cauſas cauſæ ſimplici-
ter:aliquando uult allegare cauſas
cauſę reſultantes ex actis in eadem
cauſa factis:aliquando cauſas inno
cētię in cauſa,in qua ad definitiuā
ſententiā deueniri poteſt:aliquādo
cauſas abſentiæ tantū.pri.caſu excu
ſator nō admittitur ad allegandum
cauſas cauſę ſimpliciter in crimina-
libus inferentibus pœnā à relega-
tione.ſecundū Specu.in titu.de ex-
cu.in fi.aliis tribus caſibus admitti-
tur,& differt allegare cauſas reſul-
tantes ex actis , & allegare cauſas
innocentiæ . quia pri.caſu admitti-
tur excuſator in omni caſu : ſecun-
dò admittitur ſolum in eo caſu , in
quo poteſt ad definitiuam ſenten-
tiam deueniri contra abſentem , ut
latiſsimè firmat domi.Anto.de Ca-
na.in ſuo pul.tracta . de excuſatio.
& ſequitur Bartol. de Cap.in con-
ſtitutio.pœnam eorum.numero.xj.
¶ F I S C V S.Sed uidentur præ-
dicta procedere de iur.communi,
ſed in regno habemus reginale de-
cretum,de quo ſuprà.ex quo uide-
tur dicendum,non poſſe per procu
ratorē allegari cauſas cauſæ reſul-
tātes ex eiſdē actis.¶I N Q V I S I-
T V S. Ego dico minimè obſtare
dictum

dictum reginale decretum his,quæ
ſupra dicta ſunt.ſed ipſo nõ obſtan
te dicendũ eſt,ꝙ poteſt comparere
excuſator pro abſente citato in cri-
minalibus,& allegare cauſas cauſæ
reſultãtes ex eiſdem actis exiſtẽti-
bus in eadẽ curia,ſaltem per implo
rationẽ officij iudicis,ut docet An.
in l.plane.ff.de peti.hære.in tantũ,
quòd ſi ex forma ſtatuti in crimina-
libus nemo debeat admitti ad ali-
quas exceptiones proponẽdas,niſi
perſonaliter compareret:tamẽ im-
plorari poteſt officiũ iudicis,& op-
poni notorietas actorũ,uel ꝙ occi
ſus potuit impune offendi uigore
ſtatuti,ſecũdũ eũdẽ An.in l.filiusfa-
mil.§.ueterani.ibi,aliud eſt.ff.de ꝓ.
& Bal.in l.iij.col.vij.uerſi.ſed quęro
tunc.C.de accuſa.& ita uoluit Iaſo.
in l.ubi pactum.prima colum.C.de
trãſa.& latiſsimè proſequitur Grã.
in conſil.j.poſt regias deciſ.nu.24.
imò plus dicit ibi,quòd admittitur
excuſator ad opponẽdũ exceptio-
nem declinatoriã , & incompeten-
tiam iudicis , de qua ex actis appa-
retur.ſecundum Bal.in l.reos.C.de
accu.& ſequitur Fran.de Are.in ca.
ueniẽs.x.col.extra , de accuſa.& ibi
Mariã.Soc.in 45.colũ.uer.iij.no.de
cauſis.& hoc habet locũ nõ obſtan
te ſtatu,quod nulla exceptio poſsit
opponi,quia nõ intelligitur de ex-
ceptiõe notoria.¶ F I S. Sed in cõ-
trarium cõcludit An.de Iſe.in cõſt.
edictorum.quẽ ibi ſequitur Affli.in
13.no.in ·.q.ex authoritate Inno.in
c.ueniẽs.extr.de acc.ubi dicit,quod
cauſas cauſæ ex actis apparẽtes nõ
poteſt excuſator allegare , ut ſunt
exceptiones dilatorię,perẽptoriæ,
& declinatoriæ,ſed debent allegari
per procuratorẽ. ¶ I V.Laudo pro
nunc ſentẽtiam Fiſci,& eam ſequi-
tur do.Bar.de Capua.in d.cõſt.edi-
ctorũ.nu.14.nullus tamen doctorũ
facit mentionẽ de dicto decr.regi-
nali.& ſic concludas,ꝙ cauſas cau-
ſæ ex actis reſultãtes debẽt opponi
per procuratorẽ,& nõ per ſimplicẽ
10 excuſatorẽ. I N.Nunquid per quẽ-
cunq; allegetur abſentia?¶ I V.Hęc
excuſatio abſentiæ,per quencunq;
allegetur,admittẽda eſt,ut eſt text.
in l.ſcire oportet.§.ſufficit.ff.de ex-
cu.& in l.contumacia.ff.de re.iu.&
uoluit Barto.in l.ij.§.ſi quis in iudi-
cio.in fin.ff.ſi quis cautio.& uoluit
An.& Afflic.in cõſti.edictorũ.in 13.
nota.& extat decretũ reginale , de
quo ſupra dixi.& intantũ hoc pro-
cedit,quòd etiã mulier , & infamis
admittuntur , ſecundũ Inn.in c.ue-
niens.extra,de accuſa.quẽ ſequitur
11 Afflict.in d.cõſt.edictorũ.¶ Et alle-
gata abſentia officiũ iudicis erit nõ
procedere durãte dicta abſentia , ſi
erit ex cauſa reipublicę:ſecũdũ An.
de Iſer.quẽ ſequitur Affli.in d.cõſil.
edictorũ.in d.13.no.in v.ſi uerò alle
gatur abſentia ex cauſa uoluntaria,
ut iuit ad ſanctũ Iacobũ,uel ad ſtu-
dendũ in ſtudio generali:& officiũ
iudicis erit , ꝙ ſtatuet huic excuſa-
tori terminũ ad denũtiandũ,& cõ-
12 parendũ. ¶ Sed inoleuit cõmunis
practica,& forma prouidẽdi in alle
gatione dictæ abſentiæ,ut dicatur,
quòd per curiã fuit d.T.cõdemna-
tus,& cõtumax reputat'(ut & aliàs
in materia cõtumaciæ dixi)uerũ ſi
cõparuerit infra mẽſem, deleatur à
cõtumacia,& interim in libro non
ſcribatur.

13 ſcribatur.¶I N Q V I. Sed pone,ꝙ excuſator pro abſente ex cauſa uoluntaria citato in domo , allegat ipſum abſentem,ſed dicit ignorare locum abſentiæ, & producit teſtes, qui dicāt,ꝙ audiuerunt,antequàm citaretur,ipſum dicētem,ſe iturum peregrè,quod tēpus dabit illi iudex ad notificandū , & comparendum. ¶I V D E X.And.de Yſer.quem ſequitur Afflic.d.conſtit. edictorum. in nona q.dicit,quòd arbitrio ſuo ſtatuet tempus.& ſi minus ſtatuet reſpectu loci , ubi eſt abſens , lex ſupplebit.argu.l.4.§.ſi quis.ff.de re iud.licet Afflic.ibi ponat aliā practicā.Sed procedit id,quod ipſe dicit, quando ex fama poteſt ſciri,ubi ſit, & ſic ſimus extra dubium.quæſtio uerò Iſer.procedit , ubi nullatenus ſciri poteſt,ubi ſit.& ita firmat etiā Anto.de Cana.in tracta.de excu.in
14 22. q. ¶ Et ſi elapſo termi. ſtatuto per iudicē cōpareat idē excuſator, & dicat ſe diligenter perquiſiuiſſe, & non potuiſſe inuenire,ubi foret citatus,& petat prorogari , ſeu de nouo concedi alium terminū,tunc iudex procedat contra citatū tanquàm cōtra contumacem.nā poſt illā dilationē ſiue ueniat,ſiue mittat,audietur,aliàs ſecus,per text.in auth.qua in prouincia.C.ubi de crimi.agi opor.ſecundū Bart.in extraua.in uerbo,per edictū.& per do. Anto.de Canar.in d.tra.de excu.in
15 23.quæſt.¶F I S C V S.Sed nūquid excuſatio abſentiæ ita ſimpliciter erit admittenda , uel ſitne neceſſe probari?¶I V D E X. In hoc paſſu dicit Spe.in ti.de accu.uer.ſed quid ſi iſte,quòd debet probari,& probabitur per famā:ſola enim fama, & uulgi opinio ſufficit tali probationi,ut dicit Bar.in extraua ad reprimendū.in uerbo,per edictū.per tex.in auth.de exhi.& intro.re.§.ſi uerò.colla.v. Item iudex ſe debet de fama informare,& id examinare,in quam terram abiiſſe dicitur, ſummatim,& parte nō citata:ſecūdum Bar.in d.uerbo,per edictum. poteſt & probari per diſcuſsionem fiendā per nuntiū,ſeu nuntios.nā ſicut fit de bonis,ita fit de perſonis,ſecundū Barto.in l.iij.§.prætor ait.ff.de dam.infect.& habetur per do.Ant.de Canar.in d.trā.de excu. q.xx.ſed in regno ſufficit probari per iuramentū excuſatoris,ut in cōſti.edictorū.& ibi per Nicol.Ruff.& do.Griſon.in addi.& ita quotidie
16 ſeruatur. ¶Et à ſententia allegari non poteſt cōtra uoluntatē inquiſiti,quia per allegationē abſentiæ, excluditur contumacia,quę nō poteſt excludi reo nolente,ut late habetur per do.Anto.de Canar.in d.
17 tra.de excu.in 22.q.¶Et allegās cauſam abſentiæ non tenetur cauere de præſentādo reum,per c.ueniēs, extra,de accu.& no.in l.in eo.ff.de reg.iur.& habetur per Nicol.Ruff. & Gri.in addi.in conſtit.pœnā eo-
18 rum.& edictorum.¶Et dicitur abſens ille,qui abeſt à ciuitate merū imperium habēte,ſicut olim à prouincia.l.abſentē.ff.de pœn.& l.abſentem.C.de accu.& plenè habetur per do.Ant.de Canar.in ſuprà alle-
19 gato tra.in 19.q.¶Et allegatio abſentiæ operatur,ut ſi admitti debebat,& ſiut repulſa,id qđ fit,nulliter fit,ut no.l.quæſitū.ff.de re iudi.

ſecun

ſecundũ Bart.in l.pe.§.ad crimẽ.ff. de pub.iu.& in l.ij.§.ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio.& habetur per Afflict.in conſti.pœnã eorũ.in no-
20 no requiſito,quem uideas.¶F I S. Quid ſi fuit uiſus tempore delicti cõmiſsi,uel poſt,an tunc admittatur excuſatio propter abſentiam? ¶I V D E X. Dicendũ eſt, quòd ſi fuit uiſus tẽpore delicti cõmiſsi,repellitur excuſator,& contumax reputatur nõ cõparens,ut eſt text.in c.regni,incip.poſt cõmiſſum à delinquente flagitiũ.de quo ad propoſitum mentionẽ facit do.Pet.de Mo.for.in conſti.pœnã eorũ.conſtabit enim ad propoſitũ fuiſſe uiſum per informationem de delicto captam,ſi ibi ſint de uiſu teſtes,uel aliter deponẽtes,quòd eũ niderũt tempore delicti commiſsi,uel uno die,aut duobus ante:ſecundũ Pet. de Mo.for.ibi. & d.c. eſt in uiridi obſeruantia in regno. ¶I N Q V I. Sed pone,quòd delictum,de quo queritur,eſt antiquũ,ſaltẽ per duos menſes,an tũc etiã,quòd fuerit uiſus tẽpore delicti cõmiſsi,admittatur excuſator?¶I V D E X.Ego ſemper practicaui in diuerſis partibus, & practicari uidi.quòd quãdo delictum eſt antiquũ,non procedit diſpoſitio.d.c.poſt cõmiſſum à delinquente flagitiũ.ſed admittitur ex-
21 cuſator.¶I N Q V I S I T V S.Plura dixiſti in materia excuſationis propter abſentiã,tranſeamus ergo nunc ad aliquam aliã excuſationẽ. ¶I V D E X.Probè dixiſti, & ideo ſcias,quòd alia poteſt proponi excuſatio,uidelicet hoſtica exceptio, quæ quidem exceptio eſt maximi momenti.nã ſi citatus fuit ante,uel poſt ſubmonitionẽ,quòd uadat ad exercitum, allegata tali exceptione coram iudice citante,habet xv. dies de termino ad iter arripiendũ ad dictũ exercitum:& donec eſt in exercitu,& poſt reditũ per xv.alios dies nõ poteſt in cauſa procedi cõtra eum,ſed debet in dicta cauſa ſuperſederi,ut cauetur per regni conſti.incip.hoſtici exceptio.de excep.
22 hoſti.propo. ¶F I S.Sed utrum,ut competat dicta hoſtica exceptio, requiratur ſubmonitio,uel habeat locum in eo,qui abſq; ſubmonitione,ſed propriis expenſis uult accedere ad exercitum?¶I V D.Diſtinguendũ eſt ſecundũ And.de Iſer.in d.conſti.hoſtici exceptionẽ.quẽ ſequitur ibi Afflict.quòd aut quærimus,utrũ gaudeat dilatione quindecim dierũ,quæ datur ad iter arripiendũ,& tũc eſt citatus,& nõ gaudet non præcedẽte ſubmonitione: aut non præceſsit ſubmonitio,ſed poſtquàm fuit citatus cum effectu acceſsit ad exercitum ſuis expenſis propriis,& tunc ſiue citatus fuerit domi,ſiue perſonaliter,nõ gaudet exceptione hoſtica,quia iſtud fuit uoluntariũ impedimentũ,ut euaderet pœnã ei inferendã.ſi uerò ante citationẽ quis reperitur in exercitu,ſeu per uiã,& demum citatur in domo,& nõ præcedẽte ſubmonitione acceſsit ſuis expenſis, ſi loquimur de iure cõmuni,ille,qui eſt in exercitu ſponte,& nõ uocatus, nõ dicitur abſens cauſa reipublicæ, ut in toto titulo ff.de lega.ſed ſi loquimur ſecũdũ terminos cõſti.prędictæ. hoſtici exceptionẽ.ſiue uoluntariè

luntariè reperiatur in exercitu,ſiue
ſubmonitus,competit ei exceptio
hoſtica,ſi tépore citationis ibi repe
riebatur,uel erat in uia cauſa eundi.
23 & ſic habes ueritaté. ¶FISCVS.
Vtrum ſi quis cõmiſit delictũ poſt
ſubmonitionem, gaudeat hoſtica
exceptione? ¶IVD.Dicas,ꝙ non,
ut eſt in c.regni inci.ſi comites,uel
barones.de quo mentioné faciunt
And.de Iſer.& Afflic.in d.conſti.ho
24 ſtici exceptionem.¶Et poteſt hæc
exceptio opponi per procuratoré,
& excuſatoré.ſecundũ Afflic.& Iſer.
in ea.conſti.in 14.q. ¶FISCVS.
25 Audiui,quæ dixiſti in materia hoſti
cæ exceptionis: ſed dico, quòd ſi
quis tépore delicti commiſsi fuerit
uiſus,uel ſalté per duos dies,ante
unũ,uel duos,aut unũ poſt,& de-
inde uadit ad exercitum,nõ gaude
bit hoſtica exceptione.per tex.in ſu
prà allega.c.poſt cõmiſſum.& hoc
uidetur uoluiſſe do.Pet.de Mo.for.
in d.conſti.hoſtici exceptioné.dum
dicit hæc formalia uerba.c.& de ex
cuſatione abſentiæ etiam iſto caſu.
uide c.regni, poſt commiſſum.&
uide c.regni.comes.quaſi dicat,ꝙ
ille text.limitetur per illud c.regni.
poſt commiſſum.ſicut etiã limita-
tur per c.regni,comes.¶IVD.Cer
tè doctrina Pet.de Mo.for.quam
allegaſti,innuit,& apertè dicit id,
quod dixiſti.& ita pro nunc teneo.
26 ¶Ad unum tamé aduertas in hoc,
quòd iſta exceptio debet probari,
ut habetur per do.Mari.de Cara.in
conſti.pœnã eorũ ſuper teſti.ibi,&
probanté.& habetur per Afflict.&
Iſer.in d.conſti.hoſtici exceptioné.
27 ¶INQVI.Quid ſi allegetur excu-
ſatio infirmitatis,an admittatur,&
quod ſit officiũ iudicis in ea? ¶IV.
Hæc excuſatio eſt ſatis iuſta,& ad-
mittenda eſt per quencũq; oppona
tur.ſecundũ Inn.& poſt eũ Abb.in
c.ueniés.extra,de accu.per l.ſi præ-
tor.§.ti.ff.de iudi.& idé dicit Sali.in
l.reos.ix.col.uer.ex prædictis con-
trariis.C.de accu.& Bal.in l.ſeruum
quoq;.§.publicè.ff.de procur.in xj.
col.uer.reuoco in dubiũ.& eſt de-
ciſum in regno per reginale decre-
tum,de quo ſupra mentioné feci.&
habetur per Afflic.in d.conſti.edi-
28 ctorum.in 13.no.in prin.¶FIS.Sed
quomodo probabitur hæc infirmi-
tas,& excuſatio? ¶IVDEX.Afflic.
in d.conſti.in 13.not.in vj.q.mouet
difficultaté,& dicit,quòd Abb.in c.
querelam.de procura.dicit probari
per teſtificationé medicorũ.idé di-
cit Bar.in l.contumacia.§.fi.ff.de re
iudi.allegat l.ſemel.C.de re militar.
lib.xij.demum dicit,ꝙ Ioã.de Imo.
in.l.quæſitũ.ff.de re iudi.refert tres
opiniones,qualiter probetur impe
dimentũ.& finaliter tenet,ꝙ totũ
hoc remittetur iudicis arbitrio:&
ꝙ in magna curia ſeruatur, ꝙ de-
bet præſentari inſtrumétũ publicũ,
ꝙ talis eſt in tali loco infirmus,&
ibi medicus debet atteſtari curiæ
uerbis,ꝙ ille,q citatur,eſt infirmus,
& ꝙ ibi non poteſt cõparere abſq;
ſuo periculo.& ita reſidet.ſed Par.
de Pu.in lib.ſyndi.in uerbo.negligé
tia.in v.col.dicit,ꝙ ritus magnæ cu
riæ uicariæ requirit teſtificationem
in inſtrumentũ duorũ medicorum.
quem ritũ ſecundũ eũ intelligit,ſi
in illa ciuitate poterant haberi illi
duo medici,aliàs ſufficiat unus,uel
ſuffi

ſufficiat ille,qui deputatus eſt à cõ-
muni,ut ritus intelligatur,& inter-
pretetur ſecũdum ius commune.&
pro hoc dicit facere glo.in cõſti.in
cauſa depoſiti.ubi dixit gloſſ.quòd
illa conſti.requirens in depoſito fo
re adhibendos tres teſtes,intelligi-
tur,ſi ſint in loco, in quo haberi
poſſent,& dictus ritus magnæ cu-
riæ uicariæ.item ſi aliquis,uel ali-
qua.dicit idem,quod Par.ubi ſupra.
uide Par.de Puteo in lib.ſyndica.in
uerbo,tortura.uerſic.officialis po-
29 ſuit ad chordam.2.col.¶Et hæc ex-
cuſatio poteſt proponi per excuſa-
torem ſimplicem,abſq; mãdato,ſe
cundum Luc.de Pen.in l.ſemel.C.
de re militar.lib.xij.Et ſi eſt infirmi-
tas non latens,ſed manifeſta,& pa-
tẽs,poteſt probari per alios,quàm
per medicos,ſecundum Luc.de Pe.
30 ubi ſupra. ¶INQVISITVS.
Quid ſi citatur aliqua mulier præ-
gnans,an poſſit excuſari,ut nõ te-
neatur comparere?¶IVDEX.Di
cas,quòd ſic,ut probat ritus ſupra
31 allegatus.¶Vnum tamẽ non omit-
to,quòd quando ille,qui allegatur
infirmus,eſt in eadem ciuitate,ubi
eſt tribunal, admittitur excuſatio,
etiam quòd nõ præſentetur inſtru-
mentum infirmitatis,ſed ſufficit,ꝙ
dicat excuſator: accedat actuarius
cum medico in domum,& iudex ſi
dubitat tenetur mittere.ſecundum
Goffre.Hoſtien.& Ioã.And.&.do-
cto.in c.tenor.de re iudi.& Bart.in
l.quæſitum.ff.de re iudic.& ego te-
ſtor uidiſſe practicam millies in ma
32 gna curia uicariæ. ¶INQVISI.
Quod erit officium iudicis,quãdo
allegatur infirmitas,& in promptu
docetur de ea?¶IVDEX. Dicas,
quòd eius officium erit non proce
dere,ſed ſuperſedere durante dicto
impedimento.per no.in l.quæſitũ.
ff.de re iudica.ſecundum Afflict.in
conſti.edictorum,in 15.no.in v.q.&
ideo ſolẽt iudices decernere,quòd
quàm primũ conualuerit,ſe præſen
tet in curia,aliàs, quòd remaneat
contumax,& hoc,ne cogantur ite-
rum eos citare.aliqui etiam ſolent
decernere ſub hac forma,& per cu-
riam fuit condemnatus,& contu-
max reputatus,uerũ ſi quàmprimũ
conualuerit, ſe præſentauerit, de-
leatur à comtumacia, & interim in
libro non ſcribatur. & hæc practi-
ca datur per Bart.in l.quæſitum.de
re iud.colũ.j.& Doctor Moder.de
Campa.in c.poſt commiſſum.& ita
uidi centies practicari in magna cu
ria uicaria,& ego ipſe practicaui.
33 ¶FISCVS. Ego puto, ꝙ exce-
ptio infirmitatis,& abſentiæ,& alia
quæcunq;,quæ præſumitur malitio
ſè proponi,nõ debeat admitti per
iudicem,ut eſt ritus magnæ curiæ
uicariæ,incip.Item ſi aliquis ciuili-
ter, uel criminaliter. ¶IVDEX.
Optimè dixiſti,ſed nõ ſufficit ſola
præſumptio,ut non admittatur ex-
cuſatio: ſed aliud requiritur, ideo
inoleuit practica in magna curia ui
caria,quòd propoſita excuſatione
iudex eam admittit,ſi eſt admiſsibi
lis,ſubiungendo,quòd ſi fuerit con
uictus dictus excuſatus,non gau-
deat,& tũc incipiunt iudices ſe in-
formare utrum excuſatio ſit uera,
an non,examinando teſtes:& uidi
practicari milies,& ego ipſe practi
34 caui.¶INQVISITVS. An in-

ſirmitas uxoris, & filiorum citati excuſet, ut non teneatur comparere durante dicto impedimento. ¶IVD. Ioã. de Firmo. in ſuo aureo ſpeculo, & repertorio. in uerbo, infirmitas. dicit, quòd excuſat, & allegat ad propoſitum. xxiij diſtinct. c. communis filius. cum gloſ & ſequitur Afflict. in deciſio. 289. in xj. colũ. & facit ſecundum eum, quia neceſſitas adiuuãdi carnem ſuam facit licitum, quod erat aliàs illicitum. c. quanto. extrà de conſue. & plura alia allegat ad confirmationem prędictorum.
35 ¶FISCVS. Millies uidi allegari impedimentum infirmitatis per nõnullos, & demũ ſequuta reconualeſcentia non comparent, ſed fugam arripiunt, quod erit remedium? ¶IVDEX. Cautela eſt, quòd accedat iudex, quando factum eſt arduum, & eſt timor, quòd non comparebit, & procuret ab eo capere fideiuſſores de ſe præſentãdo ſequuta cõualeſcẽtia. & ſi nõ poterit præſtare, apponat cuſtodes in domo, & ipſum cõſignet in domo ſua alicui ſub mandato: & poſſunt aſtringi excuſatores ad indicandã domum, in qua reſidet infirmus. & etiã poſſunt examinari teſtes, qui teſtificẽtur etiã cum aliis, qui ſuper hoc haberi poſſunt. ſolẽt enim infirmi per diuerſas domos occultari, ut euadant iſtam cautelam, ut mihi
36 multoties factum fuit ¶FISCVS. Pone, quòd in ciuitate fuit facta magna briga inter plures, & aliqui fuerunt occiſi, aliqui uerò uulnerati, qui non exierunt de ciuitate, ſed occulti in aliqua domo curantur, & medicantur per medicos, & chirurgos de ciuitate, an iudices poſſint emanare bannum, quòd nemo chirurgorum, aut phyſicorum audeat medicare aliquem abſq; expreſſa licẽtia iudicis, & ante notitiam datã de infirmo, & de qualitate infirmitatis, & etiam de aliis qualitatibus? ¶IVD. Ego pluries practicaui, ꝙ ſic, & ab aliis uidi practicatũ. & poteſt roborari per id, quod dicit Bar. in l. iij. ff. de cõdi. ob tur. cauſam. ubi quęrit, an quis teneatur, & cogatur indicare malefactorem: & dicit. ꝙ parti nõ tenetur, nec etiã iudex coget ad petitionem partis, ſed iudex ex ſuo officio poteſt cogere quẽ, ut ſibi indicet malefactorẽ, & ſic hac ratione poteſt ſuſtineri hæc utilis
37 practica ¶FISC. Sed pone, ꝙ nec excuſator, nec medicus uolũt indicare, ubinã ſit infirmus: apparet tamẽ inſtrumentũ infirmitatis: uel indicãt, in qua domo eũ uiderunt, & ibi facta perquiſitione nõ fuit inuẽtus, an poſſit licitè non obſtante inſtrumento infirmitatis producto reſpuere dictã excuſationem, eãq; non admittere? ¶IVD. Videtur, ꝙ ſic, quoniã nec poſſet credi teſtificationi iſtius medici dicentis aliquem fuiſſe infirmum, niſi præcedat diligens iudicis inquiſitio, text. eſt multũ notabilis in l. ſemel. C. de re mili. lib. xij. & ibi Bar. multum notat illum text. pro ſingulari. & ſubdit, ꝙ ideo debet eſſe cautus aſſeſſor, ꝙ in actis faciat ſcribi, & regiſtrari, ꝙ iudex diligẽter inquiſiuit, & examinauit, utrũ ſit infirmus. & ipſo diligẽter examinãte, & inquirẽte medicus hæc retulit. quod dictũ ſequitur, & commendat Alex. poſt

Bar.in procœ.ff.orum.iij.col.in fin.& Anto.Corſ.in ſuis no.in uer.medicus.incip.denũtiatio facta per medicum.unde ſi facta perquiſitione non inuenit eum infirmum,nõ modica ſuboritur ſuſpicio:quòd excuſatio prædicta infirmitatis proponatur malicioſè. & ſic poteſt eam non admittere,ut eſt ritus magnæ curię uicariæ,incipiens:Item ſi aliquis ciuiliter, uel criminaliter. de quo ſuprà dixi,quæ notes in actu

38 practico.¶ I N Q V I.Proſequere ultra domine iudex, & ſi aliqua alia excuſatio poteſt competere citatis, ut non teneãtur comparere coram iudice citante,nobis eodem ordine retento declares. ¶ I V D. Alia inſuper pro parte eiuſdem quærulati allegatur excuſatio,&exceptio, uidelicet,clericatus.quæ quidẽ exceptio,& excuſatio eſt maximę importantiæ, cum clerici, & eorum bona ſint exempti à legibus imperialibus,& à laicali iuriſdictione,ut dicit Bal.in auth.litẽ nulla cõmunitas.C.de epiſ.& cle.& no.in c.quãquàm.de cenſi.in vj.Panor.in ca.ij. extrà,de immu.eccl.& intantũ hoc procedit, ꝙ ſi clericus citatus per iudicem laicũ non declinaret eius forũ,puniri deberet pœna extraordinaria, quaſi ſit trãſgreſſor canonis.ſecundum Bald.in l.j.in fi.C.de iud.& ſubdit procedere etiãſi ſtatutum prohiberet declinare forũ ſub pœna,& quod tale ſtatutũ non ualeret.refert,& ſequitur Berta.in ſuo tracta.de epi.in v.parte quarti libri. uerſi.49.in fi.dicti uerſic.iuxta pręmiſſa ſciendum eſt.nec etiam tenetur clericus comparere coram ſeculari iudice,& ſi non cõparet,cõtumax reputari non poteſt,ſecundum Io.And.Ant.de But.& Abb.in c.ſi diligẽti. de fo.compe.in pe.col. nec poteſt iudex ſecularis pœnam contumaciæ in clericum inferre.c.j. extrà,de cler.coniu.in vj.Bald.in l. generaliter.ij.C.de epiſco.& cler.& in l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.& cõſuluit Bart.in conſi.225.clericus ſub nomine laici.& plenè Deci.in conſil.241.in ij.lib.ſcripſi aliàs.Iaco. de ſan.Geor.in l.non uidetur.ff.de iudi.ij.prout refert & ſequitur Gram. in ſuo primo conſi.poſt regias deciſiones.nu.16.ꝙ Ægid.de Man.in ſua diſp.quęſtio talis eſt,quę eſt inter diſputationes Pau.de Leaza.dicebat,ꝙ clericis coram iudice ſeculari non eſt licita comparitio,nec poſsibilis prorogatio.per c.ſi diligenti.extrà,de fo.competẽ.& ideo cũ conſtet citatum nõ eſſe de iuriſdictione citantis,nõ tenetur comparere,ut no.in c.fi.extrà,de appel. & conſuluit Alex.in cõſi.37.in iij.libro.& faciunt optime no.per And. de Iſer.in c.j,§.pręterea.iiij.col.quę ſit prima cap.bene.amitt.& Guido Pa.in deci.450.an multæ declaratę. & in particulari tenet Ioan.And.in regula,ſcienti.in mercuria.tenet,ꝙ non ualet proceſſus iudicicis ſecularis contra clericum citatum per ſeipſum,& non comparẽtem ad allegandum priuilegium clericatus. & latè proſequitur Gramma.ubi ſu

39 prà.¶ F I S C V S. Sed licet prædicta ſint uera in ſe de iure cõmuni, tamen in regno non procedũt,eò, quia habemus ritum magnæ curiæ uicarię,incip.Item ſeruat ipſa curia, quòd

quòd nullus.quo cauetur,ꝙ ſi clericus citetur ſub nomine laici per ſeculare͂,non poteſt ſuũ priuilegium allegare per procuratorem,aut ſimplicem excuſatorem,ſed debet ipſe clericus comparere perſonaliter cũ inſtrumento clericatus,& allegare ſuum priuilegium.aliàs poteſt reputari contumax,& contra eum proceditur,tanquam contra contumacem.¶I N Q V I.Ego dico ꝙ clericus non tenetur comparere ad allegandũ ſuum priuilegiũ.ſecundũ Archi.in c.ij.in xv.q.iiij.ſuper gl.& facit gl.& ibi Domi.in c.ſi epiſcopus. 34.diſtin.& Specu.in titu.de cita.§. contra citante͂.in fi.& plenè per Feli.in c.cum ordinem.vj.colũ.de re. & ita etiam concludit Afflic.in cõſti.priuilegia.in iiij.nota.hinc eſt ſecundũ eũ,ꝙ exceptio incompetentiæ iudicis in cauſa capitali opponi poteſt per procuratorem,ſecũdum Inn.in c.ueniens.extrà,de teſtib.& ſequitur Bal.in l.ſeruum quoque.§. publicè.ff.de procura.& idem conſuluit Caſſa.in con.pri.uerſi.ſed nec in totum.Nec obſtat ritus ſupra allegatus.quia ritus licet det formam comparitionis clerici coram iudice laico citante, & aliquo modo proponat declinatoriam:non tame͂ ultra procedit, quòd ſi clericus non comparet ſecundum prædictã formam,poſsit reputari contumax.

¶ F I S.Non bene inſpexiſti ritum, quia ſi bene inſpiciatur,dicit ritus, quòd aliàs nõ auditur.ergo neceſſario ſequitur, quòd remanet contumax. ¶ I N .Cũ hæc reſponſio tibi nõ ſatisfaciat,dabo aliam,uidelicet,quòd rex nõ potuit, nec poteſt imponere legem perſonis eccleſiaſticis,cùm nõ ſint,nec eſſe poſsint de iuriſdictione ipſius.nec aliquid poteſt imponi eis,quod ſit contra libertate͂ eccleſiæ:ſecundũ Panor. in c.graue.de ſenten.excom.& per alia,ut ibi per eum.& ſequitur Grãma.in d.con.j. poſt regias deciſiones.& dicit ita fuiſſe deciſum per iudices mag.cur.uica. ¶ I V D.Et ita uotauit ide͂ Grãma.in uoto.27.ubi ſubdit,quòd etiã ſi clericus diſtulit opponere exceptione͂ clericatus, quouſque fuerit carceratus, quòd poſtea opponẽdo annullat bannũ, & contumaciam.& nõ tenetur ſoluere etiã pœnã pecuniariã pro pœna cõtumaciæ.& ide͂ dicit fuiſſe deciſum per Guido.Pa.in deciſ.450.& per Cappe. Tholoſa.in deci.165.incip.ite͂ fuit quęſitũ bannũ.& ita refert fuiſſe deciſum per mag.cur. uica.nõ obſtante ritu prædicto.pro quibus etiã uide Fel.in c.ſi duobus. extra,de appel.2.col.& ita mihi uidetur cõcludendũ propter iſtã ultimam ratione͂ Grãma.quam etiam approbat Capi.in deci.161.incip.in cauſa Eruſioni.licet cõtinuò reputentur cõtumaces clerici nõ comparentes corã iudice laico citante, ſeruata forma dicti ritus,ſed ſemper poſtea clerico capto annullan-
40 tur.¶ F I S C V S.Sæpe uidi hãc exceptionem clericatus,& excuſationem repelli per iudices factis replicationibus ex aduerſo, quòd clericus ſit incorrigibilis ,non incedens cum habitu,& tonſura, perpetrator grauium,& plurium facinorum , excommunicatus , illegitimus , & uilium artium exercitor.

idcirco,ſi placet, de quolibet iſtorũ diſpiciamus. ¶ IVD. Per quam gnauiter partes fiſci tueris,& uigilanter ſtudes,ne decipiaris. & ideo ſcias, quòd incorrigibilis dicitur ille,qui aliàs fuit depoſitus,& reuertitur ad priora delicta, uel in illis perſeuerat,ſecundum Ab.in c.cum non ab homine. de iudi.col.pen. uerſi.quæro qualiter.poſt Anto.qui uoluit aliter,quòd dicitur incorrigibilis,ſi cõmittit alia delicta, etiam ſi non ſunt ſimilia,uel etiam minora,quem ſequitur Dec.ibi.col.fi.dicitur etiam incorrigibilis, qui detruſus in monaſterium ad pœnitentiam peragendam,ea nõdum peracta capit fugam,& occultat ſe,uel aliter de facto impedit,ut non poſſit eum iudex arctare:licet nõ reperiatur in nouo delicto, quia tunc poſt excommunicationem,& anathema comprimendus eſt per iudicem ſeculare, ut in text. ſecundum Abb.ubi ſupra.in fi.& ſequitur eum Dec.& habetur per Moder.Hiſpa. Ioan.Bed.Diam.in practica cri.canonica.in uerbo,data incorrigibi-

41 litate. ¶ Et incorrigibilis clericus depoſitus per iudicem eccleſiaſticum,ſi adhuc incorrigibilis fuerit, excommunicari debet,deinde cõtumacia creſcente, anathematis mucrone feriri:& ſi in profundum malorum ueniens contempſerit,cum eccleſia non habeat ultra quod faciat,& per ſecularem iudicem comprimatur.ita,quòd ei deputetur exilium, uel alia legitima pœna inferatur.& hic notadum eſt, quòd nullus caſus datur à doctoribus,qui ſuccedat poſt depoſitionẽ, ꝙ is ſolus ſufficiat, ut clericus tradatur curiæ ſeculari,niſi præcedẽte contemptu excõmunicationis, uel anathematis:& nunquàm clericus etiam depoſitus puniri poteſt per iudicem ſecularem, niſi declaretur per eccleſiaſticum qualitas incorrigibilitatis, quia clericus depoſitus adhuc eſt de foro eccleſiæ, ut per Abb.in c.Ioan.& in c.ex parte.de cleri.coniu.iudex enim eccleſiaſticus debet ipſum declarare incorrigibilem,etiam ipſo non citato,ne fugiat,ut per Abb.poſt Cardi.in d. c.cum non ab homine.& Innoc.in c.j.de ho.lib.vj.quos refert Aret.in d.c.cùm non ab homine. col. v.& clarius ibi per Feli.in iij.col.& tũc ipſo declarato incorrigibili punitur per iudicem ſeculare,nõ prout iudici eccleſiaſtico uidebitur, ſed prout iudici ſeculari,ſecundũ Abb. in d.c.cùm non ab homine, ultimo no.& plenè habetur per d.Moder. Hiſpa.ubi ſupra.hoc autem intelligitur ſecundũ Bonicon.in tract.de priuileg.cleri. nu.6.ad requiſitionẽ iudicis eccleſiaſtici, nõ ex ſe, & ex

42 officio. ¶ Quo uerò ad aliud:non incedere cũ habitu,& tonſura,ſciẽdum eſt,quòd tam clerici in ſacris conſtituti,quàm in minoribus debent deferre habitum honeſtum,ut habetur in cle.fi.§. dignitatem. de uit.& hone.cleri.cle.ij.eo.tit.& in c. omnis.21.q.4.& ibi Archi. & ratio eſt,de qua per doct.in dictis locis. & habitus clericalis debet eſſe cõdecens clericis à capite uſque ad pedes,nec debent portare in capite pileum lineum,nec de ſerico, ut in d.cle.fi.§.dignitatem.& ibi gloſ.& Card.

Card.qui intelligit de birreto: quia clerici nõ debent portare birretum lineũ,uel ſericum.nõ autem intelligitur de pileo ſerici, qui portatur propter pluuias.item clerici nõ debent uti ueſte uirgata, uel partita diuerſorum colorum,ut d.c'e.fin.& Matth.de Afflic.in coſt.regni,apoſtatãtes.col.iiij. item talis ueſtis,& habitus debet eſſe clauſus, nec nimis breuis,nec nimis longus, ſed moderatus.c. clerici officiu. extra, de ui.& hone.cleri.cõſiſtit etiam habitus clericalis in caligis,& calciamẽtis.itẽ in cingulis, ſeu corrigiis, & fibulis:itẽ in manibus circa portationem annulorum,in cappis, & mantello:& talis ueſtis debet eſſe talaris,id eſt,longa uſque ad talos pedis.2·.diſt.c.non liceat. uerſatur etiã honeſtitas habitus in coloribus ueſtium:quia pannis rubeis uti non debẽt.d.c.clerici.ut late,& bene declarat Modern.de Campa.in ext.de ui.& ho.cleri.in glo.habitus. & eſt aduertendum ſecundũ eum, quòd nõ eſt ſtatutus certus,& determinatus habitus pro clericis,ſecundum glo.no.in c.e.j.in fi.extra, de electio.& glo.& docto.in c.pen. de ui.& ho.cleri.& tenet Alexã.in conſi.8.uidetur ſuper.j.in j.lib.& in cõſi.149.in cauſa inquiſitionis,col. ij.in fi.in vj.lib.& Abbas in c.j.col. j.in ij.no.extra,de apo.ubi dicit ꝙ clerici ſeculares non habent certũ, & determinatum habitum,ſed ſolum quidam habitus ſunt eis interdicti:& quòd non habent certã formam,ſed ueſtes debent eſſe honeſtæ:unde ſufficit, ſi clerici portant habitum honeſtum,& conuenientem clericis ſecundum conſuetudinem, ut tenet Alex.in d.conſil.ubi dicit, quòd omnis habitus honeſtus,& conueniens,dicitur habitus clericalis,dummodo non ſit à iure, uel conſuetudine reprobatus. & concluſiue dicendum eſt,quòd ſpectanda eſt cõſuetudo regionis, ſecundum Bene.Cap.in c.pe.in gloſ. in uerbo deauratis.extra,de uita.& hone.cleri.ubi dicit,quòd in tantũ eſt attendenda conſuetudo regionis,quòd ſi conſuetudo non haberet diuerſitatem aliquã inter habitum clericorum, & laicorum, ipſa

43 conſuetudo eſſet attendenda.¶Et ex hoc infero, quòd malè faciunt iudices hodierni, qui ſtatim ac capiunt clericum, redigi faciunt in actis,quòd eum ceperunt non incedentem cum habitu & tõſura: debent enim particulariter deſcribi habitus & ueſtes,quas deferebat, ut uideri poſſet,ſi ſunt honeſti,& condecentes.& ſic probandum eſt per fundantem ſe in eis, ut iuribus uulgaribus. nec enim ſtatur dicto ſimplici ipſorum, quòd incedebat abſque habitu,& tonſura.ad quod facit id,quod dicit Inno.in c.ſuper literis.extra,de reſcrip.& Archid.& Ioan.And. in c.Romana.§.contrahentes.extra,de reſcrip.in vj.& per Bart.in l.ij.ff.ſi quis in ius uoc.non

44 ier.& ibi p Alex.col.4.& Iaſ.¶Incedere ergo cũ tonſura,eſt incedere cũ capillis tõſis in capite ex parte inferiori ad releuationẽ ſenſuũ. ſcilicet uiſus,& auditus, ſup.aures, & oculos. & poteſt eſſe minor, ꝙ̃ tonſura clericorum monachorum, ſecundũ glo.in cle.ij.de ui.& hone.

cleri. clericus enim debet habere clericam,uel tonſuram in ſignũ futuræ coronæ,& regni quod expectat in altero ſeculo.quæ clerica debet eſſe raſa in ſignum depoſitionis temporalium,ut in c.duo ſunt genera.xij.q.j.& uide Feli.in c.contigit.extra.de ſenten.excõ.& plenè habetur per Cepol.in conſi.xj.inci. caſus talis eſt,Aloiſius.col.12.uerſi. de tonſura. & quid ſit pri.tonſura, uide Imo.in c.clerici officia. extra, 45 de ui.& hone.cleri.col.ij.in fi.¶ Opponitur etiã,quòd eſt perpetrator pluriũ,& grauium facinorum:& in hoc ſciendum eſt, quæ ſint delicta grauia,& quæ leuia.de quo p Bart. & Alex.in l.leuia.ff.de accu.in l.aut facta.de pœnis.& habetur per glo. in l.auxi.ff.de minor.& dicit glo.in c.cum illorũ.in uerbo,membra.de ſen.excõ.quod relinquitur arbitrio iudicis.de quo per Auguſt.in addi. Ange.de Are.in lib. male.in uerb. hæc eſt quędã inquiſitio.in addi.v. in fi.& delicta atrocia, & grauia in clericis ſunt adulteriũ , homicidiũ, ſacrilegium, falſum teſtimoniũ,& ſimilia , ut 50.diſt.c.ſi epiſcopus.& c.apoſtolis.lxxxj.di.& Car.in cle.j. de offi.or.itẽ uiolentia cũ armis dicitur delictum graue,ſecundum gl. l.iij.ff.de ui & ui arma.& Alex.in d.l. leuia.item omnis cauſa ſufficiẽs ad exhæredandum ſecundum Bart.in l.ſola.C.de libe.cau.& Alex.in d.l. leuia.& dicit Card.in cle.j.in v.no. de offi.ordi.quòd delicta enormia inducũt irregularitatem.& ibi ſubdit,quòd ſi clericus enormia delicta ſæpius conſueuit committere, perdit priuilegiũ.c.ſi quis ſuadenti. extra,de ſen.excõ. & eſt ſciendum, quòd clericus committens quantumcunque delictũ graue,& enorme,etiam qualificatum,non debet actualiter degradari,& tradi curiæ ſeculari,niſi ſequuta incorrigibilitate,aut in caſibus expreſsis in iure, ut dicit Are.in c.cum non ab homine.col.ix.in fi.de iudi.licet Abb.in c.at ſi clerici.in princi.de iudi.colũ. antepe.poſt Pet.de Ancha.in quadam diſpu.ſua.& in repe.regu.ea, quæ.xix.q.de reg.iur.& cõſi.158.ex narratis in facto.col.ij.teneat contrarium,quòd debet deponi,& tradi ſtatim curiæ ſeculari non expectata incorrigibilitate.& idem dicit Abb.in d.c.cùm non ab homine. vij.col.& ibi etiam Bal.& idẽ Ab.in c.j.in fi. de homi.& in c.nouimus. de uerbo.ſigni.& Barba.conſi.lxv. col.iij.lib.j. & Feli.in c.j.xvj.col.de conſti.& idẽ Feli.in c.inquiſitionis. col.ij.in prin.de accu.& ſecundum iſtam opi.pluries fuit practicatum, ut refert do.Ioã. Ber.in ſua practi. cri.cano.in c.90.licet poſteà ſubdat primã opinionem eſſe cõmunem, & tãtùm opinionem procedere in clericis primæ tõſuræ,& nõ in aliis in ſacris conſtitutis.unũ tamen eſt. aduertendũ,quòd etiam in clericis delictum reiteratum plus debe puniri,ut xxv.q.ij.c.itẽ nos.& 27.q.j. c.peruenit. & l.iij.§. ſi plures.ff.de re mili.& extra,de hære.cap.ad abo 46 lendam.§. illos. ¶ An autem iſta impediant remiſsionem,& loquendo pri.de clerico incorrigibili ſciendum eſt,quòd ſi clericus eſſet pronunciatus incorrigibilis,modis,& forma.ut ſupra demonſtraui,nõ eſt dubium,

dubium,quòd illa incorrigibilitas
eſſet tantæ potentiæ,quòd impedi
ret remiſsionem, & excuſationem
propoſitã,per ea,quę ſuprà dixi in-
telligendo ſecundũ Bonicõ. quem
47 ſuprà retuli.¶ Alia uerò duo:non
incedere in habitu, & tonſura, &
immiſcere ſe enormitatibus, non
impediunt excuſationẽ propoſitã,
& remiſsionẽ petitam,ut latè con-
ſuluit Hyppo.de Marſi.in conſi.67.
col.viij.nu 52.& Lauren.Calca.cõſi.
70.incipiẽ.pro dicto Nicolao.& in
conſi.7.incip.quia antè quæſitum.
xix.col.uer.in contrariũ.& eſt text.
& ibi Ioã.And.in c.nullus.de temp.
ordi.in vj.Inno.in c.j.de apoſt.& c.
nouit.de iud.& Bald.in margarita.
uer.clericus.Car.in cle.ij.§.ſi.de ſe-
pul.imò & ſi clericus reperiatur in
fragranti crimine abſque habitu,&
tõſura,non perdit priuilegiũ. & ita
poſt multa firmat Grãmat.uoto 33.
& ibi refert nõnullos caſus in facto
cõtingẽtes,& ita fuiſſe deciſum per
magnam curiã uicariã,& ſacrũ re-
gium conſilium.& quò ad hoc, ut
clericus perdat priuilegium fori,
quatuor requiruntur,ſecundũ Ant.
de But.in c.extra.de apoſta. pri.ꝙ
non incedat in habitu, & tonſura:
ſecundum,quòd ingerat ſe enormi
tatibus:tertium, quòd in illis fre-
quentauerit:quartum,quòd in illis
deprehendatur: quintum,ut fuerit
tertiò monitus, ut latè per Barto.
Cepo.in cõſi.xj.inci.caſus talis eſt,
Aloiſius.& Anto.Cap.in deciſi.161.
inc.in cauſa Cruſconi.col.ij.cũ ſeq.
& Matth.de Affli.in cõſt.regni,apo
ſtatantes.col.iij.& Alex.cõſi.viij.ui-
detur ſuper pri.in j.li.& eſt optima
deciſio Grãma.lxxxj.in cauſa Illuſ.
P.Salerni.ubi concludit, quòd ſola
poſſeſsio habitus clericalis,& ton-
ſuræ ſufficit quò ad fori priuilegiũ:
& ſic probando,quòd alias incede
bat,licet nunc non incedat,& ſi cle
ricus poſsidet beneficium,hoc ſo-
lum ſufficit ad remiſsionem obti-
nendam.& ita pluries obtinui per
dictam deciſionem,non obſtanti-
bus nonnullis obiectionibus in re-
48 gia prouinciali audientia.¶ Hoc ta
men non procedit in clerico con-
ſtituto in minoribus,qui fuerit effe
ctus miles,& exercet arma,& ſic fa
cit actum omnino contrarium ordi
ni clericatus:quia eo caſu perdit pri
uilegium,ſecundum Inno.in c.j.de
apoſta.quem ibi ſequitur Panor. &
Io.de Mill.in ſuo repertorio.in uer
bo,clericus eo ipſo.& idem Panor.
in c.ſi.de cleri.coniu.& firmat Ste-
phanus Aufre.in d.tra.in xx.fallen.
49 ¶ Item non procedit in clerico ar
ma militaria deferente,qui ſi tertiò
monitus à ſuo prælato non deſtite
rit,perdit omne priuilegium cleri-
cale, ut in c.in audientia.extra, de
ſenten.excom.& ibi Panormi.& do
ctor.ubi ſubdũt,quòd nõ eſt opus
alia degradatione,quia per dictam
trinam monitionem,ſi non depo-
ſuerit, eſt exutus omni priuilegio
clericali, & relinquitur iudicio ſe-
culari,ut plene habetur per Steph.
Aufre. in dict.tracta. in xxj. fallen.
50 ¶ Item fuit oppoſitum, quòd eſt
excommunicatus.circa quod ſcien
dum eſt, quòd excommunicatio
eſt ſeparatio à qualibet licita com-
munione,& legitimo actu.undeci-
ma quæſtione iij. euidenter. alibi

uerò uocatur æternæ mortis dãnatio.xj.qõ.iij.nemo epiſcoporũ.alibi dicitur animæ,& corporis detrimẽtum.ij.q.j.de manifeſta.item deiicit de eccleſia,& tradit diabolo.xj.qõ.iij.audi.& habe,quòd excommunicatio,quę dicitur alio nomine anathema,nõ eſt niſi à Deo ſeparatio. xxiiij.q.iij.certum eſt.& hoc eſt pœna magna.nam quando quis excõmunicatur,ſtatim deſinit eſſe membrum Dei, & incipit eſſe mẽbrum diaboli.xj.quæſtio.iij. excellentiſsimus.ınóxq; , ut ab eccleſia repellitur,rapido ore dæmonum deuora-
51 tur.xj.q.iiij.c abſit.¶ Sunt autẽ duæ ſpecies excõmunicationis:una,quę ſeparat à ſacramentis eccleſiæ,& à participatione fideliũ,& ab ingreſſu eccleſię,& hęc dicitur maior,ſeu anathema: alia eſt,quæ ſeparat ſolùm à ſacramentis,ut eſt quodlibet peccatũ mortale,& hæc dicitur minor.de utraq; habetur.iij.quæſt.iiij. c.eges.à prima non abſoluunt ſimplices ſacerdotes, ſed à ſecunda in caſibus tantùm ipſis permiſsis à iure:unde ſciendũ eſt,quòd quatuor ſunt genera excõmunicatorum , ut colligitur xj.quæſtio.iij.ca.ad menſam.primò,quando quis peccat,& Deus recedit ab illo:ſecundò,quando quis de conſilio ſacerdotis abſtinet ab euchariſtia:tertiò,quãdo eſt excõicatus minori excõicatione,ut quia communicauit excommunicato in loquutione,uel committit ſacrilegium,uel eſt ſimoniacus.quartò,quando quis eſt excommunicatus excommunicatione maiori, & tunc proprie dicitur excommunicatus,& etiam euitandus:ſecũdum Ioan.de Deo,qui ita notauit in d.c. ad meam.& ibi.Archi.poſt eum.
52 ¶Effectus excommunicationis eſt, quòd excommunicatus maiori excommunicatione nõ poteſt eligere,neque eligi : neque beneficium eccleſiaſticũ acquirere, nec de beneficiis ſuis aliquid percipere, ut extra,de appel.c.paſtoralis.in fin.& hoc quando eſt in mora petendæ abſolutionis,ut extra.de cõceſsio. præben.ca.quia diuerſitatem.item nemo debet ſibi participare loquẽdo,orando, ſalutando, bibendo, & comedendo.xj.quęſtio.iij.c.ſicut apoſtoli.item non poteſt conſtitui procurator,neq; procuratorẽ cõnſtituere ad agendum.item ſi impetrat aliquod reſcriptũ præterquàm ſuper articulo excõmunicationis, non ualet,ut extra.de re.c.ipſo iure.lib.vj.item ſi confert aliquod ſacramentum cum ſolennitate,aut ſe ingerit diuinis,irregularis eſt,ut extra.de cleri.excõ.mi.ca.apoſtolicæ. nec poteſt cum eo diſpenſari, niſi per papam,ut extra.de ſenten.& re iudi.c.cum æterni.lib.vj.item excõmunicatus eſt ſuſpẽſus tam ex officio,quàm ex beneficio.ut in gloſſ. ultima.c.cum bene.extra.de æta.& qualita.xj.quęſtio.iij.c.rurſus & qui citatus pro crimine nõ comparuit, talis enim habetur pro conuicto, & pro confeſſo,& priuatur beneficio poſt annũ,& ut hæreticus condemnatur,ut extra.de hæret.c.cum contumacia.lib.vj.& plene habetur per d.Nicol.Plo.in tract.de excom. in titu.de effect.excommuni.& ſic, ut uides inter effectus, quos parit excommunicatio,non reperitur,ꝙ

ex ea ſubiiciatur coercttioni iudicis
53 ſecularis. ¶ Et notandum eſt, quòd in regno exceptio excommunicationis non admittitur, niſi in promptu doceatur per legitima documẽta, ut eſt ritus magnæ curiæ, incip. item, quòd in quibuſcunque cauſis.
54 ¶ Item ſi excommunicatus perſeuerauerit per annum in excommunicatione, debet denuntiari curiæ ſeculari, ut per eã debita pœna ei imponatur, ut eſt capitulum regni incip. item ſtatuimus, quòd ſi contingat. & per eandem curiam ſecularẽ imponitur pœna, de qua in c. regni incip. ſiquis in excommunicationẽ. ſub rubrica. de mora in excommunicat. item quid ſeruetur in regno, quando opponitur exceptio excõmunicatiõ.s aduerſus accuſatorem de ſpolio, uel de uiolentia uel aliter, uide c. regni incip. pro bono ſtatu. ſicut materiam criminum libenter elidimus. & uide And. de Iſer. in tit. de ſtatu. & con. contra liber. eccle. in ca. j. in uerbo, poſt annum. & Matthæ de Afflict. in cõſti. pœnam corũ. col. ij. in fin. & per d. c. pro bono ſtatu. eſt cautum, quòd quando opponitur exceptio excommunicationis corã iudice ſeculari, non datur terminus dierum octo ad probandũ, ſicut fit in regno in aliis exceptionibus, ſed proceditur pari paſſu ſuper accuſatione intentata, & ſuper dicta exceptione excõmunicationis propoſita, ut etiam dicit Matthæ. de Affic. in conſti. ſi ciuiliter agens. colũ. ſi. uide etiam de exceptione excommunicationis. cap.
55 frequens in auribus noſtris. ¶ Opponitur etiã, quòd eſt illegitimus, & eſt ille, qui non eſt natus ex iuſtis, & legitimis nuptiis, & ob id nõ poteſt promoueri ad ordines ſacros. per ca. cùm in cunctis. de electi. c. ut filiis. extra. de filiis presby. ſed debet prius diſpenſari circa defectum natalium, aliàs non poteſt retinere beneficia, & quando dicatur diſpenſare, & quando non, uide Abb. & ſcriben. in c. ueniens. extra. de fil. preſ. & Ioan. And. & Ioan. de Ana. in c. ij. de ſchiſma. & plenè per docto. in l. quidam conſu ebant. ff. de re iu. & in l. Barbarius ff. de offi. præto. nec ſufficit ad impediendum remiſsionem dicere, quòd ſit illegitimus, ut plenè per Grama. in deci-
56 ſio. 81. ¶ Opponitur etiã, quòd eſt uilium artium exercitor; quod eſt uendere ſal, oleum, & ſimilia, ſecundum Bar. in l. ne quis. C. de digni. li. xij. item exercere tabernam, & macellum, ut in cle. j. de ui. & hone. clerici. item eſſe lenonẽ, balneariũ, uel cuſtodem publicum, uel pelliparitũ, ſecundum glo. & Car. in cle. j. de ui. & ho. cleri. & clericus nõ debet exercere ſimilia, nec per ſe tabernam, aut artem macelli, licet per alium poſsit, ſecundum glo. & doct. in c. ſignificante. de appel. & Spec. in tit. de cleri. coniu. in ij. colum. uerſic. ſed quam dicas. & ibidem omnino Ioã. An. in addi. & ſi exercet, debet trina monitione moneri ad deſiſtẽdum. d. cle. prima. aliàs non perdit priuilegia, ut ibi per Cardin. in pri. oppo. & plenius in xvij. q. & habetur per Fel. in c. ſi conſtiterit. de accu. circa princ. nec etiã clericus poteſt eſſe negotiator. ca. fin. de uit. & honeſta. cler. xiiij. q. iiij. in ſumma. &

c.j.lxxx.diſtin.& ca.ij.ix.q.iij.cerdo.
& c.Cyprianus.xlvj.diſtin.c.clericũ
negotiatorem.& per Gemi.in cap.
quanquã.ij.col.in fin.uerſi.ſed quis
proprie. & non habet priuilegium
in his, quæ negotiatur.c.quanquã.
de cenſi.in vj.cle.ſi.& ibi docto.eo.
tit.& ex his habes ueritatem de o-
57 mnibus. ¶ IN QVISI. Multifa-
riam multiſque modis hic fiſcus
tædio te afficere non ceſſat, & co-
natur omnia infringere,& ad ſuũ li
bitũ leges trãſportare.quare poſt-
poſitis iſtis quæro,nunquid alia ex-
cuſatio poſſit ꝓponi. ¶ IVD.Alia
inſuper proponi poteſt excuſatio,
uidelicet,carcerationis.circa quam
eſt ſciendum,quòd eſt legitima, &
iuſta excuſatio ad excuſandam con
tumaciam inquiſiti,& ad eam pro-
ponendã quilibet admittitur,& ea
ſtante iudex non poteſt procedere
contra dictum carceratum.l.ſi quis
inſtituatur.in fi.ff.de hære.inſtitu.&
plene per Inno.in c.ueniens.de ac-
cuſa.& habetur in regno per regi-
nale decretum,de quo ſupra ſępius
mentionem feci.imò officium iu-
dicis erit,cum proponitur hæc ex-
cuſatio,non procedere durante di-
cto impedimento.per no.in l.quæ-
ſitũ.ff.de re iu.& plene habetur per
Afflic.in cõſti.eeictorum.in xiij.no.
in v.q.& in deciſio.289.colum.pe.&
Alexan.& alij in l.ij.§.ſimili modo.
ff.ſi quis cautio.& Bart.in l.pen.§.
58 ad crimen.ff.de pu.iu.¶ Et hoc ne-
dum procedit, quando detinetur
per uiam iuſtitiæ,ſed etiã ſi per uim
detineretur ab aliquibus foraſcitis,
uel aliter.quia competit excuſatio.
per ea,quæ habentur in cap.bonæ.

extra.de electio.& Gem.in ca.j.de
cleric.nõ reſi.in vj.& Matth.de Af-
fli.in deciſ.289.colu.pe.faciunt quæ
habentur in l.j.ff.de eo , per quem
59 fa.erit.& ibi doct. ¶ Item procedit,
ſi poſt citationem,& ante compa-
ritionẽ fuiſſet captus ab hoſtibus,
ſeu Turcis,ut habetur ĩ regia prag.
incip.pro ſereniſsima regina Ioan-
na.ſub rubrica,quòd ea,quę fa.ſunt
per re.Al.quam refert Campa.in c.
60 reg.poſt commiſſum. ¶ Et intantũ
eſt uerum hoc, quòd etiam ſi quis
fuerit reputatus contumax,& intrà
annum,quem habet ad purgãdum
contumaciam,captus fuerit ab ho-
ſtibus,taliter,quod non ualuit com
parere,& proceſſum fuit ad ſenten
tiam foriudicationis,ſecundum for
mam cõſti.regni,pœnam eorum.&
licet cucurrerit ei dilatio , datur ei
nihilominus reſtitutio in integrũ,
ut admittatur ad probandũ cauſas
cauſæ.& ſic cauſas iuſti impedimẽ-
ti,quare comparere non potuit,nõ
obſtante,quod ſit elapſus annus,&
lata ſit ſententia foriudicationis.per
ea,quæ notabiliter tenent Innocẽ.
Bal.& Feli.in c.ultra tertiam.col.iij.
in prin.extra,de teſti.& Alber.Bru.
in tra.de con.decre.ſtatu.in uerbo,
cõfeſsio.col.v.& vj.& firmat Cam-
pa.in ea.regni,ſiue quis.in fi.ubi di
cit ſibi eueniſſe de facto.& ego di-
co,quòd etiam ego habui in facto
in cauſa nobilis Ioãnis Iacobi He-
buli foriudicati,qui tandem fuit li-
61 beratus.¶ FIS.Licet prædicta pro-
cedere poſſent,ut dixiſti,non tamẽ
procedere puto ita indiſtincte: ſed
ita demũ,niſi reus citatus malitioſe
arripuiſſet iter, ut aufugeret:aliter,
quòd

quòd impedimentũ capturę ſuperueniens ſibi poteſt imputare. quia non intendebat comparere coram iudice citante, & ſic non debet excuſari, quia arripuit iter, ut non cõpareret: & ſi detinetur, uel quomodolibet capiatur poſtea, ſibi imputetur. per not. in l. ſi is, qui rei. ff. ex qui. cau. maio. & no. per Bal. in l. ea, quæ. C. quomodo & quando iu. & quę no. in Cle. j. de do. & cõtuma. & quod nota. in c. contra morẽ. 50. di ſtin. & per Archi. xj. quæſtio. iij. cap. eorum. & plenè per Maria. Soci. in c. propoſuiſti. extra, de foro compe
62 ten. nu. 22. prope finem. ¶ Secundò puto intelligenda prædicta, niſi captura fuiſſet affectata, & procurata per ipſum citatũ. quia tunc non excuſat. argu. l. ij. in fi. uerſi. neque. ff. ſi quis cautio. ſecundum Ioan. de Pra. & pro hoc facit id, quod nota. per Bal. & Ange. in l. ſeruus plurium. §. ij. ff. de legat. primo. & in text. l. ſpadonem. ff. ſi. ff. de excuſa. tuto. & inſtitu. eodẽ titu. §. item tria onera. & quod tenent Barto. & Alexan. & do cto. in l. ſi uerò. ff. qui ſatiſd. cogan. quòd ſi quis data opera affectaret, & procuraret, quòd ab aliquo accuſaretur coram alio iudice ad effectum impediendi inquiſitionẽ, tũc talis actus affectatus, & procuratus ſibi non prodeſt, & talis accuſatio procurata nõ impediet inquiſitionem.
63 ¶ I V D. Rectè dixiſti, & ideo laudo facũdiam tuam. ¶ I N Q V I. Solent Barones petere remiſsionẽ uaſſallorum ſuorum coram aliis iudicibus carceratorum, & aliquãdo petere remiſsionem cauſæ eorum uaſſallorum coram ſeipſis carceratorum, uerum ab alia curia inquietantur pro eadem cauſa: idcirco rogo te, ut aliquantiſper de his diſſeramus. ¶ I V D. Libenter faciam, & ideo ſcire debes, quòd ſi baro habet iuriſdictionẽ in ſuos uaſſallos priuatiuè ad alios iudices cum clauſula annullatiua, uel abdicatiua, poteſt petere remiſsionem cauſę, & ei fieri debet: nec poteſt uaſſallus in ſui præiudicium prorogare iuriſdictionem alterius iudicis. & de hoc extat deciſio ſac. regij conſilij, re. ata per Capit. ſub nu. nona.
64 ¶ F I S. Sed quid ſi aliquis comiſit furtum Capuæ, & illud furtũ alibi aſportat, ibiq; capitur, an iudex illius territorij, ubi eſt commiſſum furtũ, poſſit petere remiſsionem dicti uaſſalli, & ei ſit fienda? ¶ I V. Dicas, quòd non. bis enim fuit deciſum in ſacro regio conſilio, ut teſtatur Capit. in deci. 104. in cauſa do. comitis Montellæ. ¶ I N Q V I S I T V S. Putarem uera prædicta, niſi dominus illius loci, ubi eſt commiſſum furtũ, haberet priuilegium cognoſcendi de delictis alibi cõmiſsis cum clauſula annullatiua, & abdicatiua. quia ſi poſſet cognoſcere, etiam ſi delictũ alibi patraretur, quantò magis, quando delictum patratur in ſuo territorio, licet alibi contractetur? & pro hac opinione facit textus in regia pragmatica. in capitulo, licet ut uniuerſis. ¶ I V D E X. Ego ipſe putarem ita dicendum, ſed cogitandum relinquo.
65 ¶ I N Q V I S I T V S. Quid ſi uaſſallus alicuius Baronis deliquit in territorio baronis habentis priuilegium cognoſcendi contra delinquentes in eius

in eius territorio cum iuriſdictione priuatiue ad alios iudices:& dominus,ac baro dicti delinquẽtis ſimiliter habet priuilegiũ cognoſcendi cõtra eius uaſſallos alibi delinquẽtes,an poſsit petere remiſsionẽ ſui uaſſalli carcerati in loco delicti?

¶ I V D. Optimam quæſtionẽ propoſuiſti,& eã habui in facto ſemel, cum eram iudex in terra ſancti Seuerini,& allegaui in ſcriptis in fauorem principis Salerni, in fauorẽ cuius ego determinaui cõtra illuſtriſſimum ducẽ Nuceriæ, & decretum meum fuit confirmatum in magna curia uicariæ.idcirco eas allegationes per ordinem inferiùs ponam. & ſunt hæ,uidelicet: Spiritus ſancti gratia adſit:indubitati iuris eſſe dinoſcatur,iudicẽ loci , ubi delictum patratũ eſſe dicetur, poſſe cognoſcere,& in delinquentem animaduertere.ubi enim quis deliquit,illic iuri ſubiacere debet,vt C.ubi de cri mi.agi opor.authẽ.qua in prouincia.& l.j.& l.ſi aui.§.penul.ff.de accuſa.& ff.de re milita.l.deſertorem auditum.in princip.& l.iij.ff.de offi. præſi.& l.uenditor.ff.de iudic.quocunque priuilegio non obſtante,ut in d.authen.qua in prouincia. hinc ſcribentes dixerunt delinquentem remitti debere ad iudicem loci delicti, nõ obſtante cõtraria conſuetudine.per text.in l.j.& ibi Barto.& docto.C.ubi de cri.agi opor.& tenẽt Iacobus de Bello uiſu, & Ang. in §.ſi uerò quis comprehẽſorum. in auth.ut nulli iud.coll.ix.& Io.de Ana.in ca.pri.de rap.gloſ.in cle.paſtoralis.in uerbo,morę.& ibi Ioan. de Imo.& Zaba.de re iudi.& Ioan. Fab.in d.auth.qua in prouin.& Cy. Bar.Bal.Sali.& Iaſ.in l.j.C.de ſum. tri.& Bald.in conſil.205.in lib.4.& Cepo.conſil.59.& Pau.de Ca.conſil.307.incip.de iure cõmuni in nouis.Feli.in ca.licet ratione delicti. col.iij.in princi.uerſi.ex dictis docto.cum pluribus ſe.de fo.comp.& plenẽ Boër.in deciſio.27.in prima

66 parte.& ubiq; per doct.¶ Hinc etiã dixerunt iudicem loci,originis,uel domicilij non poſſe inquirere de delictis alibi commiſsis, & patratis,cũ ſpectet ad iudicem loci delicti,ut plenẽ proſequitur Gandi.in ulti.quæſt.poſita in hac tract.& tenuerunt Odo.& Iac.de Bello uiſ.in d.l.j.C.ubi de cri.agi.opor.& Ioan. And.in addi.Spe.in tit.de cõpe.iu. adde.§.j.licet Cyn.in d.l.j.teneat cõtrarium.& opi Cy.ſequitur Ang.de Areti.in lib.male.in uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio.in 12.colum.& aliàs in contingẽtia facti dubitatũ fuit,& deciſum in ſacro regio cõſil. ut refert Mod.colle.Gram a in deciſio.26.inci.M chae.,ex quibus inferri poſſe puto,quòd de iure com muni iudex loci delicti, eſt iudex ordinarius,& competẽs,& licet cõceſſa ſit iuriſdictio iudici loci originis,uel domicilij etiam pro delictis alibi commiſsis,nõ uidetur tamen derogatum iuriſdictioni iudicis ordinarij de iure communi,& ſic iudicis loci delicti,ut dicit Bald.in l.j. uerſi.extra quæritur.ff.de offi.con. & latẽ Roma.in cõſi.397.incip.præſens conſultatio.& Dec.in conſi.iij. in ij.col.& diligenter pro tenui facultate.& probatur in authẽ.qua in prouincia.ibi, non obſtante quocunq;

cunq; priuilegio.& ibi per Docto. maxime Salice.ubi habetur, quòd etiam ſi quis habeat priuilegiũ,ne poſsit conueniri,niſi ſub tali iudice,tamen in loco delicti,uel cõtra-
67 ctus illud perdit.¶Itẽ aduertẽdum eſt,quòd omnis iuriſdictio eſt penes regem, & ipſe dat omnes iuriſdictiones,ut l.j.ff.ad l.Iul.de ambi.& ab eo iuriſdictiones ipſæ fluuunt,& refluunt, ſicut flumina ad mare,ſecundũ Bal.in l.j.§.ad hæc.v. colum.de pa.iur.fir.& aliquando,& ſemper in dubio,concedit iuriſdictionem cumulatiuè, ut latè probat Ludo.de Ro.in conſil.393.in ca. præſens conſultatio.& Feli.in c.cæterum.de iudi.v.col.& ibi Anto.de Butri.in ultimis uerbis ſuis.& And. Sicul.in c.ſtuduiſti.de offi.deleg.& Ang.Are.in l.j.§.ſi quis appellatione.in pe.col.ff.de appella.& Barto. in l.ſtudentibus.C.de offi.præfect. urb.& regulariter inferior cum ſuperiore habet iuriſdictionẽ cumulatiue,ut per prædicta patet.aliquãdo concedit iuriſdictionẽ priuatiuè,quod cognoſcitur ex uerbis priuilegij ſecundũ Feli.in d.c cæterũ. in iij.colũ.& firmat Ludo.Ro.in ſuprà alleg.conſi.& Ang.in l.teſtamẽta.C.de teſta.uerbi gratia:ſi in priuilegio diceretur,quòd ſolus talis iudex cognoſcat.nam per hoc uerbum,ſolus,uidetur adempta iuriſdictio aliis,ſecundũ Ang.in l.j.C.ubi, & apud quem.& per gloſ.ibi.Item quando in uerbis priuilegij eſſet appoſita clauſula decreti annullatiua,ut ſi dicatur:ſi ſecus actũ fuerit,ſit irritum,& inane.tunc etiam uidetur priuatiuè iuriſdictio cõceſſa,& de conſenſu partium nõ poſſet tunc renunciari,ſecundũ gloſ.in c.ſtatutum,ad finẽ principij.in uerbo,committatur.& in c.diſpendia. in uerſic.proceſſus.de reſcrip.in vj.
68 ¶Item aduertendũ erit,quòd effectus eſt maximus,ſi iuriſdictio fuerit conceſſa cumulatiuè,uel priuatiuè.nam primo caſu,etiã reſpectu inferioris ad ſuperiorem,habet locum præuentio,ſecundũ Ang.in d. l.j.§.ſi quis in appellatione,in pen. colũ.ff.de appel.& firmant Docto. ſuprà allegati in c.paſtoralis.de offic.ordi.in princ.ſecundo uerò caſu,quando priuatiuè eſt conceſſa, non habet locũ prorogatio,etiam de uoluntate partiũ,ut in auth habita.C.ne fi.pro pa.& ibi per Bald. in viij.col.uer.ſuper hoc diſtingue. & adempta eſt iuriſdictio totaliter,etiam à ſuperiori,niſi in certis caſibus,ut per Feli.in d.ca.paſtoralis.& habetur per Capi.in deciſio.
69 nona,in fine.¶Itẽ aduertendũ eſt, quòd priuilegia per principes conceſſa ita intelligi debent,ut nõ inferant iniuriã,nec præiudicium tertio.ſecundũ glo.in l.beneficiũ.ff.de conſti.princ.& ibi Docto.& eſt tex. in l.locum filij.ff.de teſta.militar.& in c.ſuper eo.de offic.deleg.& ideo dicit Bal.in d.l.beneficium.in ij.col. quòd princeps cõcedendo priuilegium,& beneficiũ nõ uult cooperire unum altare,& aliud diſcooperire.l.aſsiduis.C.qui po.in pi.habe. facit etiam text.in c.quãuis.de reſ. in vj.ideo dicit magiſtraliter Inno. in c.cum dilecti.de donatio.quòd priuilegia principum dum tangunt iura cõcedentium, debent latiſsimè in

mè interpretari:ſed quando reſpi-
ciunt damnum,uel præiudiciũ ter-
tij, debent ſtrictè interpretari, ut
ubiq; habetur per docto.iſtis ſic ha
bere præmiſsis condeſcendẽdo ad
principalem deciſionẽ caſus noſtri
reperitur conceſſa iuriſdictio præ-
deceſſoribus moderni illuſtriſsimi
domini P.Salerni per regem Ferdi
nandum per multũ temporis ſpa-
tium ante priuilegiũ I.D.Ducis Nu
ceriæ,ut ex data priuilegiorum ap-
paret,in cõtrahentibus, uel quaſi:
delinquentibus, uel quaſi, in eius
terris,ciuitatibus, caſtris, locis,&
territorijs: nõ obſtante,quòd ſint
familiares regij, armigeri, & alij
quicunq;,etiã priuilegiati:non ob-
ſtantibus quibuſcunq; priuilegiis,
& literis familiaritatis,& aliis qui-
buſcunq;,cum clauſula abdicatiua,
& priuatiua.Ibi ita,quòd de huiuſ-
modi præmiſsis cauſis,& primis,&
ſecundis appellationibus,nullitati-
bus,reclamationibus, ſupplicatio-
nibus,retardatis,& denegatis iuſti
ciis omnium prædictorũ,& aliorũ
quoruncunq;,nec debeat,nec poſ-
ſit ſe intromittere, nec iuriſdictio-
ne uti,nec iuriſdictionem habere,
nec alio quouiſmodo ſe intromit-
tere alius,quàm præfati,princeps,
& mater,& fratres:& cum clauſula,
70 ſeu decreto annullatiuo, &c.¶ De-
mum reperitur conceſſa iuriſdictio
illuſtri domino Duci Nuceriæ in
eius uaſſallos delinquentes extra
territorium,& deſtrictum ciuitatis
Nuceriæ,& aliorum locorũ,& pro
quibuſcunq; delictis alibi patratis,
& commiſsis,cũ clauſula,quòd nõ
poſsint,neq; debeant coram aliis
iudicibus trahi,citari,moleſtari,aut
aliter uexari,ſed ſolũ coram dicto
illuſtri domino D.Nuceriæ cũ clau
ſula abdicatiua,ſeu decreto annul-
latiuo, prout in priuilegio prædi-
cto latiùs continetur. Dubitatur
modò, an uaſſallus dicti illuſtris
domini Ducis Nuceriæ delinquens
in territorio illuſtriſsimi domini
Prin.Salerni,& per officiales eius
captus,& carceratus,debeat remit-
ti ad dictum illuſtriſs.dominũ Du-
cem.& intrepidè dico,quòd non,
conſiderando primò,quòd iuriſdi-
ctio conceſſa dicto illuſtriſsimo do
mino Principi,priuatiuè eſt cõceſ-
ſa,ut per prædicta ſatis oſtenſum
eſt.quo fit,ut à rege totaliter iuriſ-
dictio ſit abdicata,nec in ea poſſet
ſe ulterius intromittere,niſi in cer-
tis caſibus,ut habetur per Feli.ubi
ſuprà.& tenet Panor.in c.cæterum.
in ij.col.de iudi.& Bal.in l.j.43.q.ff.
de re.diuiſio.& Marti.Laude.in tra.
de priui.in prima rubri.conclu.145.
& tenet Afflic.in prælu.feu.col.vij.
circa me.& Ioã.Fab.inſti.de autho.
tuto.in princi.4.col.& Bal.in l.fi.C.
ſi à non compe.iu.col.fi.& Grãma.
in deciſio.10.nu.10.& Alber.Bru.in
conſi.47.uiſis dubiis.prima colũ.&
abdicata ab eo iuriſdictione in præ-
miſsis caſibus,quatenus poſteà ſe-
cundo loco ſit conceſſa iuriſdictio
dicto illuſtri Duci, quantũcunque
priuatiuè ſit conceſſa,non officit,
neq; officere debet dicto illuſtriſsi-
mo domino principi, neq; præiu-
dicat priuilegio prædicti illuſtriſsi-
mi d.principis,cùm eſſet derogare

iuri

iuri tertio competenti,quod nõ eſt
fiendum,ut ſupra dixi.& eſt text.in
indiuiduo in l.fin.§.exceptis.C.qui
71 pot.in pi.habe. ¶Nec rex potuit
plus iuris trãsferre in alium,quàm
ipſe habeat.ut l.nemo plus.ff.de re-
gu.iur.& in ca.nemo poteſt.extra,
eo.titu.lib.vj.& ibi per Dy.Io.And.
& Ioan.Mo.& ubiq; habetur.& ſi
ponatur,quòd uaſſallus regius de-
liquerit in territorio dicti illuſtriſ-
ſimi principis,certè ſi peteretur re-
miſsio,nõ eſſet fienda.minimè er-
go concedetur illuſtri Duci,ut per
prędicta patet.& quatenus per pri-
uilegium dicti illuſtris ducis ſit ab-
dicata iuriſdictio, intelligi debet,
ubi alteri competeret iuriſdictio de
iure communi,uel priuilegio non
abdicatiuo,& æqualis tẽporis:non
ſi per priuilegium ampliſsimum,&
per multum tẽporis ſpatium anteà
conceſſum.ad quæ facit doct.Bart.
in l.uiros.j.uo.C.de diuer.offic.lib.
xij.dicentis,quòd ſi ſtatutum diſpo
nit ſcholares poſſe conueniri corã
epiſcopo tantũ,& tamen de con-
ſuetudine ſit,quòd rector etiã poſ-
ſet cognoſcere,per iſtud ſtatutum
non eſt derogatum iuriſdictioni,
quam tribuit conſuetudo : ſecus,ſi
ius commune tribuit.per no.in c.j.
de conſti.in vj.facit l.militis.§.mili-
tia.ff.de milita.teſta.quam doctri-
nã inducit Feli.in d.c.paſtoralis.in
iij.limitatione , ad declarationẽ,&
intelligẽtiam clauſulæ abdicatiuæ:
tu ſolus cognoſcas , &c.& per di-
ctum priuilegium inducitur,ut licet
quis ratione delicti poſſet,& debe-
ret conueniri coram ordinario lo-
ci delicti,quocunq; priuilegio non
obſtante,ut d.authen.qua in pro-
uincia.tamen ſtante dicto priuile-
gio , quòd etiam in ſpecie dero-
gat:& dicit,quòd etiã ratione de-
licti,uel contractus non poſſet ali-
bi conueniri:non poteſt , nec de-
bet conueniri in loco delicti:ut eſt
text.in l.ij.C.ubi quis de curia.uel
co.& tenet Iaſ.in l. beneficium.ff.
de conſtitu.princ.nume.50 in ſecũ-
da limitatione.& tantò magis præ-
dicta procedunt,cùm dictum pri-
uilegium illuſtriſsimi D.P.ſit con-
72 forme cum iure communi. ¶Et ſic
fauorabilius eſt,& latiſsimè inter-
pretandum.& quòd ſit conforme
cum iure communi,ſatis per præ-
dicta,& præmiſſa patet.& quòd ſit
fauorabilius, tenet domi.Anto.de
Butri.in cap.olim tibi.extra,de uer-
bo.ſignifica.per illum text.in fin.&
firmat Iaſ.in d.l.beneficium.nu.59.
imò in hoc concurrit duplex priui-
legium , ſecundum ius commune,
& ſecundum ius ſingulare priuile-
gij . & fortiora ſunt duo uincula,
quàm unum.§.affinitatis. inſtitu.de
nup.& authen.itaque. C. commu-
73 nia de ſucceſsio.¶Et quando ſunt
plures priuilegiati ſub eadem con-
ſideratione , cõſideratur maior ra-
tio priuilegiati , ſecundum Bald.in
authen.habita.C. ne fil.pro patre.
74 ¶Et ubi quis habet duo priuile-
gia,præfertur habenti unum,ſecun
dum Afflic.in conſtitu.ſtatuimus.ij.
75 in vij.not.in ij.q.in fin. ¶Præterea
nõ debet remitti alia ratione,quia
tempore quo dictus uaſſallus deli-
quit, habitabat ĩ territorio d.i.d.p.
& per

& per duos annos antè habitauerat ibi exercens artem,& commorás ibi,ut ciuis,& ibi duxit uxorem.quo fit,ut licet de iure incolatum,& domiciliū nō ſortiatur quis per habitationem ſolam,ut efficiatur de foro, in quo habitabat,niſi appareat habitantem ex uero animo,uel præſumpto ibi habitare,ut ibidem incolatū contraheret:quod probaretur de uero, ſi ibi per decennium habitauerit,ut dicit gloſſ. in l.j.C.de incol.& in l.lex Cornelia.§.domum.& ibi Bart.ff.de iniur. de præſumpto, ſi probatur, quòd cum maiori parte fortunarū ſuarū ibi habitarit, ut ff.de iudi.l.hæres abſens.in glo.magna.& l.ciues.C. de incol.& late exorditur Ange.in conſi.27.incip.quidā uictor de ſancto Sicardo:tamē ſtāte priuilegio. i.d.p.concedēte iuriſdictionem nedum in incolatū, & domiciliū habentes, & habitantes,ſed in quouis modo commorantes,ut cantāt uerba latiſsima priuilegii. d.i.d.p. iuriſdictio cōprehendat iſtā & talem commorationē,ut uerba priuilegij aliquid operentur.nam licet priuilegium debeat reſtringi,illud eſſet uerum,quādo uerba priuilegij patiuntur illam reſtrictionem:ſecus,ſi eſſent ita pura,& lata,quòd reſtringi non poſſent,ſecūdum do. Ant.de But.in c.olim.de uer.ſigni. & Iaſ.in d.l.beneficium.Sed cui dubiū dicta uerba priuilegij ita ampla nō ſolùm ſe referre ad incolatū,& domicilium facietes,ſecundū diſpoſitionem iuris cōmunis,ſed etiam ad alios commorantes quomodolibet,& qualitercūq;?cùm aliàs dicta uerba nobis ſeruirent de uěto. tanto uerò magis, quòd probatum ſit,quòd ibi commorabatur,ut ciuis.

76 ¶ Præterea alia ratione præfertur i.d.p.in cognoſcēdo contra dictum Liombrunū,quia præuenit in captura dicti Liombruni,& ipſum habet in fortiis:& ſtante præuētione reali præfertur alteri iudici etiā ordinario,& habenti æqualem iuriſdictionem.per ea,quæ habentur per Bart & Alexan.in l.ſepulchri.ff. de ſepu.uiola.& Bal.in authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fugi.& per Ange.de Are.in lib.male.in uerbo,iudex commiſit,quòd Caius,& pleniſsimè congerit Maria.Soci.in ca. propoſuiſti.extra de fo.cōpe.

77 ¶ Itē præfertur ratio querelæ expoſitæ per uiduam uxorē occiſi,quæ elegit tribunal d.i.d.p.& iurauit perhorreſcere potētiam aduerſariorū in ciuitate Nuceriæ.hæc enim uiduis,& miſerabilibus perſonis permiſſa ſunt l.unica.C.quādo imperat.inter ui.& miſe.perſo.& habetur in cōſti.regni,ſtatuimus,la ſecūda.& ibi per Af. licet nec dici poteſt elegiſſe tribunal iudicis omnino incompetentis,ſed omni reſpectu competentis,ut per prædicta ſatis latè oſtenſum eſt.

78 ¶ Sed poſitò ſine ueri præiudicio, quòd ambo tam d.i.d.p. quàm i. d. d. eſſent æquali priuilegio ſub eadē conſideratione priuilegiati,tunc dico,quòd recurrendum eſt ad ius commune conquaſſatis priuilegiis.per ea,quę no. Doct.in authen. quas actiones.C. de ſacroſanct.eccle.& habetur per Bart.in l.ſed & milites.§.j.ff.de excu.tuto.& eſt text.de hoc in l.fin.§. exceptis

exceptis.C.qui po.in pig.habea.& habetur per Afflic.in conſtit.ſtatuimus,la ij.in vij.no.in ij.q.& habendo recurſum ad ius commune per ſuprà dicta patet de ſolutione præſentis quæſtionis. & ita dico iuris eſſe ego Petrus Follerius,ſaluo ſemper meliori conſilio, cui me ſubiicio.& ita decreui, & decretum fuit confirmatum in magna curia uicaria.& tormentaui dictum Lionbrunum,qui tandem non fuit confeſſus,& fuit per me abſolutus:qui demum falſum teſtimonium reddidit contra me, quòd ego recepraſſem Ferdinandum Roncam inſignem latronem, & ſteti carceratus in magna curia uicaria per ſex menſes,& demum tanquam innocens abſolutus, & non ualui tantum cantare,ut puniretur de falſo, quia erat teſtis fiſci.& ſic nota fru-
79 ctus officiorũ. ¶ FISCVS. Quid ſi clericus, & laicus ſimul delinquant, & clericus petat ſe remitti ad ſuum iudicem eccleſiaſticum, an etiam debeat remitti laicus?

¶ INQVISIT. Videtur quòd debeat remitti, ut latè concludit Marſil.in ſing.180.& Feria. in caute.decima. & Maria.Socin.in cap. ſecundo,de mutuis petitionibus.& Felin.in cap. placuit. de præſcript. ¶ FISCVS. Sed contrarium uidetur cõcludere Capi.in deciſi.173. quando ſunt plures. & Animocrane.in conſil.232. dominus Nauizanus per totum in ij.parte.ubi pleniſsime.¶ IVDEX.ego ſemper in hoc fauerem,& adhęrerem opinioni fiſci,licet quandoq; uiderim ſer-
80 uari contrariũ.¶ FIS.An circũſcriptis priuilegiis iudex domicilii poſſit inquirere de delicto alibi commiſſo,uel teneatur remittere delinquentem ad locum delicti? ¶ IVDEX. Puto eſſe remittendum ad locum delicti,ut refert fuiſſe deciſum in ſac.regio conſi.Gram.in deciſi.26.incip.Michael Hebræus.ubi concludit, quòd per magnã curiã uicariam fuit remiſſus reus ad locũ delicti,& pronunciatum,iudicẽ domicilii non poſſe inquirere de delicto alibi commiſſo.¶ INQVI.Satis confert ad hanc tuam opinionẽ regia pragm.edita per Cæſ.ma.incip.item,quòd officiales regii.& alia regia pragma.incip.licet,ut uni-
81 uerſis Italię pax.¶ FIS.Pone,quòd unus iudex præuenit in citãdo uerbaliter:alter uerò cepit reũ,& carceribus mancipauit,& petit ſibi remitti cauſam:econtrà uerò,qui citauit uerbaliter, petit ſibi remitti carceratum, quid iuris?¶ IVD. In hoc paſſu licet ſuprà aliquid dixerim,tamen altius exordiendo puto diſtinguendum,ꝙ aut citatio realis præceſsit citationem uerbalem, uel facta ſit eodem tempore.aut citatio uerbalis præceſsit citationem realem.primo caſu præualet citatio realis,& eſt maioris potentię,& efficaciæ,quàm uerbalis.quia per capturã prę̈uenitur iuriſdictio, ſecũdum Io.And.in c.j.de obli.ad ratio. & Bal.in l.ſi quis.ff.de iuriſ.om.iud. & in l.ſenatus.in fi.C.qui accu.non poſ.per tex.in l.ij.ff.de cuſto.reo.& ponit Bal.in auth.ſed nouo iure.C. de ſer.fugi.ſecundo uerò caſu,quãdo uerbalis præceſsit,Ange.Are.in lib.male.in uerbo,iudex commiſit.

decidit,quòd non obſtante, quòd præceſsit uerbalis,nihilominus realis eſt potentior, & ſic ille iudex præfertur,qui cepit malefactorem. maximè,quia poteſt ad ſuum libitum ſententiā exequi.quod nō poteſt ille qui uerbaliter tantùm citauit.ſed Bald.in authenti.ſed nouo iure.uidetur ſentire contrarium,dū dicit,quòd per citationem realem præuenitur iuriſdictio, niſi aliter prius uerbaliter citaſſet,& ſic à contrario Bald.tenet, quòd ſi præceſſit uerbalis,præualet, & præfertur reali. Maria.Soci.in cap.propoſuiſti.extrà,de foro competen.in viij. quæſt. nume.22.altius exorditur,& dicit eſſe diſtinguendum,quòd aut ambo iudices,ſeu officiales in eodem loco habent æqualem iuriſdictionem,& poteſtatē reſpectu negotii,de quo quæritur,eò,quòd uterque poteſt cognoſcere,nec alter ab altero recognoſcit iuriſdictionem. exemplum in poteſtate Senenſi,& capitaneo,qui ambo à republica illa iuriſdictionem recognoſcunt,& idem,ſi ab eodem domino:aut ambo recognoſcunt iuriſdictionem à diuerſis.primo caſu dicit,quòd ſi oritur contentio inter ipſos officiales,ille præualebit, qui præuenit in citatione uerbali. quia cùm ad præuentionem ſuffíciat ſola uerbalis citatio,meritò,cū præuenta ſit iuriſdictio alterius,nō poteſt amplius ſe ipſe impedire, & realis citatio non tenet effectualiter,& poteſt iudex,qui præuenit in citando uerbaliter,præcipere alteri,ut illum remittat,uel ad ſe dimittat uenire:aut iudices, & officiales iuriſdictionem recognoſcunt à diuerſis.exemplum in poteſtate Senenſi, & Florentina. uerbi gratia. ratione delicti cōmiſsi initi per Lapum Florentinū in ciuitate Senenſi,& poteſtas Senenſis citat uerbaliter lapum exiſtentem Senis, qui citatus diſceſsit,& petiit Florentiā, & ibi capitur pro eodem negotio. & hoc caſu dicit ipſe,ꝙ aut ipſe captus opponit de præuētione facta poteſtate Senēſi,& debet audiri,& relaxari:& ſi non audiretur,grauaretur,& poſſet appellare, & ſi officialis Florētinus non obſtante appella,procederet,& puniret,& pœna nō eſſet reiterabilis, deciſio eſſet clata.quia eadem pœna ueniret imponēda à iudice Senenſi.& hoc caſu dicit procedere opin. Ang.demū diſtinguit,ꝙ ſi ipſe citatus malitioſè arripuit iter,ut non cōpareret coram iudice Senenſi citāte,& fuit poſtea captus,illud impedimētum capturæ ſibi non prodeſt:ſed ualebit proceſſus,qui in ipſius cōtumaciam fabricatur per iudicē citantem,per allegata per eū.& ſic,ut uides,relata opi.Maria.Soci.mihi uidetur,ꝙ relinquit inſolutā quęſtionē in iſto ſecūdo caſu,quando prçuentio non allegatur per citatum, ſed per officialem,dum eſt contentio inter ipſos officiales, & ſic in iſto ſecūdo caſu tenerē opinionem Ang.de Are.in loco ſuprà citato,ꝙ prçferatur,& prçualeat citatio realis,quia potētior:per allegata per eū.licet in cōtrariū uideatur facere deciſio Gram.ſub nu.26.incip. Michael Hebræus.de qua ſuprà mentionem feci. 82 ¶ F I S C. Sed quid dicendum,

cendum, ſi iudex loci delicti de homicidio commiſſo per ſuum uaſſallum in territorio ſuo inquiſiuit, citauit, & ad contumaciam proceſsit, & omni conatu ſuo fuit nixus, ut eũ præ manibus haberet, & non potuit, tandem uerò captus fuit per magnam curiam uicariã, an petẽte, & inſtante patrono, & barone dicti delinquẽtis, ꝙ ſibi remittatur, debebit remitti? ¶ I V D. In hoc caſu habemus deciſionem Gram. xxx. incipiẽ. in cauſa excellẽtis. ex qua poteſt colligi diſtinctio, ꝙ aut baroni apparet conceſſa iuriſdictio in ſuo priuilegio in ſuos uaſſallos priuatiuè, & cũ clauſula abdicatiua, & annullatiua, ut dixi ſuprà. & nõ eſt dubium, quin illi remittendus ſit: aut accumulatiuè iuriſdictio eſt cõceſſa cũ ſuperiore, quod præſumitur. & ſic non uidetur ſublata iuriſdictio ab ipſo principe cõcedẽte, ſed ubique cõpetit. per tex. in c. dudum. de præben. in vj. & eſt tex. in l. j. in fi. C. de offic. præfe. urb. & per alia, ut ibi per eum. & ſic eſt locus præuentioni, ut dicit Ange. Are. in l. j. §. ſi quis in appellatione. pen. col. ff. de appe. & Fran. de Are. in cõſi. 101. ſpectabilis domine. & do. de ſan. Gemi. in c. pro hoc. de hære. in vj. Io. de Ana. in ca. excõmunicamus. §. uolumus. de hære. Bar. in l. ſtudẽtibus. de offi. præfe. urb. & ſic quando magna curia præuenit per citationẽ realem, præfert iudici inquirẽti per prius, ut dicit Bar. in l. iij. ff. de cuſto. reo. & in l. j. de pœ. & Bald. in l. j. C. ubi de cri. agi opor. & in authẽ. ſed nouo iure. C. de ſer. fugi. ſed iſtis non obſtãtibus in iſto ij. caſu contrarium decidit in d. deciſio. nec obſtat, ꝙ quando conceditur iuriſdictio per principẽ, maior iuriſdictio reſidet penes ipſum principẽ, & quòd ſic ipſe præfertur, quia hoc uerum eſt, quando ipſe princeps concurrit cũ barone. ſed hic eſt magna curia uicaria, quæ, ut dicit ipſe, non poteſt pro principe reputari, nec de præuentione per capturã eſt fiẽda uis, cùm appareat baronem nixũ fuiſſe pro ipſum capiendo, & uſum fuiſſe omni diligentia cõtra ipſum delinquentem. præterea, quãdo baroni competit iuriſdictio uirtute priuilegij, non eſt locus præuentioni magnæ curiæ uicariæ: ſecus, ſi eſſet iuriſdictio, quæ ad plures pertineret, quia tunc haberet locum præuentio allegata. c. ut debitus. extra. de appel. c. iij. de offi. archidi. & in proprius terminis decidit Federicus de Sen. in c. irrefragabili. extra. de offi. ordi. j. col. tantò magis, quòd hodie barones regni omnes uidentur habere iuriſdictionem priuatiuè, & non cumulatiuè, licet expreſsè non dicatur, quia in quolibet priuilegio dicitur, quòd cauſæ criminales, & ciuiles agitentur coram dicto barone inter ſuos uaſſallos. per quę uerba uidetur fuiſſe de intẽtione concedẽtis, iuriſdictionem ipſam concedere priuatiuè, ſecundũ Lud. Ro. in cõſi. 393. inci. præſens cõſultatio. & in ſing. 21. uiget pactũ. præterea concurrẽte pragmatica regis Ferdinandi primi, quòd in primis cauſis tam ciuilibus, quàm criminalibus, cognoſcãt iudices ordinarij in locis ſibi aſſcriptis, & cauſę ipſę à ꝓprio foro nõ extrahãtur, etiã per magnã

curiam uicariã,ſatis uidetur baroni bus conceſſa iuriſdictio priuatiuè, cõcurrente etiam capitulorũ Nea. conceſſo,ut priuilegia conceſſa baronibus inuiolabiliter obſeruētur: & ſic dicit fuiſſe deciſum,quæ deciſio eſt ſatis pulchra.& prędicta etiã poſſunt confirmari per regiã prag. incip.itē, quòd officiales regij.qua cauetur,quòd officiales regij huius regni debēt capere malefactores, qui deliquerint etiam extra territorium,& quòd illos debent mittere ad locũ delicti,& eſt conſimi.pragmatica inci.licet uniuerſis Italiæ. ſub rubri.deli.remi.ad iu.competē.

83 ¶ Vnum tamen nõ admitto, quòd ſi iuſticiarius,uel magna curia uicaria poſuit in banno aliquē uaſſallũ baronis propter eius contumaciã, baro non tenetur ipſum capere,& ponere in manibus iuſtitiarij, uel magnæ curiæ uicariæ,ut per Bald. in c.j.§.ſi iudex.extra,de pa.tenen. & refert,ac ſequitur Affli.in conſti. pœnam eorum.in ulti.nota. tenetur tamen ipſum expellere, & non

84 receptare in territorio ſuo.¶ F I S. Sępe ſolent barones pręcipere ſuis uaſſallis,ne præſumant alibi, & in aliis tribunalibus regiis ciuiliter, uel criminaliter agere,an licitè hoc poſſunt facere? ¶ I V .Dicas, ꝙ ſic, quòd poſſunt pręcipere,ne in præiudiciũ eorũ alibi agant, ſecundum Ioan.Fab.in l.j.ante fin.C.de offic. præfe.urba.per tex.in c.tranſmiſſa. de foro cõpe.& uoluit Par.de Put. in li.ſyndi.in ti.de exce.baro.c.ultimo.in prin.& ſequitur Boēr.deci-

85 ſio.114.in prima parte. ¶ F I S.An clericus coniugatus debeat remitti ad iudicem eccleſiaſticum? ¶ I V D. In hoc eſt ſciendũ, quòd clericus coniugatus duplici gaudet priuilegio,primum immunitatis perſonę, ut ſi cum unica tantũ uirgine contraxit,& tonſuram,& habitum deferat clericales,iniiciens in eum manus uiolentas,ipſo facto ſententiã excõmunicationis incurrit.de quo xvij.q.iiij.c.ſi quis ſuadente.itē gaudet priuilegio fori, ut ſcilicet non poſſit coram iudice ſeculari conueniri,uel per ipſum aſtringi,iudicari, uel puniri.quo uerò ad omnia alia, nullo gaudet priuilegio,ſed eſt ſub iectus coerctioni iudicis ſecularis, ut in c.unico.de cleri.coniu.lib.vj.

86 ¶ Præmiſsis autem duobus priuilegiis in ſex caſibus tales clerici coniugati ipſo iure ſunt priuati. pri.eſt, ſi habitum,& tonſuram nõ deferat clericales,ut in d. c.unico.ſecundus eſt ſi ſint bigami,ut extra.de biga. c.unico.lib.vj.in c.ulti.de cleri.non reſi.tertius,ſi tõſurã,& ueſtes clericales etiã deferētes officium carnificum,& macellariorum,uel tabernariorum exercentes,moniti infra terminum pręfixum nõ deſtiterint. cle.j.de ui.& honeſt.cleri. quartus, ſi moniti intra annum nõ deſtiterint ioculatorum uel buffonum artem exercere:uel quãdo nulla monitione præmiſſa exercēt illam artem per annum,prout de iſtis duobus habetur in c.unico.li.vj. ſextus, ſi eſt degradatus,ſiue exutus ordine,& priuilegio clericali,relinquitur ſeculari iudici puniendus.c.nouimus.ex.de uerbo.ſignifi.& de his omnibus plenè habetur per domi. Bonicon.intra. de priuileg.cleri.in prin.

87 prin.¶ Sed prædictis quæſitis, dictum fuit, quòd clericus coniugatus in criminalibus gaudet priuilegio fori.¶ FISCVS. Obſtat ritus magnæ curiæ uicariæ inci. ité quòd ſi aliquis citatus. ſub rubrica. cleri. coniu. non admi. ad priui. num. 148. ubi diſponitur, quòd ſi aliquis citatus comparet, & dicit ſe clericum coniugatum, & quòd gaudeat priuilegio clericali, huiuſmodi priuilegium clericale per curiam non admittitur.¶ INQVISI. Sed in cõtrarium eſt ueritas, quãdo clericus coniugatus cum unica, & ea uirgine contraxit, & tonſuram, & ueſtes defert clericales, ut in d. c. unico. de cleri. coniu. lib. vj. & plenè per Alex. in conſi. 8. uidetur ſuper pri. lib. pri. & conſi. 149. in vj. lib. & pleniſsime habetur per Campa. in extraua. de ui. & hone. cleri. nu. 152. ubi pluribus modis reſpondet ad ritum magnæ curiæ uicariæ. pri. quia dictus ritus tanquàm editus à principe ſeculari diſponens ſuper eccleſiaſticas perſonas, nõ ualet, quia aſſumit uires à poteſtate condemnata à lege. l. fi. ff. de iuriſ. omn. iudi. ſed rex non habet poteſtatem ſuper clericos. c. cum ad uerum. & c. ſi imperator. 96. diſtin. facit c. eccleſi. ſanctæ Mariæ. extra, de conſti. & in authen. caſſa. C. de ſac. ſan. eccle. ſecundò reſpondet, quòd ille ritus eſt correctus per regiam prag. regis Ferdinandi incip. Ferdinandus, &c. mag. uiro Garſiæ. ſub rubri. quòd clerici coniugati. ubi probatur, ꝙ clerici coniugati gaudent priuilegio ferè in criminalibus, & etiam priuileg. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & illa prag. concordat cum d. c. unico, de cleri. coniu. in vj. tertio modo reſponderi poteſt, quòd ille ritus intelligitur de clericis coniugatis non incedentibus in habitu, & tonſura. 4. dicit poſſe reſponderi, ut intelligatur ille ritus de aliis priuilegiis, præter illa duo, ſcilicet canonis, ſi quis ſuadente. & fori in criminalibus. & ſic concordaret cum d. c. unico, de cleri. coniu. in vj. & quilibet intellectus poteſt ſtare iudicio meo. & uide Barth. Cepo. in conſi. x. incip. non putet. & in conſil. 11. caſus talis eſt, Aloiſius. & plenius per Guido. Pa. deciſio. 198. & ibi etiã uideas, num clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali, ſi contraxit cum muliere corrupta, quam credidit uirginem: uel cum illa, quam deflorauit: & quid de clerico coniugato, qui uxorem, quæ erat adultera, notoriè, & palam recõciliauit, uide Cappe. Toloſa. in deciſio. 64. & an perdat priuilegium ex inualido matrimonio cum adultera, cuius priorem uirum interfecit, uide Boër. in deciſio. 262. nume. 2. in ij. parte. & an clericulis tõſura probetur per unũ teſtem, & per indicia, uide Boër. in deciſio. 171. nume. 23. cum ſequen. prima parte.¶ IVDEX. Pleniſsimè, & optimè caſum propoſitum expleuiſti, & tecũ concurro in hoc.

88 ¶ Vnum tamen nõ admitto, quòd ſi datur petitio excuſationis propter abſentiam poſt latam interloquutoriam cõtumaciç, etiam quòd ſit eodem die, non admittitur dicta excuſatio, niſi uerbotenus curiæ conſtiterit, quòd excuſator non potuit intrare in curiam ea hora ante

latam interloquutoriam: uel quòd non fuit auditus tempore quo allegauit oretenus abſentiã, & offerebat petitionem, ut dictat ritus magnæ curię uicarię, incip. item ſeruat ipſa curia, quòd petitio excuſatio-
89 nis. ¶ FISC. Nunquid ſi aliquis uaſſallus baronis latrociniũ commiſerit in alieno territorio alterius baronis, & petatur remiſsio per illũ baronem iuriſdictionem habẽtem in eius uaſſallos cognoſcendi de delictis etiam alibi cõmiſsis, & patratis priuatiuè, ut ſuprà oſtenſum eſt, debeat fieri? & uidetur dicendũ, ꝙ non, nõ obſtante regia prag. incip. item, quòd officiales regij. qua cauetur non debere fieri remiſsionem in latrocinio. & idem uidetur eſſe de iure communi rectè intuenti: nam latrones ſunt à iure cõmuni diffidati, & banniti. l. j. & ij. C. de his, qui latro. adeò, quòd tanquàm diffidati à lege poſſunt à quocunque occidi impune, ut l. j. C. quando lib. ſi. iu. uin. & l. iij. §. trãsfugas. de ſicar. & de fur. nam diffidati à lege ſunt extra protectionem, contra quos notoriè bellum eſt indictũ. l. reos. C. de accu. & ſi iſti latrones, ſtratarumq; diſrobatores poſſunt tanquàm diffidati à priuatis quibuſlibet occidi, multò magis per iudicem, arg. gl. in §. in multis. inſti. de liber. & hoc argumento utitur Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, latro. item latro, ubi deprehenditur, ibi debet furca ſuſpendi. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pœ. & l. ſi quis filio exhære. circa medium. & tamen debet intelligi, ut furca ſuſpendãtur ibi per iudicem capientem, & nõ per iudicem illius capti: quia aliàs ſequeretur abſurdum, ꝙ quis poſſit uti iuriſdictione in loco ei non ſubdito, & extra iuriſdictionem, contra tex. in l. extra territorium. ff. de iuriſdi. om. iudi. ¶ IN. Ego tamen præmiſsis non obſtantibus puto contrarium eſſe dicendum. & primò moueor ex nota. domini. Bal. in c. j. de natu. feu. ubi uoluit, quòd ſi princeps conceſsit alicui iuriſdictionem, non poteſt alteri eandem concedere, & dixi ſuprà: unde ſi ſemel conceſſa eſt iuriſdictio baronibus regni in uaſſallos delinquentes extra territoriũ, ergo non potuit, nec poteſt denuo eandem iuriſdictionem concedere capienti dictos uaſſallos, & ſic alteri. item ſtatutorum interpretatio debet ſapere æquitatẽ, & non iniquitatem, ſecundum Bal. in l. eum allegas, ad fi. & in authen. ad hoc. ij. col. C. de uſur. & Alex. in l. omnes populi. x. col. ff. de iuſti. & iur. etiam ſi recedatur à proprio ſignificatu, ſecũdum Bart. in d. l. omnes. vj. q. princi. ſed cui dubium, quia uidetur iniquum, quòd intelligatur hæc pragmati. tollere iuriſdictionem aliàs baronibus cõceſſam, ſuadetur hęc mea opinio, quia uidemus plures prouiſiones fuiſſe factas ſuper remiſsione delinquentium ad eorum barones. & pri. per regiã pragma. incip. diſcordias. ſecundo per regiã prag. regis Ferdi. incip. licet, ut uniuerſis Italiæ pax. quæ in ſpecie loquitur ſuper remiſsione latronum, & furum, & aliorum delinquẽtium in maioribus, & atrocioribus criminibus. itẽ extat capitulũ obtentum

tum ad inſtantiam Neapo.quo fuit prouiſum, ut priuilegia baronum inuiolabiliter obſeruentur, de quo commemorat Gramma.in deciſio. 10.ergo uidetur manifeſtè conſtare, quòd non fuit de intẽtione principis præiudicare baronibus regni habentibus iuriſdictionem, maxi. cùm expreſsè non dicatur: nõ obſtantibus priuilegiis quibuſuis baronibus conceſsis: accedat prædictis, quia dicta regia prag.licet ut uniuerſis.loquitur in ſpecie de fienda remiſsione uaſſallorum delinquentium ad eorum barones ratione priuilegiorum primarũ, & ſecundarum cauſarum: & pleniùs prouidet, quàm dicta nouiſsima pragm. item quod officiales regni.quo caſu ſuccedit doctri.Bal.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de hære.inſtitu.ubi uoluit, quòd quãdo reperiuntur duo ſtatuta contraria, illud attẽditur, quod in ſpecie, & ſpecifice.& plenius loquitur, & quòd illud ſeruari debet. præterea d.regia prag.licet ut uniuerſis.ſi bene inſpiciatur, eſt derogatoria uoluntatis: & uult nõ poſſe contradici ſuper dicta remiſsione fienda, non obſtantibus quibuſuis priuilegiis, & gratiis cum quibuſuis clauſulis factis ex certa ſcientia, & motu proprio, quo caſu ſuccedit doctri.Bar.in l.omnes populi.in 4. quæ.prin.ff.de iuſti.& iure.ubi uoluit, quòd quãdo plura ſtatuta reperiuntur cõtraria, ſi primũ eſt derogatoriũ uoluntatis, & ſecundum ſimplex, attenditur primũ, nec cenſetur reuocatum per ſecundũ, ſi nõ eſt factá expreſſa mẽtio de reuocatione.itẽ cõfirmatur hæc mea opinio, quia primum ſtatutũ, uidelicet dicta regia prag.licet.eſt cõfirmata per dictum capitulũ Neapolitanis cõceſſum, de quo ſuprà dixi, & mádauit illud ſeruari.& princeps dixit ſe illud ſeruare uelle: & ſic uidetur tranſiuiſſe in quaſi cõtractum, quo caſu nõ poteſt reuocari in præiudicium baronũ quaſi cõtrahentiũ cũ eo, ut uoluit idẽ Bald.in d.l.omnes populi.in d.4.q.& ibi pleniſsimè per Alex.in addi.quẽ uideas.& pleniſsimè Alex.in cõſi.50.in 4.parte per totũ.quibus & illud proximum eſt, ꝙ licet princeps aliàs poſsit tollere, innouare, & modificare priuilegia, quæ à iure, uel ab eo conceduntur, ut c.decet.de regu.iur.li.vj. & poſuit Specu.in tit.de inſtru.edi. §.nunc autẽ.prope fi.tamẽ quãdo in cõtractũ trãſeunt, & nõ ſunt indulta proprio motu principis, illa nõ poſſunt reuocari, quia non ſine iniuria beneficium ſua prouiſione quæſitum, alicui poteſt tolli.c.j.de proba.& ibi per do.Anto.& Abba. ubi princeps obligatur contractu inito cũ ſubdito.& Bal.ĩ l.j.ff.de pa. qui refert Magiſtrũ ſententiarum dicere, ꝙ Deus obligatur ex promiſsione.& ideo Bal.in l.penul.C. de dona.inter ui.& uxo.dicit, quòd princeps nõ põt reuocare contractum initũ cũ ſubdito, niſi ex cauſa, ꝙ ſibi nõ adimpleátur promiſſa. & latè per do.Ab.in c.innotuit.4. col.de iu.& Alex.in d.cõſi.50.in iiij. parte.imò dato, ꝙ potuiſſet tollere, nõ tamen cũ honeſtate, ut dicit tex.in epiſt.inter claras.C.de ſum. tri.& fi.cath.ubi eſt, ꝙ nihil luce clariùs præfulgeat, quàm recta fides

in principe.& tũc ſtat regula,quòd illud nõ dicimur poſſe,quod cũ honeſtate nõ poſſumus.l.Nepos Proculo.ff.de uerbo.ſigni. & per Bart. in l.prima.v.colum.C.de ſac.ſanct. eccle.& ſic dicere debemus, quòd uoluntas principis in hac ſecunda pragmatica non uidetur fuiſſe, ut præiudicetur baronibus, & eorum priuilegiis:quia uoluntas talis eſſe præſumitur,qualis eſſe debet.Bald. in l.j.v.colum.C.de ſac.ſan.eccle.& in l.precibus.xvij.colum.C.de impu.& al.ſub.& pleniſsimè in ſpecie diſputatur per And.de Iſer. quẽ ſequitur Affli.in conſt.ea,quæ ad decus.in pri.no.ubi,an,& quãdo princeps poſſet reuocare priuilegia cõceſſa baronibus.& poſt multa hinc inde dicit,quòd quando priuilegia ſunt conceſſa taliter,quòd tranſierunt in contractum, uel quaſi (ut quia per contractum cõceſsit merum & mixtum imperium propter bona,& accepta ſeruitia)tunc reuocari non poſſunt.& hoc firmat pluribus authoritatibus:niſi quãdo barones malè, & peſsimè uterentur mero & mixto imperio : & publica ſuaderet æquitas,quòd reuocarentur priuilegia meri & mixti imperij baronibus conceſſa.tunc legẽ condendo generalem expreſsè poteſt reuocare,ſi tamen ex certa ſcientia diceret,quòd id facit cauſa publicę
90 utilitatis,ut ibi latè per Afflic. ¶Et tenendo iſtam partem nõ obſtant allegata in contrarium,ꝙ latrones ſunt diffidati à lege,quia uerum eſt quo ad reſpicientia eorũ perſonas, & eorum priuilegia : & ut ipſi non poſsint petere remiſsionẽ,nec aliquam exceptionem declinatoriam opponere:ſed non ex hoc excluditur baro,ut propter ſuum præiudicium non poſsit petere remiſsio-
91 nem.¶ Nec obſtat, ꝙ ibi debet latro furca ſuſpendi,ubi deprehenditur.quia reſpõdeo,ꝙ uerum eſt, & ſic etiã eſt in quolibet alio delicto, ut ibi puniatur ubi patratum eſt:tamẽ loquitur de tempore, quo merum,& mixtum imperium erat penes regem, & non erat cõicatum baronibus regni,prout hodie cõicatum eſt per regẽ Alfonſum primum de Arragonia,qui per ſpecialia priuilegia communicauit comitibus,& baronibus regni, ut refert Afflic.in conſti.ea,quæ ad decus.in primo nota.¶I V D.Equidem ſatis ad propoſitum mi Inquiſite in medium attuliſti, quæ facere uidentur pro baronibus:& ob iſta per te allegata pro nunc teneo hanc tuã opinionem,ſaluo ſemper ſaniori conſilio : & intelligo nouiſsimam prag. procedere in officialibus regiis de uno ad alium:nõ autem in officiali regio ad baronẽ, uel de barone ad baronem : quia in eo caſu ſeruatur alia prag.licet ut uniuerſis.& ita teſtor Deum millies obtinuiſſe tempore quo officialis olim,& p.Salerni,& demum eius auditor in toto ſtatueram. ¶ Et quia aliquando in aliquo caſtro ſunt duo iudices,ſeu duo barones: unus habens iuriſdictionem in ciuilibus:alter in criminalibus,& idcirco quęratur de quibus cognoſcat baro in ciuilibus, & de quibus baro in criminalibus : & de prædicta quęſtione aliàs allegationes feci,quare eas infrà ſubnectam,

Quam, contingit dubitari, ſi in uno caſtro unus habet iuriſdictioné ciuilem, & alius criminalé, an habens iuriſdictionem ciuilé poſsit cognoſcere de dãnis illatis: & de minimis furtis, & an poſsit punire inobedi é tes, & renitentes ad parendum eis fieri executionem: & nunquid pœnæ accuſati obligationum penes acta, uel inſtrumentorum ad ipſum
92 ſpectent. ¶ Circa quod operę pretiũ eſſet primò inueſtigare, an iſte, qui habet iuriſdictionem ciuilé, dicatur habere mixtũ imperium, uel tantùm ſimplicem iuriſdictionem. & uidetur, quòd non habeat mixtũ imperiũ. nã antiquitus in regno in priuilegiis conceſsionum cuiuſuis caſtri conſueuit exceptuari iuriſdictio criminalis, ut dixit Andr. de Iſer. in l. ĩperiale. in §. præterea ſi inter duos. in fin. de prohi. feudi alie. per Fede. barones in regno nõ uidentur habere mixtum imperium, & id uidetur ſentire capitulum reginæ Iohannæ, quod incipit, item quod iuſtitiarij. dum uult, quòd iuſtitiarij in principio ſuorum officio rum debeãt mandare comitibus, & baronibus regni, quòd non exerceant merum, & mixtum imperium
93 in terris ipſorum. ergo, &c. ¶ In cõtrarium tamen facit conſtit. regni, quæ incipit. ea, quæ; addens. dum ſentit, quòd merum imperium ſpectat ad principes, & non ad barones. quod etiam uoluit gl. in proœ. conſtit. regni. in uerbo, gladij. & ſic tacitè uidetur innuere, ſecus eſſe in mixto imperio. Iſtud etiam clariùs uidetur uoluiſſe Andre. de Iſer. in capit. ſi uerò uiolator. in uerbo, hæreditarium. de pace tenenda. dum uult, quòd condemnationes pecuniariæ ſunt baronis, & quòd ipſe non habet merum imperiũ. & ſubdit, quòd baro in regno uaſſallo contumaci imponit pœnam unius auguſtalis, ex quo baiulus terræ nõ plus poteſt allegare conſtit. regni, pœnam eorum. ſed uoluit allegare conſtitu. regni, pœnam nouem. & idem etiam eſt prouiſum per conſtit. regni. ad officium. & ad hoc bene facit, quod uoluit glo. in conſtitu. regni. locorũ baiuli. ubi expreſsè dicunt, quòd baiulus dicitur habere mixtum imperium, pro eo, quia habet cognitionem cauſarum ciuilium: & cauſæ ciuiles dicuntur eſſe mixti imperij. facit, quod uoluit Baldus in l. fi. colum. penul. C. de peda. iudi. qui dixit, quòd ſi conceditur mixtum imperium, & iuriſdictio in caſtro, non ueniunt cauſæ uniuerſales. per quod patet aliud eſſe habere mixtum imperium, & aliud habere cognitionem cauſarum criminalium. & generaliter uidetur, quòd ſub criminalibus cauſis ueniat merum imperium, & ſub ciuilibus ueniat mixtum imperium, & ſimplex
94 iuriſdictio. ¶ Hoc præmiſſo uenio ad deciſionem prædictorũ dubiorum, & pri. quo ad id, quod dictum eſt de damnis illatis, & minimis furtis. opinor enim de huiuſcemodi eũ, qui habet iuriſdictioné ciuilem, poſſe cognoſcere. pro eo, quia & de his põt cognoſcere baiulus, qui ſolùm habet cognitionem cauſarum ciuilium, ut patet in dicta conſtitu. locorum baiuli. & hoc, ſi agitur ciuiliter: ſecus, ſi criminaliter,

f 5 prout

prout ſentit And.de Iſer.in d.cõſti. locorũ baiuli.& clarius in conſti.de quãti.Et ꝓptereà uidemus,ꝙ iuſtitiarius regionis, qui cognoſcit de omnibus,in ꝗbus uenit imponẽda pœna corporis, uel mutilatio mẽbri,uel etiã de magno furto,qđ debet eſſe ultra uiginti auguſtales,etiã ſi agatur ciuiliter,poteſt cognoſcere de furto minoris quantitatis, ſi agitur criminaliter,ut patet in conſtitu.iuſtitiarij nomen,& normam. per quod apparet, quòd de furto magno non poteſt cognoſcere baiulus, etiam ſi agatur ciuiliter,cùm eius cognitio ſpectet ad iuſticiariũ. ſed de furto minimo ſic,niſi agatur criminaliter,quia tunc ſimiliter talis cognitio ſpectat ad iuſtitiarium.

95 ¶ Quo ad ſecundum,ſimiliter opinor,quòd is,qui habet iuriſdictionem ciuilem poſsit mulctare,& punire,ac coercere contumacem, ac inobedientem reſiſtentem executioni,quæ fit ex mandato ipſius iudicis,tum per id,quod uoluit And. de Iſer.in dicto capitu.ſi uerò uiolator. in uerbo. hæreditatem.dum dicit, quòd in regno Siciliæ baro non habens merum imperium imponit pœnam unius auguſtalis cõtumaci,niſi aliter eſſet conſuetum, quia in hoc debet extendi conſuetudo,ſecundum eum. tum etiam, quia modica coerctio,quæ fit contra cõtumaces per denegationem audientiæ,uel per condẽnationem expenſarum, uel aliter,dicitur eſſe mixti imperij,prout eſt communis conciliatio docto.in l.imperium.ff. de iuriſdictio.omnium iudic.& ſic, cùm ſub iuriſdictione ciuili ueniat mixtum imperium,ut prædictũ eſt, uidetur,quòd ueniat huiuſmodi coerctio uerbalis.& ad hoc facit d.ca. reginæ Ioannæ.dũ uult, quòd baro,qui non habet mixtum imperiũ, non poſsit ſuos uaſſallos mulctare, neque ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quàm eis permittatur à iure per conſtitu.& capitula regni. & ſic innuit, quòd uſque ad dictam ſummã poteſt eos mulctare. & iſtud clarè diſponitur per c.regis Caroli primi,quod incipit,terrerij.in uerſic.item ad inquiſitionem. ubi determinatur, quòd non poſsit imponi pœna in banno ultra auguſtale,& eodem modo dicit ibi glo.Lucæ de pen.quòd communis ſentẽtia peritorum in regno eſt,quòd baro non poſsit aliquem pœna pecuniaria punire ultra auguſtale.& ſubdit,ꝙ comites,& barones non poſſunt de cauſa criminali cognoſcere, illamq; punire,ex quo iſtud dicitur eſſe de mero imperio,quod ſolum à lege datur. & idem etiam in baiulo,qui ſolùm habet cognitionem cauſarum ciuilium,& poteſt imponere dictã pœnam,ut in d.conſti.ad officium baiulorum.

96 ¶ Quo ad ultimum de pœna pecuniaria obligationum,& inſtrumentorum,uidetur prima facie huiuſmodi pœnas ſpectare ad habentem iuriſdictionẽ criminalem. pro eo, quia ubi pœna pecuniaria uenit applicanda fiſco, dicitur eſſe criminalis,ut notat gloſ.in l.iij.§.ſi nemo.ff. de ſepul. uiola.in l.agraria.ff.de termi.moto. Abba.& Cano.iuridica reſpon.de iud.in contrarium tamen facit id,quod uoluit Andr.

And.de Iſer.in d.c.ſi uero uiolator. dum dicit,quòd condẽnationes pecuniariæ ſunt baronis,licet nõ habeat merum imperium. & ad hoc etiam bene facit,quod uoluit Bald. in d.l.imperium.col.7.& in l.ſi.ff.de offi.prçſe.uigil.qui dixit,quòd pœnæ pecuniariæ,quæ non continent publicationem bonorum, non dicuntur meri imperij, & ꝙ propterea ueniunt ſub conceſsione caſtri, in quo quis ſibi reſeruat merũ imperium, ſubdens ſatis ad propoſitum,ꝙ utæ pœnç pecuniariæ redactæ ad inſtar ciuiliũ,& infra trecentos aureos,competunt iure magiſtratus,& ſic per ſimilitudinem magis,quàm per ſpeciẽ accedunt ſimplici iuriſdictioni.
97 ¶ Et licet iſta de reſpon.ſit cõmune reprobare,prout referunt Pau.de Caſtr.Alexan.& Iaſon.in d.l.imperiũ.attamen contraria opinio procedit,quando talis pœna pecuniaria imponeretur pro aliqua cauſa criminali ad publicam utilitatem,ut delicta puniatur, ex quo tunc conuenit definitioni meri imperij, quæ eſt gladij poteſtas, & animaduerſio in facinoroſos homines,cùm iſtud poſsit intelligi nedum de gladio materiali, & ferreo,ſed etiam de gladio legali, & punitiuo in ære.maximè tamen, quum etiã leuis mulcta dicatur eſſe meri imperij,prout communiter dicunt doct.in d.l.imperium. ſed ubi talis pœna pecuniaria deſcendit ex cauſa ciuili,tunc rectè poteſt procedere opinio Bald.cum non militet ratio ſuprà dicta,nec doct.Bal.impugnantes loquuntur in hoc caſu: ſed ſolùm,quãdo pœna imponitur pro cauſa criminali ad punitionem delinquentium,ut prædixi.& quòd aliud ſit dicendum,ubi pœna pecuniaria imponitur pro cauſa ciuili, adduco quod uoluit Bal.in d.l.fin. de peda.iudic.colum.penul.qui dixit,quòd licet conceſsio mixti imperij,& iuriſdictionis in caſtro non contineat cauſas criminales, & pecuniarias cõdemnationes:quòd tamen ſecus eſt,ubi talis pœna pecuniaria uenit incidenter in ciuili proceſſu, quia tunc non dicitur eſſe meri imperij,ex quo incidẽtia regulatur ſecundum principale,cui incidũt.& ad hoc facit,quod uoluit Bal.in l.ſi qua per calũniam. C.de epiſco.& cleri.qui dixit,quòd ſi papa concedit alicui omnes pœnas ciuiles in aliquo caſtro, quòd ueniunt pœnæ pecuniariæ.
98 ¶ Nec obſtat id,quod dictũ eſt, quòd ubi pœna uenit applicãda fiſco,dicitur eſſe cauſa criminalis,. nã iſtud procedit ubi talis pœna imponeretur pro aliquo delicto: aliàs ſecus, ut eſt de mẽte Bal.in l.ſi.C.de litigio. & clariùs uoluit Alexand.in dicta.l. iij.de ſepultu.uiola.in additi. Nam ſub iſta conſideratione dicitur cauſa criminalis, ubi pœna applicatur fiſco.quia agitur ad uindictam publicam, & ſic ad punitionem delicti,prout declarat Moder.Papienſ. in rubri.C.de iudic.& ad hoc facit, quod uoluit Barto.in dicta l.tertia. de ſepul.uiola.dum dicit quòd tunc cauſa dicitur criminalis,ubi pœna applicatur fiſco ex accuſatione: & ſic ex delicto:& per cõſequẽs ſentit aliud eſſe, ſi pœna applicaretur fiſco aliter, quàm ex accuſatione:

vel

99 uel delicto.¶ Præterea dato,quòd dicta cauſa eſſet criminalis, tamen cùm iſtæ pœnæ pecuniariæ ſint redactæ ad inſtar ciuilium,ut prędixi, huiuſmodi pœnarū exactio ſpectaret ad habentem iuriſdictionem ciuilem,cùm magis per ſimilitudinē quàm per ſpeciem accedat iuriſdictioni ciuili,ut dixit Bal.in d.l.fin.ff.
100 de offi.præfe.uigil. ¶ Et ad declarationem etiam prædictorum ſubnectam aliqua,quæ ſunt ad declarationē meri,& mixti imperij,& ſimplicis iuriſdictionis.& de gradibus meri imperij dicũtur eſſe iſta,uidelicet:adéptio uitæ naturalis in totum, uel in partē per abſciſsionem membri:item adéptio uitæ ciuilis, ut quãdo per deportationem perditur ciuitas & libertas:itē relegatio,& tortura,quæ fit ad pœnã delicti:item ad leuia crimina modica coerctio corporalis, & lenis mulcta,prout eſt communis conclu.doct.in d.l.imperium.mixti uerò imperij,& iuriſdictionis dicuntur eſſe iſta,uidelicet: modica coerctio uerbalis,quæ fit coercẽdo cõtumaces per denegationem audientiæ.condẽnatio in expenſis dicitur eſſe mixti imperij,ut dicũt doct.in d.l.imperiũ. tortura in cauſis ciuilibus ad ueritatē eruẽdã,puta,ut teſtes uiles torquean̄tur,dicitur eſſe ſimplicis, iuriſdictiõis,ut dixit Albe.& Bal.in d.l.imperiũ.item carceratio, ſi non fiat ad punitionem delicti,eſt mixti imperij, uel ſimplicis iuriſdictiõis, ut dixit Ange.in d.l.imperium.& in l.magiſtratibus.eo.tit.item excommunicatio contra contumaces ad inſtantiam partis dicitur eſſe ſimplicis iuriſdictionis,ut dicit Abb.in capi.cùm contingat.colum.6.de fo. compe.

¶ Annotentur bona contumacis. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio bonorum contumacis fieri debet uel poſt contumaciam contractam,uel ante.& 3.& in quibus caſibus fiat.*

2 *Baro ſi eſt contumax,eius caſtrum cõfiſcatur quo ad adminiſtrationē iuſtitia.*

4 *Bonorum mobilium appellatione an contineantur uua matura.*

5 *Contumax an intra annũ poſsit alienare de bonis annotatis.*

6 *Annotatio bonorũ qualiter fieri debeat,& quæ bona debeant inuentariari,& annotari.& 7.*

8 *Debitorum nomina an contineantur ſub appellatione bonorum mobilium.*

9 *Molendina,quæ ſuper aquis meant, atque ambulant,an ſint mobilia,& quid de molis.nu.10*

11 *Bonorum mobilium appellatione an ueniat pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum.& quid de pecunia redacta ex uenditione rei ſtabilis.nume.12.& quid de pecunia depoſita in bancis.nume.13.& quid de columnis affixis in domo,an ſint inter mobilia cenſenda.nu.14.*

15 *Bonorum mobilium appellatione an ueniant aſcriptitij aſini,& boues.*

16 *Rei uendicatio poteſt intentari per filios contumacis ad recuperandum partem bonorum.*

17 *Debitoribus contumacis poteſt mandari*

dari per iudicem, ne ſoluant contumaci.

18 *Bona cōtumacis, quæ ſeruando ſeruari non poßunt, an poßint alienari.*

19 *Peculium caſtrenſe, & quaſi caſtrenſe an confiſcetur.*

20 *Fiſcus in totum ſuccedit contumaci mortuo patre contumacis non habentis filios.*

21 *Exhæredari poteſt filius ex ſola cauſa foriudicationis.*

22 *Fiſcus an ſuccedat foriudicato ſolùm in ea parte, in qua inſtitutus eſt foriudicatus à patre.*

23 *Vxores foriudicatorum an recuperēt iura dotalia. & 25.*

24 *Mater foriudicati quid habeat in bonis ipſius. & 25.*

FISCVS.

SAt prata biberunt in materia excuſationis à contumacia, adeò, ut nihil, aut parum remaneat dicendum. ſequitur, ut uideamus quid aliud debeat facere iudex poſt contumaciā reorum contractam. proſequere igitur domine iudex, licet agnoſcam calores æſtiuos ſatis te tædio afficere. ¶ IVDEX. Timor claſsis Turcarū, quę nunc aduenit in his partibus, & calores æſtiui, cùm ſit dies undecimus menſis Iulij, & quædā alia maioris importantiæ, quæ nūc taceo, adeò me conturbāt, ut meliùs eſſet tacere, quàm alloqui: ſed ne uidear otio deditus, aliqua fragmenta in medium afferam: rogo autem, ut ſi in aliquo deficiam, mihi id nō imputetur: & ideo ſcias, quòd reputato aliquo cōtumace, debeat iudex procedere ad annotationem bonorum, & cōfectionē inuentarij: licet multoties, & ut plurimū iudices timentes de nō comparitione citati, ante contumaciā contractā ſolent procedere ad dictam confectionē inuentarij, quod quidē permittitur, ne res fiſco defraudentur, & occultentur. ſecundū Bart. in l. poſt contractū. circa fin. ff. de dona. & firmat Afflict. in conſti. grandis. in vij. not. in fi. maximè, quia in regno cōtracta contumacia, ſtatim irremiſsibiliter eſt acquiſita fiſco tertia pars bonorum mobilium, ut habetur in conſtitu. grandis. de quo plenè per Afflic. in cōſti. pœnam noue unciarum. in 4. not. & hæc annotatio bonorum etiam de iure communi debet fieri. ut l. j. & ſequen. ff. de requi. re. & l. j. C. eo. tit. & hodie in regno eſt cōfirmatū per cōſti. grandis, utilitas. qua etiam ſtatutum eſt, quòd nō requiritur, quòd annotatio bonorum perueniat in notitiam citati: ſufficit enim quòd fuerit legitimè citatus. & ulterius per d. conſti. grandis. eſt ſtatutum, quòd omnia bona mobilia, & immobilia contumacis debeant annotari, & deſcribi, & quòd bonorū mobilium tertiam partem in ſui cōmodum fiſcus conuertat, ei irremiſsibiliter acquiſitam propter contumaciā accuſati. alia uerò bona ſic annotata, & deſcripta cōſeruabuntur, ut ſi contumax intra annum cōparuerit, & ſuam contumaciā purgauerit, recuperet dicta bona: quòd ſi minimè intra annum cōparuerit, bona ipſa fiſco uendicantur, niſi habuerit cōtumax filios, quia tūc, ſi contumax unicum filium habuerit, bona ipſa æqualiter diuidētur inter fiſcum, & illum

illum filium:& ſi duos filios habuerit contumax,fiſcus habebit tertiã partem bonorũ contumacis: & ſic ſi plures habebit, uel ſi habuerit partem,quia ſuccedet præter quàm in bonis feudalibus,ut habetur in cõſti.foriudicatorum bona.alia uerò bona mobilia contumacis elapſo anno irremiſsibiliter ſunt fiſco acquiſita,taliter,quòd nõ ſit diſtinctio,habeat ne liberos,an non,ut habetur in d.conſtit.foriudicatorũ. & ibi per glo.& Affli.Diſtinctio autem an habeat filios,an nõ,ſit ſolũ in bonis ſtabilibus,ut ibi habetur: ſi autem contumax habebat bona feudalia,& tunc ſi ſint quaternata, quę poſsidentur in capite à rege,& tunc ſi habet filios impuberes,regia curia prouidet eis de balio, ac ſi mortuus eſſet eorum pater,& uiriliter diuidẽtur fructus feudorum inter fiſcum,& dictos pupillos durante uita ipſius cõtumacis:eo uerò mortuo omnes fructus percipiẽtur per balium cõſtitutum:& finito baliatico,& mortuo dicto contumace, naturaliter omnes fructus redintegrãtur dictis filiis.ſi autem contumax habet feuda nõ quaternata,ſed ea,quæ tenentur à barone,ſi quidẽ non habet filios,neq; parentes,illa feuda reuertuntur baroni,à quo tenentur,& non regiæ curiæ.ſi uerò habet filios,fiſcus regius habebit ratam fructuũ feudorum predictorũ tãquàm unus filius uiuẽte tantũ ipſo foriudicato.quos quidẽ fructus habebit fiſcus,quẽadmodum habet omnia bona mobilia contumacis,ut plenè habetur
2 in cõſti.regni,incip.ſi quando.¶ Et notandum eſt,quòd ſi aliquis baro efficeretur cõtumax,ultra pœnam tertiæ partis bonorũ immobilium infiſcãtur caſtra,& caſalia quo ad iuſtitiæ adminiſtrationem,ut refert fuiſſe deciſum in ſacro regio conſi. Capi.in deciſi.151.incipien.in cauſa nonnullorũ baronum.¶ I N Q V I. 3
Sed quæro in quibus caſibus fieri debeat annotatio bonorũ? ¶ I V D. Dicas,quòd debet fieri in delicto, pro quo uenit imponenda pœna mortis naturalis,uel ciuilis,ut habetur in d.cõſti.grandis.& ibi not. per docto.ſed per capitulum regni incip.ſiue quis ſit forbãditus.additur etiã:ubi uenit imponenda pœna abſciſsionis mẽbri,quia pro eo caſu dicit poſſe procedi ad ſententiam foriudicationis.ergo habet locum annotatio. ¶ F I S C V S.Prædicta dicerem procedere de annotatione ſolẽni omnium bonorũ ad effectum,ut poſsit perueniri ad ſententiã foriudicationis,ſed nõ procedunt quo ad inuentariũ ſimplex bonorũ mobilium,quia poteſt fieri in quolibet delicto,cũ propter contumaciam fiſcus lucretur tertiã partem bonorũ mobiliũ.imò plus dico,quòd tale inuentariũ nedum in quolibet delicto poteſt fieri de bonis mobilibus ad effectũ cõfiſcandi tertiã partem,ſed etiam poteſt fieri de omnibus bonis etiã ſtabilibus.quia elapſo anno,in quo quis perſiſtit in cõtumacia,licet in multis delictis non poſsit foriudicari, tamen omnia bona talis cõtumacis propter ſuã contumaciã applicantur fiſco,ut habetur in d.c,ſiue quis ſit forbanditus.de quo ſupra mentio

mentionẽ feciſti.¶I V D E X.Vtiq;
iuri conſonam cenſeo opinionem
4 tuam,& ideo tranſeo cũ ea.¶F I S.
Verum in tertia parte bonorũ mo-
bilium contineantur uuæ maturæ?
I V D E X.Dico,quòd nõ,quia ſunt
pars ſoli.l.fructus pendentes.ff.de
re.uen.l.fi.§,fina.ff.quæ in frau.cre.
fa.ſunt. & plenè per Tiraquell.in
5 tra.de utro.retra.fol.83.nu.37.¶F I-
S C V S.An contumax poſſit intra
annum alienare de bonis annota-
tis?¶I N Q V I.Videtur dicendum,
quòd ſic,quia eſt dominus bonorũ
uſq; ad finem anni:& ſub cõditio-
ne ſunt fiſci,uidelicet,ſi non cõpa-
ret,& purgat contumaciã intra an-
num:& quãdo aliquid debetur ſub
conditione poteſt alienari,arg.l.&
poſt.§.res.ff.famil.herciſ.ubi habe-
tur,ꝙ id,quod debetur ſub condi-
tione,poteſt diuidi.ergo permitti-
tur alienatio,quia alienatio,& di-
uiſio idem uidetur.l.j.C.communia
utri.iud.itẽ,quia poſt contractũ ca-
pitale crimẽ nõ prohibetur aliena-
tio.l.& poſt contractũ.ff.de dona.
¶F I S.Mihi uidetur totũ contrariũ
poſſe dici,quia nec ei poteſt ſolui à
debitore ſuo,ne fuga eius fiat in-
ſtructior.l.fi.in fi.ff.de requi.re.itẽ,
quia & poſt contumaciã cõtractã,
& poſt annotationem,eſt ei inter-
dicta adminiſtratio bonorũ, ergo
alienare nõ poteſt,ut dicit Bar.in l.
& poſt cõtractum.ff.de dona.item,
quia diſtribuũtur,& annotãtur bo-
na poſt bannum,& infiſcãtur lapſo
anno,& ſic fiſcus alienata ante an-
num recuperabit.l.fi.C.communia
de leg.¶I V D.Hanc ultimã opinio
nem approbãt And.de Iſer.& Affli.
in cõſti.grandis utilitas,in antepe
6 colũ.in iij.q.& eam ſequor.¶F I S.
Qualiter debeat fieri huiuſmodi
inuentariũ?I V D.Dicas,ꝙ hoc de-
ſcribit particulariter tex.l.ſi quis in-
tra.C.de bo.proſcripto.ubi dicitur
ſi quis intra prouinciã pro qualita-
te delicti ſentẽtiam proſcriptionis
ſcilicet cõfiſcationis incurrerit,per
ordinarij officij ſolicitudinẽ bono-
rum eius indago diligẽtiſsimè cele
bretur,ne quid priuatæ rei cõmo-
dis per gratiã,atq; colludium furto
ſubducatur,& plena deſcriptio cõ-
prehendat quod ſpatiũ,& quod ſit
ruris iugerũ:quid aut incultum ſit,
aut colatur:quid in uineis,oliuetis,
aratoriis,paſcuis,ſyluis fuerit inuẽ-
tum:& quæ gratia,& quæ amœni-
tas ſit locorũ:quis in ædificiis,aut
poſſeſsionibus ſit ornatus : quæue
mancipia in prædiis occupatis,uel
urbana,uel ruſtica,uel quarũ artiũ
generibus imbuta teneantur:quot
ſint cenſuarij,uel coloni:quot bo-
num exercitiis terrarũ,atq; uome-
ribus inſtruẽtium : quot pecorum,
atq; armentorum greges:& in qua
diuerſitate ſint dinumerati:quantũ
auri,& argẽti:ueſtiũ,ac monilium,
uel in ſpecie,uel põdere,& in qui-
bus ſpeciebus : quidue in apothe-
cis ſit repertum.& hæc ſunt uerba
formalia text.d.l.ſi quis intra.& ſic
habes formam cõficiendi inuenta-
7 rium.¶F I S C V S.Quæ bona de-
beant deſcribi,& inuentariari?¶I V-
D E X.Dicas,ꝙ debeat deſcribi in-
ſti.debitorũ, & creditorũ,ut habe-
tur in l.fi.C.de bo.uacãti.lib.x.¶Itẽ
debẽt deſcribi omnia ea,quæ male
factor poſsidebat tẽpore maleficij
com

cõmiſſi,etiã ſi nõ cõſtet eſſe ſua:& ſi alius prætendat ius in eis,ſibi incumbit probatio,ut C.ne uxor pro ma.l.ob maritorum culpam.& ibi gloſ.& ponit Alber.de Roſa.in d.l.
8 ſi quis intra.¶FISCVS. An nomina debitorum contineantur ſub appellatione mobiliũ,ut ſic de eis debeatur tertia pars fiſco?& uidetur dicendum,quòd ſic,ut eſt gloſ. in l.mouentium.ff.de uerbo.ſignifi. arg.l.ij.§.mobiles.C.quãdo,& qui. quar.pars.& pro hoc uidetur text. in l.unica.§.exactio.C.de rei uxo. actio.iuncta gloſſ.in uerbo,in corporalibus.& ibi etiam Bal.& tex.in l.poteſt.ff.de author.tuto.& ibi gl. ¶INQVISITVS. Sed in contrariũ tenet gloſ.in l.ulti.C.in qui. cau.in inte.reſtit.non eſt ne.argu.l. ait prætor.§.j.ff.de iure delib.& gl. in c.ij.in uerbo,iura.de re.eccle.nõ alie.lib.vj.dum no.ex eo text.iura. atq; omnia incorporalia poni inter immobilia.& facit l.C.de lon. temp.præſcri.ubi incorporalia pręſcribuntur, ut immobilia. ¶IVD. Hãc ultimam opinionem,quòd nõ ſint computanda nomina debitorũ inter immobilia,tenent Spec.in tit. de fructi.& inte.§.ſcias igitur.uerſi. ſed pone prælatus.ibi.ij. quæritur. & Bar.& Raphael Fulgo.in l.quam Tuberonis.§.ultimo.ff.de pecul.& Bart.in l.ſi conuenerit.la ij.in prin. ff.de pigno. actio. & Gand.in ſuo opere male.in tit.omnium poſtremo.col.antepe.uerſi.item pone in ſtatuto.& Alber.de Roſa.in l.mouentium.ff.de uerbo.ſignifi.& ultra omnes pleniſsimè per d.And.Tira. in tra.de utro.retra.fol.73.nu.9.§.j. glo.vij.ubi finaliter concludit,neq; mobilia,neq; immobilia cẽſeri nomina debitorum:& hanc opinionẽ uideo eſſe communem,& ubiq; ſer
9 uari. ¶FISCVS. An molendina, quæ ad inſtar nauium ſuper flumina meant,ac ueluti ambulant,ſicut ſunt in Tiberi,& Capuæ,ut tradit Pau.de Ca.in l.fluminum.in prin.ff. de dam.infect.ſint mobilia,an immobilia?¶IVDEX.Fran.de Ripa in l.quominus.num.126.ff.de flumi. dicit,quòd ſunt mobilia:ſed molendina,quæ tanquàm domus in terra,aut in ripis fluminum fiũt,illisq; adhærent,ſunt immobilia,ut plenè habetur per And.Tiraquell.in trac. de utroq; retra.fo.101.nu.92.in glo.
10 vij.§.j.¶Et etiam molæ ipſius molendini,quandiu illi ſunt applicitæ, non dicuntur mobilia,ſecundũ Bal. in c.cõtigit.col.pe.uer.quæro nunquid molæ.extra,de do.& contu.& eſt ratio,quia eſt una contignatio. l.eũ,qui ædes.ff.de uſucapio.& ha-
11 betur per Tiraquel.ubi ſup. ¶FISCVS.Nunquid pecunia deſtinata ad emptionem prædiorũ,dicatur res mobilis,uel immobilis?& uidetur dicẽdum,quòd ſit res mobilis, cũ ſimpliciter pecunia eſt res mobilis,ut uoluerũt con.Bal.Alber.in l.ea demum.C.de colla.& Specu.in ſi.de fru.& intere.§.j.uerſi.quid de libris.& Bal.cõſil.416.præmittendũ eſt.col.ij.lib.ij.& apertè probat tex. in §.& quia parum.in auth.de nup. imò non ſolũ eſt mobilis,ſed eſt de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,ſecundũ Bar.in l.ſi ex legati cauſa.& ibi.Ro.& Fran.Arc.& latè Barba.ff.de uerb.obli.per tex.in auth.

auth.ut hi,qui obli.ſe hab.per hi.res
mino.& in l.Ariſto.§.ult.cum l.ſeq.
ff.de iure deliberan.& in §.conſti-
tuitur.inſtitu.de uſufruct. hinc eſt,
quòd poteſt alienari ſine decre.cu-
riæ per minorem, ut habetur per
Bar.in d.l.ſi ex legati cauſa.uerſicu.
quid ergo,ſi debet.& Bal.in l.ſi cu-
ratorem habens.col.ij.uer.hic adde
unum.C.de in integ.reſti.mi.& idē
de pecunia eccleſiæ uoluerunt Pa-
nor.Pe.Anca.& Barba.in c.cum cō-
ſtet.de pignori.& Alexan. conſi.92.
lib.vj.¶ I N Q V I. Licet pecunia ſit
res mobilis,& quę ſeruando ſerua-
ri non poteſt,& quæ ideo poſsit à
minore & ꝓlato alienari abſq; ſolē
nitate,tamen ſi ea deſtinata ſit ad
emptionem prædiorum, uicem rei
immobilis obtinet,ut dicit Rapha.
Cu.in l.à diuo Pio.§.ulti.per illum
tex.ff.de re iudi.& in l.cætera.§.ſed
ſi ſeparauit.ff.de lega.j.ideo nec ea
ſine decre. iudicis alienari poteſt,
ſicuti nec alia immobilia ipſius mi-
noris.per l.quid ergo.§. uſuras.uer
ſicu.quid ergo.& ibi Ro.ff.de con-
tra.& uti.actio.tute.& uoluit idem
Roma.in d.l.ſi ex legati cauſa.colū.
iiij.& ibi poſt eum Fran.Aret.colū.
iiij.uer.addit etiam dominus meus.
& Barba.colū.xiij.& Roma. ſingul.
103.tu habes, quòd pecunia. & ibi
ad hoc adducit text.in d.§.uſuras.
¶ F I S C V S. Sed in cōtrarium te-
nent in hoc Iac.Raph. Cy.Ray.Bal.
& Ang.Imol.Floria.Alex.Fran.Are.
& Iaſ.in d.l.cætera.§.ſed ſi ſepara-
uit.ff.de leg.j.ubi dicunt non habe-
ri pro re immobili pecuniam deſti-
natam ad emptionem prædiorum.
¶ I V D. Huius controuerſiæ cardo
in eo uertitur,an deſtinatio habea-
tur pro re perfecta.de quo per So-
ci.in conſi.249.colū.pen.uerſi.circa
quartam. lib.ij.& Alber. in ij. parte
ſtatut.in q.205.Bar.& alii in d.§.ſed
ſi ſeparauit.& Alex.cōſi.98.alias de
facto conſultus.uer.& non obſtat,
quòd deſtinatio.lib.iij.& Fran.Arę.
conſi.vj. uiſo inſtrumento diuiſio-
nis.in ij.dubio.& latiſsime per Fel.
in c.cū adeò.col.ij.uerſi.deſtinatio.
extrà,de reſcrip.in quibus locis de
ſolutione quæſtionis latè habebis.
12 uide eos. ¶ F I S. Quid de pecunia,
quæ redacta eſt ex uenditione rei
ſtabilis,an mobilis, an immobilis
cēſenda ſit?& uidetur dicēdū,ꝙ ſit
cōnumerāda inter mobilia.ſecūdū
Iac.Raph.Cy.Alber.Bal.Corne.Phi
lip.in l.ea demum.C.de colla.& te-
nuit Firmia.in ſuo repert.in uerbo,
bona mobilia.uerſi.iiij.¶ I N Q V I.
Sed uidetur dicēdum,quòd ſit im-
mobilis. nam eius naturæ cenſeri
debet,cuius res erat,ex cuius uen-
ditione confecta eſt,& quæ ſit ſub-
rogata in locum illius, ut habetur
per Maſſuer.in tī.de ſociet.§.itē no
mina,ſeu debita.& id uidentur uo-
luiſſe Raph.Fulg.Alex.& Fran.Are.
in d.l.ea demum.¶ I V D E X.Prima
opinio uerior eſt,& tenenda eſt,ut
dicit Tiraque.in trac.de utro.retra.
fo.108.nu.112.§.j.in gl.vij.¶ F I S C.
13 Quid de pecunia repoſita in ban-
cis,an inter mobilia connumerāda
ſit? & uidetur dicendum, quòd ſic,
per ſuprà allegata. ¶ I N Q V I. Sed
contrarium tenet Bal.in c.cūm cau
ſa.extrà,de re iudi.ad fi.ubi uoluit,
quòd connumeratur inter immo-
bilia.¶ I V D E X. Et hanc opinio-

nem approbat Andre. Tiraquel.in
trac.de utro.retra.in glo.vij.§.j.fol.
14 108.nu.113.eamq; ſequor.¶F I S C.
Quid de columnis affixis domui,&
de ſtructuris factis ex tabulis,quæ
æſtate tolluntur , & hyeme po-
nuntur,an inter immobilia compu
tentur?& uidetur dicendum , quòd
aut ſunt ædibus affixa, & dicentur
immobilia:aut ſunt ſeparata,& di-
centur mobilia.ſecundum Afflic.in
trac.protomixeos.col.xiij.uer.ſub-
ſequenter quæro.& poſt eum Caſ-
ſa.in conſil.Burgu.in tit.de retra.§.
j.uerbo,ſont heritage.col. pen.uer.
quæro ulterius.& hoc dicunt nota-
ri à glo.in d.l.fundi.ff.de act.empt.
¶I V D. Hanc opinionem ſequitur
Tiraquel.in trac.de utro.retr.in lo
co ſæpius allegato.nu.114.ſed dicit
illam gloſſ.nihil dicere de hoc , ad
quod allegatur per ſuprà allegatos
15 doctores.¶F I S. Quid de aſcripti-
tiis bobus,& aſinis , & aliis ſimili-
bus fundo inſtruendi gratia illius
additis? ¶ I V D. Quo ad aſcripti-
tios,quandiu glebæ inſiſtunt,inter
immobilia computantur . ſecũdum
Bal.in l.j.col.vj.uer.tertiò oppo.C.
de ſer.fugi.per l.iubemus.C. de ſac.
ſanc.eccle.& l.ſi quis inquilinus.ff.
de legatis primo.& ſequitur Afflic.
in conſtitu.errores.col.j.in ij.no.&
ſequitur Tiraquel.in allega.tra.fol.
109.nu.118.glo.vij.§.j.ſed ſecus eſt
in bobus,& aſinis,licet additi ſint
gratia inſtruendi fundi, quia inter
mobilia connumerantur,ut ibi per
16 Tiraquel.habetur. ¶I N Q V I. Sed
quia ut plurimum fiſcus ſolet inua-
dere omnia bona contumacis, qua
actione ergo agunt filii contuma-
cis pro recuperatione partis eis
cõtingentis?¶ I V D E X. Dic,quòd
poſſunt intentare rei uẽdicatione.
ſecundum And.de Iſer.& Afflict.in
conſtit. foriudicatorum bona.quia
illa conſti.diuidit bona inter filios,
17 & fiſcum.¶F I S C .An iudex poſſit
mandare debitoribus contumacis,
ne ſoluant cõtumaci,uel alteri pro
eius parte? ¶ I V D E X. Dicas , ꝙ
ſic,ut eſt tex.in l.fi.§.fin.ff.de requi.
18 reis.¶F I S C V S. Quid ſi in bonis
contumacis ſint bona,quæ ſeruan-
do ſeruari nequeunt,quid faciet iu
dex?¶I V D E X.Dicas,quòd iube-
bit ea uendi,& quòd pretium repo
nitur penes tertium,ut l.fi.ff.de re-
19 qui.reis.¶Et eſt notandum , quòd
ſi filiusfamilias eſt contumax , non
confiſcabitur peculium caſtrenſe,&
quaſi caſtrenſe,nec profectitium.ut
eſt text.in l.ſi filius.C.de bo.pro.&
20 ibi Bal.¶Item mortuo patre contu
macis,& foriudicati ab inteſtato fi-
ſcus in totum ſuccedit,ſi non habe
bit alios filios,ut eſt cautum per re-
gni conſtitu.incip.ob filiorum cul-
pas.ſub rubrica,ut pa.for.ne ex de-
lic.fi.po.conde.& ibi per Afflict.pri
21 mo notab.¶ Et ſi pater foriudicati
feciſſet teſtamentum , & exhære-
daſſet filium foriudicatum , ſola
foriudicatio fuit iuſta cauſa exhæ-
redandi filium , & ſic fiſcus nihil
debet habere . ſecundum Iſern. &
Afflict.in conſtitutio . ob filiorum
culpas . ubi Andr . dat pro caute-
la , ut pater exhæredet filium for-
iudicatum . quia ſic excludetur fi-
22 ſcus . ¶F I S C V S. Sed quid ſi pa
ter foriudicati facit teſtamentum,
& relinquit certum quid filio,ut in

eo tantum ſuccedat fiſcus, an fiſcus poſsit petere partem uirilem contigentem ipſi filio? ¶ IVDEX. Afflict. in conſtitutio. ob filiorum culpas. in ij. notabi. uerſicu. item quæro. decidit, quòd ſuccedit fiſcus ſolum in ea parte, in qua fi-
23 lius ille eſt inſtitutus. ¶ INQVI. Sed quid de uxoribus contumacium? an aliquam patienter moleſtiam ſuper dotibus, & iuribus dotalibus, donationibus propter nuptias, quarta, & dotariis conſtitutis? ¶ IVD. Dicas, ꝙ non, ut habetur in conſt. regni. pœna carere. quę concordat cum l. ob maritorum. C. ne uxor pro mari. & non obſtante, quòd uiuant eorum mariti, poſſunt tamen petere eorum iura dotalia, quia ſi ſunt foriudicati, habentur pro mortuis quo ad iſtum effectū recuperandi dotes, ut in conſtitu. pœnam eorum. & habetur per Afflict. in d. conſtitu. pœna carere. in
24 prin. ¶ Similiq; modo poteſt mater recuperare dotes, & iura dotalia ſuper bonis filij cōtumacis, & foriudicati, ſi filius eſt hæres patris ſui. & ſi cōtumax non habeat liberos, habebit etiā medietatē omniū bonorū ipſius contumacis filij, deductis dote, & omnibꝰ iuribus dotalibus, ut bene declarat Afflict. in d. conſti.
25 pœna carere. 2. no. ¶ Nec fiſcus poteſt opponere uxoribus, & matribus cōtumaciā, ꝙ habēt inſti. confeſsionū de recepto tantū, & non probant uerè ſoluiſſe, ut habetur late per Afflict. in conſti. cauſas. & in dicta conſt. pœna carere. quod puto uerum, quando confeſsio eſſet facta ante delictum commiſſum.

¶ Banniantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Bannum quid ſit.*
2 *Bannitus etiam in cauſa ciuili non poteſt comparere per procuratorem. 55. 60.*
3 *Bannum debet publicari per ciuitatem. & 7.*
4 *Banni forma quæ ſit.*
5 *Bannū debet cōtinere nomen iudicis, & cauſam, & alia, ut ibi. Et debet continere particulariter contumaciam. 6.*
8 *Bannum non debet publicari diebus feriatis.*
9 *Banniti non debent receptari.*
10 *Receptator bannitorū qua pœna puniatur.*
11 *Et an ratione affinitatis minoretur pœna.*
12 *Vxor receptans uirum foriudicatum quomodo puniatur.*
13 *Receptans bannitum ignoranter, an puniatur.*
14 *Receptans bannitum toleratum à ſuperiore, an puniatur.*
15 *Tabernarij receptantes bannitum, an puniantur.*
16 *Receptans bannitum propter inueteratam amicitiā, an minus puniatur.*
17 *Receptans delinquentem tantùm, an puniatur.*
18 *Receptans bannitum per uim non punitur.*
19 *Aduocatus, & procurator an puniantur, ſi poſtulant pro bannitis.*
20 *Receptans bānitum, & poſtea curiæ prodens, an puniatur.*
21 *Literas, uel nuntium mandans contumacibus, an puniatur.*
22 *Receptare quis dicatur.*

23 *Bannitus debet capi à quocunque.*

24 *Vaſſalli tenentur dare auxilium curiæ ad capiendum bannitos.*

25 *Bannitus largo modo dicitur rebellis curiæ.*

26 *Bannum quo tempore debeat publicari.*

27 *Banniri an quis pro omni crimine poſſit.*

28 *Bannum in quantum ſe extendat.*

29 *Bannitus de uno loco, cenſetur bannitus de loco adiacenti.*

30 *Bannito Titio, ſi duo eius nominis eodem loco habitēt, ille cenſetur bannitus qui aufugit.*

31 *Bannitus ab uno iudice, poteſt capi ab alio.*

32 *Bannum an poſſit à quolibet officiali remitti.*

33 *Vniuerſitas contumax qua pœna puniatur.*

34 *Et an banniri poſſit.*

35 *Bannum an ualeat contra filios Titij non expreſſis nominibus.*

36 *Bannitus an poſſit iterum banniri.*

37 *Bannitus an deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis.*

38 *Iudex an poſſit cognoſcere, & bannire committentem delictum in ſe: uel ſuam familiam.*

39 *Notarius bannitus de magno, & famoſo crimine: an interim poſſit conficere inſtrumenta.*

40 *Bannitus qui poſt duos menſes ſe uoluntariè præſentat, an debeat omnino carcerari.*

41 *Contumax quas pœnas patiatur.* 43. 44. 45. 46. 48. 49. 50. 51. 52. 53.

42 *Accuſator contumax punitur.*

47 *Mandati regij contemptor poteſt capitaliter puniri.*

54 *Cōtumacia purgata an faciat indicium ad torturam.*

56 *Procurator pro bannito poteſt comparere, & petere ſe cancellari à banno.*

57 *Procurator an poſſit comparere pro bānito in cauſa incepta ante bannū.*

58 *Pater an repellatur, ubi filius repellitur, quia bannitus ſit.*

59 *Bannitus poteſt per procuratorem excipere de pretio non ſoluto.*

61 *Bannitus per procuratorem an poſſit compenſationem opponere.*

62 *Et an eius fideiuſſor.*

63 *Bannitus, qui ex forma ſtatuti, ſi nō comparet, infra decem dies poteſt impune occidi, an poſſit occidi in decimo die.*

64 *Vniuerſitas an puniatur de receptatione.*

65 *Statuta ſi ſunt contraria, attenditur illud, quod plenius prouidet.*

66 *Vniuerſitas de iure ciuili non punitur de delicto, niſi quando congregata ad ſonum campanæ delinquit.*

67 *Statuta contraria debent ad concordiam reduci, ſi fieri poteſt.*

68 *Rex in indultu generali an uideatur remittere ius partis.*

FISCVS.

HVcuſque uidimus uſque ad actum annotationis bonorum contumacis: uideamus nunc, ſi placet, quid poſthac reſtet fiendū cōtra ipſum contumacem.

1 ¶ IV. Quia poſt annotationē bonorū debet perueniri ad bānimentum reorum, idcirco primò ſciendū eſt, quòd quādo reputatur quis cōtumax, debet in decreto cōtumaciæ decerni, dictum contumacem banno eſſe ſupponendum, quod nihil aliud eſt, niſi extra protectionem ciuitatis eum ponere, ſecundum

dum Bald.in c.j.in prin.iu vj.col.de pa.tene.allegat Cyn.in l.j.C.de natu.libe.inde dicit Bal.in l.j.C.de hæredi.inſti.quòd bannire in foro ſeculari,eſt ad ſimilitudinem excommunicationis in foro eccleſiaſtico, quia ſicut excommunicatio eiicit excommunicatum à communione fidelium:ita bannum in foro ciuili ſeparat bannitum à beneficiis,quæ competant perſonis ſecularibus.

2 ¶ Hinc emanauit ritus magnæ curiæ uicariæ incip.item,ſi aliquis,uel aliqua,qui uult,quòd ſi bannitus citetur ad inſtantiam alterius, etiam pro cauſa ciuili,non poteſt comparere per procuratorem, niſi prius contumaciam purgauerit:& quòd ſi intra mẽſem non purgauerit cõtumaciam,poſt menſem poteſt capi de perſona,ut optime declarat Afflic.in conſtitu.grandis.in 7.nota.de quo ritu infrà latiùs dicam.

3 ¶ Et poſtquàm in decreto cõtumaciæ decretum fuerit, reum contumacem eſſe banniendum,& bãno ſupponendum ,ut ſuprà dixi, banniri debet curia pro tribunali ſedẽte:demum ipſum bannũ debet publicari per ciuitatẽ in locis ſolitis, & conſuetis multis aſtantibus ; & ſic,ubi ſolent conuerſationes gentium congregari, ut habetur in d. conſti.grandis.& ibi not.Affli.in 8. nota.pro quo facit c.ſtatuimus.de male.debetque tale bannum ſecundum eundem Afflictum ubi ſuprà, diuulgari uoce præconia,& alta uoce,ut in auth.de leno. §.præconizamus. licet hoc non requiratur in banno magnæ curiæ uicariæ,quod ſufficit publicari curia pro tribunali ſedente: nec requiritur publicatio, & diuulgatio per ciuitatem;ſed in aliis officialibus,&gubernatoribus prouinciarum remanet id, quod ſuprà dictum eſt, quòd requiritur publicatio , & diuulgatio. aliàs ſi admitteretur, poſſet allegari bannum nullum.arg.l. cùm ij.§. ſi prætor.ff.de trãſact.& eorum, quę no, Abb.in c.cum dilecta.j.col.extra,de reſcri.& ita firmat Afflict.ubi ſupra.

4 ¶ FISCVS.Quæ debent cõtineri in banno,& cuiuſmodi erit forma?¶ IVDEX.Forma banni erit hæc:Nos Frãciſcus Antonius Straticotus ciuitatis Salerni, &c. quibuſuis iuratis,& ſeruiẽtibus noſtræ curiæ, & alterius cuiuſcunque ad infraſcripta requirendo ſcire facimus per præſentes,qualiter formata inquiſitione, & informatione per nos,&noſtram curiam ad querelam Ioannis de Landulfo ſuper homicidio patrato in perſonam quondã Ludouici de Lãdulfo eiuſdem ciuitatis de menſe Octobris proximi pręteriti anni 1545.3.indic. regnante Cæſ.maieſtate, & dominante in dicta ciuitate, in pertinentiis,& territorio dictę ciuitatis, & proprie,ubi dicitur, ala carnalia, iuxta ſuos fines,ſub præſidatu,quo ſuprà,fuerunt ſuper dicto homicidio reperti culpabiles Ioannes Angelus,& alij infrà ſcripti dictæ ciuitatis,qui citati per nos,& noſtram curiam ad ipſam informandũ ſuper dicto homicidio ſub die 4. Martij anno 1546.comparere recuſauerunt in primo,& ultimo peremptorio , fuit proptereà eiſdem prima contumacia accuſata ſub die v.prę-

dicti menſis,& adueniente ultimo peremptorio fuit eiſdem accuſata ultimã contumacia, & per curiam fuerunt condemnati ad pœnam in mandato contentam.ſub die uerò eodem 4. Martij fuerunt ſimiliter citati ad recipiẽdum copiam capitulorum. qui ſimiliter comparere recuſauerunt in primo, & ultimo perẽptorio,ſub die nono eiuſdem fuit eiſdem inſtante querulante,& curiæ coadiutore accuſata ultimã contumacia,& fuerunt condẽnati ad tertiam partem eorũ bonorum 5 mobilium,& decretum,cætera bona fore annotanda,necnõ eoſdem fore ſupponendos banno, mediante decreto ipſius curię lecto,& lato ſub die,quo ſuprà.& qa proceſſum eſt ad annotationem bonorum,& nobis nouiter inſtatum fuit,prædictos contumaces publicè bãniri,ut iuris,& moris eſt, & agnoſcentes iuſtũ peti,propterea dicimus, cõmittimus,&mandamus uobis,quibus ſuprà,ad pœnam unciarũ auri uigintiquinque, nobis, & noſtræ curiæ in caſu contrarij applicandã, quòd receptis præſeptibus ad om- 6 nem inſtantiam dicti querulantis, & curiæ coadiutoris debeatis publicum bannum alta,& intelligibili uoce more præconio in locis publicis, & conſuetis, in quibus uniuerſitas dictæ ciuitatis, & maior pars ipſorum cõgregari ſolet,ema 7 nare, quòd nemo de dictã ciuitate ex nunc in antea cuiuſuis gradus, conditionis, & ſtatus,audeat,ſeu præſumat receptare, nec receptari facere prædictos contumaces inquiſitos,ut ſuprà,nec eis ferre auxilium, fauorem, & conſilium, nec cum eis loqui, conuerſari, potum & eſum dare: ſimiliter nec locum, nec ignem:ſed illos capere,& capi facere acclamando adiutorium:& nobis, & noſtræ curiæ impartiri auxilium ad ipſos capiendũ:ipſique teneantur, tractentur, & reputentur,& habeantur pro rebellibus noſtræ curiæ homicidiariis, & delinquentibus ſub pœna cõtenta in regia pragmatica:& caueat unuſquiſque,ut contrarium non faciat.datum,&c.referatur.¶ Et notandum eſt,quòd ideo poſui nomen gubernatoris,& cauſam ob quam quis bannitur,& alia,ut ſuprà:quia bannum debet eſſe certum, & in ſcriptis:quia debet continere perſonã gubernatoris,& iudicis:item cauſam, pro qua quis bannitur: item nomẽ & cognomẽ illius q bãnitur: itẽ annũ,& menſem:& ſic debet in actis regiſtrari.aliàs ſi ſecus fieret, bãnũ eſſet nullũ,ut in cõſti. grãdis. & ibi notatur per Afflі.in nono nota.bannũ enim ſine cauſa nõ obligat,ſecundũ Bal.in margarita,uerſ. terminus.¶ Itẽ in dicta forma,& tenore bãni poſui,& narraui cõtumaciã cõtractã particulariter, & diſtinctè,eò,quia aliàs nõ ualeret,niſi ſic contumacia exprimeretur,ſecundũ Bal.in l.ſi quis in ſi.C.de fideicõ.libe.& Alexã.in l.ij.§. ignominiæ.de his,qui no.inf. ¶ Itẽ dixi,quòd publicetur in locis publicis,& conſuetis,ex quo bannum fieri debet in multis partibus ciuitatis conſuetis, nec ſufficeret fieri, & diuulgari in uno loco tantùm.ſecundum Bal.in c.j.in vj.col.uerſi.quæro quis citatur.

tur.de mil.uaſſa.qui contu.eſt.facit
c.cum in tux.de his,qui matri.accu
ſa.po.xvj.q.j.Ioan. And.in cle.gra-
uis.uerſic.præconio.de ſenten.ex-
com.Ange.in l.j.§.hęc uerba ſtipu-
latio.ff.ſi cui plus quàm pro l.Falci.
8 ¶Et eſt aduertendum,quòd bannũ
non debet publicari in diebus do-
minicis, & feriatis: & publicatum
talibus diebus non tenet,ſecũdum
Bald.in l.fi.C.de fer.4.nota.& in.l.
ſi ea.in fi.C.quĩ accu.non poſſunt.
9 ¶Item dixi,bannitos non eſſe rece
ptandos,nec eis dari auxilium,fa-
uorem, & conſilium poſſe,ob id,
quia ita cautum eſt,in l.ij.C.de his
qui latro.& in regia pragma.incip.
nos Ferdinãdus. & c.aſsiduo pen-
ſantis.& hoc ideo fit,ut ipſis banni
tis nõ remaneat locus,ubi poſsint
moram trahere,ut dicit tex.in l.iij.
in princip.C.de ſumma trinitate &
10 fide catho.¶Et licet de iure com-
muni receptator bannitorum eſſet
puniendus eadem pœna,qua debẽ
rent puniri ipſi banniti, ut l.j.ff.de
recepta.& l.j.C.de his,q latro.quæ
regula de iure communi in pluri-
bus caſibus non habebat locum,
ut per Afflic.in conſti.de patareno-
rum.in 2.rubrica. tamen in regno
plures pragmaticæ, & capitula ſu-
per hoc prouident,& in primis per
c.regis Caroli incip.dudum contra
proditores,char.viij. ſtatutum eſt,
quòd receptans bannitum incurrit
in pœnam unciarum centum. de-
mum hoc eſt ſublatum per c.regis
Roberti incip.receptatores maleſa
ctorum.char.3:.quo cauetur, quòd
ſi barones receptant bannitos poſt
ſex menſes ſciẽter,poſſeſsio,& do-
mus,uel prædia,ubi ſunt receptati
ipſi delinquẽtes,ſunt fiſci per quin-
que annos:alij uerò puniãtur illa
pœna,qua debet puniri ipſe delin-
quens.& ſi uniuerſitas receptauerit
punitur pœna pecuniaria ibi ſtatu-
ta,ut refert Afflic.in dicta conſti.de
patarenorũ.in 2.rubri.in 2.not.2.q.
Nouiſsimè autem ſuperuenit dicta
regia pragmatica regis Ferdinandi
renouata,& confirmata per ſacram
Cęſ.maie.Caro.v.Imperatoris:qua
ſtatutum eſt,quòd tales receptato-
res puniuntur pœna mille unciarũ,
& alia pœna reſeruata regi.& eſt
ius nouiſsimum in regno,& habet
locũ tam in baronibus,quàm per-
ſonis priuatis, & uniuerſitatibus,
ut ibi habetur,& ita ubique ſer-
uatur in hoc regno ius nouiſsimũ.
11 ¶FISCVS. Sed quid ſi bãnitus
eſt affinis, uel conſanguineus re-
ceptantis, an non obſtante dicta
pragmatica debeat minorari pœ-
na in eo?¶IVDEX. Dicas,quòd
ſic.per l.fin.ff.de receptator.& fir-
mant Andre.de Iſer.& Afflict.in d.
conſtitu. de patarenorum.in 2.ra-
brica.& idem uoluit Iſer.in.c.j.§.re
ceptatoribus.de pa.iur.fir.poſt glo.
& Iaco.de Belui.& uoluit Ioan.de
Ana.in c.ij.de delict.puero.v.col.&
Alexander conſil. 144.in fi.2.lib.&
hoc uerum, niſi receptaſſet agna-
tum, uel cognatum uiolatorem
pacis,&hoſtem publicum,uel con-
demnatum de rebellione contra
principem, ſecundum Andre.in d.
§.de receptatoribus.& Bart.in d.l.
fina.niſi per ignorantiam receptaſ-
ſet, neſciens eum eſſe uiolatorẽ pa
cis,&hoſtem publicũ,uel condem-

natum de rebellione cõtra principem.ſecundũ Andr.in d.§.de receptatoribus.& Bar.in d.l.fi.per l.pri. C.de his,qui la.& proſequitur latè Afflic.in d.conſti.de patarenorum. in 2.q.2.nota.& adde Afflic.in cõſti. pœna carere. 8. nota. & Carrer.in practica crim.§.homicidium.fol.57.
12 nume.40.¶I N.An dicta regia pragmatica habeat locum in uxore receptante uirum contumacé,& foriudicatum? ¶ I V. Alexan.in d.l.fin. argu.l.ſi cum dotem.§.ſinautem in nouiſsimo.ff.ſol.matri.tenet, quòd impune poteſt ipſum receptare. & idem firmat in l.j.C.de diuor.& in c.inter alia. extra,de ſenté.excõ.& no.And.de Iſer.in conſti.pœna carere.uolétes motus,quia hodie nõ fit ſeparatio matrimonij ex aliquo delicto.ut in c.ij.& c.gaudemus.de diuor.& xxxij.q.j.ca.in coniugio.& tenet idem And.in ca.j.§.ſiquis habenté.de pa.tene.& in c.j.§.porro. quæ ſit pri.cau.bene.amitté.& dominus Nell.intra.bãnito.q.xxij.nec ex hoc debent perdere ſuas dotes. ſecundũ And.in d.cõſti.pœna carere.& Sali.in l.j.C.de repu.& habetur in c.regis Caroli ſecundi incip. ité ſtatuimus.& refert, ac ſequitur Afflic.in d.conſti.de patarenorum. & in d.cõſtit.pœna carere.in 7.& 8. nota.& in cõſti.patré pro filijs.in v. no.poſt Andr.ibi,in iij.no.& Carre. in ſua practica.§.homicidiũ.fol.57.
13 nume.41.uerſi.octauò fallit. ¶ I N. Sed utrum ignorans eum eſſe bannitum, ſi receptauerit,teneatur ad pœnam?¶ I V.Si loquimur de iure communi,dicendum eſt,quòd nõ. ſecundũ Bart.in l.j.C.de colo. Illyrica.lib.xj.& Bart.in l.omnes.C.de agri.& cenſi.lib.xj.ut l.j.de deſerto. & in l.fina.C.de fabricen.& dicetur ſciens,ſi publicũ erat,eum eſſe bannitum.de quo per Ange.de Aret.in lib.male.in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit.quod intellige,ut per Bal.in l.ij.C.de his qui latro.occul. & habetur per Afflic.ubi ſuprà.hodie tamen eſt prouiſum in hoc per dictam regiam pragmaticam,quòd ad hoc,ut nemo ſub prætextu ignorantiæ poſſet eludere dictam pœnam,ſtatutum eſt, quòd nullus exterus poſsit receptari ultra binas noctes,quin denuntietur curiæ: & quòd ſi receptatus fuerit ultra binas noctes, & fuerit poſtea repertum eſſe bãnitũ, teneatur receptator ipſe ad pœnam,etiã ſi alleget
14 ignorantiã.¶ I N Q V I S I T V S. Quid ſi aliquis receptaſſet bannitum toleratum à ſuperiore in ciuitate, an receptator ipſius teneatur ad pœnã? ¶ I V D.Dicas,quòd nõ. ſecundũ Salice.in l.nullus.C.de Iudæis.& habetur per Marſ.in pract. cri.§.aggredior.nu.28.quod uerum intelligo,quando talis patientia,& tolerantia fieret palam, & publicè ab ipſo ſuperiore.aliàs ſi fieret clã, & occultè,non poſſet dici tolerantia,& patiẽtia ſuperioris.& hoc puto ꝓcedere,ſiue eſſet ſuperior qui banniuit,ſiue ſuperior ipſius rece-
15 ptatoris.¶I N Q V I S I T V S.Sed an pœna dictæ regiæ pragmaticæ habeat locum in hoſtolanis, & tabernariis receptantibus contumaces,uel eis dãtibus potum,& eſum per tranſitum?¶I V D.Dicas,quòd non.ſecundũ Bart.in l.omnes.C.de agri.

agri.& cenſit. lib.xj.facit l.Seiæ.§. idem quęſijt.ff.de fun.inſtru.& Alexan.in l.j.ff.de recepta.& per Afflic. in conſtitu.patarenorum.in 2.not. in uerſi.ſeptimo fallit. ¶ I N Q V I. Et an receptans bannitum propter inueteratam amicitiam, debeat in eo mitigari pœna?¶ I V D.Dicit Sali.in l.nullus.C.de male.quòd amicitia reproborum eſt repellenda,& ſic non debet excuſare. & ſequitur Afflic.ubi ſupra.in ij.no.in vj.quæſt.

17 ¶ F I S.Nunquid pœna dictæ regię pragmaticæ habeat locum in receptante,uel aliter fauente delinquēti tantum, etiam ſi non ſit bānitus, uel contumax?¶ I V D.Certè.uerba dictæ regię pragmaticæ ſunt clara, & loquuntur de receptantibus delinquētes,latrones, homicidas,uel bānitos.& ſic loquitur de receptāte delinquentem tantum, uel bannitū.& optima ratione uidetur hoc ſtatutum,quia licet non ſint banniti,receptatores tamen ipſorum dicuntur opem præſtare dictis delinquentibus, ſecundum Bart.in l.qui furem.ff.de fur.& non procedit dicta regia pragma.ſi ignorabant receptatores,fures uel latrones fuiſſe.ſecūdum Bal.in l.ſi furti.C.de his qui no.infa.& ſemper dicuntur habuiſſe notitiam, quando eſt publicum,& notorium maleficium,ut l. ſi tutor.ff.de peri.tuto.& ibi Bal.& habetur per Rot.in deciſio. 415.& Bal.in ca.conuenticula.colum.v.de pa.iur.firma.Sali.in l.j.in fine.C.de his,qui la.imò plus dicit Bal.in d.l. prima,quòd ad imponendam pœnam pecuniariā, ut eſt in dicta regia prag.ſufficit probari,quòd erat fama,& rumor de delicto.& de iſta regia pragmatica mentionem facit Carre.in ſua praxi crimi.§.homicidium, fol.57.nume.42.ubi enumerat,& recolligit omnia capitula, & pragmaticas regni loquētes de receptatoribus delinquentium, ubi

18 uideas. ¶ Non tamen dicta regia pragmatica habet locum in eo,qui per uim receptauit delinquentem, non ualens prohibere, ut habetur per Affli.in conſtitu.patarenorum. in 2.no.in 3.ca.& habetur in terminis dictæ regiæ pragmaticæ,ubi ſupra.nume.42. in fi.quos allegat ad hoc Ioan.de Arno.in dialogo. 45.

19 ¶ I N Q V I S I T V S. Sed an habeat locum in aduocato,& procuratore poſtulantibus pro bannitis, & foriudicatis?¶ I V .Ange.de Are. in lib.male.in uerbo,Andream auxiliatorem.ij.colū.tenet, quòd ſic. quia poſtulando pro eis auxilium, & fauorē uidētur dare,& præſtare: per doctri.Bar.in l.poſt legatum.§. ſunt qui putant.ff.de his,qui.ut indi.ſed ibi Aug.de Ari.in addi.tenet contrariam opinionem.& opinionem Ang.ſaluat in bannitis pro crimine læſæ maieſtatis, ut in caſu l. quicunq;.C.de epiſ.& cleri.& idem in hæreticis, ut plenè per Afflic.in conſtitu.inconſutilem.25.nota.quia pro talibus non poteſt poſtulari abſque mandato iudicis. pro aliis uerò licitum eſt abſq; metu pœnæ. & idem firmat Nell.in tra.bannito. in 3.parte 2.tempor.in 26.quæſtio. ubi dicit,quòd clarū eſt poſſe abſq; metu pœnæ poſtulari pro bannitis per uiam iuſtitiæ, allegādo bānum nullum,uel petendo, quòd rebanniantur,

niantur,præter in bannitis pro crimine lęſæ maieſtatis.ſed ubi poſtulatur nō in cauſa,pro qua ſunt banniti:ſed ad defenſionē alterius cauſæ,tunc eſt diſtinguendum : aut ex forma ſtatuti ꝑ illa cauſa, pro qua poſtulatur, eſt permiſſa defenſio ipſis bānitis:aut nō.primo caſu licita eſt poſtulatio ꝑ eis.ſecūdo uerò caſu tenentur ad pœnā de auxilio, ut ibi habetur,& ibi etiam ponit in 27.quæſtio.de allegante cauſas abſentię pro bannitis,quòd licitū eſt, & permiſſum,ut ibidem. & in 28.q. ponit de teſtificāte pro bannito:& ibi dicit,quòd ſi in illa cauſa,ꝑ qua quis teſtificatur, erat permiſſa defenſio ipſi bannito,licitè potuit teſtificari,aliàs non. & eſt aduertendum,quòd cum habemus ritū magnæ curiæ uicariæ,quo cauetur, ut nemo pro bānitis loquatur,poteſt dici,quòd pro eis non poſsit poſtulari.ſecundum diſtinctionem Nelli
20 de ſa.Gemi.¶ F I S.Vtrum pœna dictæ regiæ pragmaticæ habeat locū in eo,qui ſciēter receptauit bannitum pluribus uicibus, & diebus in domo ſua,& demum ipſum prodidit,& cepit,& curiæ tradidit? ¶ I V. Hanc quæſtionem poſuit Nell.de ſan.Gemi.in tra.bannitorum,in iij. parte 2.tempor.in 24.quæſtio. ubi dicit,quòd Alber.in trac.ſtatu.q.68. ponit iſtam quęſtionem,& decidit, quòd debeat puniri, licet ſit mitiganda pœna:& quòd ita fuit determinatum Bononiæ.ipſe tamē Nell. ubi ſuprà,diſtinguit,quòd aut conſtat,quòd ab initio retinuit eū animo receptandi, & poſteà mutato propoſito deliberauit cum iudici præſentare,ut iā fecit,& tunc punitur.ſi uerò hoc nō cōſtat,nō debet puniri,ſed debet præmiari:quia pręſumitur eum receptaſſe,& tenuiſſe, ut curiæ traderet.& ita cum hac di-
21 ſtinctione pertranſit.¶ Et an mandando nuntium, uel literas contumaci, uel foriudicato incidat quis in pœnā banni,quòd nemo loquatur cum bannitis,dicas,ut per Ioā. de Arno.in commentar.191.& uide Bonifa.in titu.quid ſit accuſatio.23. colum.circa medium.& in l.j.§.fi.ff.
22 ad l.Iul.maie. ¶ F I S. Sed quando propriè dicatur quis receptare? ¶ I V D.Dicas,quòd is dicitur receptator,qui malefactorem abſcondidit:non qui dedit ei potum,uel cibum.l.j.§.quod autem. de ſer.corrup.l.j.§.j.& ibi Bart.ff.de recepta.l. qui uas.§.qui furem.ff.de furt.per Bal.Ange.& Sali.in l.j.C.de his,qui latr.Item qui recepta mercede,uel parte rerum ablatarū à fure,furem dimiſit,quem capere potuerit.l.j.in fi.& ibi doctor.de recepta. item,& qui cohabitat.c.ſi clericus,in princ. & ibi Bald.in pri.no.de pa.tenen.in
23 uſi.feudo. ¶ Dixi etiam in forma banni,quòd bannitus capiatur,&c. ob id,quia ad id tenetur unuſquiſque,ſi poteſt,ut l.ij.C.de his qui latro.& in d.regia pragm.eſt expreſſum:& quia bānitus poteſt à quocunque capi.l.fi.C.de maleſi.& mathema.& Bal.in l.j.x.colum.uerſicu. ex his apparet.C.de ſumma trinita. & fi.catho.& capi poteſt quocūque tempore,etiam die feriata,ſecundū Bal.in l.qui bonis.C.qui bon.cede.
24 po.¶ Dixi etiam, quòd impartiatur auxilium curiæ ad capiendum bannitos,

bannitos, quia ad id tenentur ſubditi, ut dixi ſuprà in uerbo, captura.
25 ¶ Dixi etiam, quòd habeantur pro rebellibus curię, ob id, quia licet eo ipſo, quòd quis ſit cõtumax, & bannitus, non dicatur rebellis curiæ (quia non dicitur hoſtis, qui impune offendi non poteſt) ſecundum Barto. in l. in amiſsione, in princip. uerſicu. aduertendum eſt. ff. de cap. dimi. & per do. Philip. Cor. in conſi. 55. incip. reperio in litera l. in ſecunda parte. tunc enim dicetur rebellis curiæ, quando eſt foriudicatus, ut habetur in conſtitu. pœnam eorum. bene tamen dicitur inobediẽs iudici. ſecũdũ Bal. in l. j. vij. col. uerſ. ſequitur uidere, qualiter banna. C. de hære. inſtitu. ſed largo modo dicitur rebellis curiæ, qui eſt inobediens: non tamen taliter, ut poſsit
26 offendi. ¶ FISCVS. An ſtatim, ac quis eſt contumax, poſsit publicari, & diuulgari, ut bannitus? ¶ INQVISITVS. Videtur, quòd nõ. ex quo habemus in regno conſtitutionem incipientem, clementiæ. ſub rubrica. ut banni. lib. intra duos menſes re. &c. qua ſtatutum eſt, ꝙ cõtumax capi nõ poteſt infra duos menſes, licet per ritum magnæ curiæ ſit ſtatutum, quòd per menſem capi de perſona non poteſt, ut in ritu incipiẽ. itẽ ſi aliquis, uel aliqua bannitus. & eſt alius ritus incipi. Item, quòd nullus bannitus qui eſt conformis cum conſtitu. clemẽtiæ. & ſic ſiue per mẽſem, ſiue per duos mẽſes, capi nõ poteſt, & ſi capi nõ poteſt, minimè bãniri poteſt, licet publicari pro bãnito: quia ſi ſtatim bannum poſſet publicari, ut ſupra dixi, poſſet capi de perſona contra mentem dictorũ iurium. & in tantũ hoc eſt uerum, quòd ſi caperetur infra mẽſem, deberet relaxari præſtitis fideiuſſoribus. ſecũdum Andr. & Affli. in d. conſti. clementię. quod non procederet, ſi cõſtaret de crimine, quia deberet ſe defendere in uinculis. per l. humanitate ſuggerẽte. & habetur per Afflic. in d. conſtitu. clementiæ. ſed in hoc eſt aduertendum, quòd ſi quis eſſet bannitus pro crimine, pro quo, ſi comparuiſſet ſpõte à principio, potuiſſet carcerari, etiamſi afferret fideiuſſores, tunc comparendo, ſiue intra duos menſes, uel unum, ſiue poſt, carcerabitur. quia bannum latum per contumaciã, non debet ei præſtare immunitatem. argumen. l. relegatorum. §. fina. ff. de interdict. & de noxa. l. non ſolũ. & l. iij. C. de pat. pote. & ita intelliguntur dictæ conſtitutio. & ritus ſecundum Afflict. & And. in dicta conſtitu. clementiæ. & ex hoc credo, quòd inoleuit conſuetudo in aliquibus partibus, & curiis, quia in aliquibus curijs uidi expectari per menſem, & demum bannum publicatur: & in aliquibus publicatur ſtatim contracta contumacia: & in aliquibus expectantur duo menſes. ſeruanda eſt igitur conſuetudo regionis, & curiæ in hoc: & conſuetudo illorum, qui expectãt per menſem, uel duos, confirmatur per doctri. Barto. de Cap. in dicta conſtit. clementiæ. quòd intra dictum menſem ſecũdum ritum: uel duos menſes ſecundum conſtitutio. contumax non amittit ciuitatem: & ſi non

& ſi non amittit ciuitatem, ſequitur, quòd interim non eſt publicandus pro bannito: quia aliàs amitteret. & dicit Bart. de Cap. in c. ſiue quis ſit forbannitus. quòd intra dictos duos menſes non punitur receptator cõtumacis, ergo bannum non publicatur. ¶ I V. Laudo ſenten
27 tiam tuam. ¶ F I S. An pro quolibet crimine poſsit quis banniri, & ut bannitus publicari, & diuulgari?
¶ I N Q V I S I. De hoc habemus conſtitu. regni. grandis utilitas. qua cauetur, quòd bannum non datur, niſi pro cauſa, pro qua uenit applicanda pœna mortis naturalis, uel ciuilis. & idem dicit Bal. in capi. j. in princ. in vj. col. de pa. tenend. & notatur per Afflic. in d. conſti. ¶ I V D. licet id procedat, & uerum ſit ſecundum ius conſtitu. regni, tamen tantum ius capitulorũ alıter cauet, ut habetur in c. ſiue quis ſit forbanditus. quod cauet, quòd etiã pro crimine, ubi uenit imponenda pœna abſciſsionis membri, poteſt banniri ad effectũ, ut poſsit perueniri ad ſentẽtiã foriudicationis. itẽ ſtatuit, quòd pro alijs minoribus criminibus habeat locum etiam bannum, ſic tamen, ut nõ poſsit perueniri ad foriudicationem. ſed bene poteſt quis banniri pro dictis criminibus, licet non ueniat imponenda pœna capitalis. & ità dicit ibi Bar. de Capua. & ſi ita bannitus perſiſtit per annũ, bona eius uendicantur fiſco, facta diſtinctiõe liberorũ ſecundũ
28 regni conſti. ¶ F I S. In quantum ſe extendit effectus bãnitionis? ¶ I V. Dicas, ꝙ protenditur, & extenditur per territoriũ bãnientis, nõ extra. ſecundũ Bal. in l. j. iij. col. uer. & circa primum. C. de hære. inſtit. & in l. exequutorem. x. co. uer. modo ego quæro de uno. C. de excep. rei iudi. glo. in c. j. in prin. in uer. guerrã. hic fin. lex Corta. & habetur per Bart. Cepo. in l. in itinere. ff. de uer. ſigni. & plenè per Nell. in tra. bannito. in prima parte. ij. tempor. q. 57. ubi ui-
29 deas. ¶ Et eſt ſciendũ, quòd bannitus de uno loco, uidetur bannitus de alio adiuncto. ſecundũ Bald. in l. etiam. C. de iure dot. & Alexan. in l. ſi cõueniendi. §. ſi nuda. ff. de pign. actio. & bannitus de caſt. adiacente ciuitati, intelligitur etiam bannitus de ciuitate. ſecundũ Bal. in l. etiam, & Alexan. in d. §. ſi nuda. & ideo ſi quis eſt bãnitus de caſtello ſubdito ciuitati, nõ poteſt ſtare in ciuitate: ſecundũ Bal. in d. l. exequutorẽ. nona col. uer. ſed pone, eſt cuidã no-
30 bili. ¶ Itẽ ſi reperiuntur duo Titij de una caſata, & reperitur unus bãnitus, ille cenſendus eſt, qui aufugit, ſecundũ Bald. in l. uoluntatis. in ulti. col. uer. te cõtra. C. de fideicõ-
31 miſ. ¶ Et ſi aliquis eſt bannitus ab uno iudice, poteſt capi ab alio iudice extra ſuam iuriſdictionem, & hoc per regiam pragma. incip. item quòd officiales. & per aliã pragmati. regis Ferdinandi incipiẽ. licet ut uniuerſis Italiæ pax. quibus cauetur, quòd iudex unius territorij tenetur capere bannitũ ad requiſitionem alterius iudicis per ſolas literas ſuas, licet Afflic. in cõſti. clemẽtiæ. in x. quæſtione arguat pro & cõ-
32 tra. ¶ Et bannum poteſt remitti à quolibet officiali, qui ipſum dedit, ſecundum Afflic. in cõſti. clemẽtiæ. in vij. q.

33 in vij.q. ¶ F I S C V S. Quid ſi uni-
uerſitas eſt citata,& effecta contu-
max,quænam erit pœna contuma-
ciæ in ea? ¶ I V D E X.In hoc regno
eſt ſopita hæc quæſtio per conſtit.
regni incip.dubitationem iuriſpe-
ritorum.ubi habetur,quòd eſt me-
dium auguſtale pro quolibet focu-
lari,& quòd fiet exequutio à tota
uniuerſitate ſecundũ facultates : &
ſic in pœna contumaciæ inferenda
uniuerſitati collecta imponẽda nõ
eſt in ſubſidium,quãdo non habet
bona in communi, ſed principali-
ter pro pœna contumaciæ debet
imponi collecta pro modo faculta
tum,ut ibi not.per Afflic.in vij.not.
ſed extra regnum,ſi uniuerſitas ci-
tata non comparet,nec defenditur
per ſyndicum,quia fortè non uult
creare,obſeruabitur id,quod habe
tur in titu.ff.ſiquis in ius uoca.non
ier,& tunc ſiquid habebit in com-
mune,poſsidebitur ex primo decre
to:& ſi admonita uniuerſitas non
excitetur ad ſui defenſionem,præ-
tor faciet uendi bona cõmunia il-
lius ciuitatis,ut l.j.§.quòd ſi nemo.
iuncta gloſ.ff.quod cuiuſ.uni.no.&
l.cùm proponas.C.de bo.autho.iu.
poſsi.ſi uerò uniuerſitas condẽna-
ta non habet crumenã communẽ,
tunc cogetur imponere collectã.l.
j.§.ꝙ ſi nemo. ff. quod cuiuſ. uni.
no.ſi autem illi de uniuerſitate nol-
lent imponere collectam,iudex po
terit imponere ipſis primò uocatis.
ut l.fina.C.de mune.patri.lib.x.ibi,
præſidibus ſignificamus.& poterit
idẽ imponere onus exigendæ col-
lectæ alicui,uel aliquibus de uni-
uerſitate intra certum tempus:quo
elapſo exactor,ſeu exactores pote
runt cõueniri,& capi.l.j.circa prin.
ff.de muner.& hono.de quo ad lon
gum per Ioan.Mil.in ſua praxi cri.
34 fol.57.nu.71.¶ F I S.Et an uniuerſi-
tas poſsit banniri? I V D E X.Hanc
quæſtionem poſuit do.Nell.de ſan.
Gemi.in tra.bannito.in prima par-
te primi temporis,in quinta quæ-
ſtio.ubi finaliter dicit,quòd poteſt
banniri,quia poteſt delinquere,&
condẽnari,ut habetur in l.metũ.§.
animaduertendũ. ff. quod me.cau.
& l.hæres dolo.§.j.ff.de do.& ple-
niſsimè per Bart.in l.aut facta.§.fi.
35 de pœn.¶ F I S.An ualeat bannum
contra filios Titij nõ expreſsis no-
minibus? ¶ I V D.Dicas,quòd ſi ex
forma accuſationis,ſeu inquiſitio-
nis poterit cõprehendi,de quibus
filiis dicatur,ſi ſunt plures,ualidum
erit bannum.quod ſecus eſt,ſi non
poterit cõprehendi,quæ ſint ex ali
qua parte actorum,ut habetur per
do.Nell.de ſan.Gemi.ubi ſupra in
prima parte primi temporis vj.q.
36 ¶ F I S.An bannitus poſsit iterum
banniri? ¶ I V D. Hæc quæſtio ha-
bet plura capita,& eam latè exami
nat do.Nel.in trac.bãnito.in prima
parte primi tempo.in iij.quæſt.ubi
poſt multa diſtinguit,ꝙ aut quæ-
ſtio habet,an poſsit banniri in eo-
dem loco,in quo ſemel bannitus
fuit.& dicendũ eſt,quòd nõ.l.licet.
§.pen.ff.nau.caupo.& ſtabu.an au-
tem poſsit in alio loco banniri,pu-
ta , quia fuit bannitus in loco ma-
leficij , puta , Bononiæ , inquiritur
nũc in loco originis,puta,Floren-
tię,uel ecõtra,& iterum bãniri po-
teſt.in pri.enim loco nõ fuit puni-

tus

tus effectiuè,& ideo poteſt banniri.ſi uerò quæritur,utrum pro alio delicto poſsit banniri,dicẽdum eſt, quòd aut commiſerat illud crimẽ, de quo nũc proceditur,antequàm fuit bannitus,& poteſt bãniri:quia poteſt citari,& ibi conueniri:ſi uerò commiſit poſteà delictum,tunc aut illud commiſit in loco,à quo bãnitus erat:& eſt idẽ, quia ſiue ſit locus originis, ſiue alius ratione delicti,ibi ſortitur forum,& ibi poteſt conueniri,& ſic banniri.ſi autem fuit bannitus in loco domicilij ratione originis,uel incolatus, & alibi nunc delinquit, & contra eum proceditur nõ in loco delicti, ſed in loco originis,uel incolatus, maior eſt dubitatio:& tunc eſt dicendum,quòd ſi bãnitus ex primo banno nõ perdit domicilium illius loci,à quo bannitus extat,ibi poteſt cõueniri,& banniri:aut perdit ex primo banno domicilium,& nõ

37 poteſt. ¶F I S C V S. An bannitus perdat domicilium,& deſinat eſſe ciuis ſuæ ciuitatis? ¶I V D E X. Nellus de ſa. Gemi.in eo.tracta.in prima parte ſecũdi tẽporis 45.q.in effectu concludit poſt multa, ꝙ quo ad ſui commodum perdit domicilium,& deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis:ſed quo ad ſui incommodum,& odium retinet,maximè ſi eſt ciuis

38 origine. ¶F I S C V S. An poſsit iudex bãnire committentẽ delictum contra ſe,uel ſuam familiam? ¶I V D E X. Dicas,quòd aut delictũ eſt notorium, & reperitur pro eo ex forma iuris communis, uel ſtatuti impoſita certa,& determinata pœna,& tunc,quia ceſſat omnis ſuſpicio,poteſt bannire:ſi uerò non eſt determinata,& certa pœna,ſed eſt arbitraria,uerùm arbitrium eſt declaratum per cõſuetudinem, idem erit.quia tenetur ſeruare conſuetudinem, ut habetur in l.athletas.§. calumniator.& l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui not.infa.ſi uerò nec eſt certa pœna,nec declarata per conſuetudinem,nõ poteſt bannire:ſi uerò delictum non eſt notorium,& tunc aut offenditur principaliter dignitas ſeu officium, ut quia offenditur officium exercendo,tunc poteſt cognoſcere,bannire,& punire:ſi uerò offenditur principaliter perſona,tũc nõ poteſt cognoſcere,nec bannire,ut habetur per Nell.in tracta.bannito.in prima parte pri.tempo.in nona q.de quo latè per Capit.in deciſio.124.

39 ¶F I S C V S. Quid ſi aliquis notarius reperitur bannitus pro aliquo magno,& famoſo crimine,an interim poſsit cõficere inſtrumenta,ita,ut ualeant,& an facta poſsit reaſſumere? ¶I V D E X. Hanc quæſtionem poſuit idẽ Nel. in prima parte ſecũdi temporis in quæ.clj.ubi poſt relatas plures opiniones dicit hanc quæſtionem ſibi uideri dubiam,& nihilominus adhærendo opinioni aliorum cõcludit,quòd aut notarius eſt bannitus ex crimine extra officiũ notariatus commiſſo,& ualent inſtrumẽta ab eo confecta, tamen uetera magis quàm noua:ſi uerò eſt bannitus ex delicto commiſſo in officio notariatus,puta,quia fecit inſtrumentũ falſum, & tunc aut ſimpliciter eſt bannitus,& ualent inſtrumenta per cum

eum poſteà cōfecta.arg.l.iij.§.quęſitum.ff.de ſuſpe.tuto.donec priuatus,& exauthoratus fuerit.& ita loquitur dictum Innocen.in c.fraternitatis.de teſti.ſi autem pronunciatur,quòd debeat abradi de matricula,tunc nō dicitur exauthoratus,
40 donec abradatur. ¶FISCVS. Quid ſi aliquis eſt bānitus pro homicidio,& poſt duos méſes ſe uoluntariè præſentat,& iudex eū ponit in quadam camera cum fideiuſſione de inde nō recedendo,an effectualiter debeat carcerari inſtante querulante?¶IVDEX. Dicas, quòd poteſt tenere eum in camera cum cuſtodia,quæ tātùm teneatur de dolo,& culpa,& nō grauabitur pars,ſi etiam fuit data cautio de inde non recedendo,ut latè habetur
41 per Capi.in deci.154. ¶FISCVS. Subſequenter quæro,quas pœnas patiantur contumaces in regno. ¶IVDEX. In hoc ſciendum eſt, quòd primò in regno cōtumax cōdemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium,ut ſupra ſæpius tibi dixi:& ſi intra annum non comparet,& eſt delictum capitale,foriudicatur,& omnia eius bona à fiſco uendicantur, & impune poteſt à quocunq; occidi,ut dicam in materia foriudicationis:ſi uerò non eſt delictum capitale, cōdemnatur ad tertiam partem bonorum mobiliū, & ſi intra annum nō cōparet,perdit omnia bona ſua,& fiſco applicātur,reſeruato iure liberorum,ut ſupra dixi in materia inuentarij.& ſi poſteà uoluerit reuerti ad ſe defendēdum,debet dicere cauſam in uinculis.& etiā ſi ueniret abſoluendus in cauſa principali,adhuc tamē debebit ſtare tanto tépore carceratus,quanto tempore durauit in cōtumacia,ut habetur per c.regni,ſiue quis ſit forbannitus.& hæc pro-
42 cedunt in accuſato.¶Sed in accuſatore nō comparente ultra condemnationem expenſarum ad ſextam partem mobiliū,ut eſt conſtit. regni incip. accuſatorū temeritas.
43 & ibi And.de Iſer.¶Item reus contumax debet reficere expenſas accuſatori,antequàm audiatur.l.ſancimus.& ibi do.& Bald.in j.no.C. de iud.& Bald.in l.ij.in ij.col.uer.in ſecundo exéplo.C.de eden.& authen.qui ſemel.& ibi Bart.j.col.iij.
44 no.C.quo.& quando iu.¶Itē cōtumax in loco delicti,poteſt inquiri in loco originis,nō obſtāte prǽuētione facta in loco delicti:quia nō poteſt ſe fundare ex ꝓceſſu,in quo fuit cōtumax.ſecūdū Bar.in l.ſepulchri.in j.col.uer.itē eſt ar.ad q.ff.de ſepul.uio.& in l.quāuis.uer.ulterius ex hac l.ff.de dam.infe.& Alex.in l. de die.§.tutor.ff.qui ſatiſd.cogā.& Barto.in l.j.in iij.q.C.ubi de cri.agi opor.& in q.accuſatus de ui turbatiua,in v.articu.& Bart.in l.ubi cœptum,circa mediū.ff.de iu.& ibi omnino Alex.de Imo.& omnino per Bal.in l.j.de lega.j.& Barto.in l.& ſi amicis.§.j.ff.de adulter.& Ange.de Areti.in lib.male.in uerbo,Florentiæ.in fin.ubi dicit, quòd pro tractatu homicidij poteſt inquiri in loco tractatus,licet fuerit inquiſitus in loco delicti conſummati:in quo tamen fuit cōtumax,pœna homicidij nō poteſt habere effectum. & in uerbo,inquiſitio.in ult.col.itē

poteſt

poteſt banniri de utroq; loco,ſecundum Bald.in l.j.ij.colū.C.ubi de
45 cri.agi opor.de quo ſupra dixi.¶Itē cōtumax,& bannitus ex ſolis banno,& contumacia pōteſt torqueri: ſed quomodo procedat,dicam in tertia parte tertiæ partis principa-
46 lis.¶Item perſiſtentibus in contumacia oportet iudicem eſſe ſeuerū,ut ij.q.iiij.c.quāto.& c.ea,quæ, de ſta.mo.in glo.in uerbo,rebellibus.quæ allegat bonum text.in c.j. circa fin.de poſtu.prælato.& eſt de
47 hoc tex.in c.j.de appe.in vj.¶Item, quia contemptor mandati regij in facto arduo poteſt capitaliter puniri,ut habetur plenè per gloſ.in pro. ſac.regni conſti.& ibi per Afflic.qui
48 optimè declarat.¶Item cōtra contumacem, & bannitū per iudicem poteſt procedi in ſuum dedecus,& uituperium ad ereptionem furcarū in domo ſua,& ibi mandari affigi, & ſuſpendi imaginem ſuam cū fune in collo,quando delictum habetur pro confeſſato,ut habetur per do. Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerbo,cō
49 tumacia.quod intellige,ut ibi.¶Itē propter contumaciam poteſt procedi ad deuaſtationem domorum, & ſuorum bonorum,non tamen in præiudicium creditoris,& coloni, & uxoris pro iuribus dotalibus.de quo ad longum per Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerbo,cōtumacia.uer. an iudex propter cōtumaciā.quod
50 intellige,ut ibi.¶Item ſi pars appellata fuerit contumax, propter dictam contumaciam parte inſtante poteſt iudex determinare in cauſa intra decem dies,à die receptionis proceſſus numerandos, ſine alio ordine iudiciario, ut probatur in conſti.hac lege.& ibi no.per Afflic. in vj.no.quod dicit eſſe notandum.
51 ¶Item cōtumax perdit declinatoriam fori.ſecundū Angel.in l.eum, qui.ff.de priuil.cre.& Ang.& Imo. in l.ſi finita.§.item uideamus.ff.de dam.infec.& Alexan.in l.quidā cōſulebat.ff.de re iudic.in fi.colum.& Afflict.in loco,de quo ſuprà.& per Innocen.in c.ad preſentē.j.colum. in fin.de accu.Imo.in c.ſi duobus.j. col.in fi.de appel.& Bald.in l.ſi qui ex conſenſu.iij.col.uer.deinde not. C.de epiſ.audien.& Inno.in c.præterea.de dila.& Alexan.in l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.niſi iudex ſit omnino incōpetens,quia tunc,quādocunq; comparet,poteſt declinare forum,niſi iudex pronunciaſſet ſe competentē,ſecundū Inno.in d. c.præterea.& Feli.in d.c.ſi duobus. xv.colum.& Bart.in l.ij.in iij.col.in fin.uerſi.ſed quæro,quid ſi proceſſum.ff.ſi quis in ius uo.non ierit.& ibi per Alexan.& uide per Afflict.in conſtit.pœnā nouem unciarum.in vj.q.ubi tenet illā opinionē, quòd perdit declinatoriam fori,ſi eſt talis perſona,quæ poteſt renuntiare
52 ſuo priuilegio : aliàs ſecus. ¶Item contumax,& bannitus perdit priuilegiū dandi fideiuſſores iuxta beneficium introductū per regni cōſtitu.humanitate ſuggerente.quod non procedit,ſi eſt rebannitus , & extractus à banno,ut firmat Pe.de Mo.for.in d.conſtit.humanitate.& ibi per Barto.Cap.de qua tunc admittitur oblatio fideiuſſorum ſi natura criminis non repugnat,ut latè
53 firmat Afflict.ibi.in 13.nota. ¶ Sed iſtud

iſtud procedit, quando contumacia eſt contracta coram iudice eodem, uel quãdo coram alio iudice, ſi ambæ curiæ dependent ab eodem rege: ſecus ſi tribunalia ſunt diuerſa. quia tunc illa contumacia non obſtat ipſi cõtumaci ad effectum prędictum, ut latè, & optimè declarat Afflict. in d. conſti. regni, humanitate. in xiij. nota. uerſi. ſed iuxta præ-
34 miſſa quæro. ¶ Et eſt notandum, quod ex dictis Pet. de Mon. for. & Barto. de Cap. & Afflict. in d. conſti. humanitate. quum quæſtiones concludunt, quòd bannitus purgata contumacia, & abſolutus à bãno reducitur in priſtinum ſtatum, ſi ſponte comparuit, nec perdit beneficium dãdi fideiuſſores, infero, quòd nec remanet indicium ſufficiens ad torturam contra eum propter contumaciam purgatam, quod procederet maximè, ſi appareret fuiſſe abſentem ex probabili cauſa, quod eſt
35 notandum. ¶ Item contumax, & bãnitus in regno non admittitur ad comparendum per procuratorem, etiam in cauſa ciuili, donec nõ purgauerit contumaciam, & ſic denegatur ei audientia, ut dictat ritus magnę curię uicariæ incip. itē ſi aliquis, uel aliqua bannitus, &c. & refert, & ſequitur Afflict. in conſtitu. grandis. in vij. no. & in conſtit. clementiæ. iij. col. uer. & ſcias. & in cõſti. pœnam nouem unciarum. ij. col. in fi. cuius ritus uidetur fuiſſe illa ratio, quia contumaci denegatur audientia, ut eſt gl. ſing. in l. ſed ſi per prætorē. §. ſed ſi decreto. ff. ex quibus cauſis maio. quam facit ſingul. Bald. in c. j. de rapto. refert Iaſ. in l. ij. iiij. colum. C. de eden. facit l. contumacia. in princi. ff. de re iudica. & ibidem per ſcribentes, licet Afflict. in proœ. conſti. in gl. in uerbo, immortalitate. dicat hoc procedere ad tempus, non in perpetuum. facit pro ritu, quia contumacia interpretatur in id, quod deterius eſt contumaci, & utilius aduerſario. ſecundum Barto. in l. quandiu. la. ultima, prima colum. uerſicu. uenio ad ultimam gloſ. ff. de acqui. hære. facit l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. & in l. ij. §. actor. uerſi. ſi reus. de iura. calum. licet poſſet dici contra ritum, quia habemus, quòd cõtumacia in uno, non nocet in alio, ut no. in c. conſuluit. de offi. dele. gl. & doct. in cap. ij. de dolo & contu. lib. vj. & in c. cùm olim. de teſti. l. generaliter. §. j. & ibi docto. C. de rebus cre. l. iij. §. Stichum. & ibi Iaco. de Are. ff. de ſta. libe. ſed in regno dictus ritus eſt in uiridi obſeruantia. & eſt notandum, quòd iſte ritus eſt contra ius commune. ſecundũ Bal. in l. ſi cum dotē. §. ſi patre. in iij. no. ff. ſolu. matrimo. & ibi Dyn. & not. in l. iiij. §. ſi communē. ff. fini. regun. Bald. in cap. primo, prima colum. in fi. uer. an autem admittatur bannitus. hic ſi. lex Corra. Ioan. Andre. in c. ueniens. de accuſatio. in nouella. Paul. de Caſt. in l. ſed & ſi quis. ff. ſi quis cautio. no. in l. Papianus exuli. ff. de minorib. & Ludo. Roma. in ſingu. in uerb. bannitus. uerſicu. iiij. de quo ad longum per Nell. de ſanc. Gemi. in tracta. bannito. in prima
36 parte ij. tempo. quæſt. 73. ¶ Poteſt tamen bannitus non obſtante iſto ritu comparere per procuratorem,

& petere cancellari à bāno.ſecundum Pau.de Caſt.in l.ſi fideiuſſor.
57 §.fina.ff.qui ſatiſda. cogantur. ¶ Et poteſt cauſam inceptam ante bannimentum finire, & proſequi per procuratorem, ſecundum Barto.& Ange.in rubrica. C.de delatori.lib. x.& Barto.in l.Vranius.in prin.ulti. colum.uerſicu.deinde quærit Dyn. ff.de fideiuſſo.& Bald.in l.leges.la. prima.ultima col.uer.aduerte,quia formo.C.de legi.licet Cyn.in conſilio,caueatur lege municipali.dicat contrarium.ſed latius proſequendo quæſtionem domi.Nell.in trac. bannito.in prima parte ij.tempo. in quæſt.lviij. dicit,quòd aliquando ſtatutum dicit,quòd bānitus nō admittitur ad accuſandū,ſeu agendum,& tunc poteſt proſequi accuſationem ante bannum datum,ſeu agere:& hic eſt caſus noſter retentis terminis noſtri ritus.quandoq; dicit ſtatutum,quòd querelæ bānitorum nō recipiātur,& quia ſtatutum notat receptionem querelæ,ſi querela eſt recepta ante ſtatutum, ſibi locum non uendicat.proſequitur ergo iudex ad inſtantiam partis. quia querimoniam iam receptam,nō autem nouam recipit.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxali. cum ſimi.& iſtis duobus caſibus loquitur Dyn.quandoq; dictat ſtatutum,quòd querelæ,& iura bānitorum non audiantur.& idem ſecūdū Bar.in d.l.Vranius. aliquando dicit ſtatutum,quòd bānitus non audiatur,uel quòd non fiat ei ius.& hoc caſu deciſiones parti nō procedūt. certum eſt enim,quòd in quacunq; parte iudicii dicitur accuſator audiri,& ei ius fieri.l.j.ff. ſi quis ius di. nō obtem.§.j.& ideo,cùm reperiatur bānitus,cùm uult aliquem actū agere,audientia ei denegari debet,
58 & ita reſidet.¶ F I S. Sed utrum dictus ritus procedat,& habeat locū, ſi pater de iniuria facta filio accuſaret,& pendente proceſſu filius fuerit ex aliquo maleficio bannitus,& ſic an ubi filius repelleretur, repelli debeat ipſe pater? ¶ I V D E X. Dicas,quòd ſi apparet patrem querulaſſe de iniuria facta filio, tunc ubi filius repelleretur,repellitur pater:ſi autem ex forma accuſationis appareret, eum accuſaſſe de iniuria facta ſibi patri per perſonam filii, per l.j.§.uſqueadeò.ff.de iniur. & per not.per Bar.in l.ambitioſa.ff. de decretis ab ordine faciendis.tūc pater non repelleretur,licet deberet repelli filius. ex libello enim, qui attenditur, ut l.cùm quædam puella.ff.de iuriſdictione omnium iudicum.apparet,quòd de ſua,non filii iniuria ſatisfactionem quærit. cuius iniuriæ actio ſibi fuit orta tali tēpore,quo agere poterat, quia filius bannitus non erat:& ſic ei filius auferri non poteſt.l.ſi quis ſeruum.ff.de iniuriis.l.contrarium.§.ſi filius.ff.de pactis. ut latè habetur per Nellum in loco ſuprà ſæpe citato,in prima parte primi tēpo.in
59 quæſtio.lx.¶ Poteſt etiam bannitus non obſtante ritu excipere de pretio non ſoluto, ſi conueniatur ad rem uenditam tradendam. per doctr.Salic.in l.fina.C.de pericu.& commo.rei uendi.& ibi Bal.prima colum. uerſicu. dicunt etiam doct. contra Barto.in l.bona fides.ff. de actio.

actio.emp.ſed Barto.non loquitur
60 de bãnito. ¶ Et ad hoc, ut ritus iſte procedat, & habeat locum, neceſſe eſt, quòd à parte opponatur. ſecũdum Ang.in l.uenditioni.C.de uſucapioni.pro empto.
61 ¶ Nec bannitus retentis terminis dicti ritus, poteſt ſuo creditori per procuratorẽ opponere compenſationem, niſi bannitus probaret, ſe ante bãnum etiã extra iudicium compenſaſſe. tunc enim cum ipſo iure ſit ſublatũ debitum, ut not.in l.ſi conſtat. ff.de compenſa.non dicitur impugnare, ſed oſtendere agenti ius non competere: quod ei non eſt interdictũ. aut ergo de nouo compenſationẽ opponit, & non admittitur, quia dicitur petere, uel agere: aut aliàs oppoſitam allegat, & tunc admittitur. quia dicitur excluſiuè, unum tamen aduertas, quòd iſto caſu dicens, ſe aliàs oppoſuiſſe in iudicio, haberet neceſſe probare, ꝙ illam iudex approbauerit.l.quod in diem.§.ſi rationem.ff.de cõpen.ſecundũ Ia.Bu. quod nõ habet neceſſe probare, ſi allegat oppoſitam extra iudiciũ.ſecundũ Bar.in rubri.de cõpen.& ita reſidet do.Nell.in trac.bannito.in prima parte ſecũdi tẽporis, in 66.q.
62 ¶ Bene tamen fideiuſſor bãniti poteſt opponere talẽ cõpẽſationem, ſecundũ eundẽ do.Nell.ubi ſupra. in 68.q.& de multis pertinentibus ad materiã ritus uide per eundẽ in ſequen.quæſtio.& in ij.parte ſecundi tẽpo.in ij.q.
63 ¶ Et aduertas, quòd ſi aliquis eſt bannitus, ſeu foriudicatus, ſi non comparuerit intra decem dies, ut eſt hodie in regno emanatum bannum, ſeu proclama regium, quod ego cõmentaui, datur licentia, quòd poſsit occidi, an ſi occidatur in decimo die, impune occidatur? dicas, quòd nõ, ſed debet eſſe lapſum totum tempus decem dierum, ut dicit pulchrè Ange. de Are.in lib.male.in uerbo, qui iu. uid.quòd inqui.non cõpa.& in ſua. con.per ſi.commi.tit.præco. quòd
64 ipſos h.ſi.col. ¶ F I S. Vtrum uniuerſitas teneatur, & puniatur de receptatione bannitorũ? & uidetur, quòd ſic, ut in ſpecie eſt deciſum in regno per regiam prag.regis Ferdinã.incip.licet ut uniuerſis. ¶ I N. Sed in contrarium allego tibi c.regni inci.ad iniuſta remouenda grauamina.quo cauetur, quòd uniuerſitates terrarũ nullatenus teneantur, nec cõponi ꝑ oſsint de receptatione bannitorum, illa quidem ratione, quia hi nonnunquã efficiuntur pœnæ participes, qui culpę penitus ſunt expertes. Nec obſtat dicta regia prag. quia licet ſit nouiſsima.& d.c.ſit antiquum, ut ſic uideatur tollere dictũ capitulum: tamen quia capitulũ ipſum eſt derogatorium uoluntatis, & pleniùs prouidet, nõ uidetur ſublatũ per dictam regiã prag.ut per multa dixi ſuprà in uerbo. audiantur excuſatores,
65 prope fi. ¶ Itẽ quando reperiuntur duo ſtatuta contraria, illud attenditur, quod æquius eſt, ut plenè habetur ꝑ Alex.in cõſi.50. in 4.parte. ſed nõ eſt dubium, quoniã æquius ſit ſtatutum d.c.ad iniuſta.cùm ſit fundatum ſuper æquitate, ut nõ puniantur innocẽtes, arg.l.Arrianus. ff.de actio.& obli. Præterea, & fortius ſtatutum debet interpretari

ſecundum ius cōmune. ſecundum Bar.in l.omnes populi.in vj.q.prin. Bal.in l. maximū uitiū.iij.col.C. de li.præter.& in l.milites.in ij.col.in uerſi.& ex prædictis poteſt argui. C.de teſta.militar. & in l.fi.ij.colū. uerſi.ſed hic quæro.C.de ſucce.edi.

66 ¶ Sed de iure ciuili uniuerſitas non tenetur de aliquo delicto, nec delinquit,niſi quando leuato uexillo, & pulſata cāpana,& præcedēte deliberatione concilij cōmittat delictum,& nō aliter.ſecundum Barto. in l.aut facta.§.fi.4.col. uerſi.ulteriùs quæro.ff.de pœn.gl.in l.aliud. §.refertur.de reg.iur.l.ſemper.§.ij. quod ui,aut clā.l.metū.§. animaduertendum.ff.quod me.cauſa.Bart. in l.ſed ſi ex dolo.§.ſed an muni-

67 ceps.ff.de dol. ¶ Et ex hoc infero, quòd cùm clarum ſit quòd ubi reperiūtur duo ſtatuta ad inuicē contraria,ſi poſſunt per quandam diſtinctionem reduci ad cōcordiam, reduci debent,& utrunque ſeruari debet,ut per Barto.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.col.xj.in princ. quòd dicta regia pragm.& d.c.debent reduci ad concordiā,ut prag. intelligatur,quando uniuerſitas receptauit bannitos communicato conſilio,& in caſibus,in quibus de iure cōmuni poteſt incidere in pœnam.c.uerò prædictum intelligatur in caſu,quo non apparet de communicato conſilio.& ſi dicatur, quòd hoc modo intelligēdo eſſet de indubitabili,& de eo, quòd erat per ius cōmune ſtatutū,reſpondetur,ꝙ ſat s erat dubium propter aliud capitulum editum per eundem regem Robertū prius in ordine incip.licet cōtra receptatores:quo prouidebatur,ut uniuerſitates tenerentur de receptatiōe,itē erat dubiū ex alio, quia de cōſuetudine,& ex quodam abuſu uniuerſitates cōponebantur de receptatione,unde ad tollendū dictum abuſum conuenienter fuit compilatū illud c.ad iniuſta,& ex prædictis teneo hanc opinionem. ¶ IVDEX.Bene,& diligenter caſum quæſtionis propoſitę tetigiſti, & pronunc ſequor hanc opinionē, ut non aliàs puniantur uniuerſitates de receptatione,niſi cōmunicato cōſilio receptaſſent:uel niſi ſyndici,& electi receptaſſent,& potuiſſent illi de uniuerſitate expellere, ſeu monere conciues, ut expellerent,& non fecerunt:& receptatio non fuit momentanea , ut uidetur conſideraſſe d.c.licet cōtra recepta

68 tores.¶ Et an ſtatutum concedens abolitionem criminū,& indultum capientibus bānitū,uel occidentibus(ut eſt in regno hodie)intelligatur etiā remittere ius partis offenſæ:dicas,quòd ſic ſecundum Par.de Pu.in lib.ſyndi.in uerbo,cōpoſitio. uerſi.quia plures,in fi.

¶ Foriudicentur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatur contumax elapſo anno, & non cōparēs,ſi eſt delictū, pro quo ueniat imponenda pœna capitalis.*

2 *Accuſator qualiter petat contumacem foriudicari.*

3 *Accuſator an debeat ultima die anni accuſare contumaciam,ut quis poßit foriudicari.*

4 *Citationis forma,quando peruenitur ad foriudicationem.*

Contu

5 *Cōtumacia prima, & 2. debeátne accuſari in citatione ad foriudicādum.*

6 *Decreti forma, quo procedatur ad ſententiam foriudicationis.*

7 *Minor ætas an impediat ſententiam foriudicationis.*

8 *Captura penes Turcas an impediat ſententiam foriudicationis proferri.*

9 *Impedimenta, quæ fuerunt tempore citationis ad informandū, impediunt foriudicationem, & 27.*

10 *Foriudicatus an licitè occidatur.*

11 *Foriudicatus poteſt furca ſuſpendi per priuatum.*

12 *Foriudicatus an poßit per pecuniam occidi.*

13 *Foriudicatum dum eſt in fortiis curiæ, an liceat occidere.*

14 *Pater foriudicatus an liceat occidi.*

15 *Foriudicatus rebannitus an poßit occidi.*

16 *Exceptio impunitatis delicti an per quemlibet poßit opponi.*

17 *Præſcriptum eſſe querelæ, nunquid opponi poßit. & quanto tēpore præſcribatur. ibidem.*

18 *Crimen ſuppoſiti partus per quantū tempus præſcribatur.*

19 *Adulterium, ſtuprum, & lenocinium per quantum tempus præſcribantur.*

20 *Præſcriptio non habet locum in foro ſpirituali, quando agitur ad pœnitentiam peragendam.*

21 *Actio iniuriarum prætoria anno finitur.*

22 *Excipi de falſo perpetuò poteſt.*

23 *Præſcriptio debet allegari, & opponi, aliàs procedit iudicium.*

24 *Præſcriptio nō currit in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, uel beneficij retentionem.*

25 *Præſcribitur iuri inquirendi per xx. annos.*

26 *Præſcriptionis exceptio an poßit opponi per agnatos, & cognatos.*

27 *Nullitas citationum, contumaciarū, & banni cauſat nullitatem foriudicationis, & identitatem.*

29 *Sētētia foriudicationis forma quæ ſit.*

30 *Fiſcus an ſuccedat foriudicato. 31. 32.*

33 *Foriudicari non poteſt mulier.*

34 *Foriudicatio redditur nulla, ſi tempore primæ citationis fuerunt allegata iuſta impedimenta, & non fuerunt admiſſa.*

FISCVS.

LAtiſsimè materiam banni in unum congeſsiſti, adeo, ut parū ſit, quod ultra dici poſſit. nūc autem publicato bāno quid ultrà eſt per iudicem faciundum?
1 ¶ IVDEX. Emanato, & publicato bāno, ſiquidem fuerit quis accuſatus pro crimine capitali, pro quo ueniat imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, uel abſciſsionis mēbri, uel carceris perpetui, quia in iſtis caſibus habet locum foriudicatio, ut habetur in conſti. regni. pœnam eorum. & in c. regni. ſiue quis ſit forbannitus. excepto crimine periurij, quia licèt pro eo imponatur pœna abſciſsionis membri, ut in conſti. eos qui ſcienter. tamen pro eo non habet locum foriudicatio, ut dicit ritus magnæ curiæ uicariæ incip. itē ſeruat ipſa curia, quòd pro periurio. facta citatione contra ipſum accuſatum ſecundū formam traditam in materia citationis, ſequutaque nuntij relatione ut dixi, accuſatisque contumaciis eo modo, & forma, ut ſuprà demonſtraui, nō comparente excuſatore, uel cōparēte elapſo termino ad compa-

parendum dato, uel aliter prouiſo ſuper excuſationibus,ut dixi in materia comparitionis excuſatoris,& remanente firma cōtumacia, facta annotatione bonorū,uel nō, cùm non ſit de ſubſtantia de generali conſuetudine Italiæ,publicatoque banno per loca publica,ut demonſtraui ſuprà in materia banni,elapſoq; anno à die publicationis dicti banni, ſecūdum formam,quam ſuprà tradidi, cùm ab eo die incipiat currere annus,ſecundum And. de Iſer.& Afflic.in conſti.pœnā eorum.in 7.requiſito.ac uiuente accuſatore,ad cuius inſtātiam fuit proceſſum,cùm aliàs eo mortuo non poſſet procedi ad ſententiam foriudicationis contra inquiſitum.ſecundum Andre.de Iſer.in d.conſti.pœnam eorum.& ibi Afflic.in x.requiſito.& hoc,quādo eſſet proceſſum per uiam querelæ.ſed ſi ex officio eſſet proceſſum,dato,quòd primus iudex eſſet mortuus, uel mutatus, ſucceſſor poſſet procedere ad foriudicationem,ut per And.de Iſer. & Affli.ibidē.quod intellige,ut per eos:tunc comparente accuſatore,
2 & petente foriudicari. ¶ Cuius cōparitionis forma erit: Corā uobis magnifico Domino Straticoto Salerni cōparet Tit.querulator infrà ſcriptorum,& dicit menſibus pręteritis per eundem fuiſſe expoſitam querelam contra infrà ſcriptos de homicidio commiſſo in perſonam Tit.ſui quondam filij in ueſtra curia,in qua fuit contra eoſdem proceſſum poſt captam legitimam informationem de dicto homicidio, & conſtitu.contra eoſdem ad citationem eorundē ad informandum, & ad recipiendum copiam capitulorum,& ſeruatis ſeruandis fuerūt reputati contumaces, banniti, & annotati iuxta formam ſacrarum regni con.& quia à die publicationis dicti banni iam elapſus eſt annus,& hodie eſt ultima dies anni, & nullus ipſorum comparuit, nec aliquis pro parte eorundum legitimam excuſationis cauſam proponendo,ſed perſeuerauerūt,& perſeuerant in dicta eorū contumacia contēnendo uos cū reuerentia, & ueſtram iuriſdictionē. quare contra eoſdē accuſat dictam contumaciam,& eorum perſeueranciam, & maxima cum inſtātia inſtat,& petit per uos,& ueſtrā curiā procedi ad ſententiam foriudicationis contra eoſdem,ſeruatis ſeruandis, iſto, &
3 omni meliori modo, &c. ¶ F I S. Quoniam dixiſti in comparitionis forma:quia iam elapſus eſt annus, & hodie eſt ultima dies anni, quæro,an de neceſsitate debeat accuſator in ultima die anni cōparere, & inſtare pro foriudicatione,ac accuſare contumaciā ipſius banniti, uel ſufficiat quandocunque inſtare poſt annum?¶ I V.Reperio And.de Iſer.in repertorio ſuo.in uerſi.feudatarius bannitus ob maleficium, qui uidetur uelle,quòd de neceſsitate requiratur,ut in ultima die anni accuſetur cōtumacia:& ſic antequam ex toto integer labatur totus annus.de quo dicto meminit Carre. in reperi.l. obſeruare curabis.nu.72.ubi dicit,quòd licet hoc requiſitū non ponatur per Afflict. tamen tutius eſſet,quòd interueniat:

niat:licet dicat,quòd nunquam uiderit ſeruari.& de hoc etiã ego teſtor,quòd nunquam uiderim ſeruari huiuſmodi dictũ And.de Iſer.& ſi bene inſpiciatur,in conſti.pœnam eorum , nõ dicit id,quod dicitur in repertorio.hodie uerò ſubdit Carre.aut inſtatur per accuſatorẽ ultima die anni,& tum accuſetur contumacia,& perſeuerantia:aut ante per aliquot dies, aut poſt citantur agnati,ut infrà dicã,& accuſata cõtumacia in ultima die anni, proceditur ad ſententiam foriudicationis,ſecundum Afflic.in d.conſtitu. pœnam eorũ.viij.& xj.requiſitis.& ſentit expectari,quòd labatur integer annus:& eo elapſo expeditur citatio:& inde nemine in termino citationis cõparente proceditur ad foriudicationem.in ultimo tamen peremptorio huius citationis accuſatur cõtumacia banniti,& inſtatur, quòd foriudicetur, & ita ſeruatur. intelligas tamen,ꝙ ante citationẽ expediendã inſtetur per accuſatorem procedi ad foriudicationem:& hoc ſiue poſt annũ,ſiue ante finitũ, ſiue ultima die anni:citatio autem expeditur elapſo toto anno.& hæc eſt practica omniũ curiarũ de re-
4 gno.¶Forma uerò citationis expediẽdæ,antequam foriudicetur, erit hæc:Nos Tit. Straticotus gubernator Salerni tibi iurato,& ſeruiẽti noſtræ curiæ,& quibuſcunque aliis alguzeriis, & ſeruiẽtibus quarũuis curiarũ,ſcire facimus,quòd perquiſitis actis reperimus infrà ſcriptos fuiſſe accuſatos anno præterito de homicidio commiſſo in perſonam Tit.filij.Tit.accuſatoris,ſuper quo homicidio capta informatione fuerunt reperti culpabiles infrà ſcripti, qui fuerunt citati per nos,& noſtrã curiam ad informandũ:& accuſata contra præfatos prima cõtumacia ſub die tal.ac expectatis uſque, & per totum ultimũ peremptoriũ,& minimè ipſis cõparentibus,contra eoſdem fuit accuſata ultima contumacia ſub die tal.& fuerũt reputati contumaces, & condẽnati ad pœnam in mandato contentam, fueruntque etiam citati ad recipiendũ copiã capitulorum dictæ inquiſitionis formatæ ſuper dicto homicidio,& contra eos fuit accuſata prima contumacia ſub die tal.demum expectatis de æquitate per triduũ, & minimè ipſis comparẽtibus,nec aliquibus ipſorum nomine iuſtam excuſatiõis cauſam proponẽtibus, fuit contra eoſdẽ accuſata ultima contumacia ſub die tal.& condẽnati ad tertiã partem bonorũ mobilium , fuitq; decretũ , cætera bona fore annotanda iuxta formã regni conſtitutionũ,& decreto fore ſupponẽdos banno:demũ per eandẽ curiã contra eoſdẽ ſub die tal.proceſſũ fuit ad annotationẽ bonorũ, & ſub die tal.publicè fuerunt banniti,& præconizati alta,& intelligibili uoce more prçconis,idq; in locis publicis,& conſuetis,& à die dicti banniti promulgati elapſus eſt integer annus datus per regni cõſtitutiones contumacibus pro termino ad cõparendũ:& infrà ſcripti perſeuerãtes in eorũ duritia,& cõtumacia minime cõparuerũt,nec aliquis pro eis ad proponẽdã aliquã legitimã cauſam excuſationis:& quia no

uiter ſub die tal.cōparuit dictus q̄-
rulator, & q̄ maximè inſtitit cōtra
eoſdem citatos,& cōtumaces pro-
cedi ad ſentētiam foriudicationis,
accuſando contra eos dictam per-
ſeueratam contumaciā: & quia iu-
ſtum petiit:& iuſta petētibus nō eſt
denegandus aſſenſus, fuit per nos
prouiſum fore expediendas debi-
tas prouiſiones cōtra agnatos,co-
gnatos,affines, & amicos,ac uici-
nos,ac ipſos contumaces,quocir-
ca uobis,quibus ſuprà,mandamus,
quatenus receptis præſentibus ad
omnem inſtātiam,& ſimplicem re-
quiſitionem dicti querulantis, uel
curię coadiutoris,uos,uel alter ue-
ſtrum ſe conferat ad domum pro-
prię habitationis infrà ſcriptorum,
ipſosq; noſtri parti citet, & requi-
rat,quatenus ad primam iuris com
pareant coram nobis,& noſtra cu-
ria ad dicendum,& allegandū cau-
ſam,quare ad dictam ſententiā ſor
iudicationis cōtra eos procedi ne-
queat:& ad allegādum cauſas iuſtæ
abſentiæ prout tunc erant:ipſamq;
citationem notificet infrà ſcripto-
rum affinibus,agnatis,cognatis,a-
micis,& uicinis,& etiā præconizet
in loco uiciniæ alta, & intelligibili
uoce more pręconis prædicta om-
nia notificando,ut nemo poſsit i-
gnorantiam prætendere:& qui ip-
ſorum uoluerint cauſas iuſtæ abſen
tiæ,prout tunc erant,allegare, uel
aliter ꝓponere,& opponere,quod
ad ſententiam foriudicationis pro-
cedi non debeat,cōparere ualeant
intra eundem terminum datū, &c.
& referatur,& hanc citationē do-
cet Afflict.licet non ita particulari-
ter,ſed ſuccinctè in d.cōſti.pœnam
eorū,in xj.requiſito.uerſi.ſed quæ-
ro quomodo fiat hæc citatio.

5 ¶ Expedita uerò hac citatione,& fa
cta relatione nuntij in pede ipſius
ordine ſucceſsiuo accuſetur prima
contumacia,& triduo poſt ſecunda
inſtante querulāte,& accuſante cō
tumaciam cōtra cōtumaces,& pe-
tēte prouideri ſuper foriudicatiōe.

6 ¶ Porrò deinceps curia ipſa nemi-
ne comparente pro parte contu-
maciā prouideat ſub hac forma:&
per curiam uiſis banno,& cōtuma-
ciis accuſatis cōtra prædictos cita-
tos,relatos, & non comparentes:
uiſisq; annotatione bonorū,publi-
catione bāni,& perſeuerātia ipſo-
rum in contumacia per annum unū
integrum à die publicationis ipſius
banni:uiſisq; inſtātiis factis nobis,
& noſtræ curię per querulātem:ui-
ſisq; citationibus expeditis contra
dictos cōtumaces, eorūq; affines,
agnatos,cognatos,amicos,& uici-
nos ad allegandū cauſam iuſtā im-
pedimentorum, prout tūc erant,&
ipſarum nuncij relationibus:uiſisq;
contumaciis accuſatis prima,& ul-
tima,expectato ultimo perempto-
rio:& quia nemo comparuit, fuit
per eādem curiam prouiſum,& de-
cretū,fore procedendū,prout pro-
cedi mandatur cōtra prædictos ad
ſententiam foriudicationis ſeruata
forma iuris.hoc ſuum, &c.hoc fa-
cto poterit proferri ſententia for-
iudicationis, uel tunc,uel quando
iudici uiſum fuerit.& ita ſeruatur in
magna curia uicaria, ubi facto di-
cto decreto non profertur ſenten-
tia tunc, ſed in uigilia natiuitatis

Domini noſtri Ieſu Chriſti,& in ul-
tima curia aliarũ feriarum,quę fiũt.
7 ¶ I N.Quænam poſſunt allegari ad
impediendam ſententiam foriudi-
cationis per affines,& amicos for-
iudicandæ?¶ I V D. Plura ſunt,quę
poſſunt allegari ad impediendam
prolationem ſententiæ foriudica-
tionis . & primò poteſt opponi de
minori ętate,quę obſtat intantùm,
quòd minor foriudicari nõ poteſt,
ut eſt doctri.Bald.in l.clarum.C.de
autho.præſtan . & ſequitur Marſ.in
l.de minore.in princ.nume.6.ff.de
quæſtio.& decidit Afflic.in conſtit.
minorũ iura.in v.no.& habetur per
Bal.in l.unica.C.de confe.uerſi.iu-
xta hoc quæro , an adultus.qui ui-
detur tenere contrarium in adulto,
ſed non in pupillo.& habetur per
Boër.in deciſio.63.in prima parte,
& habetur per Nel.de ſa.Ge.in tra.
banniti.prima q.primi tẽpo.& ha-
betur per Barto.Cepol.in conſilio
xxxj.unde cogetur iudex dare ter-
minum ad probandum de minori
ætatę.Aliquando facta hac oppoſi-
tione uidi proceſſum ad ſententiam
foriudicationis,ita,ꝙ quandocũq;
peruenit ille foriudicatus in fortias
curiæ , ꝙ habeatur ratio de minori
8 ætate allegata.¶ Secundò opponi-
tur impedimẽtũ captiuitatis penes
Turcas,de quo dixi ad plenum ſu-
pra in miſericordia excuſationum.
9 ¶ Vnum tamen eſt notandum tan-
quam principale in materia , ꝙ ea
impedimenta allegata impediunt
foriudicationem,quę fuerunt tem-
pore citationis ad informadum:nõ
ea , quæ ex poſt facto ſuperueniſ-
ſent,ut habetur per Afflic.in d.con-
ſtit.pœnam eorũ.in xj.requiſito.&
ibi per And.de Iſer.in ij.col.& in cõ
10 ſti.edictorum.in ij.col.¶ I N Q V I.
Nũquid poſsit opponi,ꝙ licitè po-
tuit committi homicidiũ , quia ille,
qui occiſus fuit,erat foriudicatus?
¶ I V D.Hæc quæſtio habet plures
difficultates.pri.an ſit uerum indi-
ſtinctè,ꝙ licitè poteſt occidi foriu-
dicatus : & quomodo procedat.ij.
an per agnatos,affines,cognatos,
& amicos,poſſet id opponi.& quò
ad primam quæſtionem dicendum
eſt , ꝙ homicidium commiſſum in
perſonã foriudicati,eſt impunibile,
ut habetur in cõſti.pœnam eorum.
& ibi not.per Afflict.in xj.& xij.no.
ubi dicitur,ꝙ tanquã hoſtis publi-
cus poteſt foriudicatus occidi , ut
habetur per Bar.in l.in admiſsione.
§.qui deficiunt.ff.de capti.& poſtli.
& Marſ.in conſil.ij.& 57.86.& 100.
11 ¶ Et intãtùm hoc eſt uerum,quòd
poteſt ſuſpẽdi foriudicatus per pri-
uatum,dummodo nõ faciat animo
uſurpandi iuriſdictionẽ,ut habetur
12 per Affli.ubi ſupra.¶ F I S. Sed nũ-
quid liceat occidere foriudicatum
per pecuniam proditoriè,uel uene
no?& uidetur dicẽdum,ꝙ nõ.nam
legis miniſter occidendo malefa-
ctorem licitè facit,ſi facit nõ odio-
ſe,nec malo zelo , ſed cum cõpaſ-
ſione.xxiiij.q.iiij.c.uindictã.hic aũt
quũ nõ bono zelo,& zelo iuſtitię,
ſed priuatæ uindictæ præſuppona-
tur occidere,non eſt legis miniſter
habẽdus,ſed ultor alienæ uindictę:
ergo non poteſt dici excuſatus:itẽ,
per legem , qua delicta puniuntur,
nõ debet delictis uia aperiri.l.ij.C.
unde ui.ne unde iura naſcuntur,in-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

de naſcantur iniuriæ.l.meminerint. C.unde ui.ſed intelligendo, ꝙ præmiſſa eſſent permiſſa per cõſti.pœnam eorum.aperiretur uia maleficiis,quod eſt cõtra iura.l.nullus.C. de iudæ.item aperiretur uia ad trucidandum homines per pecuniam, quod eſt deteſtabile crimen.c.j.lib. vj.extra.de homi.ergo non excuſatur.item probatur tali ratiõe,quod fit licitè,ſi fit gratis, efficitur illicitum,& uidetur eſſe delictum,ſi fiat recepta pecunia.l.prima,in fi.ff.de recepta. ſic ergo erit in propoſito noſtro.¶ INQVI. Sed cõtrariàm opinionẽ tenet Bal.in l.Gracchus. C.de adulter.etiam in conſi.fi.in fi. in pri.lib.ubi conſuluit,quòd licet etiam ueneno occidere.& idem tenet Deci.in conſi.327.& Marſ.in l.j. in prin.ff.de fal.¶ IVD.Hanc eandẽ queſtionẽ examinat Nel.de ſan. Gemi.in tra.banni.in ij.parte.ij.tẽpo.in 12.q.& finaliter dicit,quòd licet de ſtricto iuris rigore prima opinio eſſet uerior,tamen ipſe uiderit ſeruari ſecundã opiniõnẽ,quòd qualitercunq; foriudicatus occidatur,impune occiditur.ad quã quæſtionem addo Bar.Cepol.in cõſi.v. & conſi.34.& Ange.poſt Bar.in l.fi. C.de delator.lib.x.& Alexand.poſt Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquũt. in princ.ff.de pœn.Marſi.in ſing.16. incip.proditores.& Io.de Arno.in ſolilo.3j.& Marſi.in conſi.121.& Io. de Arno.in dialo.16.& ſolilo.40.& in ſing.71.poſt Bal.in l.decuriones. in fi.C.de infa.ego autẽ ſaluo ſemper meliori iudicio loquẽdo in terminis dictæ conſtitutionis.pœnam eorum.quicquid dicant docto.qui in contrariũ loquuntur,dico,quòd attenta dicta conſtit.ſumus in claris,cùm, ſi rectè inſpiciatur dicta conſtitu.mandat occidi foriudicatum per pecuniam, dum promittit dare præmium occidenti.& ſic non curat legiſlator committere aſſaſſinium, quia id facit ad uindictam malorũ.unde ſicut legiſlator mandat per pecuniam occidi foriudicatum,ita pari modo licet miniſt.legis, qui erit quilibet, qui occidit, uel occidi facit foriudicatum, cùm uerè hoc faciat uelut miniſter legis. & ſic quocũque modo id faciat,ſiue per pecuniam,ſiue ueneno,ſiue proditoriè,licitè facit. tãto magis, cùm cõſtitutio dicat impunè occidi.quod enim impune fit,maleficiũ non eſt,ſecundum Bal.in l.decuriones.in fi.C.de infa.quod ponderauit Ioã.de Arno.in dicto ſing.lxxj. incip.meminimus.& ſi bene inſpiciatur Afflict.in d.conſtitu.pœnam eorum.in iij.colum.in prima quæſtio.uidetur tenere hanc opinionẽ, cùm facit oppoſitionẽ contra conſtitu.quia uidetur per eam permitti homicidiũ cum aſſaſſinio,& tamen poſteà tenet cum conſtit.& ita tenendum puto.

13 ¶ FISCVS.Sed an liceat occidere foriudicatũ exiſtentem in fortiis curiæ? ¶ IVDEX. Dicas,quòd non,ut per Bartolum, & Angel.in l.iij.§.transfugas.ff. de ſiccar.& ita concluditur per Iſer.in conſtit.pœnam eorum.& ibi Afflic. 12.nota.in ij.quæſtio.& in conſtitu. pacis cultum.xx.& ulti.colũ.& ideo aliàs bene conſului interrogatus,ſi quidam cepit foriudicatum, ut curiæ præſentaret,& tenens ipſum in manibus,

manibus,ut duceret, ſocius eiuſdē
capientis de retro eum interfecit,
an teneatur?& dixi, ꝙ ſic per præ-
ſenta.quę notes.ſed contrarium,&
melius poſteà dixi in prag.de for-
14 iu.occide.uide,quæ ibi dixi.¶ Et an
liceat occidere fratrē foriudicatū,
uel uirum foriudicatū, uel patrem,
uide per Nell.de ſan.Gemi.in trac.
bannito.in iij.parte ij.tempo.in.q.
54.& Ioā.de Arno.in ſolilo.66.& in
caute.5.& in epito.62.& Carre.in
15 pract.cri.fol.94.num.197.¶ Et quid
de occidēte foriudicatum,qui erat
rebannitus,non tamen adhuc erat
cancellatus?ibi per Carre.nu.204.
& plurimi ſunt modi in quibus li-
mitat non procedere dictam cōſti.
in dicto caſu. uide per eundē Car-
re.& quid de occidente foriudica-
tum toleratum à ſuperiore,qui cō-
muni exiſtimatione nō habebatur
pro foriudicato.ibi.num.217.&.218.
16 ¶ Redeūdo modo ad propoſitum
noſtrū,an agnati,cognati, affines,
amici,uel procurator poſſint alle-
gare iſtud,quòd homicidium com-
miſſum fuit in foriudicatum, & ſic,
quòd impunè potuit committi,Io.
de Arno.in commenta.158.dicit, ꝙ
ſic.Nell.de ſan.Gemi.in tra.ſæpius
alle.in ij.parte ij.tempo.in 14.quæ-
ſtio.latiùs tangit quæſtionem:& fi-
naliter dicit,quòd aut foriudicatio
eſt notoria, & per quelibet poteſt
opponi:aut non eſt notoria,puta,
quia nō cōcordant qualitates, ſiue
demonſtrationes mortui in ꝓceſſu
nominati cum demonſtrationibus
foriudicationis: & ſic eſſet neceſſe
probari de indēnitate:& tūc oppo-
ni non poteſt.demum ſubdit ſe ui-
diſſe ſeruari,quòd producta foriu-
dicatione iudex ex ſe debet infor-
mare de ueritate,& idemnitate for
iudicati occiſi,& ſi reperit demon-
ſtrationes foriudicationis multùm
uarias, debet repellere quencunq;
opponentem excepto principali.
uide Maria.Soci.in capitu.ueniens.
extra.de accuſatio.numero.53.cum
ſequen.uide Marſ.in pract.cri.in §.
conſtante.nume.30.ubi dicit,quòd
quilibet de populo pōt hoc allega.
17 ¶ INQVISITVS. Nūquid poſ-
ſit opponi,eſſe prȩſcriptum quere-
læ,& actioni?¶ IVD. Duo ſunt ui-
denda in hoc paſſu:unum per quan
tum tempus,& quòmodo præſcri-
bātur querelę homicidij,& quid in
aliis delictis:ſecundum,an hæc op-
poſitio poſſit fieri per quemlibet.
circa primum ſciendum eſt,ꝙ accu
ſatio criminalis regulariter tollitur
ſpatio xx.annorum,ut eſt caſus no
tabilis in l.querelā.C.de falſ.quem
Bal.& Ange.ibi dicunt ſingularem,
& habetur per Iaſon.in §.pœnales.
inſtitutio.de actio. columna quin-
ta.& Alexandrum in l.honorariis.
in poſti.ad Bartolum.ff.de actio.&
obligatio.& per illam l.querelam.
glo.in l.in cognitione.in gloſſ.ma-
gna,circa finem.ff.ad Sylle.in ſpe-
cie dixit, quòd de homicidio non
poteſt quis accuſari poſt uiginti
annos, quia regula illius l.eſt ge-
neralis in omni crimine publico,
ut ſonant uerba text.quam gloſ.al-
legat Angel.in d.l.querelam.in fin.
& ſic per eam determinat Panor-
mi.in c.cùm haberent.iij.no.extra.
de eo qui duxit in matri.quam po.
per adul.& ſic,ut uides,regulariter
in omni

in omni delicto præſcribitur per
18 xx.annos.¶ Limitatur primò, ut nõ procedat in crimine ſuppoſiti partus: quia nunquam præſcribitur, ut firmat Fran.Bal.in tra.de prę.in iiij. parte iiij.partis principalis.in ij.qõ.
19 ¶ Secundò fallit in crimine adulterij, ſtupri, & lenocinij. quia præſcribitur quinquennio tantùm.l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.de adulter.& l.adulter.C.eo.titu.niſi adulterium eſſet inceſtui mixtum, uel econtrà.tunc enim non præſcribitur quinquennio. l. uim paſſim.§. præſcriptione.eo.titu. nam crimen inceſtus eſt perpetuum, & nõ præſcribitur, niſi per xx.annos, ſecundum Ange.in d.§.præſcriptione.& ſic licet adulterium duret per quinquennium, tamen mixtum cum inceſtu durat xx.annos.quia quando delicta ſunt inuicē permixta, illud, quod eſt magis perpetuum, reducit ad ſui perpetuitatem minus perpetuum, ut dicunt Bal.& Sali.in l.adulter.ff.de adulter. colum.pri.uerſi. ex gloſ.tamen not.& hoc probatur etiam per tex.in d.l.mariti.§.fin.ff. de adulter ubi adulterium per uim commiſſum non tollitur quinquennio ob rationem unionis: licet contrarium uelit Ioã.Berber.in ſuo iuris uiatorio.in titu.de adulte.in iij. colum.circa medium.& plene habetur per Boër.in deciſio.26.in prima
20 parte.nu.12.¶ Tertiò fallit ut non procedat in foro ſpirituali ad pœnitentiam peragẽdam, & ſic in foro conſcientiæ.quia ibi nullũ tempus eſt præfinitum. & nunquã præſcribitur in delictis, ut eſt gloſa ſingu.in capit.admonere.xxxiij. quæſtio.quam refert Panor.in c.fi.col.6. iij.& ibi Feli.col.ij.de præ.& Panor. in ca.cùm haberet.iij.not.extrà, de eo, qui diu in matri.& plenè per Fran.Bal.in tract.de præſcrip.in 4.
21 parte.ij.quæ.nume.4.¶ Quartò fallit in actione iniuriarum prætoria, quia finito anno.l.ſi non cõuitij.C. de iniur.quia tunc actio criminalis, quæ non oritur ex eodem delicto, iuxta §.in ſumma.inſti.de iniur.pariter finitur anno.& idem procedit in aliis delictis, ex quibus regulariter oritur duplex actio, ciuilis, & criminalis.l.fin.ff.de priua.delict.& l.fi.ff.de fur. iſta fuit ſingul.doctri. Iaco.But.quam ſequitur Ang.in d. l.querelam.in princ.& Sali.in fi.qui latiùs declarat faciens notabilẽ cõcluſionem, quòd de crimine non poteſt criminaliter quæri ultra tempus, intra quod poteſt de eo ciuiliter agi.& ſic extincta ciuili, erit extincta & criminalis: cũ crimina ſint odioſa.& ideo eorum metu regulariter minori tempore coarctantur, quàm ciuiles actiones, quæ durant triginta annos: & in his ſunt uiginti.d.l.querelam.ubi ergo extinguitur ciuilis minori tempore, tanto magis debet extingui criminalis.ex quo infert Salic.poſt Iac.But.quòd cũ actu de dolo ciuilis hodie coarctetur biennio cõtinuo.l.fina.C.de dol.nõ poterit agi de dolo criminaliter puniendo pœna ſtellionatus ultra biennium: & pariter in actione iniuriarũ prætoria: ſed quando actio iniuriarum eſt ciuilis, ut in tribus caſibus poſitis in l.lex Cornelia.ff.de iniuri.tunc quia hæc ciuilis durat xxx.annis, in illis caſibus ſecundum

cundum ueram opinionem, ut uolunt gloſ. & doct. in d. l. ſi non côuitij. eius criminalis durabit xx. annis. & ſequitur Fran. Bald. ubi ſu-
22 pra. ¶ Quintò fallit, ut nô procedat quo ad excipiendû in crimine falſi, quia poteſt perpetuò excipi de falſo, licet accuſatio ſit temporalis, etiam poſt uigeſimû annum. ita tenet gloſ. in d. l. querelam. per regulã, quæ habet, quòd temporalia ad agendû ſunt perpetua ad excipiendum. l. purè, in fi. ff. de excep. doli. & l. licet. cum gl. C. de exceptio. quam copioſè examinat Fel. poſt Panor. in c. ſi autem. colum. iiij. cum ſequẽ. uſq; ad fi. uer. temporalia ad agendum. de reſcript. latè tractans, an perempto iure agédi, ſit peremptû
23 ius excipiédi. ¶ Sextò fallit, ut procedat dicta regula, quando opponitur per accuſatum, ut tunc obſtet exceptio præſcriptionis: aliàs ſi nô opponatur, tenet iudiciû. ſecundû Bartol. in l. j. §. accuſationem. ff. ad Turpilia. & in l. abſenté. ulti. col. ff.
24 de pœn. ¶ Septimò fallit, ut non procedat de iure canonico in criminibus impedientibus exequutionem ordinis, uel beneficij retentionem: etiã poſt peractam pœnitentiam, quia in eis nô currit præſcriptio, ut per Abba. & Feli. in c. licet cauſam. colû. xviij. uerſi. tertium remediû, de pro. & per Aufrer. in deciſio. Cappe. Toloſa. quęſtione 188. de quibus criminibus habetur in c. inquiſitionis. de accuſa. in aliis uerò tollitur directa accuſatio ſpatio xx. annorum. & ſequitur Boër. in dicta deciſio. 26. in prima parte. alias uerò limitationes ad dictam regulam uide per Fran. Bald. in loco ſu-
25 prà allegato. ¶ Idem tamen procedit quoad ius inquirendi. nã ei pręſcribitur per xx. annos, ſecûdû Angel. in l. ſi uacantia. in fin. C. de bo. uacan. libr. x. ubi refert ſe audiuiſſe Bart. in ſalis allegãtem per hoc tex. cum gloſſ. in l. filiusfamilias. §. ueterani. ff. de pro. & Io. Imo. in l. diuus. ff. de re iudi. ſequitur Petrus de Anca. in conſi. 190. uolens, quòd ſublato iure querulandi, ſit ei ſublatum ius inquirendi, ſecundum Alexan. in l. ita demum. col. ulti. uer. & ideo facit hæc gloſſ. & idem Iaſ. ibi. colû. ij. uerſi. 12. limita. C. de pro. & Boër. in d. deciſio. 26. & an terminus ad accuſandum, uel inquirendum currat à die ſcientiæ, uel delicti commiſſi, uide Marſi. in practi. crimina. in §. conſtante. nume. 85. ubi tenet,
26 quòd à die cômiſſi delicti. ¶ Quo uerò ad ſecundam quæſtionem, an hæc exceptio poſſit opponi per cognatos, & agnatos, & uidetur dici poſſe, quòd ſic. argu. eorum, quæ nota. per gloſſ. in l. qui cû maior. §. libertus. & §. ſequẽ. ff. de bon. liber. ubi habetur, quòd poteſt opponi per procuratoré, quòd querela eſt calumnioſa. præterea dicunt Iaco. de Bel. & Frã. de Tigrinis, de Piſis, ut dicit Barto. in §. ad crimen. ff. de pu. iu. & Bart. de Sali. in l. reus. C. de accuſa. quòd in criminalibus non admittitur procurator ad opponédum exceptionem peremptoriam, niſi eſſet notoria, quia tunc iudex ex ſuo officio debet ſuperſedere in proceſſu, & reiicere accuſatorem, ne reus, & ipſe fatigentur ſuper inani proceſſu. per gloſſ. ſingu. in l.

qui

qui cum maior.§.libertus.ff.de bo. liber.ſic ergo in iſto caſu,quia de exceptione iſta apparet ex actis:& ſic eſt notoria.eſt tamen cogitandum ſuper hoc,quia nō pono pro
27 conſtanti. ¶Poteſt etiam opponi de nullitate citationū,& contumaciarum:quæ nullitas eſt tanti momenti,quòd reddat proceſſum nullum cōtra contumacē:taliter,quòd nō poteſt ſubſequi ſententia foriudicationis.& hoc eſt,quando non ſunt ſeruata ea,quæ ſupradicta ſunt in materia citationis, relationis nuncij,cōtumaciæ,& banni,ut habetur per Afflic.in cōſtitu.pœnam eorum.in ij.iiij.v.vj.& vij.requiſitis.
28 ¶Poſſunt etiam allegari impedimenta captiuitatis, carcerationis, infirmitatis,& abſentiæ, prout tūc
29 erant,ut ſuprà dixi.¶Sin autem aliquid allegatum nō fuerit,quod impediat prolationem ſententiæ foriudicationis, tunc iudex proferat ſub hac forma dicendam ſententiā: Nos,Straticotus gubernator ciuitatis Salerni,&c.receptis literis noſtræ commiſsionis, quarum tenor eſt, &c.nobiſcum aſſeſſore T. pro tribunali ſedente,&c.uiſo præſenti proceſſu in noſtra curia agitato in contumaciam infrà ſcriptorum querulatorum,& inquiſitorū de homicidio commiſſo in perſonam T. quum in eo referantur citatio,relatio Titij, contumaciæ, annotatio bonorum,publicatio bāni particulariter,prout in forma banni dictū fuit:referāturq; lapſus anni,in quo perſtiterunt in contumacia,inſtantia querulantis,pro foriudicatione citationes expeditæ, contumaciæ accuſatæ per decretum interpoſitum:demū omnibus relatis ſubdatur:uiſis uidendis,&c.cōſideratisq; cōſiderandis, Chriſti,beatæq; Mariæ uirginis nominibus piè inuocatis,de quorum uultu recta prodeūt iudicia,& oculi iudicantium reſpiciunt ueritatē,conſiderātes dictos T.& T.olim per nos noſtramq; curiam citatos per annum integrum expectatos fuiſſe,minimeq; cōparuiſſe,adeò, quòd ſe contumaces nequeant negare:in tantum,quòd meritò ſunt,& eſſe debēt extra omnem aditū iudicij conſtituti,eisq; limina iudicij præcludi debēt,ipſos foriudicamus: ita, quòd eis nulla appellationis,ſeu ſupplicationis remedia ſupereſſe cognoſcāt,& quo ad omnia ferè pro mortuis habeantur,& hoſtes publici reputentur:ita, ut ab omnibus offendantur impunè,eorumq; offenſores præmia conſequantur,ſecundū terminos conſtitu.regni.pœnam eorum. bonaq; eorum omnia fiſco noſtro publicamus,applicamusq; irremiſſibiliter:ſeruata tamen diſtinctione regiæ conſtitutionis.foriudicatorū bona.taliter in his ſcriptis decernentes iſto, & omni alio meliori
30 modo.¶FISCVS.Quid ſi moriatur pater foriudicati inteſtatus,ſuperſtitibus aliis fratribus,foriudicatus ne etiam ſuccedet,quia primogenitus ſit, an ipſius loco fiſcus? ¶IVDEX.Afflic.in cōſtitu.ob filiorum culpas.in tertio nota.dicit, quòd ſuccedet ſecūdò genitus ex-
31 cluſo fiſco. ¶Sed ſi moriatur pater foriudicati ſuperſtite ipſo foriudicato,& ſorore in capillo,tunc ſuccedet

cedet ei fiſcus cum onere dotandi ſororem:& ſi ſoror ſit maritata, & dotata, tunc in totum ſuccedit fiſcus,ea in totum excluſa, ut per eundem Afflict.in d.conſtitu.ob filiorum culpas.in v.not. ¶Et ſi pater foriudicati mortuus ſit,tẽpore quo filius foriudicatus erat mortuus, ſuperſtite ſolũ filia maritata, quæ renuntiauit bonis paternis, ſuccedunt eo caſu alij agnati proximiores in gradu,ut per eundem Afflict.ubi ſuprà.in v.nota.uerſicu. quid ſi uiuo patre. ¶Adde, quòd mulier non poteſt foriudicari,ſicut non poteſt minor.ſecundum Paul. de Caſt.in l.ubi exigitur.in fi.princi.ff.de eden.pro quo faciunt optimè dicta per Ange.& Bald.& Alexand.in l.ij.j.colum.ff.ſi quis in ius uoca.non ier.& per Marſi.in practica cri.§.poſtquàm.nu.60.¶Debet etiam uideri iudex, ſi tempore primæ citationis ad informandum aliquis comparuit,& propoſuit excuſationem: quia ſi erat admittenda,& non fuit admiſſa,non poteſt procedi ad ſententiam foriudicationis:aliàs erit nulla,ut per Afflict.in conſtitu.pœnam eorum. in nono requiſito.

32

33

34

¶Captis foriudicatis recognoſcantur. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Foriudicatus cùm captus fuerit, debet fieri recognitio ipſius.*

2 *Foriudicato debet dari terminus ad dicendũ cauſam,quare ſententia foriudicationis exequi non debeat.*

3 *Nullitas aduerſus ſententiam foriudicationis allegari poteſt.*

4 *Nullitas quæ poßit allegari aduerſus ſententiam foriudicationis.5.*

6 *Sententia foriudicationis exequitur ſine alia pronuntiatione.*

7 *Sententia foriudicationis an præſcribâtur per xxx.annos.*

8 *Sententia foriudicationis an poſt decem annos poßit allegari nulla.*

FISCVS.

VT nihil remaneat intactũ, quæro, quòd ſi contingat capi foriudicatos,quid debet iudex facere? ¶IVD. Si euenerit, quòd foriudicati capiantur, tunc iudices cõfeſtim ipſos examinent interrogando,ubi,& quomodo in forcias curiæ peruenerint: quod nomen habeãt,quod cognomen:& de qua caſata,ciuitate,terra,caſtello, uel caſali ſint: quanto tẽpore fuerint abſentes ab eorum domibus:qua de cauſa,& ubi fuerint: quo tempore ſe abſentauerint:ſi in caſata, & cognomine ipſorum ſint & alij, qui uocentur nominibus, quibus ipſi uocantur: ſi habeant patrem, uel matrem: & quomodo uocentur,uel uocabantur:ſi non habent, ſi habeant bona ſtabilia,& domos in ciuitate,& cum quibus confinentur:ſi fuerint inquietati de homicidio in perſonam Tit.commiſſo:ſi fuerint citati,bãdiri,& ultimo loco foriudicati:& aliter, ut natura cauſæ expopoſcerit, & reorũ cõfeſsiones, uel negationes fuerint:& ideo interro

terrogādi ſunt ſuper omnibus iſtis circunſtātiis,& qualitatibus,ut uideatur,ſi cōcordent cum qualitatibus exiſtentibus in proceſſu:& ſic fiat recognitio:& hoc,quando nō ſtatim cōfiterentur ſe eſſe illoſmet, 3 de quibus in ſententia foriudicationis: demum in faciem ipſorum examinētur aliqui teſtes ſuper ipſorum recognitione, ipſos interrogando de omnibus circunſtantiis, & demōſtrationibus,de quibus in proceſſu, & ſententia: ut ſic uerè appareat eſſe eoſdemmet,de quibus in ipſa ſententia.& hanc practicam docet Bart.in l.diuus.uerſic.& diuus.ff.de cuſto.reo.& in l.j.ff.de requi.re.& approbat,& eam ſequitur Ioā.Mill.in ſua praxi cri.fol.62. nume.21.in glo.publicādos docet. Ange.de Aret.pleniùs,quàm alibi, in lib.maleſi.in uerbo,Caium Sempronij.in princ.& ita ſeruatur in re- 4
2 gno.¶Facta autem recognitione, & conſtito curiæ eſſe illoſmet, de quibus in ſententia,tunc iudex ſtatuat eis breuem terminum ad dicendum cauſam,quare contra eos exequi nō debeat ſententia foriudicationis: eiſq; prouideat de aduocato,& procuratore:& petentibus copiam ſententiæ foriudica- 5 tionis,banni,& cōtumaciarum,iubeat eis conſignari.& ita ſeruandū eſt,quicquid dicant Ange.in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de uerbo.obliga. & Io.de Arno.in epito.87.& in cōmenta.42.poſt Feli.in c.ad abolendam.in fi.de hære.quos refert Car- 6 re.in repeti.l.obſeruare curabis.C. quo.appe.nume.64.& quicquid dicat Afflic.in conſti.pœnam eorum.

in xvij.no.quæſtiones concludunt. ꝙ cōſtito,quòd eſt illemet,qui fuit foriudicatus,confeſtim mittitur ad furcas.hoc autē intelligitur,ut procedat dato dicto breui termino,& ita ſeruatur,& ſeruari uidi.¶Et eſt ratio, quia licet à ſententia foriudicationis non poſsit appellari,& non poſsit doceri de innocentia, tamen poteſt dici de nullitate ſententiæ,ut habetur per Afflic.in cōſti.pœnā eorum.in quinta q.princ. in fi.& ſequen.cū ergo habeat foriudicatus defenſionē aduerſus ſententiam,audiri debet:& eſt allegāda nullitas per ipſum principalem, nō autem per procuratorem,ut ibi per Afflict. licet poſſet practicari, quòd non detur terminus prædictus,niſi petatur,& niſi allegetur tale quid,in quo conueniat termini datio:tamē tutius eſt,quòd detur.
¶INQVISITVS. Quot ergo modis poteſt dici ſentētia foriudicationis nulla? ¶IVDEX. Dic,ꝙ pluribus modis:aliquādo enim reſpectu perſonæ, in quam eſt lata: ut,quia clericus.quia tunc erit nulla:uel quando fertur per errorem. de quibus ad longum per Grāma. in conſi.primo poſt regias deciſiones.¶Aliquādo eſt nulla, quotieſcunq; citationes,relationes nuntij, contumaciæ,& alia,quæ per ordinem ſuis in locis poſuimus,nō ita interuenerunt,ut dixi.& per Afflic. in d.conſti.pœnā eorum.in omnibus ſuis requiſitis,& per Gramma. ubi ſuprà.¶Si uerò nullitates allegatæ nō ſubſiſtunt,tunc iudex poterit dictam ſententiā exequutioni demandare: ſecundū prææallegatos docto.

docto.& ita practicandum puto,ſine eõ,quòd aliã ſententia condem natoria feratur, niſi quòd mittitur ad furcas,uel inciditur caput à ſpatulis uigore ſententię foriudicationis,ut dicit Afflict.in d.conſtitutio.
7 pœnam eorũ.in 17.no. ¶I N Q V I. Pone,quòd quis ſtetit foriudicatus per ſpatium xxx.anno.quibus elapſis captus eſt,an ſententia foriudicationis cõtra eum executioni demandetur?& uidetur dicendum,ꝙ nõ,quia ſicut cuicunq; actioni etiã ex ſentẽtia præſcribitur ſpatio xxx. anno.l.omnes.& l.ſicut.C.de pręſc. xxx.anno.ita in propoſito noſtro. ¶I V D E X.Sed cõtrarium decidit Bal.in l.data opera.C.qui accuſ.nõ poſſunt.& ſequitur Nell.de ſan.Gemi.in trac.bannito.in ij.parte ij.tempo.in quæſtio.64.
8 ¶F I S C V S.Sed pone,ꝙ lata eſt ſententia foriudicationis contra aliquẽ,& ab ea iam ſunt elapſi duodecim anni,& demũ captus eſt ille foriudicatus,& opponit de nullitate ſentẽtiæ,an audietur?& uidetur dicendũ,quòd non, quia ſententia ipſa tranſiuit in rem iudicatam.iam enim ſunt anni xij. cum ab ea non fuit aliter reclamatum,ſeu aliter de nullitate dictum: maxime,quando ex tenore,& uerbis ſententiæ liquet omnia ſolẽniter de more iudicii proceſsiſſe:& citationes,& probationes,& contumacias,& bannum,ac cętera incũbentia,ob quod uerbis ipſius ſententiæ cuncta narrantibus ſtãdum eſt:pro quo facit,quia licet petens executionem ſententiæ debeat ultra ſentẽtiam producere acta,tamẽ ſi trãſactum eſt biennium poſt ſententiam,nõ tenetur acta producere,ſecundũ Bal.in l.j.uer.extrà quæro ne lic.ter.pro. ¶I V D.Hæc quæſtio requireret altiorẽ indaginẽ,ſed quia reperio eam deciſam in ſacro regio conſi.Neapo.ut refert Gramma.in deciſi.24.incipit Andreas de Maxi.& tandem deciditur, quòd ſi ex uerbis ſententiæ apparet omnia ſolẽniter proceſsiſſe,& ſunt elapſi ſaltem x.anni, non poteſt amplius de nullitate dici,quia ſat eſt, quòd conſtet de corpore foriudicati.

SECVNDA PARS
ſecundæ partis.

¶Verum ſi citati cõparent, & purgant contumaciã,audiantur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Citatus comparens recta curia uſque ad primum ſonum,non dicitur contumax,& in ſequente curia debet perſonaliter inſtare,quòd procedatur.numero 1.*

3 *Fideiuſſor citatus ad præſentandum principalem, ſi comparet in ultimo peremptorio ſine principali recta curia eſt contumax.*

4 *Fideiuſſor contumax an repræſentãdo reum purget moram.*

5 *Contumax ſi comparet intra duos menſes,& purgat contumaciam,an debeat ſub fideiuſſoribus liberari.*

6 *Contumacia contracta per præſidem prouinciæ an purgetur,ſi contumax cõparuerit in magna curia uicaria.*

7 *Contumax an dicatur,qui acceſſit ad ſuperiorem,& non comparuit coram citante ex probabili cauſa.*

8 *Contumax purgans contumaciam,ſi non habet fideiuſſores,ſtatim incar-*

cerabitur.

9 *Contumax in criminibus, pro quibus aliàs deberet ſub fideiuſſoribus liberari, non liberabitur propter contumaciam.*

10 *Contumax an poſſit allegare declinatoriam fori.*

11 *Contumacia purgata an faciat indicium ſufficiens ad torturam.*

12 *Contumax ſi purgauit cõtumaciam, & dedit fideiuſſores de ſtando iuri, & iterum citatus ad conteſtandum litem, ſi non compareat, quid faciet iudex.*

13 *Fideiuſſor condemnatus ad pœnam, quia non præſentauit principalem, an ſi poſt aliquot dies præſentet, euitet pœnam.*

FISCVS.

VIdeo iam primam partẽ ſecũdæ partis principalis cõpletam, in qua plenè edoctus ſum qualiter procedatur contra contumaces, & non comparentes: uerum quia aliquando inquiſiti comparent poſt contractam contumaciam, & eam purgant offerentes ſe ſtare iuri: aliquando etiã ante cõtumaciam contractam, ſed in ultimo peremptorio. idcirco ſi placet de his diſſeramus, ut aliàs recolo te ſpopondiſſe. ¶ I V D. Æquiſsimam rem poſtulas, & iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus: maximè, quia cornu bos capitur, uoce ligatur homo. idcirco ſcire debes, ꝙ ſunt quidam, qui comparent contracta cõtumacia recta curia: & tũc etiam ſi comparent uſque ad primum ſonum, non erunt contumaces, ſed ſcribitur eorum cõparitio: uidelicet, ꝙ talis comparuit dicto die contumaciæ, adhuc curia ipſa pro tribunali ſedente. & licet reuera curia non ſedebat, quando comparuit, ſcribitur tamen ita: & nõ remanet cõtumax, ut dictat ritus magnæ curiæ uica. incip. itẽ ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis bãnitur. & debet perſonaliter comparere, & non
2 per procuratorẽ. ¶ Et ſi eo ſero nõ fuerit detẽtus, & carceratus, debet in ſequenti curia perſonaliter cõparere, & inſtare, uel ꝙ liberetur, uel ꝙ procedatur in cauſa: aliàs remanebit cõtumax, ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. itẽ ꝙ plerũq; cõtigit. & nihilominus in omnem euẽtũ debet præſtare fideiuſſores de ſtãdo iuri, ut in dicto ritu: & hoc intra tres dies, ut in alio ritu incip. itẽ quòd illi, qui ſunt banniti.
3 ¶ Hoc autẽ nõ procedit in fideiuſſore citato, ut pręſentet principalẽ, quia licet cõpareat eodem die, quo remãſit cõtumax, nõ purgat contumaciã, niſi dicto die præſentauerit principalẽ, ut dictat ritus magnę curiæ uicarię, incip. item quòd ſi condẽnatus eſt fideiuſſor. & in ritu incip. itẽ ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi aliquis.
4 ¶ Et intantum hoc procedit, quòd ſi fideiuſſor uoluerit moram purgare intra ſeptem dies iuxta æquitatem traditam per l. & ſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. & c. legem ueterem. non poteſt, ut dictat ritus magnæ curię uicarię, incipien. item nõ poſſunt moram. ſed aduertendum eſt, quòd in contrarium fuit deciſum in ſacro regio cõſi. ſi bene aduertatur, nulla facta mẽtione de ritu prędicto, ut refert Gramma. in deciſio. 95. incipien. in cauſa magnifici. & recolo,

recolo, dum tunc temporis eſſem in ciuitate Neapolis, fuiſſe patronũ cauſæ magnificũ Federicũ Longũ: ubi tandẽ dicitur, ꝙ fideiuſſor repræſentando reum congruo loco, & tempore, purgat moram. quod
5 nota. ¶ IN QVI. Sed an ſi quis cõparuerit eodem die, uel intra duos menſes, ſecundum terminos conſtitutio. regni, clementiæ. debeat carcerari, uel admitti cum fideiuſſoria cautione extra carceres? ¶ IVD. Dicit Afflict. in prædicta conſtitutio. in ij. no. uer. ſed quid ſi perſonaliter. quòd ſi conſtat de crimine, nõ liberabitur, ſed defendet ſe in carceribus, iuxta terminos cõſt. regni,
humanitate. & hoc quando ſumus in caſu, quo etiamſi à principio cõparuiſſet, deberet facere defenſiones in carceribus: ſed ſi eſſemus in caſu, quo ſi à principio comparuiſſet, deberet ſub fideiuſſoribus liberari, tũc comparens intra duos mẽſes etiã liberabitur fideiuſſoribus: ſed ſi poſt duos menſes comparuiſſet, tunc perdit priuilegium, ſi conſtat refertum eſſe expẽſis: & ſi non conſtat, propter ſpontaneam comparitionem admittitur extra carceres: ſed ſi poſt duos menſes capitur defendet ſe in carceribus, etiamſi eſſet caſus, in quo à principio non debebat carcerari, ſi ſponte compareret. & hoc propter ſuam contumaciam, ut optimè declarat Afflict. in conſtitutio. clementiæ. in ij. nota. uerſicu. ſed quãdo poſt duos menſes. adde hic Pet. de Mo. for. & Bartho. de Capu. in cõſtit. humanitate. ꝙ illa conſti. quatenus uoluit bannitum non liberari fideiuſſoribus, procedit, quando contumacia non eſt purgata: ſed ſi eſt purgata contumacia, non habet locum, ſi modò natura criminis non repugnet.
6 ¶ FISCVS. Quid ſi aliquis reputatur contumax per iuſtitiarium, an comparendo in magna curia uicaria purget contumaciã? ¶ IV. Hāc quæſtionẽ poſuit Afflic. in d. conſti. clementiæ. in 3. no. & decidit, quòd non, etiam ſi magna curia, uel alius ſuperior admiſiſſet ad purgandam ſuam contumaciam: niſi eſſet rex, qui diſpenſaſſet contra conſti. clementiæ. cum clauſula, quòd nõ obſtante. & nota, quia ſæpe euenit in
7 facto. ¶ IN. Quòd ſi citatur quis, qui ob aliquã iuſtam cauſam partialitatis contrariæ, aut inimicitiæ, aut fauoris iudicis in partem contrariam diſceſsit, & acceſsit ad ſuperiorem iudicis citantis, qui poſteà remiſit eum ad iuſtitiam, an hic dicatur contumax? ¶ IV. Dicas, quòd ſi conſtat, quòd ex probabili cauſa receſsit poſt citationem, & acceſsit ad ſuperiorem, non erit contumax: & illa fuga nullum præiudicium ſibi infert, ut dicit idẽ Afflic. in conſtitu. clementiæ. in 3. not. uerſicu.
8 quid dicendum de citato. ¶ Et eſt notandum, quòd quando quis purgauit cõtumaciam in caſu, quo debet admitti ad fideiuſſoriam cautionem extra carceres, ſi non habet fideiuſſores, etiam ſi nihil conſtet de delicto, carcerabitur: & antequam admittatur ad faciendas eius defenſiones, debet reficere expenſas & damna, ac intereſſe querulãti. ſecundum conſtit. regni. clementiæ. quę habet cõcomitantiam cum

iure communi,ut refert ibi Afflic.in ix.no.& nõ requiritur alia citatio ſuper condẽnationem expẽſarum, & ibi itẽ iſtæ expenſæ taxantur per iudicẽ delato iuramẽto ipſi queru-
9 lãti,ut ibi in x.no. ¶ F I S. Quòd ſi aliquis cõtumax in minoribus,criminibus pro quibus foriudicari nõ poteſt,ſtetit in contumacia per annum,an propter tantam contumaciam debeat ſe defendere in uinculis,non obſtante, quòd uelit dare fideiuſſores, & reficere expenſas? ¶ I V D.Dicas, quòd ſic,ut ſtatuit rex Caro.ſecũdus, in c.ſiue quis.& Afflic.firmat in d.conſt. clementiæ.
10 in 12.& ultima q.¶ F I S.An purgata contumacia poſſit allegari declinatoria fori?¶ I V D. Dixi ſuprà in
11 uerbo,bannum.¶ F I S.An purgata contumacia remaneat indicium ſufficiens ad torturam?¶ I V.Marſi, in l.j.ff.de quæſtio,nu.:.uidetur dicere,quòd ſic.ſed plenè dixi in tertia parte tertię partis principalis,& aliquidtetigi in materia bãni ſuprà,
12 ¶ F I S. Quòd ſi aliquis purgata contumacia,& datis fideiuſſoribus de ſtando iuri,& ſolutis expẽſis, ac damnis aduerſæ parti,intra ſtatutũ ſibi terminum ad reſpondendũ capitulis non compareat, accuſatore tum multũ inſtãte quomodo procedetur? ¶ I V D. Gloſ.in conſtitu. clementię.dicit,quòd iudex iterum citabit eum:& ſi non cõparet,condemnabitur ad tertiam partem ſuorum bonorum mobilium,& iterum bannietur,& annotabuntur ſua bona.& ita dicit ſeruari in magna curia uicaria.& hanc practicam ſequitur Afflict.ibi in fi.& aliam dat ipſe, quòd citentur fideiuſſores ad præſentandũ:& ſi non præſentent,exigetur pœna,& procedet iudex ad exactionem pœnæ ſine libello, & ſine ordine iudiciario,quia eſt cõ-
13 tractus factus in iudicio.¶ F I S C. Quòd ſi fuerint citati fideiuſſores ad pręſentandum principalem:& quia non comparuerũt,fuerunt reputati cõtumaces,& condẽnati ad pœnã fideiuſſionis:& poſt aliquot dies fideiuſſores pręſentarint principalem,uel principalis ex ſe ſpõte ſe pręſentet,& ſit carceratus:an teneantur ad pœnam?¶ I V D.Dicas, quòd expectabitur finis cauſæ, ut ſi principalis ueniat abſoluendus, non teneantur ad pœnam:ſi autem uenerit condemnandus, teneãtur ad pœnam,ut fuit deciſum in ſacro regio conſilio,ut refert Gramma. in deci.55.incip.in cauſa magnifici.

¶ Et ſi cõparent ante contumaciã,examinẽtur.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio ſpontanea eſt maximum indicium innocentiæ.*
2 *Comparens reus debet ſtatim examinari.*
3 *Torqueri poteſt reus nolens reſpondere inquiſitioni,& condemnari ad pœnam pecuniariam.*
4 *Reus pluribus, & reiteratis uicibus debet examinari.*
5 *Notarius actorum de mandato iudicis debet ſcribere omnes actus,& motus,quos facit reus in examine.*
6 *Minor ſe maiorem aſſerens an ſibi præiudicet.*

Conuerſa

7 *Conuerſatio cum participantibus in delicto facit indicium.*

8 *Reus debet interrogari ſuper quolibet indicio.*

9 *Clericus nolens reſpondere in examine, cogendus eſt.*

10 *Reus eſt interrogandus, nunquid teſtes examinati contra eum ſint amici, an inimici.*

11 *Reus eſt interrogandus de omnibus illis, quæ uiderit iudex poſſe tergiuerſari.*

12 *Principalis excuſatur à pœna uarietatis, & periurij.*

13 *Principalis reus eſt ante omnia examinandus.*

14 *Conuerſatio mala eſt malæ operationis indicium.*

INQVISITVS.

QVod ſi aliquis citatus ante contumaciā in ultimo peremptorio comparet, quo-
1 modo debet procedi? ¶ IVD. Si quis citatus non expectata contumacia, ſed in ultimo peremptorio comparet ſpōte, ſpontanea illa cōparitio eſt maximū indicium illius innocentiæ. ſecundū Bart. Cepo. in conſil. 31. incip. ſuper homicidio. 4. col. uerſi. decimo, & ultimo. & plenè per Marſi. in praxi cri. §. diligenter. nu. 204. & uoluit Gram. in cōſi.
2 61. nu. 4. & in conſi. 29. nu. 32. ¶ Atq; tunc ante omnia ſolet procedi ad examinationem ipſius, ut docet Io. Mill. in ſua praxi cri. fol. 64. in gloſ. interrogandorum. nu. j. interrogando ipſum, quomodo, qualiter, & ex qua cauſa reperiatur captus: uel in curia (ſi uidelicet fortaſſe inquiratur de homicidio commiſſo in perſonam Tit. de menſe Maii ſub die 26. de anno 1546.) tunc interrogabitur, ſi cognoſcebat Titiū: ubi, & quomodo: ſi erat ei amicus, an inimicus: qua amicitia erat aſtrictus, aut inimicitia: ex qua cauſa: ſi aliquo tempore cum eo fuerit in rixa: ſi ab eo fuerit offenſus: ubi, & quomodo: ſi cum eo ſolebat loqui, cùm ei obuiā fortè ueniret: quibus præſentibus, & à quanto tempore: ubi ſit nunc dictus Titius: quid feratur de eo: quis ei talia retulerit: qbus preſentibus: de menſe Aprilis an. 1545. ubi fuerit: & ſi fuerit abſēns aliquo tēpore à ciuitate: & per quot dies: & ubi fuerit, & cùm quibus cōmoratus fuerit: cum quibus dormiuerit: quis eū uiderit in illo loco: cum quibus cōuerſatus fuerit: ſi aliquo die dicti menſis, quo dicit ſe fuiſſe abſentē, reuerſus fuerit in ciuitatē, uel ſemper ſteterit abſens: & deinde deſcēdat ad menſem Maij, quo fuit crimen cōmiſſum, & ſimilia interrogatoria faciat, & alia, prout natura facti expopoſcerit: demū deſcendat ad uerū annū, & mēſes cōmiſſi criminis, & faciat ſimilia interrogatoria, quia ſic intercipiet eum, quia in primis interrogatorijs in anno, & menſibus non cōmiſſi criminis ponet omnes eius defenſiones, credens eſſe illum annum, & menſem: in anno, & menſe cōmiſſi criminis ſuccincte ptranſibit: ipſoq; examinato cōfeſtim uideat examinare illos, quos nominabit, ut ſic ualeat intercipere eū in mendacio, & uarietate: & examinet alios, qui fortè dicāt, ſe eum uidiſſe in ciuita-

te eo die & mẽſe,quo aſſerit ſe fuiſ
ſe abſentem. Et ſi in informatione
fuerint aliqui teſtes,q dicãt ſe ipſum
nõ agnoſcere per nomẽ,& cogno-
men,ſed ad uiſum tantùm,tũc cõſti
tuto eo in medio aliquorũ demon
ſtretur teſtibus,eos interrogando,
ſi inter illos eſt ille, de quo in depo
ſitionibus eorundẽ.de qua affron-
tatione habetur plenè per Io.Mill.
in ſua praxi cri. fo.63.in glo.cõmiſ-
3 ſus.nume.quinto,in litera b.¶ Et ſi
fortè reus ipſe noluerit in aliquo
interrogatorio ei facto reſponde-
re,tunc factis ei trinis monitioni-
bus ſub pœna ipſum multabit, &
condẽnabit ad pœnam in mãdatis
contentam ,iuxta tex.l.de ætate.§.
qui tacuit.& §.ſequẽ.ff.de interro.
actio.& ibi Bart.hæc enim cõtuma
cia in non reſpondẽdo punitur, ut
ibi.& habetur per Caſſa.in conſu.
Burgu.in titu.lamẽde de ſimple re-
ſcouſſe.§.vij.fol.74.in rubrica pri-
ma,nume.xj.pluribus enim modis
poteſt reus arctari ad reſponden-
dũ : uno modo multa indicta, ut ff.
de uen.inſpi.l.j.§.quid ergo ſi. alio
modo captis pignoribus.argu.ff.de
re iud.l. debitoribus. & idem fieri
poteſt,ſi obſcurè reſpondet.ut l.de
ætate.§.ſi cũ eſſet.& §.nihil inter-
eſt.& habetur per glo.in l.certum.
ff. de confe.nec enim uidetur re-
ſpondere, qui ad interrogata for-
maliter non reſpõdet,ut dicta l.de
ætate.§.quod autem.& l.j.§.ſi quid
ſimpliciter.ff.de uerb.obliga. Ideo
qui præſens eſt,& iuſſus eſt reſpon
dere,& recuſat abſque rationabili
cauſa,contumax eſt, ut plenè per
Ioan.Mill.in ſua practica crimina.

fol.69.in glo.noluit reſpondere.nu
mero iiij.Imò plus dico tibi, quòd
non reſpondens poteſt torqueri,
ut certum reſpondeat,de quo ple-
nè dixi in tertia parte tertiæ partis,
4 ubi uideas. ¶ Examinetque iudex,
dictum reum pluribus , & diuerſis
uicibus:& ſemper faciat eius reſpõ
ſiones in acta redigi per notarium:
uideatque,ſi loquitur pauide,& tre
pidè:& hoc faciat ſcribere,cùm no
tarius debeat ſcribere de mandato
iudicis.id ſecundum Bart.in l.de mi
nore.§.tormenta.ff.de quæſtio.ui-
deatque,quem motũ faciat labiis,
& tota perſona.nam ſi iudex ex di-
ctis rei uiderit aliquã uariationem,
trepidationem,& uultus pallorem,
(quod relinquitur eius arbitrio)
5 omnia ſcribi faciat. ¶ Et tenetur
notarius id ſcribere ſub hac forma:
Iudex mandauit mihi,quòd ſcribe-
rem,quòd dictus mutauit colorem
in facie:loquitur pauendo,uel tre-
mendo: uariando , uel uacillando,
& ita mihi uiſum fuit.de quo per
Pariſium in c.quoniã contra.extra,
de probatio.nu.159.& ibi Abbas.&
Bal.in l.presbyteri.C.de epiſ.& cle-
ricis.ex his enim ſumitur indicium,
ut optimè docet Fran.Bru.in tract.
de indici.& tor.in nona , & ultima
parte.ubi ſeriatim omnia docet.&
habetur per Marſi. in ſua practica
cri.§.diligenter.nume.74.& nu.98.
& in §.quoniã.nu.4.& nu.27.& ha-
betur per Io.Mill.in ſua practi.cri.
fol.65.numero xj.& ita etiam docet
Angel.de Are.in libro malef.in uer
bo,fama publica.antepenul.col.no
6 na quæſtione. ¶ Bonum eſt etiam,
ut interrogetur inquiſitus de ætate
ſua:

ſua:& ad hoc reſpondere tenetur.
ut l.de ætate.ff.de interro.actio.&
eſt maxi.mométi iſtud interroga-
toriũ:quia ſi minor ſe maioré dixe
rit,ſibi præiudicat, niſi reſtituatur:
quod poteſt,ut eſt gl.in d.l.de æta-
te.in uerbo,reſpõdere.& l.certum.
§.penultimo.ff.de confeſ.niſi dolo
fecerit, quia tunc non reſtituitur.
ut ff.de minori.l.ſi ex cauſa.§.nunc
uidendum.& ſequitur Ioan.Mill.in
ſua practica crimi.fol. 65. in gloſſ.
7 uti aſſerebat. nu.17.¶ Debet etiam
interrogari inquiſitus, ſi habuerit
conuerſationem cum illis,qui forte
fuerunt participes in delicto. nam
ratione cõuerſationis cum his,qui
maleficium cõmiſerunt,iudex po-
teſt ſuſpicari de maleficio,ut l.do-
minus horreorũ.ff.loca. & ibi per
8 Barto. ¶ Debet etiam interrogari
ſigillatim ſuper quolibet indicio,ut
l.unius.§.cogniturũ.ff.de quæſtio.
& Bald.in l.cuſtodias.ff.de pub.iu.
quia ſi reperitur in mendacio, erit
maxima præſumptio contra eum,
ut dict.l.unius.§.teſtes.& c.literas.
9 extra,de præſumptio.¶ Si uerò exa
minari cõtigerit aliquẽ,qui præten
dit ſe clericum, & ob id noluerit re
ſpondere,iudex poteſt eum coge-
re ad reſpondendum,etiam ſi eſſet
ſacerdos:quia fieri poteſt,quòd pri
uetur iure clericatus:maximè, quia
oneratus,& ſuſpicatus eſt enormi
tatibus ſe immiſcuiſſe:item, quia
inuentus eſt in non decenti habi-
tu.& quòd teneatur reſpondere,
fuit deciſum Pariſijs ſub die xv.Apri
lis.1529. ut refert,& ſequitur Ioan.
Mill.in ſua practica crimina.fol.73.
in gloſſa,fori præſcriptio.nume.1.

10 quod eſt notandum. ¶ Interroga
bitur etiam,nunquid teſtes exami-
nati contra eũm, ſint ei amici, an
inimici: num reputet pró bonis,
an pro malis,& iniquis:non autem
dicat iudex eſſe examinatos cõn-
tra eum:ſed in genere interroget:
imò bonum eſt, quòd ei nominet
teſtes,qui non ſunt examinati con-
tra eum:& deinde nominet teſtes
examinatos in cauſa,ut ſic non ua-
leat præuidere, qui ſint examinati
contra eum.& hæc interrogatio eſt
maximi momenti, quia deprehen-
det iudex quæ obiici poſsint cõtra
dictos teſtes:& demum poteſt ſe
ſummariè informare,an uerum ſit
id, quod obiicitur, ut ſic poſteà
reus non poſsit falſó modo obiice
re contra teſtes deponentes con-
11 tra eum. ¶ Finaliter circumſpectus
iudex ſtudeat interrogáre inquiſi-
tum de omnibus illis,in quibus ui-
derit poſſe tergiuerſari eum,& elu-
dere curiam inquirentem,ut ex his
ualeat reſcindere omnes cauillatio
nes, calumnias,falſas negatiuas,&
quælibet alia obſtacula:quia ſic ex-
torquebit ab eo, quas defenſio-
nes poterit facere:& quę ueræ ſint,
& quæ falſæ:& remouet materiam
fabricandi falſum,& decipiendi cu-
riam.caueat autem,ut ſi uiderit ue-
rè inquiſito competere,aliquas de-
fenſiones ueridicas,& non falſas,
ut per multiplicia interrogatoria
ab eo ipſas nõ remoueat, quia hęc
12 faciens,reus erit gehennæ.¶ Et eſt
notãdum,quòd principalis exami-
natus excuſatur à pœna uarietatis,
& periurij.tamẽ ſi iudex pręceperit
ei,quòd habeat reſpondere, & di-

cere ueritatem ſub pœna aliqua,& reſpondit, & demum conuincitur de mēda-io,tenetur ad pœnam ſecundum Bald.notabiliter loquentē in l.ius alimentorum.ff.ubi pu.edu. de.ſed pondera bene Bal.in ultima ſolutione cōtrarij de l.interloquutio.quia iudicio meo uidetur ſe li-
13 mitare.¶ Eſt etiam amantiſsime lector notandum, quòd omnino de neceſsitate debeat reus examinari, antequam formentur, & dentur capitula:aliàs non ualeret inquiſitio,ſi primò dentur capitula,& ſic formetur inquiſitio,& demum examinetur reus.ut in c.qualiter.uerſi. debet igitur.de accuſat. & refert,& ſequitur Ange.de Aret.in lib.maleſi.in uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio.in 8.colum.in uerſi.requiritur
14 etiam.¶ Item bonum eſt,ut interrogetur ubi,& in quibus locis ſolitus ſit conuerſari reus inquiſitus, quia mala cōuerſatio,eſt malæ operatiōis indicium.l.ſi plures.§.quáuis.ff.de admi.tu.item inſpiciat cōſtantiam,uel uocis trepidationem, uel membrorū pallorē:& omnia in acta redigi faciat.quia ex his ſumere poteſt indiciū. ut l.de minore.§. tormenta.ff.de quæſtio.

¶Examinati liberētur ſub fideiuſſoribus. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari non debent offerentes dare fideiuſſoriam cautionem,ſi ſumus in delictis,in quibus ueniat imponenda pœna infra relegationem.*

2 *Confeſſus non debet ſub fideiuſſoribus relaxari,etiam quādo uenit imponenda pœna pecuniaria.*

3 *Carcerabitur quis pro pœna pecuniaria ſtipulata apud acta curiæ.*

4 *Fideiuſſoribus quando, & in quibus caſibus carceratus nō liberetur.& 5. 6.7.8.9.10.11.12.13.14.15.16.17.18.19.*

20 *Fideiuſſoribus liberatus,ſi reperiantur illi fideiuſſores non idonei,poteſt iterum capi,ut alios præſtet idoneos fideiuſſores.*

INQVISITVS.

1 ET quia poſt examinationē, & comparitionē reorum ſolet multipliciter inſtari pro ipſorū liberatione ſub fideiuſſorib. & ſuper hoc fiūt fulminatæ petitiones inſtātiæ,proteſtationes,& appellationes: & ut plurimùm minus bene iudices in hoc prouidēt,conſiderantes ſatis iuri & iuſtitiæ eſſe ſatisfactum per carcerationē reorum:idcirco rogo te,ut aliqua ſummatim de his nobis dicas.¶ IVD. Placet mihi poſtulatio tua, & ideo ſcias,quòd quędam ſunt delicta infra relegationem, pro quibus non habet locum tortura iuxta diſpoſitionem cap.regni,incip.tormenta. & in iſtis indiſtinctè nūquā peruenitur ad carcerationem oblata fideiuſſoria cautiōe,ut dictat text.in c.ab illo inchoandum.& ita intelligit,& firmat Afflict.in conſtitu.humanitate.in v.noſ.uerſic.item quæro.viij.colū. & hoc procedit etiam ſi conſtaret:& eſt ſtatutum in capit. item ſtatuimus, ut nullus iuſticiarius,nulliq;,&c.quòd incidentes in pœnam

pœnam pecuniariam,ſeu bannum, dantes fideiuſſores carcerentur.

2 ¶ Quod quidem dico limitandum, ut non procedat,ſi inquiſitus eſſet confeſſus.quia eo caſu,etiam ſi ueniret imponenda pœna pecuniaria, non eſſet relaxandus quis ſub fideiuſſoribus.ſecundum Bald.in l. nullus.C.de exhiben.re.& habetur per Marſ.in l.unius.§.cogniturū.in ſecunda columna.ff.de quæſtionib.

3 ¶ Item non procedit in pœnis pecuniariis ſtipulatis penes acta curiæ,quia in eis abſque ordine iudiciario fit exequutio de perſona, ut habetur in ritu magnæ curiæ uicariæ,incipien.item ſeruat ipſa curia,
4 quòd quandocunque. ¶ Quædam ſunt delicta ultra relegationē, pro quibus habet locum tortura, ut in d.c.tormenta.& tunc de iure communi, donec conficitur proceſſus, accuſatus de cauſa capitali debet ſtare carceratus.ut l.diuus Pius.ff. de cuſto.reo.& l.j.C.eo.titu.& declarat Sali.in l.ij.C.de exhib.re.poſt Bal.ibi.& Alexan.in l.ſi ſeruum.ff.ſi ex no.ca.aga.ſuperuenit nouiter in præſenti regno benignitas conſtitutionis,humanitate.qua cautū eſt, quòd inquiſiti de criminibus imponentibus pœnam ultra relegationem,parati dare fideiuſſoriam cautionem, nō carcerentur,niſi in decē caſibus ibi poſitis:& hæc eſt generalis regula,quòd exceptis dictis decem caſibus indifferenter offerens dare fideiuſſores, etiam ſi ſit crimen capitale,liberatur: & quòd extra caſus comprehenſos in dicta regni conſtitu. nemo poteſt carcerari offerēs dare fideiuſſores.& eſt c.regni incip.item caueant iuſtitiarij,ne aliquos.ubi iudicibus contrà faciētibus imponitur pœna medietatis gagiorum unius anni, & alia pœna arbitrio regis: nec officiales aliquos de perſona capere poſſunt abſque conſilio iudicū, uel de mandato regio,ſi ſunt parati dare fideiuſſores:& iudices malè conſulētes
5 tenentur, ut ibi. ¶ Primò fallit hæc generalis regula, ut non procedat quotieſcunque de delicto cōſtaret per confeſſionem illius,qui petit ſe liberari ſub fideiuſſoribus. quia eo caſu non liberatur,ut in d.conſtitu. humanitate.quam fallentiam intelligit domi.Pet.de Mo.for.magnus practicus in d.cōſtit.procedere,ubi confitens perſeuerat in confeſſione:ſecus ſi eam reuocat:& admittitur ad probandum cōtrarium,quia eo caſu offerens fideiuſſores deberet liberari.Affli.autem nullā mentionem facit de hoc dicto,& ſimpliciter ſequitur fallētiā prędictā.ego credo eſſe diſtinguēdū,ꝙ aut quis confeſſionem reuocat,& uult probare de errore,& ideo petit terminum.& ſi interim,donec de errore probet, petierit ſub fideiuſſoribus liberari, iſto caſu dicerem nō liberari:aut quis fuit admiſſus ad probandum cōtrarium,& probauit errorem, iſto caſu admittetur ad fideiuſſoriam cautionē. & ita loquitur domi.Pe.de Mo.for.ubi ſuprà,ſi
6 rectè ponderetur. ¶ Et prædicta limitatio habet locum in confeſſione extraiudiciali, & in facta coram actuario,non coram iudice,& non in formam iudicij,ut firmat And.de Iſer.ibi.& refert & ſequitur Afflict.

in v.not.uerſi.ſed quid ſi eſſet confeſſus.& ſic nõ habet locum oblatio fideiuſſorum,ut liberetur in dictis caſibus,etiã ſi dictæ confeſſiones reuocẽtur in iudicio. & ex hoc confirmatur id quod proximè dixi. & procedit hoc dictum,etiamſi teſtes depoſuerint nõ citata parte ſuper dicta extraiudiciali cõfeſsione: licet contrarium dixerit Afflict.ubi ſupra.& hoc per c.ab illo inchoandum.de quo plenius infrà dicam.

7 ¶ Secundò fallit in captis in fragrãti crimine,ut habetur in d.conſtitu. humanitate:nam nõ liberantur ſub fideiuſſoribus.& qui dicantur capti in fragranti crimine, uide per Iſer. & Affli.ibi.& dicam ſuo loco & tẽpore.

8 ¶ Tertiò fallit,ubicunque delictum eſſet notorium,aut publicũ: & perſona inquiſita eſſet infamata, & leuis uitæ,ut habetur in d.conſti. humanitate.& ibi per Iſer.& Afflic. dicitur autem crimen publicum ſecundum eos,quando coram populo, uel maiori parte populi factum fuit: & teſtes examinati deponunt de crimine facto,quòd patratũ fuit corã populo,uel multis aſtantibus. item dicitur crimen publicum,ubicunque ſit factum in iudicio,ut ibi latè per eos declaratur, & dicã infra.ſubdit tamen Afflict. unum notabile, quòd ſi uere probatur fama publica de delicto.i.cum omnibus circunſtantiis debitis,& à iure requiſitis, quòd neutiquàm admittitur oblatio fideiuſſorum de publico,& notorio delicto:ſubdit etiam Afflict.in 8.no.quòd licet delictum ſit notorium,ſi tamen per inquiſitum allegatur legitima exceptio, uel excuſatio,nõ debet cauſam defenſionis in uinculis dicere. quod quidem quomodo procedat, infra dicemus.

9 ¶ Quartò fallit,ſi ſit crimẽ lęſę maieſtatis:quia in eo debet inquiſitus in uinculis ſe defendere.& hoc procedit,etiamſi nihil penitus cõſtaret:ſed tantummodo eſſet ſuſpicio de crimine, ut probatur in d. conſtitu.humanitate.& ibi Afflic.in x.nota.& hoc ſecundum Bartholo. de Capua, ibidẽ,procederet in crimine læſæ maieſtatis: uidelicet in offenſione regis,uel ſuorum collateralium:nõ autem in aliis caſibus, in quibus etiam committitur crimẽ lęſæ maieſtatis.quod quidem uidebatur Afflicto non procedere, ſed habere locum generaliter in omnibus caſibus,in quibus crimen læſæ maieſtatis committitur: licet poſteà dicat, eſſe cogitandum propter authoritatem domini Bart.de Cap. & infero ex hoc, quòd in iſto caſu procedit,& habet locum id, quod dicitur in c.nuper apud Tranum,ut ſuo loco & tempore dicemus.

10 ¶ Quintò fallit, ſi culpatus fuiſſet bãnitus pro alia cauſa,ut ibi:quod quidem procedit,niſi purgaſſet cõtumaciam,& extractus eſſet à banno,quia tunc admittitur extra carceres ſub fideiuſſoria cautione, ut ibi habetur pro domi.Bart.de Cap. & dominum Pet.de Mon.for.& ibi Afflict. & dicta fallentia procedit, etiamſi fuiſſet bannitus per aliã curiam,& non per curiam nunc procedentem:dummodò ambæ curiæ dependeant ab eodem ſuperiore, ut ibi dicit Afflict.in xiij.not.uerſi. ſed iuxta præmiſſa quæro.

11 ¶ Sextò fallit,

fallit, quando quis non poteſt dare fideiuſſores: quia tunc debet in carceribus ſtare, ut in dicta conſtituti. humanitate. & licet dare uelit extra locum iudicij in terra ſua, non auditur, ut ibi dicit Afflict. in quarto nota. uerſicu. item uidi dubitari. ubi
12 refert ita uidiſſe practicatum. ¶ Septimò fallit, ſi ſit quis cõmonitus: nam tunc quantuncunque offerat fideiuſſores, nõ auditur, ut dicit gl. in dicta conſtitutio. humanitate. & habetur in l. ij. C. de executi. rei iudi. & C. de cuſt. reo. l. ſiquis in ea. & concordat capi. ab illo inchoandũ,
13 ut infrà dicam. ¶ Octauò fallit, ſi quando quis eſt deportandus per præſidem, donec princeps reſcribat. per tex. in l. inter pœnas. §. pre-
14 ſens. ff. de inter. & rele. ¶ Nonò, ſi quando exactor plus recepiſſet, quàm eſſet ei conceſſum: quia carcerabitur, ut in authenti. ut li. ma. &
15 aui. §. hoc quoq;. ¶ Decimò, ſi mittitur delinquens carceratus, & non ſunt præſentes accuſatores, quia detinebitur in carceribus, donec
16 accuſantes ueniant. ¶ Vndecimò fallit, ſi iudice pro tribunali ſedente quis deliquit, quia nõ liberatur ſub fideiuſſoribus, ut habetur in dicta conſtitutio. humanitate, & ibi per
17 Afflict. & Iſer. ¶ Superuenit poſteà cap. ab illo inchoandum. quo cauetur, quòd ſtatim ac plenè conſtat de delicto, poteſt procedi ad capturam & carcerationem: & oblata fideiuſsio reiicitur, & dicitur cõſtare de delicto, etiamſi proceſſus non ſit legitimatus, ut ibi late habetur per Pe. de Mon. for. & Luc. de Penna, & Barth. de Capu. & per Afflict. in conſtitu. humanitate. in v. no. uerſic. quæro pro declaratione. demum ſuperuenit ius nouiſsimũ ritũ magnæ curiæ, quo cauetur, ꝙ licet nõ cõſtet plene de delicto, ſed ſemiplenè tantùm, proceditur tamẽ ad carcerationem & capturã: & defendet ſe inquiſitus in carceribus, ut habetur in ritu incip. item ſi accuſator aliquis uel ex officio, &c. quem ritũ refert Afflic. in d. cõſti. & dicit fuiſſe caſſatum, & non ſeruari in v. not. uerſi. ruſus quæro. ſed dictum ritum dicunt ſeruari Luc. de Pen. & Ioan. Chrip. epi. teati. in addi. ad ca. illud. ab illo inchoandum. ut habetur in opere Barth. de Cap. & ita quotidie in regno ſeruatur.
18 ¶ Vnum tamen nõ puto admittendum, quòd in caſu, quo ſecundum prædictas determinationes aliquis eſſet liberandus ſub fideiuſſoribus, & nõ carcerãdus, ſi aliàs aufugiſſet de carcere, non debeat liberari. ſecundum glo. no. in uerbo, uinculis. & Ludo. Ro. in l. lege. ff. ad Sylle. & Ange. Are. in lib. male. in uerbo, fama publica. in materia carceratio-
19 nis, prima col. ¶ Itẽ in crimine falſi non eſſet quis liberandus ſub fideiuſſoribus, etiã ſi pro eo ex forma ſtatuti ueniret imponẽda pœna pecuniaria, ut habetur per Nel. in tracta. banni. in iij. parte ij. tempo. 12. quæſtio. & per Marſ. in practi. cri. in §. attingam. nume. 8. licet loquatur
20 per uerbum, fortè. ¶ Et eſt aduertendum, quòd ſi iudex aliquem ſub fideiuſſoribus liberauit, ſi poſteà uidentur fideiuſſores non idonei, poteſt iudex iterũ capi facere illum reum relaxatum: & cogere eum, ꝙ alios

ꝙ alios præſtet fideiuſſores. quibus præſtitis illi primi fideiuſſores ſunt liberati, ſecundũ Bal.in l.j.pri. col.ff.ſiquis in ius uoca.nõ ierit.& refert & ſeq.Marſi.in d.pract.cri.§. attingam.nume.10.

¶ Vel carcerentur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Carcer non datur ad pœnam.*

2 *Carceratio eſt prohibita in duriſſimo loco.*

3 *Carcerati non debent ferreis manicis oſsibus inhærentibus grauari:ſed ita debent cuſtodiri ut non fugiant, non ut perimantur.4.*

5 *Nobilis non ita debet duriori carceri mancipari,ſicut plebeius.*

6 *Carcerari non ita debent ſenes,ſicut iuuenes.*

7 *Item non ita de proximo liberandi, ſicut alij.*

8 *Carcer qualis eſſet debeat.*

9 *Fœminæ non ſunt carcerandæ in loco maſculorum.*

10 *Carcer eſt triplex.*

11 *Carceratus an dicatur,ſiquis ſtat in palatio cum cuſtodibus.*

12 *Iudex tenetur uiſitare carceratos. Et quid debeat facere.14.&.15.*

13 *Accuſator an teneatur ſubminiſtrare expenſas carcerato.*

16 *Carcerati infirmi debent curari.& quid ſi petant ſe liberari.*

17 *Carcerari an debeat quis pro delicto antiquo.*

18 *Pœna ubi uenit minorãda,debet eſſe pecuniaria.*

19 *Contractus initus per carceratum,an ualeat,necne.*

20 *Vaſſalli an teneantur ad cuſtodiam carceratorum.*

21 *Capiens homines propria authoritate,an puniatur de uſurpata iuriſdictione.22.*

23 *Carceratus omni die dicitur grauatus,& ſemper poterit appellare.*

24 *Carcerati ſunt ſub protectione curiæ.*

25 *Carceratam mulierẽ cognoſcens carnaliter qua pœna puniatur.*

26 *Carceratus an in carceribus poſſit recommendari ad inſtantiam alterius curiæ.*

FISCVS.

1 Ecce iam uidimus, quando, & qualiter inquiſitus debeat ſub fideiuſſoribus liberari: quia uerò aliqui ſunt caſus,in quibus dixiſti debere inquiſitum carcerari,dices,ſi uiſum erit,iam nobis aliqua in materia carceris. ¶ IVDEX. Carcerationis materia eſt ſatis manifeſta,& pauca ueniũt dicenda:ſolùm ergo quædam ad inſtruendum iudices dicã.ac primò ſciendum eſt,quòd carcer non datur ad pœnam,ſed ad cuſtodiã de iure ciuili.l.aut damnum.§.ſolet.ff. de pœn.& l.credibile.ff.eo.titu.niſi in caſu l.j.§.fi.ff.de aleatọ.¶ Et ideo
2 prohibita eſt carceratio in duriſsimo carcere,in quo ueriſimiliter intra paucos dies carceratus mori poſſet:imò prælati hoc facientes, reputantur homicidæ,& irregulares.ſecundũ Cardi.in clemen.j.vij. q.de pœn.& remiſsio.ubi dãnat ingabiationem clericorũ.¶ Nec mit-
3 tere debent iudices reis inquiſitis, & captis ferreas manicas inhærentes oſsibus:ſed prolixiores cathenas,ſi modò criminis qualitas etiã cathenarum acerbitatẽ poſtulauerit:& ut cruciatio deſit:& permaneat

neat ſub fida cuſtodia:nec uerò ſedis intimæ tenebras pati debebunt incluſi:ſed uſurpata luce uegetari, id eſt,ſubleuari:& ubi nox gemina uerit cuſtodiam,in ueſtibulis carcerum eſſe ipſis,& in ſalubribus locis permittatur:ac reuertente iterum die ad primum ſolis ortũ illico ad publicum lumen reducãtur, ne pœnis carcerũ perimãtur,quod innocentibus ſatis miſerum,noxiis non ſatis ſeuerum eſſe dignoſcitur.
4 ut l.j.C.de cuſto.reo.¶Debet tamẽ quis carcerari in eo loco,unde exire nequeat.l.ſuccurritur.ff.ex qui. cau.maio.& Bald.in l.fin.C.de cap. uerſi.collige,quis.& Angel.in l.qui in carcerem.ff.quod me.cau.& debet haberi reſpectus ad cauſam,& qualitatem perſonæ.nam pro graui delicto inquiſitus debet cautiùs detineri.ſecundũ doc.in l.minimè.
5 C.de appella.¶Et nobilis non ita debet duriori carceri mancipari,ſicut plebeius.ſecundũ Ange.in l.ſi à bonæ fidei.ff.de rei uendi.& ſequitur Afflic.in cõſtitu.caſtellani.in 4.
6 not.in 4.q.¶Item non ita carcerandi ſunt ſenes,ſicut & iuuenes.ſecundum glo.in l.ſi ut certè.§.cuſtodiã. ff.commo.& ſequitur Afflic.ubi ſupra.in ij.q.in fin.& firmat in praxi cri.§.attingam.nu.14. cum ſequen.
7 ¶Item nõ ita de proximo liberandi,ſicut alij,qui nõ ita de proximo. ſecundum Bar.in l.ſi pecuniã.§.ſed ſi acceperit.ff.de condi.ob cau.& ſe
8 quitur Afflic.ibi in 4.no.2.q.¶Carcer autem cuſtodiæ non debet eſſe ſubterraneus,ſed liberum lumẽ debet habere:nec debet eſſe cum cathenis uel ferreis manicis:ſed taliter debet eſſe,ut non ſit carceratis pœnale, ut dixi ſuprà, & pulchrè exorditur Philip.Cor.in conſil.325. in 4.parte, nume.4.nec debẽt carcerati ligari:quia nõ pertinet id ad ſimplicem cuſtodiam,ſed potiùs ad pœnam.quare ſi carcerati cuſtodiri ualent ſine ligamine,ligari non debẽt,ut plenè per Pari.de Put.in lib. ſyndica.in uerbo.carcer.uerſi.an ſi plures.col.iiij.& ſi criminis atrocitas eſt talis,quòd requirat ligamẽ, & cathenarũ acerbitatẽ,debẽt eſſe cathenæ prolixiores,ut ſuprà dixi: & totũ hoc iudicis arbitrio cõmittitur,qui cõſideret criminis,carceris cõmunis,& perſonarũ qualitatẽ:ſecundum Io.Fab.in d.l.j.C.de cuſto. reo.nam ſi uiderit locũ carceris cõmunis eſſe bene munitum,fortem, & cuſtoditum,ut inde de facili carcerati nequeant euadere,non debent permittere,quòd habeãt ligamina,cõpedes ferreos,uel ligneos: aut cathenarum,& manicarum ferrearum acerbitatẽ,ut plenè congerit Boër.in deciſio.216.nu.3.cum ſequẽ.in prima parte.& ibi plenè habetur qualiter,& quomodo debeãt eſſe cuſtodes carcerum, & quando teneantur de negligentia.& habetur per Bart.de Cap.in l.ij.C.de exhi.re.& in ſingu.141.inci.ponuntur
9 ergo.¶Item fœminæ nõ ſunt carcerandæ in carceribus maſculorũ, ſecundum glo.in c.quãuis.de pœn. lib.vj.& ſequitur Afflict.in conſtitu. baiuli locorũ.in 4.no.uerſic.4.opinio eſt.& plenè per Grãma.in deciſi.33.ubi habetur,ubi debeãt fœ
10 minæ carcerari.¶Eſt enim carcer quo ad materiam noſtram triplex.

primus

primus carcer eſt terminus pœnæ: & imponitur à iure canonico,& de iure regni in pluribus caſibus.primo,ſi medicus medicatur abſq; approbatione & licentia,per annum carceratur,ut in conſti.ſiquis amodo.& ſequen.conſti.ſecundo ſiquis dederit amatoria pocula, ſi mors non ſequatur,per annum carceratur,ut in conſtitu.amatoria pocula.item proiiciens lapidem ex alto, aut ramum,aut ſe ipſum præcipitans, ſi incautè,& in loco habitabili contingat facere,& hominem occiderit, pœna carceris annalis punitur.ut in conſtit.pœnam præcedentem.item ſi aliquis iudex iniuſtè torſerit aliquem,ſi ex tortura minime fuerit mortuus,pœna carceris biennalis ple¬ctitur.in c.ſi iuſtè quis.ſunt & alij,quibus de iure regni carcer datur ad pœnā,quos pronūc omitto.Secūdus carcer eſt, quando quis retinetur. pro criminis inueſtigatione.ut l.ij. de exhi. re.Tertius eſt carcer,quando quis eſt iam cōdēnatus,& detinetur in carcere,ut ſoluat cōdemnationem, uel donec de eo fiat exequutio,ut cōgerit Ange.de Are.in lib.male.in uerbo,fama publica.in materia carcerationis.& uide Caſſan.in conſue.Burgu.in tit.des iuſtices.rubri.
11 prima.fol.20.nume,99.¶ Et ibi dicit Ang.ꝙ ſiquis ſtat in palatio cū cuſtodibus,nō dicitur carceratus. allegat tex.cum glo.& ibi Bar.in l.ſi.C.
12 de cur.& ſta.libr.xij. ¶ Et aduertat iudex,quòd tenetur uiſitare carceratos,& curare quòd habeant neceſſaria eis.ut C.de epiſ.audie.l.iij. & in hoc eſt prouiſum per regni conſti.humanitate.quòd ſi inquiſitus eſt adeò pauper,quòd non poteſt ſibi miniſtrare expenſas,curia
13 tenetur ei ſubminiſtrare. ¶ Et an accuſator teneatur ſubminiſtrare, uide Boër.in deciſio.325.in ſecunda parte.ubi etiā habetur,an teneatur ſubminiſtrare ſumptus,& expenſas in litem accuſato per eū,ſi eſt adeò pauper,quòd ſe defendere nequit. & dicit,quòd ſic.& ꝙ ita in pluri-
14 bus cauſis fuit iudicatum. ¶ Debet etiā iudex,dum uiſitat carceratos, uidere,an aliquis ſit carceratus ſine cauſa,uel ſine delicto ad nullius petitionem,ut eū ex mero officio excarcerari faciat.ut no.Bar.in l.ſiquis uxori.§.ſi fugitiuū.ff.de fur.& Pau. de Ca.cōſil.44.in prima impreſsio. & ſequitur Ange.de Areti.in li.maleſi.in uerbo,fama publica.in materia carcerationis.ſed bene aduertat iudex,qualiter mandet quē captum relaxari,ne poſteà teneatur parti,uel fiſco,ut ibi monet.& docet Ange.& Par.de Pu.in lib.ſyndi. in uerbo,captura.uer.licet dicatur.
15 ¶ Et de hac uiſitatione carceratorum bene fuit prouiſum per ſac. Cæſ.ma.Caro.v.Impera.in pragma. incip.mandamus inſuper.qua cautum eſt, quòd ſingulis hebdomadis unus ex regentibus cancellariā regni cū uno ex conſiliariis ſacri cōſilij in caſtro Capuano uiſitet magnam curiā uicariā,& cauſas carceratorum audiat,& earū celeri expeditioni uacet,ne diutius in carcere macerērētur:ſed noxij dēt pœnas legibus debitas,innoxij indebitas non luant.& ita hodie ſeruatur.Et quid debeat facere iudex, quando aliquis

aliquis carceratus eſt infirmus, & petit ob hoc ſe liberari, uide Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo, tortura. uerſi. officialis poſuit ad chordam.
16 colū. iij. ¶ Debent etiā carcerati infirmi curari: nec permitti debet, ut ſtent abſq; regimine, ut ſic moriantur: quia iudicibus imputaretur. & ideo bene ſtatuit Imperator noſter Caro. v. in pragma. incipiē. pro cura pauperū. ꝙ de publico ſalarientur duo medici, unus Phyſicus, alter chirurgicus, qui habeāt uacare circa curam carceratorū: & etiā deputetur aliquis, qui habeat uacare circa curationem eorū: & ſi aliquis eſt carceratus, & commodè in carcere non poteſt curari, & infirmitas eſt grauis, habita fide medici de hoc, debet ſub fideiuſſoribus liberari de redeundo habita reconualeſcen-
17 tia. ¶ Cōſiderare etiam debēt iudices circa qualitatem, modū, & formam carcerationis: & etiam circa ipſum carcerē, an dari debeat: & an delictum ſit antiquū, an non. per l. ſi diutino. ff. de pœn. quia ſi & per leges diminuitur pœna, quanto magis diminuendus eſt carcer, uel totaliter tollendus, ut iudici uidebitur? carcer enim depēdet à pœna. l. diuus. ff. de cuſto. reo. hinc eſt, ꝙ in regno, ubi uenit imponenda pœna ultra relegationē, habet locū carcer. ut in capi. tormenta. & latè per Afflic. in cōſtit. humanitate. & ſic eſt ſequela, quia nō poteſt eſſe maior ſuo principali. l. iuſtiſsimè. §. j. ff. de ædi. edi. §. fideiuſſor. in fin. inſtit. de fideiuſ. l. ſi emptione. cū glo. uerſic. acceſsio. ff. de contra. empt. ſed immediatè ſequitur naturā ſui principalis. l. fi. & ibi Bar. C. per, quas per. no. acqui. & cle. ij. & ibi Car. de prębend. Fran. Areti. in l. ex duobus. §. etiam. col. iij. circa princ. uerſi. Bald.
18 tamen. ff. loca. ¶ Et ex hoc infero, quòd etiam ſi pro delicto ueniret imponēda pœna mortis, & ex diutino tēpore eſſet minoranda, quòd ubi minoratur ex diſpoſitione iuris, uel aliter, debet eſſe pecuniaria, uel alia, quæ corpus non affligat, ut latè Gramma. conſil. 36. in fi. & ſic in propriis terminis ex diuturnitate temporis conſuluit Grāma. in conſil. 39. & cū redigatur ad pœnam pecuniariam, non debeat quis pro eo carcerari: & quòd ubi delictum eſt antiquum, nō habeat locum carceratio. eſt de hoc ritus in regno Siciliæ, ut refert Capit. in deciſio. 154. incipiē. in cauſa domini comitis. & ita aliàs obtinui in facto Salerni. ſed nunc aduertas, quòd prædictæ conſiderationes procedunt, & habent locū, quo ad factū principale: nō autem circa inueſtigationē criminis, & detentionem perſonę: quia in his cōſideratur natura delicti, non diſpoſitio iuris alterans, ſeu diminuens pœnam. hinc uidemus multos caſus, in quibus pœna uenit minoranda ex diſpoſitione iuris: & tamen habet locum tortura. bene tamen fateor, quòd mitiùs eſt carcerandus delinquens ex delicto antiquo, quàm ex delicto de recenti. & totum
19 committitur iudicis arbitrio. ¶ INQVISITVS. Verum contractus initus per carceratum ualeat, nécne? ¶ IVDEX. Aut eſt carceratus in priuato carcere, & clarum eſt, quòd

eſt,quòd nõ ualet.ut conſuluit Bal. in conſil.247.in ij.lib.& Fran.Are. conſil.14.12.colũ.ſi uerò eſt carceratus in iudicio,& tunc aut fit contractus in utilitatem carcerantis,& non ualet.ſecundũ Bald.in l.unica. C.de confeſ.in vij.col.&. de utroq; dicto eſt deciſio Afflict.in deciſio. 149.ſed dubiũ ſtat,an ualeat,ſi con trahit in utilitatem alterius,quàm eius,qui eum carcerari fecit,& de hoc eſt deciſio Afflic.in deciſi.246. ubi dicitur, quòd ualet.uide pro hoc Marſi.in praxi cri.§.attingam. nume.22.ubi plenius.& quid de cau tela,qua utuntur notarij facientes exire carceratum extra carceres,ut ſic contrahant,uide ibidem nu.24.
20 & ſequentibus. ¶ F I S C V S.Vtrũ poſsint ſubditi aſtringi per officiales ad cuſtodiã carceratorũ?¶I V-D E X.Dicas,quòd nõ,ut habetur in capitulis regis Caroli ſecundi,& firmat Afflict.in conſti.caſtellani.in
21 primo nota.¶F I S C V S. Quod ſi aliquis priuatus propria authoritate capit,arreſtat,uel detinet homines: an is puniatur de uſurpata iuriſdictione? ¶I V D E X. Dicas, ꝙ non:ſed habet locum pœna ſtatuta per c. regis Caroli primi,quod
22 incipit.contra effrenatas. ¶ F I S. Sed quid ſiquis unum hominẽ tantùm ceperit,arreſtauerit, uel detinuerit, an ſit pœna corporalis? ¶I V D E X.Afflict.in cõſtit.duram & diram.in 4.not.dicit,quòd Neapo.in d.ca.contra effrenatas.dicebat,quòd erat pœna legis Iuliæ de ui pu.ſi cum armis:& ſi ſine armis, de ui priuata.ut l.v.in princi.ff.ad l. Iul.de ui pu.& quòd poterit etiam puniri de priuato carcere.& dicit eſſe text.in c.terrenj.& in c.quòd nulli.ubi expreſsè dicitur, quòd ſi priuatus hominem ceperit authoritate propria,ubi non eſt magiſtratus,& tenuerit ultra per duos dies, incidit in pœnam priuati carceris: & ſic hodie in regno quis non incidit in pœnam priuati carceris,retinendo quem carceratũ per duos dies,ut etiam firmat ipſemet Afflic.
23 in conſti.pœnam.in 18.not.¶Sciendum tamen eſt, quòd carceratus omni die dicitur grauari;& ideo tãquàm à nouo grauamine poteſt omni die appellare.ſecundũ Spec.in tit.de appella.§.reſtat.uerſi.& quid dices.Bal.in l.ij.in ij.col.in fi.uerſic. ij.quæro.C.de epiſ.audien.& in l.j. C.ſen.reſcin.nõ po.plenè per Mar.
24 in praxi cri.§.attingam.nu.19.¶Itẽ ſciendũ eſt,quòd carcerati dicũtur eſſe ſub protectione curiæ, adeò, quòd occidi non poſſunt ſtante ſtatuto,quòd bãniti poſsint occidi,ſecundum Bart.in l.in laqueum.ff.de acqui.re.do.& probatur in l.fin.C. de cuſto.reo.& firmat Marſi.in l.j.
25 nume.5.ff.de ſicar.¶Et adeò eſt uerum,quòd carcerati ſunt in protectione curiæ,quòd ſi aliqua meretrix publica reperiatur carcerata, cognoſcens eã carnaliter punitur, ac ſi cognouiſſet mulierem honeſtam.ſecundũ Par.de Pu.in lib.ſyndic.in uerbo,adulteriũ.& per Mar. in ſingu.150.incip.acceſſus ad me-
26 retrices.& in d.l.j.nu.8.in fin.¶F I-S C V S.Quòd ſi aliquis carceratus reperiatur in carceribus magnifici Straticoti Salerni pro uno delicto, & magna curia uicaria ſeu regia prouin

prouincialis audientia reſcribat, ꝙ eũdẽ habeat inquiſitũ ſuper nõnullis aliis delictis: & idcirco præcipiẽdo mandet, ꝙ tutè ipſum detineat: qd faciet Straticotus ut nõ incidat in pœnã? ¶ I V D. Nõ eſt dubitãdũ, quin alius officialis poſſit recõmãdare in carceribus carceratum per aliũ iudicem pro aliis delictis. ut uoluit Ang. in lib. malefi. in uerbo. fama publica. in 12. col. de quo plenè per Marſil. in prax. cri. §. attingam. numero 32. debet tamen primus iudex procedere in cauſa uſq; ad ſentẽtiæ prolationem: & demum proceditur ad inſtãtiam alterius iudicis pro delicto recommẽdato. & hoc, quando recommẽdatio fit ad proceſſum. ſed ſi primus iudex cõdemnauerat carceratũ ad pœnã mortis naturalis, non impeditur executio propter illam recommẽdationem. ſi uerò condemnauerat ad minorem pœnam, & facta eſt recommendatio propter delictum, in quo cadit maior pœna, tunc facta condẽnatione in prima, tradetur alteri iudici, ut tenet Bart. in l. ij. §. fina. ff. de cuſto. reo. & hoc uerum intelligas, ubi primus iudex non habet poteſtatem in carceratum cognoſcendi de illo delicto, de quo per magnam curiam uicariam, uel alium iudicem facta ſit recommendatio: uel ratione priuilegiorum non deberet cauſa ad ipſum remitti.

¶ Audiantur exceptiones proponẽdæ per eos. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur declarare, an procedat ad querelã, an uerò ex officio: & edi debet copia querelæ.*

2 *Accuſator tenetur declarare, ſi intendit facere partem in iudicio.*

3 *Accuſator an teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis.*

4 *Filiusfamilias ſi accuſat, tenetur ſe obligare de conſenſu patris.*

5 *Clericus ſi accuſat, tenetur præſtare aliquos, qui principaliter ſe obligent.*

6 *Accuſator tenetur præſtare fideiuſſores de ſoluendis expenſis.*

7 *Accuſatore non præſtante fideiuſſores, uel non ſe obligante in caſu, quo tenetur, an procedatur.*

8 *Accuſatori non proſequenti accuſationem, an poſſit imponi perpetuum ſilentium.*

9 *Accuſatio debet continere ſubſtãtialia. l. libellorum. nu. 10. 11. 12.*

13 *Accuſator debet legitimare perſonã ſuam. nu. 14.*

14 *Exceptio illegitimitatis perſonæ poteſt opponi contra accuſatorem.*

15 *Mulier an, & quando accuſet. numero 16.*

17 *Mulier poteſt accuſare de morte filij ſpurij.*

18 *Vxor poteſt accuſare de morte mariti.*

19 *Mater an poſſit accuſare de morte filij.*

20 *Pater præfertur matri in querela de morte filij.*

21 *Patre remittente querelam de morte filij, an mater accuſet.*

22 *Soror an poſſit accuſare de morte fratris, ſi frater remiſit.*

23 *Mulieribus competit ius uindictæ per uiam iuſtitiæ.*

24 *Commater poteſt accuſare de morte ſui compatris.*

25 *Accuſari an liceat alieno nomine. numero 26.*

27 Accuſare an poſſit, qui ſemel deſtitit à querela. nu. 28.

29 Accuſator quando uideatur deſiſtere. nume. 30.

31 Trāſactio in criminalibus an ſit permiſſa.

32 Accuſare alius an poſſit, ſi eſt tranſactum cum parte. & quid ſi cum parte, & curia.

33 Accuſatore deſiſtente in crimine uſurarum, an iudex poſſit procedere.

34 Accuſari an quis poſſit perempta inſtantia.

35 Accuſare quis prohibeatur, remiſſiuè uideas.

36 Accuſatio popularis eſt in regno ſublata.

37 Accuſare omnes poſſunt, ſi proſequuntur ſuam, uel ſuorum iniuriam.

38 Filiusfamilias an poſſit accuſare abſque conſenſu patris.

39 Accuſare an poſſit laicus clericū prima tonſura.

40 Accuſator pendente ſua accuſatione, non poteſt reaccuſari.

41 Accuſatio facta à perſonis prohibitis, parte non opponente, an procedat.

42 Accuſare qui prius poſſint: & qui prius admittantur: & an negligentibus illis admittantur alij, quorum minus intereſt.

43 Pater in accuſando de morte filij, an præferatur filius, & nepotibus ex filio occiſo.

44 Pater an, & quando poſſit remittere iniuriam factam filio.

45 Abbas, ſeu prior monaſterij, an præferatur patri monachi in querela de morte monachi.

46 Pacem an ſufficiat habere à maiori parte.

47 Accuſare an poſſit ſocius de morte ſocij.

48 Accuſator de falſitate an teneatur declarare, in qua parte prætendatur falſum.

49 Dies commiſſi criminis an debeat declarari.

50 Accuſans aliquem de uoluntate Titij ibidem præſentis, an uideatur accuſare de mandato Titij.

51 Accuſare an poſſit concubinarius eū, qui carnaliter cognouit concubinam.

52 Accuſatio contra ſyndicum, quòd non denuntiauit delictum, quomodo debeat fieri.

53 Accuſatio memoriæ hominis intra quantum tempus fiat.

54 Accuſatus ab uno, an ab alio accuſari poſſit.

55 Accuſare an alij poſſint remittente offenſo.

56 Accuſatio de pace rupta cui competat.

57 Accuſatio criminalis an detur pro leuiſſima culpa.

58 Accuſator an, & quando dicatur in euidenti calumnia. nu. 59.

60 Accuſator, qui diu ſtetit ad accuſandum, eius accuſatio redditur ſuſpecta.

61 Accuſans de inſultu qualiter debeat formare querelam.

62 Accuſator an debeat interrogari ſuper eo, quòd excludat delictum.

63 Mandatum de querulando debet continere omnes ſolennitates, quas debet continere querela.

64 Exceptio, quòd quis non poteſt accuſari, eſt dilatoria.

65 Denuntiator debet iurare.

66 Vulneratus ſi fecit querelam de uulnere, & demum moritur, an poſſit procedi ex eodem iudicio intentato.

INQVISITVS.

1 ET quia carcerato reo ſolent opponi nõnullę exceptiones per eum ad impediendum litis ingreſſum,& proceſſum ad ulteriora:& ne poſsit ꝓcedi ſuper querela,uel inquiſitione,idcirco,ſi placet,de eis aliqua dicamus. ¶IVD. Votis utiq; tuis ſatisfaciam.Arrige aures,& attende his omnibus,quæ tibi dicam.ſciendum eſt,quòd ante omnia ſolent inquiſiti petere,quòd declaretur,ſi proceditur ad querelam,uel ex officio.quod quidẽ declarare debet iudex:& facta declaratione, quòd ad querelam proceditur,ſolet peti copia querelæ,ut ſuper ea diſputetur, & edi debet.per
2 l.edita.C.de eden. cum ſimi. ¶Qua edita ſolet peti,quòd mãdetur querulanti,quòd declaret,ſi intendit facere partem in iudicio.ad quod tenetur iudex,quia per ſolam querelam, inſtigationem, & ſolicitationem non intelligitur querulantem facere partem in iudicio:ſed oportet declarari. ut dicit Mara.in ſuo Specu.aureo,in vj.& ultima parte principali.nume.12.quod eſt notan
3 dum. ¶Facta autem declaratione per querulãtem,quòd intendit facere partem in iudicio,ſolet ſimiliter inſtari,quòd accuſator non aliter admittatur, niſi ſe inſcribat ad pœnã talionis, & det fideiuſſorem de lite proſequenda:ut tenetur facere de iure communi.quod ſi non faciat,monendus erit,& ex contumacia extra ordinem puniendus:& condemnabitur aduerſario in expenſis:ut eſt tex.in l.iij.C.qui accu. nõ poſ.& ad hoc,ut ſciatur, quãdo requiratur inſcriptio,dicit Bald.ibi, quòd de maleficiis cognoſcitur quatuor modis,uidelicet,per accuſationem,& tunc eſt neceſſaria inſcriptio.quod fallit in crimine adulterii.ut l.quamuis.C.de adul.ſecundum Salice.ibi.item fallit in crimine abigeatus.l.j.C.de abi. proceditur etiam per uiã inquiſitionis:& tunc non eſt neceſſaria inſcriptio, quia non ad paria debet iudicari iudex,& malefactor:aliquãdo proceditur per uiam denuntiationis, & tunc etiam non eſt neceſſaria inſcrip tio.l.diuus.ff.de cuſto.reo.aliquando per uiam exceptionis cognoſcitur de crimine,& etiam non eſt neceſſariaìnſcriptio.d.l.diuus.& ita dicit Bald.poſt gloſſ.ſed ibi Sali. in ultimo caſu,quando proceditur per uiam exceptionis latiùs exorditur dicens, quòd aut excipiens ſtat in meris finibus exceptionis,& tunc non debet fieri inſcriptio.per gloſſam ibi,rationibus. de quibus per Salice. aut excipiens non ſtat in meris finibus exceptionis, quia non tantùm excipit, ſed etiam puniri petit:& tunc ſe inſcribere debet,quia ex eo capite, quo puniri petit,agit,& accuſat:aut procedi tur per uiam contradictionis, non enim eſt contradictio propriè exceptio,ſed eſt alicuius actus impeditio: puta, ſi opponatur alicui crimen,ut excludatur à promotione alicuius beneficij, honoris, & dignitatis: & tunc diſtinguitur, aut ante confirmationem, & inſcriptio non eſt neceſſaria: aut poſt confirmationem,ne electus in epiſcopum cõfirmetur,ſeu cõſecretur:

uel ne literæ confirmationis tranſeant:uel ne alius actus neceſſarius fiat:& tunc eſt neceſſarium, quòd ſe inſcribat ad pœnam extraordinariam,nã ſimilitudo ſupplicij nõ poteſt habere locum.& eſt ratio, quia non tantum ab obtinendo, ſed ab obtento repellitur. & ita dicit Sal. ubi ſupra.& cũ hac opinione trãſit etiam Ang.& ibi ſubdit,quòd licet obiicienti crimen ad meram repulſam nõ incumbat ſe inſcribere:tamen poteſt contra eum agi actione iniuriarum,ſi obiecit crimen cõtra parentem, uel patronum: ſecus ſi contra alium,dummodo non probauerit per potentiam aduerſarij, quòd deceptus fuit à teſtibus, & tunc apparet,quòd non animo iniuriandi obiecit:& ideo iniuriarum non tenetur.ſimiliter punitur excipiens ad meram repulſam in cauſa electionis prælati:& dicunt etiam omnes docto.quòd d.l.qui crimẽ. licet uideatur uelle inſcriptionẽ neceſſariam in publico crimine: tamen idem eſſe in crimine priuato. & dicit etiam Bal.in d.l.ꝙ aut accuſator in totum deſiſtit ſine punitione:& tunc punitur pœna Turpiliana.l.j. C. ad Turpili. aut accuſator tantùm diſtulit,ꝙ inſtãtia eſt perẽpta lapſu biennij: & tunc punitur quarta parte bonorum, & efficitur infamis.ut C.ut intra certũ tem.l.j. aut accuſator eſt contumax intra tempus inſtãtię differendo proceſſum:ut quia cum poſsit procedere, tamen contumaciter nõ uult procedere:& tunc punitur arbitrio iudicis per qualitatem delicti,& contumaciæ:& ita loquitur ſuprà ele. lex.ſed an admiſsio inſcriptionis uitiet proceſſum?dicunt docto.quòd non.& an,ſi non eſt data fideiuſsio de lite proſequenda,uitietur proceſſus?dicunt etiam ibi.doct.quòd non.forma enim inſcriptionis erit, quod iurabit accuſator non animo calumniãdi querelã ſe propoſuiſſe: item iurabit,ſe ſubiturum eandem pœnam,ſi non probat, quam reus pateretur, ſi probaret:& præſtabit fideiuſſorem de lite proſequenda, ut pulchre tangit Angel.de Are.in lib.malefi.in uerbo,nec nõ ad querelam.prima col.ſed Ang.in d.l.qui crimen.dicit,quòd inſcriptio prædicta non eſt in uſu hodie.& Spec. in titu.de accuſa.§.ulti.uerſic. item quòd non recte.dicit,quòd hodie de conſti. multarum regionũ non fiunt inſcriptiones:& iſta conſtitu. ualet.& dicit etiam Gandi.in titu. quis poſsit accuſare.quòd hodie receſſerunt ab aula iſtę inſcriptiones. ſed tu regnicola aduertas,ꝙ de iure regni eſt introductum,quòd accuſatores ſe obligent ad certã pœnam pecuniariam de probando,ut dicit ritus magnæ curiæ uicarię incip.item,quòd curia ipſa.& in alio ritu inci.item curia ipſa cognoſcit. & eſt ſublata inſcriptio ad pœnam talionis,ut firmat Afflict.in conſti. pœnam calumniæ.& aduertas etiã, quòd tempore meo nunquam uidi ſeruari dictos ritus de obligatione

4 accuſatorum.¶ Sed ſi eſt filiusfamilias ille,qui denuntiat ſeu accuſat, tenetur ſe obligare:cui quidẽ obligationi,eſt neceſſe,quòd pater cõſentiat.uerùm ſi habuerit bona caſtrenſia,uel quaſi caſtrenſia, tene-

tur

tur ſe ſimiliter obligare:& obliga-
tioni cōſentiat pater:uel eſt neceſ-
ſe,quòd aliquis principali nomine
ſe obliget,& non per modū fideiuſ
ſoris,ut dictat ritus magnæ curiæ
uicariç incip.item ſeruat ipſa curia,
5 quòd quando.& ſeruatur.¶ Et ſimi
li modo,ſi eſt clericus ille qui accu
ſat ſeu denuntiat, tenetur aliquos
præſtare, qui principali nomine ſe
obligent de non ſe concordando
abſque curiæ licentia,& de proban
do:& clericus nō ſe obligat,ſed illi
ſolum principaliter ſe obligant ſi
clericus eſt miſerabilis perſona,uel
eccleſiaſtica,ut dictat ritus magnæ
curiæ uicariæ incip.item ſeruat ipſa
6 curia,quòd quando clericus.¶ Et ſi
querulator eſt aduena,& non poſſi
det in loco iudicij,tenetur præſtare
fideiuſſores de ſoluendis expenſis,
quia tenetur ad expenſas abſoluto
accuſato.ſecundum Bar.in l.cum ſa
tis.j.col.uerſi.quòd moderator.C.
7 de agri.& cen.libro.xj.¶ F I S. Sed
pone, quòd in caſibus, in quibus
accuſator tenetur ſe obligare, uel
præſtare fideiuſſoriam cautionem
de ſoluēdis expenſis,id facere non
poteſt:nunquid ulteriùs procede-
tur contra accuſatum, an abſolue-
tur ab inſtantia iudicij?¶ I V.Dicas,
quòd ſi eſt caſus,in quo ex officio
poteſt procedi,procedetur ad ulte-
riora ex officio,quia uidetur pars
deſiſtere:qua deſiſtente curia pro-
cedit.ut eſt c.regni incip.Robertus
Dei gratia,&c.Ad conſultationem.
8 ¶ I N Q V I.Sed utrum iſto caſu ad
petitionē inquiſiti poſſit,& tenea-
tur iudex imponere perpetuum ſi-
lentium accuſatori, an non? ¶ I V.

Dicas, quòd ſic,quia qui nō inſtat
quotidie accuſationi, non dicitur
accuſaſſe.ſecundum Bart.in l. eum.
§.j.ff.de iure patro.itē eſt aduerten
dum,quòd de iure municipali hu-
ius regni eſt ſatis prouiſum in hoc,
per conſti.incip.accuſatorem. qua
ſtatutū eſt,q̄ ſi accuſator lite con-
teſtata in accuſatione criminali nō
comparet in termino præfixo à iu-
dice ſibi ad aliquem actum facien-
dum in lite,ob eius contumaciam
punitur in tertia parte bonorū mo
bilium:& ſi iterum citetur ad pro-
ſequendam accuſationem,& fuerit
contumax,punietur pœna centum
auguſtalium.idem erit,ſi renuntiat
expreſsè poſt litem conteſtatam
accuſationi inſtitutæ:in qua conſti
tu.not. ibi Afflict.in 2.not.quòd ſi
iudex cōdemnauit accuſatorem ad
tertiam partem bonorum mobiliū,
quia poſt litem conteſtatam fuerit
contumax,& iterum fuerit citatus,
ut intra certum terminum compa-
reret perſequuturus accuſationem,
& non comparuit,licet ſuperſit in-
ſtantia,ulterius non auditur ſuper
accuſatione,& ſic imponetur ſilen
tium:& nihilominus condemnabi-
tur ad pœnam centum auguſtaliū.
fallit in minoribus,& mulieribus ac
cuſantibus.eſt etiam alia conſtitu.
incip. accuſatorum temeritas. qua
ſtatutum eſt,quòd ſi accuſator eſt
contumax ante litem conteſtatam,
dicitur deſiſtere ab accuſatione,&
punitur in vj.parte bonorum mo-
bilium,ut optimè ibi not.Afflict.in
iij.nota.& nihilominus in expenſis
cōdemnatur aduerſario:&,nihilo-
minus poteſt imponi ſilentium ad

petitionem accuſati, ſecundū Bald. in l.peremptorias. pe.col.in princ. uerſi.quæro, utrum reus.C.ſen.reſcin.non po.debet tamen præcedere duplex monitio, ut in authen.de hære.& fal.§.ſi quis autem. cum gl. in uer.admonitus.& ibi Ang.j.col. & de eccle.titu.§.ſi quis autem.& an non obſtante, quòd ſit impoſitum ſilētium, aliquo caſu audiatur, uide Boër.in deciſi.255.ij.parte. uide etiam Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo, nec nō ad querelam.in

9 15.col.ubi plenè. ¶ Solet etiam ſimiliter opponi, quòd querela deficit in ſubſtantialibus poſitis per l.libellorum.ff.de accuſa.quæ ſubſtantialia debent interuenire: aliàs quere-

10 la eſſet nulla. ¶ Et intantùm eſt uerum hoc, quòd ſi ſit accuſatio de crimine ciuiliter, debet continere in ſe annum, locum, & menſem. ſecundum Bar.in l.prætor edixit.in prin. ff.de iniur.& in l.idem exigit.ff.de do.& Ange.de Are.in §.ex maleficiis.inſti.de actio.Alexan.in l.edita. col.v.x.annot.& Bertran. conſ.217. nume.v.in lib.j.& quid ſi unus eſt percuſſus in uno loco, & in alio mortuus, quis locus confinabitur? dic, quòd locus percuſsionis, ut ait lex.ff. ad l.Aquil. & habetur plenè per Ang.de Are.in lib.maleſi.in uerbo, in platea communi.ij.col.& nota, quòd ubi conſtat de iniuriis dictis per confeſsionem iniuriantis, non requiritur appoſitio loci, & temporis. ſecundū Bertran.in cōſil.

11 211.in pri.lib. ¶ Item intantum eſt uerum, quòd accuſatio nedum debet eſſe certa reſpectu loci, ſed etiā reſpectu territorij, ubi eſt locus. ſecundum Barto. in l.de minore.§. plurium quoque. & ibi Marſi.vij. col.uerſi.dicit tamen.ff.de quæſtio.

12 ¶ Tu uerò regnicola ſcias, quòd hodie parū ſeu nihil euretur de iſtis ſubſtantialibus. l.libellorum. ſed ſi conſtet de facto, ipſis non obſtantibus, ac non obſtantibus quibuſuis nullitatibus, ineptitudinibus, procedatur ad ulteriora: ut cauetur per ritum magnæ curiæ uicariç incipien. Iſabella Dei gratia.& dicitur litera de ſupplen.defecti.poſt literā, detestantes.quod quidem notandū eſt.

13 ¶ Item ſimiliter poteſt inſtari & peti, quòd legitimetur perſona querulantis, ut eſt text.in l.non ignorat. C.qui accuſa.nō poſſunt.ubi habetur, quòd ſi aliqua mulier accuſat aliquem de homicidio commiſſo in nepotem, debet probare ſe eſſe amitam. & tenet Bald.in l.uxor.j. colū.in medio.C.qui accuſare non po.& plenè habetur per Felin.in capitu.primo.de accuſa.& debet opponi & peti hoc ante litem conte-

14 ſtatam. ¶ Item ſucceſsiuè poteſt opponi exceptio illegitimatis perſonæ querulantis, ut ibi dicit Felin.& debet opponi, ut dixi, ante litem conteſtatam: niſi ſuperueniſſet poſt litem conteſt.& ante litē conteſta. non erat in rerum natura, ſecūdum Barto.in l.inde Neratius.ff.de fideiuſſor. & eſt textus in l.is, qui reus. ff.de publi.iudi.& habetur per Felin. in d.c.primo.

15 ¶ Et primò poteſt opponi, quòd eſt mulier, quæ accuſat, quæ repellitur ab accuſando, ut l.de crimine.C. qui accuſa. non poſſunt.& hoc propter ſexus fragilitatem. hoc tamen non procedit,

dit, ſi ſuam ſuorúmque iniuriam perſequitur.l.j.ff.de accuſatio. & l. ij.& l.uxor.& l.ſenatuſcō.C.qui accuſare nō poſſunt.& ibi per docto. Item fallit in crimine ſimoniæ, quia in eo admittitur, licet non reſpiciat proprium intereſſe, uel ſuorum. item fallit in crimine hæreſis,& læſæ maieſtatis. item in crimine dilapidationis prælati, uidelicet, ſui ſuperioris. item accuſat de falſo teſtamento.l.ſenatuſconſulto.& uide Aymo. Craue. in conſilio 230. in ſecunda

16 parte. ¶ Et in tantum eſt hoc uerum, quòd quando mulier accuſat perſequendo ſuam, uel ſuorum iniuriam, præfertur omnibus accuſare uolentibus, qui non proſequuntur ſuam, uel ſuorum iniuriam: ut eſt caſus in d.l.uxor.uerſic. niſi ad te. & ibi Salicetus. ſi autem in accuſatione de iniuria ſuorum cocurrunt mulier, & maſculus: tunc etiam ſi maſculus ſit in ulteriori gradu, præfertur tamen mulieri.l.ij.ff.de libe.cautio.maſculus enim admittitur ad accuſandum de iure communi: fœmina uerò de iure ſpeciali.l.eius militis. §. militia miſſus.ff. de teſtamento militis. ſecundum Salicetum & Baldum in dicta.l.uxor.ſi uerò nec fœmina, nec maſculus proſequitur ſuorum iniuriam: caſu quo mulier admittitur, ſi maſculus eſt habilis, ille præfertur mulieri: ſi uerò ſit inhabilis, erit locus gratificationi.l.iiij. §. ſed & ſi mulier.ff. de liberis homi.exhibendis, ſecundum Salicetum in dicta l.uxor.& ſequitur Angelus de Aretio in libro maleficí.in uerbo, nec non ad querelam.in v.colum.& ſequitur Gandi. in libro maleſi.in titu. qui accuſa.

17 poſſunt uel non. ¶ Item intantum hoc procedit, quòd mulier accuſare poteſt de morte filij ſpurij: & filia ſacerdotis de morte patris, ſecundum Angelum in l.j.ff.de accuſatio. & ſequitur Barto. ibidem. ſed Bal. in l.j.C. qui accuſare non poſ. in primo caſu diſtinguit, quòd aut de filijs naturalibus, & poteſt indiſtinctè: aut de alijs filiis, quos dignos naturali ratione non cenſet lex: & tunc ſi ſunt nati ex certo complexu, poteſt accuſare mulier, quia naturalis dolor illos impellit: aut ex incerto complexu, ut uulgo concepti: & tunc aut per reſpectum ad maternam lineam, & admittitur: aut per reſpectum ad lineam paternam, & non admittitur. uide Felinum in c.nonnulli.de reſcript. Angelus Areti. in libro maleſi. in uerbo, nec non ad querelam part. in ſecunda columna. ¶ Item uxor

18 poteſt accuſare de morte ſui uiri, ut eſt gloſſ.in conſtitutio. incipiente, ſummo periculo.quam ſequitur ibi Afflictus in nono notabili.quia ſi poteſt de morte ſui conſobrini accuſare, ut dicta l.uxor. & l.ſororem.ff. de his, quibus ut indignis.& in l.ſecunda.ff.de accuſatio nibus.multò fortiùs de morte mariti.& hoc propter ſuum intereſſe: non propter intereſſe mariti, quia uxor non agit de iniuria facta marito,l.quòd ſi uiro.ff.de iniuriis.niſi concernat etiam ſuam iniuriam, ut not.in §.patitur.inſti.de iniu.& idē procedit in ſponſa, ut dicit Areti. in d.§.patitur.in gloſ.in uerbo, per

uxorem.in fin.& Afflict.ubi ſupra. uide Boër.deciſio.233.ſecūda parte.
19 ¶ Item mater poteſt accuſare de morte filij.ut d.l.uxor.& l.ſenatus. C.qui accuſa.non po.& l.de crimine.eo.titu.& probatur in conſtitu. regni.ſummo periculo.& ibi no.gl.
20 ¶ Verùm ſi concurrunt pater & mater, præfertur pater ratione patriæ poteſtatis, & ratione ordine ordinis literæ,ut eſt text.in d.conſtitu. ſummo periculo.& ibi not. Afflict. in nono not.& no.Sali.in d.l.uxor.
21 ¶ Sed ſi pater remiſit,mater poteſt accuſare.ſecundum Salic.in dicta.l. uxor.& ſequitur Afflict.in dicta cōſti.ſummo periculo.in nono no.&
22 ita uidi iudicari.¶ Et ſoror pōt accuſare de morte fratris occiſi, etiāſi frater remiſiſſet, & feciſſet pacem cum interfectore. ſecundum Afflictum in conſtitu.iuſtitiarij non per
23 calendas.in fin.colum. ¶ Nam fœminis competit ius uindictæ iudicialiter accuſando: & ab eis debet etiam haberi pax.ut pulchrè cōcludit per plura Boëri.in deciſio.221. in prima parte. nu.2.cum pluribus ſequen.pro quibus uide Tiraque. in tractatu,de legi.connu.in prima lege.nu.58.& Guliel.bene in repe. c.Raynutius.in uerbo, duas habēs filias.nume.110.fol.29.& an ſororibus interfecti obſtet ſententia abſolutoria lata pro reo citatis omnibus præter ipſas ſorores,uide Bal.
24 conſi.430.in quinto lib.¶ Item cōmater poteſt accuſare occiſores ſui compatris.ſecundum Boër.in deci-
25 ſio.233. ¶ Item ſecundò principaliter poteſt opponi,quòd alieno nomine accuſat:quod nō eſt licitū.l.ij. C.qui accu.non poſ.& procurator, tutor,curator,& actor,adminiſtratorio nomine accuſare nō poſſunt, ut dicit etiam ibi Salic.quādo ergo uolunt accuſare, debent accuſare nomine proprio: ad utilitatem tamen dominorum ſuorum. ut dicūt docto.& Barto.in l.ij.§.primo.ff.de accuſ.ſed hanc cautelam impugnat Ang.de Areti.in libe.malefi.in uerbo,nec non ad querelam.in quinta colum.uerſicu.tertio.Gandi.in ſuo opere malefici.in titulo.qui accuſa. poſ.uel non.ſecunda colum.uerſic. item accuſare prohibentur.approbat dictam cautelam.dicit tamē Iacob.But.in addi.ad d.locum, quòd ad euitandū opiniones poteſt cogi talis accuſator,ut declaret, ſi accuſat alieno nomine, an proprio. & hoc per l.ſi duo.ff.de ſolu.& l.qui.
26 in princi.ff.de tutel. ¶ Prædicta tamen non habent locum in fiſco,illuſtribus perſonis, mulieribus honeſtis, & minoribus: nam omnes iſtæ perſonæ poſſunt per procuratorem,tutores, & curatores accuſare,ut habetur per Afflict.in conſtitutio.beneficium.in ſecunda glo. & in conſtitutio.generalia iura.
27 ¶ Item poteſt opponi,quòd tacitè uel expreſſe renuntiauit accuſator accuſationi.l. accuſationem.C. qui accuſa.non poſ.& eſt ratio propter uarietatem euitandam. ſecundum Augu.de Ari.in addi.ad Angelū de Are.in lib.malefi.in uerbo,nec non ad querelam. in ſexta columna.in uerſic.quarto.dicit,quòd hoc procedit poſt querelam inſtitutam:nō antè:quia tunc, ſi querela non fuit propoſita,poteſt proponi.per tex.

& ibi Barto.in l.iiij.§.ſi his.ff.de ſe-
pul.uio.& ibi Ber.de Landria.alle-
28 gat Barba.conſilio 62.¶ Hoc autem
uerum eſt in tacita renunciatione,
ut quo ad ſuum commodum accu-
ſationem proſequi non poſsit: ſed
tanquam unus de populo bene po
teſt.ſed ſecus eſt in expreſſa renun-
tiatione,quia nec tãquam unus de
populo poteſt, ut inquit Bald.in l.
accuſationem.prima colum. C.qui
accu.non poſ.& ſequitur Afflict.in
conſtitutio.accuſatorem.in fin.col.
29 ¶ Et eſt notandum, quòd ſi accu-
ſator poſt litem conteſtatam non
comparet in termino ſibi præfixo,
uidetur tacite deſiſtere,& tacitè re-
nũtiare accuſationi inſtitutæ.ut eſt
text.& ibi not.Afflict.in quinto no.
30 in conſtitutio.accuſatorem.¶ Item
eſt notandum,quòd ille,qui tacitè
deſiſtit,ſi allegat iuſtã cauſam qua-
re fuerit contumax,poterit proſe-
qui accuſationem, & illam proba-
re.ut in l.ſi accuſatoribus.C.de ac-
cuſa.& in l.etſi ſine.ff.de minori.ſed
ille,qui expreſſe renunciat accuſa-
tioni,nõ poterit ulterius proſequi
accuſationem iam inſtitutam.quia
ad ius expreſſè renunciatũ non da-
tur regreſſus.l.ſi filius.ff.de minor.
l.item quæritur.§.ſi uenditor.ff.de
ædi.edi.& firmat Afflict.ubi ſupra.
31 ¶ Et eſt ſciendum,quòd de iure cõ
ſtituti.regni in criminibus ingerẽ-
tibus pœnam ſanguinis,nullo mo-
do licet deſiſtere,& tranſigere,ne-
que paciſci gratis in quacunque
parte litis:& tranſactio,uel pactum
factum nõ ualet,ſi curia ipſam,uel
ipſum non acceptat. ut habetur in
conſtitutio.poſt citationem.iuncta
conſtitut.priuſquam citatæ partes,
& procedit hoc indiſtinctè ante cõ
paritionem partium, & poſt com-
paritionem:tam ante litem conte-
ſtatam,quàm pòſt:& iudex nõ ob-
ſtante trãſactione poteſt proſequi
ex eodem proceſſu: & non eſt ne-
ceſſe incipere proceſſum de nouo,
ex quo tranſactio non ualuit: & ſic
in regno eſt correcta diſpoſitio le-
gis,tranſigere.C.de tranſa.in eo,ꝙ
permittit tranſactionem in pœnis
ſanguinis,& ſi fit tranſactio aliquo
dato accuſatori,ut à lite diſcedat,ſi
quidem fiat antequam citatus ac-
cuſatus compareat, punitur accu-
ſator ad duplum eius, quod rece-
pit:quam pœnam fiſco perſoluit: ſi
uerò fiat poſt comparitionem ac-
cuſati, & ante litem conteſtatam,
punitur accuſator ad decem augu-
ſtales fiſco applicandos:ſi uerò fiat
poſt litis conteſtationem,tunc pu-
niuntur ambo,ſcilicet,accuſatus,&
accuſator ad duodecim auguſtales
pro quolibet:& nihilominus iudex
poteſt cauſam proſequi, ut proba-
tur in dicta conſtituti.ibi,cauſa ni-
hilominus ſuo ordine.ſed ſecundũ
formam ritus, ſi partes ſe concor-
dant ſine licentia curiæ, puniuntur
ad x.tarenos tantum.ut eſt ritus in
num.228.incip.item quòd ſi partes.
bene tamen poteſt aliquid accipi
per accuſatorem ab accuſato pro
æſtimatione damnorum,& expen-
ſarum,ut tamen nõ incidat in pœ-
nas præfatas.ut probatur in §.j.il-
lius conſtitutio.non tamen intelli-
gas,ut tũc ualeat tranſactio in præ-

iudicium fiſci.quia nunquam ualet, ſed ſolùm euitatur pœna.ſi uerò ſumus in criminibus non ingerentibus pœnam ſanguinis, nõ eſt permiſſa trãſactio,niſi in crimine falſi. & ſic concordat cum iure communi.ſed in iniuriis leuibus permittitur trãſactio,& pactum,antequàm partes compareant coram iudice poſt citationem:ſed poſt comparitionem non permittitur,ut colligitur ibi à cõtrario ſenſu,& bene declarat Mara.in ſua pract.in vj.& ultima parte, numero.63.per totum.

32 ¶ INQVISITVS. Quid ſi de delicto eſt tranſactum cum parte, an alius poſsit accuſare? ¶ IVD. Dicas,ꝙ ubicunq; ſit tranſactio, & etiamſi in caſibus permiſsis, non excluditur ab accuſando, niſi ille qui tranſegit:alius autẽ tertius non excluditur,ſed admittitur ad accuſandum.& ſi ita tranſactio non ualuit,poteſt ipſe idẽ tranſigens proſequi.ſecundum Feli.in c.de his.de accu.col.j.uerſi.ij.limita.& ibi Abb. & alij docto.poteſt etiam fiſcus inquirere,non obſtãte tranſactione, in caſibus, in quibus trãſactio fieri non potuit in præiudicium fiſci:uerùm licet non obſtante tranſactione, ut dixi, tertius admittatur ad querulandum: non tamen poteſt perſequi eundem proceſſum,ſuper quo trãſactum eſt:nec etiam iudex ex officio,ſed oportet de nouo formare aliũ proceſſum,& hoc in caſibus,in quibus eſt permiſſa tranſactio:in caſibus uerò non permiſsis poteſt accuſator & iudex perſequi eundẽ proceſſum.ſecundũ Bar.in l. tranſigere.C.de tran.colũ.j.in fi.& col.2.in 4.oppo.& ſequitur Alexã. ibi in 4.colũ.& magis communiter ſcribentes.& plene per Maran.ubi ſupra.nu.48.Sed ſi eſt trãſactũ cum curia,& parte in caſibus permiſsis, ulterius nõ poteſt moleſtari,ut per Pau.Grillan.in tra.de rela.carce.in vj.qõ.ut quia facta ſit compoſitio. quia tunc fit abolitio proceſſus, ut per Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerbo,cõpoſitio.& Pau.Grilla.ubi ſupra. quæ cõpoſitio fieri debet lite pendente,non lata ſententia: quia tunc non poſſet fieri abſq; authoritate principis.item debet fieri cõpoſitio ex cauſa rationabili:ut quia non eſt ſolitus ſimilia,uel alia delicta patrare:ſed eſt honeſta perſona.itẽ debet fieri,quãdo nõ plenè conſtet:aliàs crimine liquidato deberet ferri ſentẽtia:niſi de iure poſſet minorari pœna. ut habetur per Pau.Grilla.ubi ſupra.in tit.de compo.in prin.ſed in regno extat ritus magnæ curiæ uicariæ incip.item ꝙ nullus.quo cauetur,ꝙ nõ ualet cõpoſitio,nec fieri debet,niſi crimine uerificato.item debet fieri compoſitio parte concordata,ut ſunt plures ritus inci.item ſeruat ipſa curia nullum.item ꝙ dictus locũ tenens. item ꝙ ubi proceditur.item cõpoſitio non poteſt fieri in criminibus enormibus:& maximè ubi officiales nõ poſſunt commutare pœnas, ut eſt in regno per pragm.incipi.& quia facilitas.ubi tamen uenit imponenda pœna corporis afflictiua: & nõ aliter.

33 ¶ FIS.Quid in crimine uſurarum,ſi accuſator deſiſtit ab accuſa-

accuſatione ante ſentẽtiã,an iudex poſsit procedere?¶ I N.Videtur dicendum,ꝙ non,quia in crimine,in quo uenit imponenda pœna publicationis omnium bonorum (ut eſt crimen uſurarũ)permiſſa eſt tranſactio.ſecũdũ Mod.Per.in l.tráſigere.C.de trãſa.& ibi Lãce.Deci.col. pe.& Alex.cõſi.9.in 2.colũ.in 2.uolu.ſed dicit Bar.in d.l.trãſigere.col. 2.ꝙ ubi permiſſa eſt trãſactio,parte deſiſtẽte,iudex cognoſcere nõ poteſt.ergo,&c.¶ I V.In contrariũ eſt doctri.And.de Iſer.in conſti.uſurariorum.quem ſequitur Afflict.ibi in glo.in uerbo,deferendi.ubi dicit,ꝙ parte deſiſtente,iudex procedit.argu.l.iij.C.de abolitio . & de hoc eſt ritus magnæ curiæ uicariæ incip.ſi moritur.ſub rubrica.ꝙ accu.de curia poteſt procedere.¶ F I S.Vtrum

34 peremptâ inſtantia poſsit quis accuſari?¶ I V D. Dicit Salice.in l.iij. aliàs,quòd de crimine.in ij.colũ.4. oppo.de accuſa.quòd aut periit inſtantia culpa iudicis,& poteſt iterũ accuſari:aut periit culpa partis , & iterum non poteſt accuſari.& ita in indiuiduo decidit Capi.in deciſio.

35 206.incipiẽ.in cauſa. ¶ Item poteſt opponi , ꝙ ſunt de perſonis , quæ prohibẽtur accuſare.de quibus per Ange.de Are.in lib.male.in uerbo, necnon ad querelam.& per Gandi. in opere ſuo,in titu.qui accu.poſſ.

36 uel nõ.¶ Et generaliter poteſt opponi,quòd non proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam:& quòd in regno eſt ſublata popularis accuſatio,ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. Item ꝙ nullus laicus.

37 ¶ Eſt tamẽ ſciendum,quòd omnes illæ perſonæ , quæ prohibentur accuſare(de quibus per Angel.ubi ſuprà)ſi proſequuntur ſuam,uel ſuorum iniuriam,poſſunt accuſare : & non aliter repelluntur. l. hi tamen omnes.ff.de accu.in pri.ſi ſunt iudicij,& diſcretionis capaces. ¶ F I S.

38 Vtrum filiusfamilias poſsit accuſare abſq; cõſenſu patris?¶ I N Q VI. Videtur,quòd non.ſecundum Specu.in titu.de accu.in prin.uerſic.ſed quid ſi accuſator ſit filius. ¶ F I S. Contrariam opinionem tenẽt Di. Bar.& Ange.& Imo.in l.fi.§.j.ff.de uerbo.obliga.& Bar.in l.inter liberas.§.j.& in l.filiũfamilias.ff.de adulter.quòd nõ requiritur patris cõ ſenſus.& ita firmat Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,necnõ ad querelam.col.24.uerſi.quæro,quando. ¶ I V D E X. Hanc ultimam opinionem ego tenerem , ſi non eſſet ritus magnæ curię uicarię incipiẽs: item ſeruat ipſa curia , quòd quando.qui uult,quòd filiusfamilias nõ admittitur ad denũtiandum,uel accuſandum abſque obligatione,cui interueniat conſenſus patris . & ſic

39 cogitate. ¶ F I S C V S. An laicus poſsit accuſare clericum primę tonſuræ?¶ I V D. Dicas , quòd non.ut decidit Anto.Corſet.in ſing.in uerbo,accuſatio.& uide do.Alexan.in conſi.viij.incip.ſuper hac conſultatione.in ij.col.j.lib.quod quidẽ credo non procedere , ſi proſequitur

40 ſuam,ſuorumq́; iniuriam. ¶ Item poteſt principaliter opponi,ꝙ ipſe primò accuſauit accuſatorẽ ſuum. quo caſu pendente accuſatione nõ poteſt accuſari:in quo dubio diuerſimode reperitur ſtatutum de iure communi

communi, & de iure regni.nã pri. dicit Angel.in lib.malefi.in uerbo, necnon ad querelam.nu.16.diſtinguens, ꝙ aut nomen rei receptum eſt inter reos, aut non:aut uſq; ad cõcluſionem in cauſa,aut poſt concluſionem in cauſa:aut uſq; ad ſententiam, aut poſt ſentẽtiam.primo caſu poſt nomen rei receptum inter reos:& tunc aut uult inſcriptionem accuſationis facere ad finem, ne ſibi currat terminus, & ut poſt ſententiam poſſit accuſator proſequi accuſationem, auditur.ut l.neganda.C.qui accu.non po.ſiue accuſet ſuum accuſatorẽ, ſiue alium: dummodo nõ faciat in fraudem,ut tardet exequutionem ſententiæ ferendæ.aut uult accuſare ad finẽ, ut procedatur ſuper ea:& tũc aut ſuã, aut ſuorum iniuriam proſequitur, auditur contra quemlibet, ſiue de maiori,ſiue de pari,ſiue de minori. ut d.l.neganda. ſi autem ſuam,uel ſuorum iniuriam non proſequatur: & tunc aut uult accuſare de maiori crimine, poteſt quemlibet ſiue accuſatorem,ſiue extraneum accuſare.d.l.neganda.ſed in hoc eſt aduertendum,quòd iſte, qui reaccuſat,aut reaccuſat de maiori: quod quidem ſi eſt uerũ,& probetur,extinguetur ex toto crimẽ obiectum contra ipſum nũc reaccuſantem:& tunc non ſolùm non auditur, ſed imponitur ex toto ſilentiũ ipſi primò accuſanti ſuper ſua accuſatione,donec ſecunda accuſatio diſcutiatur.& ex euẽtu cauſę procedatur poſteà,uel non. iſte eſt caſus l.j.C. qui accu.non po.aut delictum, de quo fit reaccuſatio,poteſt eſſe tale, quòd ipſum poterit eſſe,& etiã poterit eſſe crimen primo loco intentatum:& tũc audietur,ut ſuper ſecũdo pariter procedatur,ſicut proceditur in crimine,quod ſibi aſcribitur.iſte eſt caſus d. l. neganda.ſi autem uult accuſare de pari,uel minori:idq; poſt nomen ſuũ receptũ inter reos,nullo modo auditur.ut l.is,qui reus.ff.de pub.iud.ſiue extraneum accuſet,ſiue ſuũ accuſatorem.fallit in uxore obiiciẽte de lenocinio.ſecũdo caſu principali nulli dubium eſt,quòd niſi à lege prohibeatur,permittitur ei reaccuſare ſuum accuſatorẽ,& quemlibet aliũ, ſiue de maiori,ſiue de minori,ſiue de pari:ſiue ſuam,ſuorumq; iniuriã proſequatur,ſiue non:etiã ad finẽ, ut ſuper ſua accuſatione procedatur.& iſto caſu,ſi accuſat ſuũ accuſatorem, diſcutitur ſuper utraq;:ſi autem accuſat extraneũ,tũc quandolibet poteſt procedere,ut ſolertior erit. ueruntamen citatus pro uno iudicio,non cogitur cõparere pro alio.tertio caſu principali poſt cõcluſum in cauſa,& ante ſentẽtiã,& quarto caſu principali poſt ſententiã:& tunc aut fertur abſolutoria,& clarum eſt,quòd accuſatus accuſare poteſt de quolibet crimine:aut fuit condemnatoria,& tunc aut fuit cõdẽnatus de crimine priuato tantũ,& per conſequens non fuit effectus infamis,& poteſt quẽlibet de quouis crimine accuſare: aut fuit condẽnatus de publico iudicio,& ſic eſt infamis:& tunc aut uult accuſare extraneum de nouo, & nullo modo auditur de aliquo crimine,niſi pro crimine læſæ maieſtatis:

leſtatis:aut uult accuſare ſuum accuſatorem,& tūc aut per ſententiam debet perdere uitam naturalem,& non poteſt:aut libertatē,& ciuitatem tantū,& poteſt.hæc ſunt uerba Angel.ubi ſuprà.ſed in regno ſunt iura municipalia,quæ obſeruantur in regno,ut in ritu incip.itē ſeruat ipſa curia.& in ritu incip.itē ſiquis, uel ſiqua accuſatus. quibus cauetur,quòd accuſator non poteſt nec ipſe,neq; mater,neq; pater,filij,fratres,nec ſinguli familiares,niſi eodem die,& ex nouo delicto accuſari.& ſimiliter eſt c.incip.legiſlatoris.ubi cauetur , quòd nullatenus accuſator poteſt per accuſatū reaccuſari,ſiue de maiori,ſiue de minori crimine : ſiue proſequatur ſuam ſuorumq; iniuriam,ſiue non : ſed ſi querela fieret,præſtatur fideiuſſoria cautio de ſtando iuri determinata prima querela.uerùm poteſt accuſari de nouo delicto.uerū ſi ambæ querelæ procedunt ex eodem fonte , proceditur ſuper utraq;. ut refert fuiſſe deciſum in ſacro regio

41 conſilio Grāma.in deciſio.52.¶ F I S C V S.Quid ſi eſt facta querela à perſonis prohibitis?an ſi non opponatur,ſit nullum , quicquid fiat? ¶I V D. Dicas,quòd non : ſed debet opponi,ſecundū Bar.in l.j.ff.ad Turpi.in §.accuſationē.& ibi Alex. & habetur per Alexan.in l.eleganter.§.ſiquis poſt.ff.de condi.indeb.

42 ¶Vnum tamē ſciendum eſt in hac materia , quod eſt principalius,& ſicut fundamentum in domo,quòd negligentibus illis,quorum magis intereſt,accuſare, admittuntur illi, quorum minus intereſt.ut eſt gloſ. not.in l.ſenatuſconſult.C.qui accu. non po.& ibi not.Sali.tamē illos, quorum magis intereſt , pœnitere poteſt uſq; ad conteſtationem litis excluſiue,& admittuntur ad accuſandum.ut eſt text.not.in l.iij.§.itē ſi is , cuius intereſt.ff.de ſepul.uio. ubi optime probatur.& not.Salic. ubi ſupra.& Alber.de Roſa.dicit in d.§.item is,cuius intereſt.quòd ante conteſtationem litis nō dicitur perfectè ius quæſitū alteri accuſanti:ita,quòd priores per pœnitentiā non admittantur.& de his omnibus eſt text.not.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiolat.ubi dicit prius eſſe admittendos illos,quorum magis intereſt : & illis ceſſantibus admitti, quorū minus intereſt.qui ſi poſteà uelint accuſare,& reperiatur in accuſatione proceſſum uſq; ad condemnationem,uel ſaltē uſq; ad cōteſtationem litis incluſiue,ſecundū gloſ.in d.l.ſepulchri.non debēt admitti aliquo modo ad accuſandū. & quāuis ſint primò citandi illi,qui ad accuſandū prius debent admitti,quàm alius admittatur:tamē dicit Boër.in deciſi.220.in prima parte nume.8.quòd de ſtylo curiarum quilibet proximior admittitur,uſquequò alius magis proximus apparuerit inſtigans.quæ omnia notes in actu practico:quia habui in facto Salerni,tempore quo ibi erā iudex , ſub die vj. Nouembris.an.

43 1547.& ſeruaui,ut ſupra.¶Et nota, quòd Boër.in d.deciſio.220.latè diſcutit,an pater præferatur in accuſando de morte filij fratribus,& nepotibus ex ipſo filio præmortuo.& plura dicit,tandē uerò cōcludit,ꝙ pater

pater præfertur,niſi pater colluderet,& componeret cū occiſore.uerùm ſi fratres, & nepotes ex filio uoluerint intereſſe accuſationi, & ſimul concurrerint,tunc admittentur omnes ſimul de æquitate pro ipſorum intereſſe.& ibi habetur,an patre remittente admittantur fratres.adde etiam,quòd quilibet tertius poteſt comparere,& inſtare,ſi ſua intereſt.ſecundū Aymo.Crauc.
44 in conſil.220.in ſecunda parte.¶Et an,& quando pater poſsit remittere iniuriam factā filio,uide Boër. in d.deciſio.220.in prima parte.ubi ponit regulam cū pluribus fallentiis.& Iaco.de Bello uiſ.in ſua praxi cri.in uerbo, quòd dictus reus.in titu.de iniur.in 7.colū.ubi plenè.& adde,quòd ſi eſt facta iniuria filio per cōiunctā perſonam,nō poteſt pater eā remittere:licet aliàs poſſet.ut habetur per Ludo.de Roma, in ſingu.quod & refert & ſequitur Marſil.in l.diuus Adrianus.ff.ad l.
45 Pom.de par.nume.2.¶ F I S.Quòd ſi filius alicuius effectus fuerit monachus,& fuerit occiſus,quis præferetur ī accuſando,paterne ipſius, an abbas, ſeu prior monaſterij?
¶I V.Dicas, ꝙ uterq; admittitur, pater, & abbas, quilibet pro ſuo intereſſe.& remiſsio unius nō obeſt alteri,quominus agere poſsit, ut habetur per Boër.in deciſi.22.in prima parte per totum.An uerò religioſus iniuriatus remittens iniuriam,poſsit demum agere contra iniuriātem nomine monaſterij,uide Iaco.de Bello uiſ.in praxi cri.in titu.de iniur.in uerbo,quòd dictus reus malitioſe.in x.colū.ubi tenet,

46 quòd ſic.¶I N Q V I S I T V S.An ſufficiat habere pacē à maiori parte?¶I V D E X. Dicas, quòd ſic.ut uoluit Bar.quem ſequuntur docto. in l.iiij.§.Cato.ff.de uerbo.obliga. & ſequitur Boër.in deciſio.221.pri-
47 ma pa.nume.3. ¶F I S C V S. Nunquid ſocius poſsit accuſare de morte ſocij in mercatura,uel in aliquo artificio?¶I V D.Dicas,quòd ſic.ut dicit Maſuer.in ſua praxi cri.in titu. de expēſis, inte.& damnis.fol.107. colū.ij.uerſi.item propter homicidiū.refert ac ſequitur Nicol.Boër.
48 in deciſio.232.in ſecūda parte.¶Itē ſolet inſtari,quòd accuſator falſitatis declaret,in qua ſpecie prætēdatur falſum,& in quo loco, & in qua parte.in quo Capi.in deciſio.79.arguit pro & contra.tandē uerò uidetur ſentire,quòd non teneatur.
49 ¶I N Q V I. Nunquid ad exigentiam accuſati,uel inquiſiti teneatur iudex inquirens,uel accuſator declarare diem commiſsi criminis? & uidetur dicendū, quòd ſic,per doctri.Barto.in l.ij.§.ſi quis Epheſi.ff. de eo,quod cer.loco.& in l.25.qui reus.uerſi.ſed quæro an in accuſatione.ff.de publ.iud.ubi dicit,quòd æquum eſt,quòd declaretur:ne auferatur reo defenſio:& ut libellus ſit talis,per quē reus plenè inſtruatur,an uelit cedere,an uerò cōtendere.ut l.j, ff. de eden.& facit pro hoc l.pen.ff.de interro.actio. ¶F I S C V S.Sed contrariā opinionem tenuit Imo.in d.l.is,qui reus.motus,quia in l.libellorū.dicitur,quòd non debet cogi accuſator apponere diē.nec obſtat l.pe.ff.de interro. actio.quia illa debet intelligi in caſibus,

ſibus,in quibus à iure non reperi-
tur facta permiſsio in ſpecie ſpeci-
ficata.quia clauſula generalis non
refertur ad ſpecificata.ut l.doli clau
ſula.ff.de uer.obli.¶ I V D.Ego pu-
to opinionem Bart.eſſe ueriorē:&
ſic, ꝙ debet declarari.& hoc per
id,quod ipſemet dicit in .d.l.libello
rum.uerſi.circa tēpus.in fi.quia ac-
cuſator propter hoc non grauatur.
quia licet cogatur apponere diem,
non tamen probare:& ſi non pro-
bat,nō per hoc reus abſoluetur.&
ita firmat Ange.de Are.in lib.male.
in uerbo,de anno præſenti.& hanc
opinionem dicit Augu.de Arim.in
addi.ibi.& Bald.in l.j.C.de re iudic.
& Roma.in l.Pomponius.§.rei per
duellionis.ff.de acqui.hære.intelli-
gendo tamē opinionem Imo.in d.
l.is,qui reus.procedere,quòd non
poſsit iudex cogere querulantē ad
inſtantiā partis,ut declaret diē:ſed
ex officio bene poteſt.& ita intelli-
gatur opi.Barto.poteſt tamen pars
implorare officiū iudicis.ut decla-
retur dies.ſed dicit Ang.ubi ſupra,
quòd ita demum cogitur apponere
diem , ſi reus exprimat in iudicio
diem,in qua uult facere defenſio-
nes.ſecundū Sali.in l.pen.C.de ac-
50 cuſ.¶ F I S.Nūquid accuſans aliquē
de uoluntate Titij ibidē præſentis,
uideatur accuſare de mandato Ti-
tij?¶ I V D E X.Dicas,ꝙ non.ſecun
dum Bar.& Dy.in l.poſt dotem.iiij.
col.uerſi.ecce accuſo Titium ff.ſol.
matri.& per Flori.in l.ſed & ſiquis.
51 §.ſi duos.ff.de uſufru.¶ An concu-
binarius poſsit accuſare eum , qui
carnaliter cognouit eius concubi-
nam?dicas,quòd nō:niſi ſit eius pa
tronus.ſecundum Bart.in l.ſi uxor.
in princip.ff.de adulter.& ibi per
52 Alexan.¶ Et eſt aduertendū,quòd
accuſatio contra ſyndicū:quòd nō
denuntiauit maleficiū commiſſum
inter Titium & Seium,non tenet,
non ſpecificato loco commiſsi de-
licti.ſecundum Bald.in l.j.C.de his,
qui.ut indi.& in l.actor.C.de pro-
bat.& Bal.in addi.Specu.in titu.de
53 libe.conce.uer.accuſo.¶ F I S.Intra
quantum tēpus debet fieri accuſa-
tio memoriæ hominis in caſibus,in
quibus permittitur? ¶ I V D. Dicas
quòd intra quinquenniū à die mor
tis.l.ij.C.de apoſta.& Ludo.in ſin-
gul.in uerbo,accuſatio.161. de cri-
54 mine. ¶ F I S C V S.Vtrum accuſa-
tus ab uno,poſsit ab alio accuſa-
ri?¶ I V D E X. Diſtinguendi ſunt
tres caſus.aut enim prima accuſa-
tio pendet,& non poteſt alius ac-
cuſare:quia obſtat exceptio impe-
ditiua proceſſus,ſcilicet ego ſum ab
altero accuſatus. ſecundum Bar.in
l.ſenatus.ff.de accuſatio.& hoc po-
teſt euenire,quotieſcunq; offenſus
(uerbi gratia)accuſaret,& alij con-
ſanguinei proſequendo iniuriam
ſuorum porrigerent etiam quere-
las. certè iſtæ querelæ conſangui-
neorum non debent admitti du-
rante querela offenſi:ſed bene po-
terunt aſsiſtere in iudicio pro eo-
rum intereſſe ſuper querela offen-
ſi , ut ille iniurians puniatur ſuffi-
cienti pœna. nam per iſtam iniu-
riam unum tantum dicitur delictū,
& ſolùm ſemel fuit offenſa reſpu-
blica : unde quando unus accuſat,
agit,ut ſatiſfiat reipublicæ per le-
gitimam & ſufficientem pœnam.

Llicitatio.§.quod id licet.ff.de publi.unde eo ipſo,quòd aliquis eſt accuſatus ſemel criminaliter, non tenditur ad aliud per hanc unicam accuſationem,niſi ut ſatiſfiat reipublicæ:cuius intereſt,ut delicta puniantur. l.ita uulneratus.ff.ad leg. Aquil.& ſicut,ſi iſta ſatisfactio eſſet effectualiter facta per impoſitioné pœnæ,nõ poſſet alius accuſare:pari modo,quando ſatisfactio eſt in fieri,quòd pẽdeat proceſſus.& hac cõſideratione utitur Robert.Venu. in ſua ciuili practi. in vj.& ultima parte.nume.54.aut fuit lata ſententia condemnatoria ad pœnã ſufficientem:& minimè poteſt ab alio accuſari.quia ſemel ſufficienter punitus, non debet iterum puniri,ut dixi:aut fuit abſolutus ſciente nouo accuſatore:& minimè poteſt accuſari.per ea, quæ habentur in l.ſi cui.§.ijſdem.& ibi Bar.ff.de accuſa. remanent ergo duo caſus tantũ,in quibus alius accuſare poteſt,ſcilicet quando non eſſet ſufficienter punitus:item,quando eſſet abſolutus ignorãte nouo accuſatore,qui ſuam uel ſuorũ iniuriam proſequitur.& ita clariùs declarat Robert. Venu.in loco ſuprà allegato.& Ange.de Areti.in lib.maleſi.in uerbo, necnon ad querelam.col.24.

55 ¶F I S C V S. Quid ſi principaliter offenſus remitteret offenſori? an ſui conſanguinei poſsint accuſare?

¶I V D.Dicas,quòd non obſtante remiſsione unius,poteſt alter conſanguineus proſequendo iniuriam ſuorũ accuſare criminaliter:ex quo iniuria facta uni de agnatione,cenſetur facta alteri, & omnibus de agnatione.l.lex Cornel.& ibi Bart. ff.de iniur.non autem poteſt conſanguineus accuſare ciuiliter pro iniuria facta ſuo conſanguineo,ſed criminaliter tantũ:unde ſi formaret libellum ſecundũ conſti.uarietates pœnarum.æſtimãdo iniuriam,libellus non procederet:ut ad longum congerit Robert.Venu. ubi ſuprà. nume.51.

56 ¶F I S.Cui competat accuſatio de pace rupta,quando ambo ſe offenderũt,nec conſtat,quis primò offenderit? ¶I V D. Dicas, quòd nulli competit in dicto caſu, ſecundũ Bar.in l.cum pater.§.libertis.in fi.ff.de leg.ij.

57 ¶F I S.An accuſatio criminalis detur pro leuiſsima culpa? ¶I V D.Dicas,quòd nõ: ſed bene datur pro damno dato iniurioſe alicui dolo,uel culpa etiã leui.ſecundũ Bal.in c.iniuria.ij.col. uerſi.quæro,an ſit damnum.de pa.iura.fir.quia pro leuiſsima non cõpetit actio criminalis,ſecundũ Cy. in l.ſiquis non dicam rapere.C.de epiſ.& cleri.& Bald.in d.ca.iniuria.

58 ¶I N Q V I.An,& quando accuſator dicatur in euidenti calumnia? ¶I V D.Dicas,quòd olim eo ipſo, quòd nõ probabat,erat in calumnia præſumpta,niſi probaret contrarium:ſcilicet quòd nõ eſt in aliqua calumnia, ut quia probat eſſe famam publicã, uel aliter.ſecundũ Barto.in l.athletas.§.calumniator. uer.puto autem.ff.de inſa.& Feli.in ca.ſortis.de calumniato.& ſecundũ Barto.in l.ij.uer.ultimo no.C.ſi ſer. aut liber.lib.x.& Ange.in l.cũ quidam.§.quod dicitur.ff.de acquirẽ. hære.hodie autẽ in regno per cõſtit.pœnam calumniæ.de pœn.calum.

lum.con.calũ.iſtud eſt correctũ.ſed tunc quis punitur de calũnia,quando probatur,ꝙ fuit accuſator in euidenti calumnia:& hoc probato debet iudex omnino ipſum condẽnare ad pœnã calumniæ,quæ eſt ſimilitudo ſupplicii:aliàs ipſe iudex punitur pœna infamiæ,& duarum librarum auri.ut in ca.regis Roberti incip.accuſatorũ temeritas.& probatur in d.conſti.pœnã calumniæ. punitur autem hodie accuſator nõ probans ad pœnam, ad quam ſe obligauit de probando.ut habetur latius per Afflic.in d.conſti.pœnam
59 calumniæ.3.& 4.no.Vnde in regno dicitur aliquis in euidẽti calumnia, quando ex actis apparet, quòd eſt in calumnia euidẽti:uel apparet ex legitimis præſumptionibus.ut l.licet.de leg.j.item dicitur accuſator in euidẽti calũnia,ſi accuſatus probat,ꝙ accuſator dixit:dabo ei magnam brigam.Item dicitur accuſator eſſe in euidenti calũnia,ſi præter id,quòd non probauit ſuã accuſationem,cõcurrat probatio,ꝙ accuſator cõuerſatur cũ accuſato:uel ſi concurrat prohibitio accuſationis à iure.item dicitur in euidẽti calumnia in caſu poſito per conſti.incip.peſsimã.ut colligit hæc omnia Afflict.in conſti.pœnam calumniæ. primo no.uerſicu.iuxta hoc quæro.
60 ¶Vnum tamen nõ admitto,quòd ſi accuſator diu ſtetit ad accuſandũ, eius accuſatio poſtea redditur ſuſpecta,& præſumitur eſſe in dolo. ut cõſuluit Bal.in cõſi.37.primo lib. incip.quidam tabellio.in fi.intantũ, quòd Marſi.in ſua praxi.§.diligenter.nu.201.adducit hanc doctrinam pro indicio faciente in fauorẽ reorum:licet incorruptè alleget Bal.in
61 iij.lib.& eſt in.v.l.j.¶Et nota,quòd accuſans de inſultu debet dicere,ꝙ ſtãtẽ ſub protectione Dei,& regis ſecurum Tit.eum Tit.eo tẽpore,& loco aggreſſus eſt.ut no.in cõſti.fideliũ noſtrorũ.& ibi per Afflic.in ij. nota. & ideo debent apponi hæc uerba:ꝙ ex tali inſultu non ſolũ eſt offenſus ipſe inſultatus, ſed etiam Deus,& rex:ſub quorũ protectione erat ipſe offenſus. nam rex ſtudet dare ſecuritatẽ in regno ſuo,ut plenè congerit Afflic.in loco ſuprà
62 allegato.¶I N Q V I. Vtrum inquiſitus poſsit petere,quòd interrogetur accuſator ſuper eo,quòd excludit delictũ? ¶I V D. Dicas,ꝙ ſic, ut firmat Alber.de Roſ.in l.ubicunq;. ff.de interro.act.in fin.& ita dicit uidiſſe practicari,& obtineri.& ideo poteſt peti,ꝙ interrogetur accuſator,an uoluntate ſua accuſatus de furto rẽ accepit,& an teſtes produ-
63 cti ſunt ei inimici,uel ſimilia. ¶Vnũ tamen nõ admittã.uos ſcitis,quòd in regno mulieres cõiugatę,& uniuerſitates poſſunt accuſare ꝑ procuratores cũ ſpeciali mãdato,ut cauetur in conſti.generalia iura.ideo ſciatis,quòd in mandato de querulãdo,quod fit per mulieres,& uniuerſitates,debent apponi omnes illę ſolennitates & requiſita,quę debent apponi in accuſatione. aliàs mandatũ non eſſet efficax,ut in indiuiduo conſuluit Roma.in conſil. lx.incip.mandatum mihi oſtenſum. & refert & ſequitur Bernar.de Landria.in addi.ad Angel.de Aret.in libro malefi.in uerbo,hæc eſt quædã

ínquiſitio.in addi.incipien.locus & tempus.quod eſt ſummè notandũ,
64 quia pauci aduertũt.¶Vlterius aduertas,quòd exceptio,quòd nõ poteſt accuſari,eſt dilatoria : & debet opponi ante litem conteſtatam:& nomen rei receptũ inter reos:aliàs ſi non opponatur,proceſſus remanebit ualidus.ut l.ſi maritus.§.præſcriptiones.ff.de adulte.& ita dicit Bart.in l.hos accuſare.in prin.ff.de
65 accuſa.¶Et ſi fortè proceditur ad denunciationem aliquorum ad id deputatorum:ut puta,iſtorum nunciorũ,ſeu baiulorũ curiæ,poteſt opponi, quòd denuntiatores ipſi non iurauerãt in principio eorũ officiorũ:quo caſu non debet admitti eorum denuntiatio,iuxta doctri.Ang. in l.ſi uacantia.C. de bonis uacan. & Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,necnon ad denuntiam.ij colũ. in fin.& ibi uide, quæ alia poſsint opponi aduerſus iſtos denuntiato-
66 res.¶Et eſt notandum,quòd ſi aliquis fuit uulneratus à Titio,& contra eum ipſe uulneratus fecit querelam de ſimplicibus uulneribus,& ob id fuit formata inquiſitio cõtra Titium,& ipſe fuit captus & carceratus,& fuerunt ei datæ defenſiones,& ꝓceſſum fuit ad alios actus: demum ſi uulneratus moriatur ex illis uulneribus,non poteſt procedi ex illo iudicio intentato,ſed debet abſolui obſeruatione primi iudicii de ſimplicibus uulneribus, reſeruato tamẽ iure procedendi de morte ſequuta ad uindictã & pœnam corporalem imponendã:& ſic ex integro debet formari inqſitio de morte,ut docet Ange.Are.in lib.maleſi. in uerbo,in platea communi.in fin. ſed cogita,ſi procedit in regno,ubi accuſatore deſiſtẽte proceditur cũ coadiutore curiæ.per capitulum regni incip. Robertus &c.ſpectat ad præſides.& ſic non ſequitur abolitio per mortem querulantis.

¶Dentur capitula quòd ſuffocauit uxorem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio debet continere eaſdem ſolennitates,quas accuſatio.*

2 *Inquiſitio non poteſt alteri committi.*

3 *Pœna corporalis nunquam imponitur,niſi ubi interuenerit dolus.nume. 4.5.6.*

7 *Maritus calce percutiens uxorem pœna mortis puniatur,ſi illa moriatur ex illa percuſſione.62.*

8 *Tortura non habet locum, niſi ubi delictum ſcelere fuerit commiſſum.*

9 *Vxor reperta ſuffocata in lecto uiri, an præſumatur à uiro interfecta. 15.16.*

10 *Mortuus repertus in domo,præſumitur occiſus ab his,qui ibi erant.*

11 *Mortuus repertus prope domum alicuius, præſumitur contra dominum domus.*

12 *Repertus in loco delicti habet indiciũ contra ſe.*

13 *Delictum de nocte commiſſum probatur per coniecturas.*

14 *Argumentum a communiter accidentibus facit indicium.& 15.*

16 *Suffocatio quomodo probetur.17.*

18 *Mors quomodo multipliciter eueniat.*

19 *Mors ſubitanea quomodo poſſit cauſari.*

20 *Condemnari quis non poſſit niſi ſit conuictus,aut confeſſus.*

Proba-

21 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

22 *Iudicia debent eſſe certa, & clara in genere ſuo.*

23 *Probationes debent eſſe uerißimiles.*

24 *Condemnari non poteſt quis ex indicijs indubitatis.*

25 *Indicia relinquuntur arbitrio iudicis, & quomodo.*

26 *Fama an, & quando faciat indicium ad torturam. numero 27.28.35.36.37.*

29 *Fama bona in genere probata, tollit indicium famæ publicæ. nu. 30.*

31 *Fama publica, quòd quis non commiſit delictum, quid operetur. numero 32.33.34.*

38 *Sepultura mortuorum quomodo fiat, & an, ſi non ſit ſecundum conſuetudinem, inducatur ſuſpicio. nu. 35.*

39 *Clandeſtinitas inducit ſuſpicionem.*

40 *Maritus non lugens mortem uxoris, habet indicium contra ſe. numero 41. 42.46.48.*

43 *Maritus quãtũ debeat amare uxorẽ.*

44 *Maritus induens ſe ueſtibus feſtiuis mox à morte uxoris, habet indicium contra ſe.*

45 *Paupertas excuſat maritum, ſi nõ ſepeliuit uxorem cum pompis.*

47 *Coniectura una tollit aliam.*

49 *Indicia quando ſint ſufficientia ad torturam.*

50 *Indicia purgantur per bonã famã.*

51 *Indicia facientia pro reo, faciunt, ut ad torturam non poſſit deueniri.*

52 *Coniectura ſemper eſt capienda, ut excludatur delictum.*

53 *Indicium unum tollitur per aliud.*

54 *Vxor de ſero uiſa incolumis, ſi de mane mortua ſit, præſumitur à uiro interfecta.*

55 *Delictum grauißimum eſt, occidere uxorem.*

56 *Iudex non debet ſeruare ordinem iuris in atrocißimis delictis. nu. 57.*

58 *Tortura non poteſt dari indicijs non præcedentibus.*

59 *Defenſiones aduerſus ſigna ſuffocationis.*

60 *Maritus occidẽs ſuam uxorem, perdit ius ſuccedendi.*

61 *Maritus non adhibens medicos uxori infirmæ, qui puniatur.*

63 *Maritus an poßit occidere uxorem in adulterio deprehenſam.*

64 *Maritus non uindicans mortem uxoris occiſæ, quomodo puniatur.*

65 *Maritus non poteſt, niſi modicè, & ex cauſa, uerberare uxorem.*

66 *Vxor licitè recedit à uiro, ſi malè ab eo tractatur.*

67 *Maritus malè tractans uxorem, eſt excommunicandus.*

68 *Maritus tenetur præſtare cautionem uxori, quæ receßit ab eo.*

69 *Maritus non poteſt contrahere matrimonium cũ ea, quæ conſenſit morti prioris uxoris.*

70 *Maritus ſi malè tractat ſuã uxorẽ, fit ſeparatio habitationis, & thori.*

71 *Vxor poteſt agere contra uirũ iniuſte eam uerberantem, actione in factum.*

72 *Vxor non tenetur ad uirum redire, ſi ei inſidiatur gladio.*

73 *Maritus ſi uxorẽ uerberauit baculo taliter, quòd ſanguis exiuit, ex officio non poteſt procedi.*

74 *Maritus malè tractãs uxorem, perdit lucra dotis.*

75 *Vxor an poſſit maritum accuſare, quòd eam uulnerauit gladio.*

FISCVS.

SOlet oppoſitis exceptionibus peremptoriis, & dilatoriis, & prouiſo ipſis non obſtantibus

fore procedendũ ad ulteriora, procedi ad editionem capitulorum: idcirco hunc ordinem ſeruemus, ego quidem formabo capitula, intentionemque meam contra inquiſitos iuribus & authoritatibus coadiuuabo: econtrariò uerò tu inquiſite ſtudeas, quæ tibi contraria uidebuntur, euacuare: tu autem iudex opiniones iuri conſonas approbes, & nõ iuri cõſonas reiicias. ¶ I V. Incipe tu fiſce: tu deinde ſequere Inquiſite: ego autem conabor pro uiribus meis Deũ, & iuſtitiam præ oculis habendo, per tramites iuris lites ueſtras dirimere. ¶ F I S. Præmittã procemiũ, quod ſolet in principio capitulorum poni: in quo, quo animo delicta, quæ prætenduntur, per te Inquiſitũ cõmiſſa ſint, enarratur.

¶ CAPITVLA ſpecialis inquiſitionis faciendæ ex officio curiæ, magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contra & aduerſus Tit. de nonnullis criminibus & delictis per eũdem commiſsis, & ſignanter, quòd ſuffocauit uxorẽ: item, quòd fuit leno eiuſdem uxoris: itẽ quòd commiſit falſitatẽ: itẽ, quòd à pluribus repertus fuit in fragrãti crimine: itẽ, quòd eſt notorius delinquens: itẽ, quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis: itẽ, quòd ſororẽ uenenauit: & de aliis, ut in informationibus, & actis dictæ curiæ latiùs continetur: inſtante regio procuratore fiſcali, 3 & petente per dictam curiã contra eundem debitè, & diligẽter inquiri debere: & repertum culpabilẽ condigna pœna puniri, prout iura, ſacræque regni cõſti. & capitula uolunt & mãdant: & in caſu ſemiplenæ probationis prædictũ Tit. cogi & compelli iuris & facti remediis oportunis ad eruendam ab eo de prędictis ueritatem, ſuper quibus omnibus, &c. quæ omnia, &c. & proteſtatur, &c. nõ ſe aſtringẽs, &c. & infrà particulariter deſcribeẽ, &c.

1 ¶ Sciendũ tamẽ eſt, ꝙ illæ ſolẽnitates, quæ requirũtur in accuſatione, requiruntur etiam in inquiſitione. ut plene per Afflic. in conſtit. hi, 2 qui, in 12. nota. ¶ Et aduertendũ eſt, quòd officiales debent per ſeipſos inquiſitiones formare, nec alteri poſſunt eas faciendas committere. ut habetur in c. regni incip. item iuſtitiarij inquiſitiones.

¶ IN primis inquirẽdum eſt, quòd de anno. 1550. regnãtibus, &c. dominãte, &c. ſub prędidatu, &c. de menſe, &c. in loco, &c. dictus Tit. ſuis iuribus non cõtentus, ſed animo diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequã ductus, temere, doloſe, ſcienter, & appẽſatè, nõ aduertens, quàm graue ſcelus ſit uxorẽ ſuffocare, Lucretiam ſuã uxorem ſub protectione Dei, & Cęſareę maie. cõſtitutam, & ſecum in eodẽ cubili dormiẽtem, ſuffocauit: taliter, ꝙ mortua prope ipſum reperta fuit de mane. de qua morte fuit, & eſt publica uox, & fama inter homines, & per homines dictæ ciuitatis: quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c. incipiendo in pœnã, &c. ¶ Cũ miniſterio ponuntur illa uerba in capitulo: temere, doloſe, &c. quia quoties imponenda eſt pœna corporalis ex delicto, nunquã imponitur, niſi dolus interuenerit, ſecundũ Bart. in l. j. §. j. ff. ſi quis te. li. eſſe iu. fuer. uerſ. iuxta hoc quæro

quæro.& habetur per Afflic.in cō-
4 ſti.terminū uitę.¶ Occidēs enim ca
ſu,nō punitur pœna mortis,ut latè
per Marſi.in cōſi.77.nu.6.pri.lib.&
cōſi.91.nu.15.in 2.lib.& cōſi.128.nu.
22.& cōſi.137.nu.4.in eo.uol.& Pet.
de Anca.conſil.283.& habetur per
5 Afflict.in cōſti.terminum uitæ.¶ Et
intantū eſt uerū iſtud, ut ꝙ ſi quis
aliquē occiderit in ludo pugnorū,
uel alio ludo permiſſo,nō puniatur
pœna mortis,ut latè cōſuluit Deci.
6 in cōſ.9.& cōſ.67.nu.53.pri.lib. ¶ Itē
intantùm hoc procedit,ut ꝙ ſi rixā
tibus Antonio,& Beradino , eis ſe
interpoſuerit ad ſedandum rixam
uxor B.eáque percuſſerit A.prope
renes,ac ob id illa abortum fecerit,
non puniatur pœna mortis,ut late
habetur ꝑ Signo.de Home.in cōſi.
7 j. incip.ſtatuto ciuitatis. ¶ Item in-
tantū eſt uerùm iſtud,ut debeat ap
parere, quòd ſcienter & doloſe.ꝙ
ſi maritus percuſſerit calce,nō prę-
ſumitur dolus & uolūtas occiden-
di.&ſic ſi moriatur ex illa percuſſio
ne,nō debet pœna mortis puniri,
ut plenè habetur per Sign.de Ho-
me.in cōſi.63. Titius calce percuſ-
ſit.& Fran. Are.cōſi.147. uiſa con-
ſultatione.in 2.& 3.dubio.uerſi. ue-
nio nunc ad ſecundū.col.pe.& an-
tepe.& Ange. cōſ.27.incip. quidam
8 uictor de caſtro.¶ Itē intantum eſt
uerū,ut,niſi appareat delictum ſce-
leratè & appenſatè cōmiſſum,non
habeat locum tortura, ut eſt text.
unicus & ſing.in l.j.§.item illud.ff.
ad Sylle.& uide ad prædicta Boër.
9 in deciſio.38.pri.parte. ¶ Nūc uerò
ad delictū principale cōdeſcenden
do dico,quòd ex hoc ſolo,ꝙ reper
ta ſit uxor in lecto mortua prope
maritū,pręſumitur occiſa ab eo.in-
tantū,ꝙ poteſt condēnari,uel ſaltē
torqueri.& hoc ex pluribus:& pri.
arg.text.in l.fi.C.ad l.Cor.de ſicar.
& ibi nota.per Bal.ubi habetur, ꝙ
quādo crimē nō pōt probari per re
gularē modum probandi,procedit
probatio quodāmodo irregularis.
& ibi dicit Bal.illā lege eſſe notādā
contra necantē ſuū maritum.& ibi
etiā no.Sali. ꝙ delictū præſumitur
factū per exiſtentes in domo.ſi do-
mi ſit factū delictū.ſecundò proba
tur per tex.l.ſi quis in graui.§.ſi ma-
ritus.ff.ad Sylle.& ibi per Lud.Ro.
& in l.j.§.ſi uir,aut uxor, eo.ti.quia
ſi in domo nulli ſerui ſunt,maritus
10 per illum text.feciſſe uidetur.¶ Ter
tiò,quia nos habemus,ꝙ ſi reperia-
tur mortuus in domo aliquis ho-
mo,reſultat indiciū contra exiſten-
tes in domo,ut præſumatur inter-
fectus ab illis,qui in ea erant,& ex
eo poterūt torqueri:licet nō con-
demnari,quia poſſet eſſe,ꝙ eò ali-
quis eū ſic mortuū portaſſet,uel ibi
interfeciſſet:quod nō poteſt dici in
caſu noſtro,ſecūdū Dyn.per illum
text.in l.j.§.ſi quis in uilla.ff.ad Syl
len.& ibi Ro.& Moder.arg.text.l.j.
§.fi.ff.de extr.& in l.j.in fi.ff.de his
qui deie.per quæ iura idem uoluit
Par.de Pu.in lib.ſyndi.circa finē.in
uerbo,mādauit.col.v.uerſi.ſi reperi
tur corpus.& Ange.in lib.male.in
uerbo, fama publica.nu.53.in caſu
uerò noſtro nō poteſt præſumi , ꝙ
alius, quàm uir interfecerit uxorē:
nec quòd alius illuc eā mortuā de-
tulerit,poſtquā mortua reperta eſt
in lecto.ergo nedū reſultat indiciū

contra eū ad torquendū, ſed etiam
11 ad condemnandū. ¶ Quartò, quia
ex hoc ſolo, ꝙ quis mortuus repe-
riatur prope domū alicuius, reſul-
tat præſumptio cōtra dominū do-
mus: ſecundū Bart. in l. ædiles. ff. de
uia pu. Roma. in l. j. §. ſi quis in uilla.
in prin. ff. ad Syll. de quo plenè per
Marc. Anto. Blan. in repeti. l. fi. ff. de
quæſt. nu. 258. & ibi habetur, quomo
do intelligatur. quantò fortiùs de-
bet reſultare ſufficiēs probatio cō-
tra uirū, in cuius lecto eius uxor eſt
12 reperta ſuffocata? ¶ Quintò, quia
repertus in loco delicti, & ubi quis
iacet occiſus, habet indiciū contra
ſe taliter, ꝙ poterit torqueri. ſecun
dum Ang. in lib. male. in uerbo, fa-
ma publica. 4. col. uerſic. quæro an
unū indiciū. allegat Bar. in l. fur ma-
nifeſtus. ff. de fur. & eſt indiciū pro-
pinquū. ut per Bar. in l. fi. ff. de quæ-
ſtio. & ibi per Mar. Anto. Blan. nu.
295. cùm ergo maritus ſit repertus,
& reperiatur in eodē lecto, ubi eius
uxor mortua iacebat, ſequitur, ꝙ re
ſultat indiciū propinquū, quòd ipſe
fecerit: taliter, ꝙ ſine dubio poteſt
torqueri: imò fortè condemnari.
13 ¶ Sextò, quia ſumus in delicto de
nocte cōmiſſo, & difficilis proba-
tionis, quo caſu admittitur proba-
tio per cōiecturas. l. filiū eū defini-
mus. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alie.
iur. & l. ſi uicinus. C. de nup. l. cōſeu-
ſu. §. ſuper plagiis. C. de repu. l. non
omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.
c. ueniens. ij. in fi. de teſti. in talibus
enim lex eſt contenta probationi-
bus, quæ haberi poſſunt, quamuis
plenè nō ſint, ſecundum Feder. de
Sen. in con. 115. inci. nulli dubiū. ubi
pro hoc allegat Inno. & Hoſtien. in
c. ſuper eo. quod me. cau. & idē uo-
luit Bar. in l. ſi quis ex argentariis. §.
pe. ff. de eden. & tales probationes
factæ per cōiecturas in talibus caſi
bus, dicuntur manifeſtæ probatio-
nes. l. licet. ff. de leg. j. l. ſi quis locu-
ples. ff. de manu. teſt. & not. Barto.
in l. ſi quando. C. unde ui. ea enim
quæ de nocte fiūt, ꝓbabiliter igno
rantur. ut no. gl. in l. ſi cū exceptio-
ne. §. in actione. uerſ. ignorantiam.
ff. quod me. cau. quā ad hoc allegat
Bal. in c. porrò. in tit. quę fuit prima
cau. bene. amitte. & plenè per Alex.
in conſil. 24. aliàs. 166. in 2. lib. & per
14 Soc. in cōſi. 54. in 2. lib. ¶ Septimò,
quia à cōmuniter accidētibus uxo-
res ſolent per uiros interfici uariis
de cauſis: ergo cōtra ipſos uiros re
ſultat indiciū, ut per Bal. in l. fi. in fi.
ff. de hæredi. inſti. & plene per Mar.
Ant. Blā. in repe. l. fi. ff. de quæſti. nu.
15 257. & 258. ¶ Octauò, hoc cōfirma-
tur ex notabili cōſi. Hip. de Marſil.
in nu. 7. in pri. lib. ubi in propriis ter
minis cōſuluit, quòd ſi reperta eſt
uxor mortua in lecto mariti, & nō
cōſtat eā mortuam morte uiolēta,
(quia fortè fuit ſepulta antequā hoc
perueniret in notitiam iudicis) ſed
conſtat de fama publica, eam eſſe
mortuā morte uiolenta ab eius ui-
ro, quòd ob hoc ſolū poteſt uir ille
torqueri: & ſic in indiuiduo caſus
iſte deciditur per eū: tantò magis,
quādo reperta ſunt ſigna ſuffoca-
tionis in uxore reperta mortua hoc
procedit, ut in ſeq. capitulo patet.
¶ ITEM inquirendū eſt, qualiter
reperta mortua Lucretia uxor dicti
T. l. de mane fuit uiſa, & recognita
à plu

à pluribus & diuerſis perſonis: & qualiter in gutture ipſius fuerũt reperta & recognita plura ſigna ſuffocationis, & mortis uiolẽtæ: & ita uerisimiliter, & cõmuni iudicio expertorũ uidebatur. quod inquirendũ eſt, &c. quod fuit, &c. ¶Per hoc
16 capitulũ propriè probatur delictũ in genere fore cõmiſſum, probando fuiſſe uiſa & recognita ſigna ſuffocationis in gutture, uel aliis partibus ſuæ perſonæ: & ante omnia hoc debet cõſtare, ut inqſitio procedat, & hoc ꝓcedit, ſi hoc apparere poteſt: aliàs ſufficit probare famam publicã eſſe, ꝙ mortua fuit, & quòd uiolẽter per ſuffocationẽ, ut dicit Hip. de Marſi. in dicto cõſi. v.
17 ¶Hæc enim ſigna in gutture probant ſuffocationẽ: ſicut dicimus de tortura, quæ probatur per ſtigmata & ligaturas, quæ in brachiis apparent poſt torturã. arg. l. ſtigmata. de fabri. lib. xj. & firmat Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura. uerſi. qa ſępe. ibi: & adde, quia poterit. ¶I N. Prædictis nõ obſtantibus cõtrariã partem de iure ueriorẽ eſſe exiſtimo, quòd prædicta ſola de per ſe nedum nõ ſunt ſufficientia ad condemnandũ, ſed minimè ad torquẽ-
18 dum. & hoc ex pluribus. ¶Et primò quia licet mors regulariter duobus modis naturaliter cõtingat: primò propter infirmitatẽ, quę multipliciter hominem grauat, ut ait Pſalmiſta in perſona humani generis, Pſal. 37. Non eſt ſanitas in carne mea. proprie uerò infirmitas dicitur carnis, qua elementis, & humoribus turbatis caro ipſa afficitur, inficitur & tandẽ diſſoluitur. adeò autẽ repe ritur caro humana infirma, ut uix reperiatur, qui nõ ab utero matris aliquam infirmitatem ſecũ adduxerit, quæ eum frequẽter moleſtet, & tandẽ perimat, ut indies uidemus. ſecũdo modo mors cõtingit homini ex ſenectute. nam dicit Apo. ad Heb. viij. omne quòd antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt: hæc autem ſenectus plena eſt miſeriis, quæ annunciant domum corporis cito ruituram. unde Boet. libro. j. de cõſola. inquit: uenit properata malis inopinata ſenectus: de quibus plenè Eccle. c. fi. & ſępe ex ſenio ſenſus deficit. propter quod dicitur Pſal. lxx. Ne proiicias me in tempore ſenectutis: cùm defecerit uirtus mea, ne derelinquas me. & plene enarrat Guliel. Benedi. in repeti. c. Rainutius. in uerbo, mortuo teſtatore. el. prim. nume. 9. fol. 94. taliter, quòd prima facie horũ duorũ altero nõ interueniẽte præſumatur, ꝙ ſit mortua uxor morte uiolenta: & ſic reſultet indiciũ contra uirum, apud quẽ reperitur mortua: tamen etiam alio modo poteſt cõtingere mors naturaliter: ex improuiſo caſu, & ſubitaneo. iuxta illud Eccle. c. 9. Neſcit homo finẽ ſuũ: ſed ſicut capiũtur piſces hamo, & aues laqueo cõprehenduntur: ſic capiuntur homines in tẽpore malo, ſcilicet impræmeditatẽ, & præter intentionẽ. uariis autem modis & cauſis uenit mors ſubitanea, & ex improuiſo hominibus æqualiter, infirmis, ſenibus, iuuenibus, & non infirmis, ut multis exẽplis ꝓbat Guli. Bene. in c. Rain. extra. de teſt. in uerbo, mortuo teſt. el. pri. n. 9. cũ pluribꝰ ſequẽ-

tibus: mors enim ſubitanea uariis ex cauſis ſolet euenire: aliquando propter nimiam lætitiam: aliquãdo propter nimium dolorem, & cordis triſtitiã: & aliis de cauſis, ut recitat Valer.lib.9.in titu de mor.non
19 uul:¶ Item mors ſubitanea poteſt euenire ex nimio cibo, & nimis abundanti cœna, ſecũdum Galen.in lib.pri.de accu.mor.aut ut alij uertunt, de differen.morbo.& idẽ Galen.in initio primi libri ſcribit, temperantiam ſiue ſymmetriam calidi, & frigidi, ſicci & humidi naturalem eſſe ſanitatem: præſertim ſimilium partium.quam Ariſtoteles in iij.q. encyclica primæ ſectionis definit, ſecundam ualetudinem mediocritatem quandam eſſe.quocirca tradit Plato in Timæo, corpus noſtrũ his quatuor qualitatibus conſtare, ſicco, humido, frigido, calido: ut qđ ſit compactum ex terra, aqua, aëre, & igne: ex quibus quum unum plus æquo aut excedit, aut deficit, flaccescit corpus, & in ęgritudinem labitur: & ita mediocritate ac temperamento de corporibus ſublato, mutationes uariæ, morbi, corruptiones propè infinitæ irroborant, atq; inualeſcunt.cuius Platonicæ ſententiæ teſtimonium citat Galen.in lib. de ele. ſed & Alcmeon quoq; ſcribit, ſanitatem iſonomia contineri: hoc eſt, æquabilitate potentiarum quarundam, uidelicet: humidi, calidi: ſicci, frigidi: amari, dulcis: & id genus aliorum.& ſi monarchia in his aliqua ſe oſtentarit, confeſtim oriri morbos: deinde quoque mortem conſequi, ut retulit Plutar.in libro poſtremo de placitis philoſophorũ c.quoque poſtremo.prætereà Ariſtoteles in primo omnium problemate inquit: quare magnæ exuperantiæ peſtilentes ſunt? quoniã aut exceſſum, aut defectum faciũt: qua quidem re morbum conſiſtere certum eſt.uidemus enim eum, qui ſupra modum bibit, aut comedit, crapula & ebrietate perire: contrà, qui nihil bibit, & comedit, aut minimũ edit, marceſcere, & in phthiſim, hoc eſt tabẽ, incidere.eodẽ modo, qui non dormit, aut qui minimum, neceſſe eſt morbo perire.& alias infinitas authoritates medicinę ad hoc uide per And.Tiraquel.in tract.de nobilita. capitu.31.nume. 367. cum pluribus ſequentibus.& nume.405. & hoc maximè procedit, ſi fortè probaretur, quod dicta eius uxor de ſero comedit uarios & diuerſos cibos.quia ait Plinius lib.xj.cap.53. quòd cibus utiliſsimus ſimplex eſt: aceruatio ſaporum peſtifera: & condimenta pernicioſiora.& Galenus in cõmentario Hippocratis de uictus ratione in morbis acutis, tradit aliorum authoritate ciborum uarietatem, præſertim uerò ubi uariis conſtant facultatibus, eſſe nocentiſsimam: utpote quæ ingeſta ipſa probè concoqui prohibeat.& in lib.de iuuamentis membrorum capitu.4.ſcribit, res compoſitas ex multis rebus uelocioris eſſe corruptionis, quàm ex paucis compoſitas. & alias infinitas authoritates de hoc uide per Andr.Tiraquel.in tracta.de nobilita.capitu.31.nu.452. folio.191.& ſic ex his concluditur, quòd cùm uxor potuerit ab impro uiſo alia morte, quàm uiolẽta, etiã naturali

naturali mori, etiamſi reperiatur
mortua apud maritum,non ſit con
cludens probatio,ut poſsit maritus
20 condemnari. ¶ Secundò hoc pro-
batur,quia cautū eſt in iure, quòd
nunquam quis condemnatur, niſi
ſit teſtibus conuictus,uel ore pro-
prio confeſſus.uulgata l.qui ſenten
tiam.C.de pœn.in caſu uerò propo
ſito neutrū iſtorū interuenit: ergo
non poteſt habere locum condem-
21 natio. ¶ Tertiò,quia in criminali-
bus probationes debent eſſe luce
meridiana clariores.l.fi.C.de pro-
ba.& ibi docto.& per Specu.in tit.
de iura.dela.uerſic.ſecundum eſt.&
de teſte.§.ij.uerſi.quid ſi criminali-
ter.& de probatio.§.j.poſt uerſicu.
ultimo quæritur.& Pau.de Caſtr.in
cōſil.195.incip.uiſa inquiſitione.itē
probationes debent eſſe conclu-
dentes.l.matrē.& ibi Bal.C.de pro-
batio.& l.non hoc.C.unde cogna.
& debent eſſe concludentes de ne-
ceſsitate, & non per poſsibile.l.ad
probationē.ij.& ibi Bal.C.de pro-
bat.uerſicu.ex quo no.in caſu uerò
noſtro nulli dubium eſt, quòd non
ſunt probationes luce meridiana
clariores,& concludentes,ut patet
ad ſenſum : ergo dicere , quòd ha-
beat locum condemnatio , ridicu-
22 culū eſt.¶ Quartò probatur, quòd
nec etiam poteſt torqueri.nam ha-
bemus,quòd indicia debent eſſe in
genere ſuo clara,& talia,quę de iu-
re ſubſiſtant.ſecundum Bal.in con-
ſilio.229.inci.uerba inquiſitionis.ij.
colum.in iij.uolumi.& habetur per
Marſi.in conſi.88.incip.in cauſa in-
quiſitionis formato.nume.2.in caſu
uerò noſtro non uideo indicia tam
clara, & de iure ſubſiſtentia, quòd
maritus ſuffocauerit uxorem.quia,
ut dixi,poteſt mors cōtingere etiā
23 naturaliter ab improuiſo.¶ Quintò
probatur, quia probationes debēt
eſſe uerisimiles:aliàs eis nō eſt ſtan
dum.ſecundū Bald.in l.fi.in fi.C.de
eden.& Innoc.in c.auditis.de præ-
ſcriptio.& per Marſ.in conſi.101.in-
cip.in præmiſſa cauſa accuſationis.
nu.23.hic autem non eſt uerisimile,
nec eſt credendum , quòd uir de-
buiſſet & uoluiſſet occidere uxorē
propriam non probata aliqua iuſta
cauſa,ex qua potuiſſet moueri : cū
uir cum uxore ſit una caro , unum
corpus,& una anima.nam facta eſt
uxor de coſta uiri,non ex pede , ne
eſſe uideretur ad ſeruitutem ſubii-
cienda:ut dicit princeps ſententia-
rum Lombardus lib.ij.diſtincti.18.
& ibi docto.theologi.ergo nulla-
tenus eſt dicendum , quòd ex hoc
ſolo,quod dixiſti,uir poſsit condē-
24 nari uel torqueri. ¶ Sextò proba-
tur,quia dato & cōceſſo,quòd hoc
ſolum,quod dixiſti , eſſet indicium
indubitatum,& præſumptio uiolen
ta,quòd maritus uerè & certitudi-
nariè ſuffocaſſet uxorē:non tamen
ex præſumptione uiolenta,& indi-
ciis indubitatis poteſt quis crimina
liter damnari,ſecundum Gandi.in
trac.ſuo maleſi.ſub rub.de pręſum-
ptio.& indi.indu.& Paul.de Caſt.in
conſi.197.incip.uiſa inquiſitione.in
ulti.colum.in prin.& Barto.Cepol.
in conſi.vj.incip.ueritas.in iij.colū.
& Angel.in l.ij.ff.de furt.& latè per
Marſ.in conſi.56.numero.x.ergo in
caſu noſtro quanto magis non eſt
uerum , quòd habeat locum con-

demnatio,cùm nullibi reperitur,ꝙ reſultet indicium indubitatū,quòd
25 maritus ſuffocaſſet uxorē. ¶ Septimò probatur,quòd nec poteſt habere locū tortura:cùm licet ſit relictum iudicis arbitrio, quæ indicia ſint ſufficiētia ad torturam,& quæ non: tamen tale arbitrium debeat eſſe iuri & æquitati conſonum ſeu congruū.aliàs ſi ex ceruice ſua procederet,non ualeret,quod ageret. ſecundum Ludo.Roma.in cōſi.376. incip.quæſtio eſt,nunquid.in pen. colum.ubi pro hoc allegat glo.in l. eas cauſas.ff.de condi.& demon.& hoc etiā uoluit Bal.in diſpu.ſua incipi.ſtatuto cauetur,quòd fœnerator.in ulti.colum.arg.l.codicillis.§. fi.ff.de legat.ij.& idem etiam dixit domi.Alexan.in conſi.ſuo 21.incip. uiſis uerbis.pe.colum.& per Marſi. in conſi.8.& in conſi.xv.nume.17.& conſi.24.nu.11.& conſi.63.nume.16. dicere enim, quòd ſola intentio uxoris mortuæ penes maritum in lecto,ſit indicium ad torturam, nō eſt iuri cōſonum:maximè,quia poterit eſſe,ꝙ alia morte, quàm uiolenta,ſit mortua,ut ſuprà latè dictū eſt:ergo nō poteſt ad torturā procedi ex eo ſolo indicio aliis nō cō-
27 currentibus.¶ I V D. Audiui iam altercationes ueſtras, & ſequor opinionem Inquiſiti, & eam puto ueriorem,quòd aliis adminiculis non concurrentibus cōtra maritum nō habet locum condēnatio,nec tortura:ut in propriis terminis conſuluit Bal.in cōſil.254.in ſecundo lib. & plenè per Boër.in deci.261.per totā.in ſecunda parte.ubi inter cętera allegat d.cōſi.Bal.licet.incorruptè, dū ipſum allegat in conſi.122.in pri. lib.quare domine fiſce, ſi alia non habes, eſt locus liberationi ſub fideiuſſoria cautione.¶ F I S. Vtique alia concurrunt,uidelicet:

I T E M inquirendum eſt,quòd ſtatim ac dicta Lucretia fuit inuenta & reperta mortua in dicto lecto, inſurrexit publi.uox & fama,publicum notorium & manifeſtum,non quidē à maleuolis, ſed fide dignis: non ſemel tantū,ſed pluries in pluribus & diuerſis partibus,quòd dicta Lucretia fuit mortua,& uiolenter ſuffocata ab eius marito: quod inquirendum eſt,&c.quod fuit.

28 ¶ Fama ſecūdum omnes in c.qualiter & quādo.de accuſa.el ij.& in l. de minore.§.plurium quoque.ff.de quæſtio. facit indiciū ad torturam: & ſic nulli dubium eſt, quòd maritus poteſt torqueri, ſaltem ex iſtis ſupradictis. ¶ I N Q V I S I T V S. Ego autē dico,ꝙ nequaquàm poteſt procedi ad torturam,etiā concurrēte fama ex pluribus.& primò pręſupponendo,ꝙ nō eſt probata, ut decet.nam teſtes non deponentes nec nominantes ſaltem duos,à quibus audierunt dici,non probāt nec concludunt famam. ſecundum Inno.in ca.qualiter & quando.ij.de accuſa.Bar.in d.§.plurium quoque. Abb.in c.cùm cauſam.de teſti.item præſupponendo,quòd non concludant teſtes audiuiſſe dici à maiori parte populi caſtri,uel uillę,ubi delictum eſt cōmiſſum, ut requiritur ad probationem famæ. ſecundum Barto.in d.§.plurium. & ibi plenè Marſi.& Bal.in rub.C.de probat.& Ange.in l.quid ergo.§.quantum.ff. de his

de his qui no.infa.item præſupponendo, quòd teſtes non exprimant cauſam, propter quam fama ipſa ſit orta: ut puta, ex tali inimicitia, ex minis, & iniuria, uel alia conſimili cauſa. ſecūdum Bar. in d. §. plurium. & Sali. in l. ea quidem. C. de accuſa. Abb. & alij omnes in c. ueniens. de teſti. Item præſupponēdo, quòd ſit orta poſt inquiſitionē formatam, uel poſt carcerationē: quo caſu nullum indicium reſultat, ut conſuluit Pet. de Anc. in conſi. 153. incip. in genere presbyteri. & Gra. uoto. 14. nume. 3. per totum. & nume. 14. Imo ſi bene inſpiciantur doctores loquentes de hoc, & maximè Bart. in d. §. plurium. dum dicit ibi, an uerificatis omnibus iſtis adhuc fama faciat ſufficiens indicium: & dicit debere conſiderari illa indicia, & illas præſumptiones, ex quibus fama traxit originem, qualiter uigeāt: & ſic ſecundum qualitates traditas docet facere indiciū. & ſic ex eius uerbis doct. dicunt firmam concluſionem non dari. unde Bal. in l. milites. col. pri. C. de quæſtio. & Cy. in l. fin. eo. titu. & Imo. in l. fi. ff. de hęre. inſtitu. & omnes alij, quos refert Iaſo. in l. admonendi. nu. 251. dicunt famā nō facere indicium: & quòd iſta eſt cōmunis opinio. & ita firmat Marſi. in d. §. plurium. plures doctores allegans: & ibi limitat hāc communem concluſionem, ut non procedat in uehementi fama: licet ex mente omnium doct. poſſet dici ꝙ fama faciat indicium, ſed nō ſufficiens: utputa, ſi teſtes ponant, ut ſuprà dixi, exemplū: duo teſtes deponunt Titium occidiſſe Sempronium propter inimicitiā, quæ erat inter eos, quia aſpirabant ad eandem dignitatem, uel ob aliā cauſam conſimilem: & quòd de hoc eſt fama à maiore parte populi: tunc tales teſtes deponentes de fama, & exprimentes cauſam faciunt indicium, quanuis de cauſa non deponant. niſi ex auditu: ſed non eſt habile indicium, niſi ſi ex poſt facto fuerint probatæ cauſæ expreſſæ per teſtes: ut eſt inimicitia, uel alia conſimilis. hoc caſu uerum eſt, quod erit ſufficiens indicium ad torturā. & hoc modo intelliguntur uerba docto. loquentium in hac materia. & uide Blan. in repet. l. fin. ff. de quæſtio. nume. 311. & 312. & Grāma. cōſi. 42. per totum. & Fran. Bru. in tra. de indic. & torm. 3. quæſtio. primæ partis, numero. 32.

29 ¶ Secūdò principaliter tollitur iſtud indicium præſupponendo, quòd ſit probatum de bona fama in genere. ſecundum Bal. in l. ea quidem. C. de accu. §. penul. uerſicu. item quæro, an infamatus. niſi indicium famæ probaretur: & coadiuuaretur exterioribus præſumptionibus, & coniecturis ualidioribus. iſto enim caſu non tolleretur, ut conſuluit

30 Veronen. cōſi. 39. nu. 42. ¶ Imò nos habemus, quòd ubi contra inquiſitum extaret unum indicium, tātùm probando bonam famam elidatur illud indicium. ſecundum Bald. in l. fi. in ulti. colum. C. de probat. refert & ſequitur Alexan. in l. fi. in iij. apoſtilla. ff. de quęſtio. & in conſi. 70. inci. uiſo themate anteſcripto. pe. col. 3. uolu. & Catal. in tra. ſyndi. nu. 142. incip. adde quia ſæpe. & Deci. conſi. 189. penul. col. & ibi allegat Bal. in l. j. in

31 l.j.in fi.C.loca.¶ Item tollitur illud indiciū præſupponendo, ꝙ ſit probatum, eſſe famam publicam, ꝙ dictus maritus non ſuffocauit uxorē, ſed ꝙ mortua ſit naturaliter: ut dicit Bart.in d.§.plurium. & ſequitur ibi Marſi.nu.52.& tunc dicetur probata eſſe negatiua, nō affirmatiua: uidelicet, ꝙ publica uox & fama eſt, Titium non feciſſe.allegat, quæ habetur in l.arbiter.ff.de probatio.

32 ¶ Et ſi per curiam probatum eſt de fama affirmatiuè, ꝙ maritus ſuffocauit uxorē: & per maritū eſt probata fama negatiua, ꝙ non ſuffocauit, tunc ſtandū eſt teſtibus dignioribus.& ſi teſtes eſſent ęquales, ſtatur illi probationi famæ, quæ proceſsit ex ueriſimilioribus præſumptionibus.ſecundum Barto.ubi ſuprà.allegat in arg.l.ob carmē ff.de teſti.in fi.cum ſua glo.& per Mar.in

33 d.§.pluriū.nu.53.¶ Imò plus dico, ꝙ ſi per curiā probaretur fama publica maritū cōmiſiſſe delictum, & ꝙ ſtatim orta fuit hæc fama, & maritus probauerit, famā publicā eſſe, maritū nō cōmiſiſſe delictū in uxorē, & ꝙ illa fama orta fuit poſt delictum cōmiſſum illinc ad duos, uel tres mēſes, uel ultra: hæc ultima fama præualebit.ſecūdū Bart.ibi allegat caſum in l.ij.circa prin.ff.qs or. in bon.po.ſer.& ſequitur Marſi.ibi

34 nu.54.¶ Item ulterius eſt ſciēdū, ꝙ ſi probata eſt fama affirmatiua in caſtro, ubi eſt delictū commiſſum: & negatiua in ciuitate: tunc ſi qualitates teſtium, & cauſæ, ex quibus fama proceſsit, ſunt æquales, tales probationes ſibi inuicem derogāt: adeò, ùt neutri fides adhibenda ſit. arg.d.l.ob carmen.in fi.& l.ſcripturæ.C.de fid.inſtru.& c.licet.de proba.& ſequitur Marſi.in d.§.pluriū. nu.54.& ibi Barto.ſed ſi eſſent inæquales, illis ſtabitur, in quibus concurrunt meliores & ualidiores cau-

35 ſæ, & meliores teſtes.¶ Item tollitur iſtud indicium famę, præſupponendo quòd ſit probatū, quòd habuit ortum & principium ab inimicis maleuolis, offenſo, uel affinibus offenſi: quia tūc nō reſultat aliquod indicium: cùm fama debeat habere ortum à fide dignis perſonis: non autem à maleuolis, uel ſuſpectis.ſecundū Barto.in d.§.plurium.& ibi Marſi.nu.44.hoc autē poterit conſtare probādo, quòd commiſſo delicto affines offenſi, uel ipſe offenſus, inimici, & maleuoli inquiſiti in pluribus & diuerſis partibus ciuita

36 tis id dixerunt.¶ Item tollitur iſtud indicium præſupponēdo eſſe probatas cauſas, ex quibus fama proceſsit, uidelicet, cauſa inimicitię, uel rācoris: ſi ex aduerſo probetur fuiſſe factā reconciliationē inter eos, & nimiam amicitiā, & amorem uſq; ad ultimum uitę ſpiritū uxoris fuiſſe inter eā & maritū.per hæc enim tollitur indicium rancoris & inimicitiæ.ſecundū Bar.in l.iij.§.fin.ff.de

37 adi.lega. ¶ I V D. Vtique licet pro parte fiſci ſit bene fundata intentio curiæ: tamē pro parte inquiſiti melius reſoluuntur obiecta.& de hac fama uide ad plenum per Marſi.in cōſi.18.nu.40.primo lib.& cōſi.44. nu.20.& cōſil.72.nu.20.& conſi.20. nume.21.& cōſi.76.nu.20.& cōſi.88. nu.12.& cōſi.31.nu.4.& cōſil.3.nu.5. & conſil.49.nu.65.& conſi.51.nu.67. & Philip.

& Philipp. Dec. in conſi. 37. col. iij. & conſi. 57. col. j. & conſi. 133. colū. 4. & conſi. 272. nume. 4. Lauren. Calca. in cōſi. 76. nu. 29. & cōſil. 2. nu. 6. Geminia. conſi. 59. Fran. Areti. in conſi. 13. ibi, an ſama in criminalibus cū uno teſte ſine aliis adminiculis plenè probet. & cōſi. 73. ibi: ſi fama nō habet certum authorem, an præbeat iuſtam cauſam iudici inquirendi. & in cōſi. 103. ibi: an probetur fama, ſi teſtes dicāt, ꝙ audiuerūt à plurib. & plurib. & in cōſil. 122. ibi: an teſtes in probatiōe famæ debeāt reddere cauſam ſui dicti, etiam nō interrogati. & Bald. in conſi. 141. in 4. parte per totum. & in cōſil. 402. in quinta parte nume. 5. ibi: quæ ſit fama publica, & an faciat indicium. & cōſil. 353. in quinta parte nume. 1. ibi: quid requiratur ad probandā famam. & conſil. 79. in quinta parte nu. 2. ibi: an probatio bonæ famæ præualeat probationi malæ famę. & cōſi. 447. in quinta parte nu. 5. & 10. ibi: qualiter probetur, & quis ſit famæ effectus. & conſi. 482. in quinta parte nume. 3. ibi: quomodo probetur fama. & conſil. 295. in prima parte nume. 2. & conſil. 405. in prima parte nume. 3. ibi: an poſſit probari per duos teſtes. & cōſi. 406. prima parte nume. 2. ibi: an teſtes ſingulares probent famā. & conſil. 464. in tertia parte nu. 6. ibi: quando ſufficiat ad torturā. & cōſi. 77. in tertia parte nume. 9. & conſil. 78. in tertia parte nume. 1. ibi: an dicatur indiciū certum, ut poſſit ad torturā deueniri. & cōſi. 276. in tertia parte nu. 1. & cōſil. 123. in tertia parte nume. 4. & cōſil. 465. in quarta parte nu. 9. & conſil. 10. in tertia parte nume. 5. Alexā. in cōſil. 19. incip. in cauſa appellationis. 4. uol. nume. 8. & 9. ibi: quomodo probetur fama. & conſil. 138. nume. 67. in vj. uol. ibi: quomodo probetur. & conſi. 150. nume. 18. & conſil. 173. nu. 7. in vj. lib. & in cōſi. 101. in vj. lib. & in conſil. ij. nu. 16. in vij. lib. & in conſi. 57. nu. 7. in vij. lib. & conſi. 24. nume. vj. in vij. lib. & conſil. 59. nume. 2. in vij. lib. & cōſil. 123. nu. 3. in vij. lib. & cōſil. 15. vij. lib. ibi: quomodo probetur. & cōſil. 184. in vij. lib. nume. 11. ibi: unde probetur fama, ſi teſtes dicant à multis audiuiſſe dici. & ibi: ſi eſt probata fama affirmatiuè & negatiuè, quæ præualeat. nu. 14. & Veronen. conſil. 39. nu. 45. ibi: an fama in genere tollat diffamationem in ſpecie de delicto. Aimo. Craue. in cōſil. 41. nume. vj. j. lib. ibi: an ſufficiat ad torturam. & conſil. 99. nume. 1. ibi: an bona fama inquiſiti tollat ſuſpiciones exiſtētes contra eum. & cōſi. 151. eo. lib. & cōſil. 88. nume. 13. ibi: an fama excuſet impetrantem beneficium uiuentis, quando fama erat de morte. & cōſil. 41. ibi: à quibus debet habere originem. & cōſil. 145. eo. lib. ibi: an bona fama tollat ſuſpiciones contra eū. & cōſil. 182. ibi: an plenè probet, ubi agitur de modico præiudicio. Stephan. Bertran. conſi. 41. nume. vj. in prima parte. ibi: quomodo probetur. & cōſil. 37. nume. 11. ij. lib. ibi: ſi eſt probata fama affirmatiua & negatiua, quæ præualeat. & conſi. 26. nu. 12. ſecūda parte. & cōſi. 184. ſecūda parte. ibi: quomodo probetur. & conſi. 61. nu. 6. in ſecūda parte. ibi: an faciat indicium, & qualiter ſit proban

probanda.Philip.Cor.in conſil.232.nume.14.in ij.lib.ibi: qualiter probanda.& conſil.84.primo lib.nu.7.ibi:an probetur per teſtes dicentes audiuiſſe dici ab omnibus.& conſil.198.nume.2.in ij.lib.& conſil.46.nume.16.in iij.lib.& conſil.62.nu.23.in primo lib.ibi:quomodo probetur.& conſi.229.nu.4.primo lib.ibi: quòd debet habere ortum ex cauſis probabilibus.& conſil.30.nu.10.in iij.lib.& cõſil.68.nume.1.in ij.lib.ibi:quomodo probetur.& cõſil.10.nu.6.in iiij.lib.ibi:quòd debet habere ortum ex probabili cauſa.& conſil.127.nu.11.in iiij.lib.ibi: quomodo probetur.& conſi.198.nu.11.in ij.lib.& conſil.31.nume.10.in iij.lib.& cõſil.23.nu.9.in ij.lib.ibi:quomodo debet probari famam eſſe, mulierem eſſe meretricẽ.& cõſi.34.nume.12.in ij.lib.ibi: quòd probatur teſtibus ſingularibus. & conſil.220.nu.12.in iij.lib.ibi: quòd fama non probat laudabilẽ alicuius uitam,ſed alias probationes coadiuuat.& conſil.247.nu.24.in ij.lib.& cõſil.198.nume.16.in ij.lib.ibi:quòd attenditur famæ origo.& conſi.68.nume.4.in ij.lib.ibi: ꝙ nõ ſufficit, quòd teſtes dicant,quòd populus ita dicat:ſed quòd maior pars populi ſeparatim ita fateatur.Io.Mill.in practi.cri.nu.162.fol.12.ibi: quòd fama maleficij ſufficit ad inquirendum.& nu.31.fol.20.ibi:quòd probatur duobus teſtibus. Guido Pa.in deciſi.301.ibi:quos effectus operetur.& Cappe.Toloſa.in deciſio.279.ibi:quomodo probetur.& Abbas in cõſi.81.nu.1.ibi:fama cũ aliis adminiculis ſufficit ad probandum quem uſurarium manifeſtũ.& Affli.in conſtit.peſsimã.in viij.no.ibi:an accuſator,qui probauit famam publicam, excuſetur à calumnia.& in conſtitu.humanitate.in v.no.ibi:an ſola fama ſufficiat ad carcerãdum, quando quis fuit ſub fideiuſſoribus liberatus:& an faciat indicium ad torturã.& ibi:quomodo probetur.& Grãma.in deciſi.34.nu.52.& deci.42.nu.12.& de his hactenus:quare uideas Fiſce, ſi alia habes contra maritum. ¶ F I S.Alia,& illa quidẽ urgentiora habeo,uidelicet:

¶ I T E M inquirendum eſt, qualiter mortua dicta Lucretia dictus T.eam de nocte clã & occultè ſepeliri fecit abſq; ſolẽnitatibus,exequijs,& pompis funeralibus, quæ communiter fieri & adhiberi ſolẽt funeribus eiuſdem qualitatis & facultatis:& quomodo caſata d.Tit. abſq; planctu & ululatu fuit,quod inquirendum eſt,&c.quod fuit,&c.

38 ¶ Clarum eſt,quòd ſepultura eccleſiaſtica ſit cum pſalmis & orationibus.23.q.v.c.placuit.xiij.q.ij.c. queſta.§.item quare.& c.abolendæ.de ſepul.& Car.in cle.j.in xxv.q.eo.tit.& in tradenda ſepultura attenditur cõſuetudo loci,ut habetur per Guliel.Bene.in ca.Raynutius.extra de teſtam.in uerbo,mortuo teſtatore.in prin.nume.53.ubi multa de hoc.fol.97.& quotieſcunq; non fit id, quod conſuetũ eſt fieri,dicitur clã fieri.ſecundũ Barto.in l.ij.§.fin.ff.ui bo.rapto.item id quod fit ſine debita ſolennitate, dicitur clandeſtinum,ſecundũ eundem Bar.in l.fi.ff.de ri.nup.& in l.ij.uerſicu.& ſic no.C.de his,qui ex pub.ratio.lib.x.

Sed

39 ¶Sed ſic eſt, quòd clandeſtinitas
inducit ſuſpicionem.ut no.per glo.
l.j.C.de inter. ma.& extra, de clād.
deſpon.per totum.& per Philipp.
Cor.in conſil.61.nu.2.in iij.lib.ergo
reſultat indicium contra maritū ſe-
pelientem uxorem clam non ſerua
tis conſuetudinibus loci,quòd ipſe
eam occiderit.imò abſcondēs mor
tem alicuius punitur,& magna in-
ſurgit ſuſpicio contra eū:ut habe-
tur per Boër.in deciſio.287.in ſecū
da parte,per totum.uide multa ad
confirmationē huius dicti per Mar
ſil.in rubrica de ſicar.nume.4.cum
40 ſeq.¶Prætereà inſurgit alia ſuſpi-
cio contra maritum,ſi mortem ſuæ
uxoris non luget,nec ſeruat cōſue-
tudinem patriæ circa luctum.quod
probatur,quia planctus eſt ſignum
magni amoris,ut habetur in Euan-
gelio Ioā.cap.xj.ibi:lachrimatus eſt
Ieſus. non lachrimare, nec lugere
mortem uxoris,eſt ſignum odij:&
inducit ſuſpicionem contra mari-
tum.hinc uidemus, ꝙ uxores non
ſeruantes conſuetudinē luctus ma-
ritorum defunctorum,& nubentes
intra annum, efficiuntur infames,
& puniuntur pœna iuris poſitiui:&
ultra hoc perdunt gloriam matri-
monialem pudoris,cum hic actus
non ſit laudabilis,nec ſine rubore
faciei detegentis maculam cordis.
ſecundū Bal.in proœ.decre.col.iij.
in uerbo, pudicos. & habetur per
Tiraquel.in tract.de legi,connu.in
viij.l.nu.3.& plenè per Guliel.Bene.
in repet.c.Raynutius.in uerbo,qui
cum alia matrimoniū cōtraxit.nu-
me.36.uerſic.10.in tertia parte.hinc
etiam uidemus,quòd ſeruatio ui-
duitatis,eſt ſignum amoris:ut ple-
nè habetur per eundem Guliel.Be-
ne.in d.uerbo.nu.109.ergo nō ſer-
uans,exhibet ſignum ſe nō amare.
hinc etiā uidemus,quòd uiduæ de-
bent flere, & ueſtire ſe ſecundum
morem regionis:ut per eundē Gul.
Bene.ubi ſupra.nume.177.ubi mul-
ta de ueſtibus lugubribus,& plura
de pertinētibus ad uiduas.unde di-
citur:ſi fueris Romæ Romano ui-
uito more.c.illa.xij.diſtin.& melius
in c.ſiquis uirorum.xxx.diſtin.hinc
Pau.apo.ad Ro.xij.inquit:gaudete
cum gaudentibus,& flete cū flenti-
bus.& impoſſibile eſt,quòd mari-
tus non lugeat,& non ſit triſtis ob
mortem uxoris.iuxta illud Domi-
nicum dictum:caro infirma eſt,ſed
ſpiritus prōptus.maximè, quia uir
& uxor ſunt una caro:& unus de-
bet lugere de morte alterius,ſecun
dum morē regionis:ut per eundē
Gulie.Bene.ubi ſupra.nu.184.& tā-
tò magis eſt indicium contra mari-
tum:id quod capitulatur.quia con-
currit etiam id,quod in ſequenti ca
pitulo dicitur,uidelicet:

¶ITEM inquirendū eſt,qualiter
mortua dicta Lucretia,illico uel pa
rum pòſt fuit uiſus d.T.ridere, &
cum magna lætitia,& gaudio con-
uerſari in feſtiuitatibus,& iocis,&
gaudiis,induendo ſe feſtiuis ueſti-
bus, demonſtrando intrinſecus &
extrinſecus ſe nullum dolorem ha-
bere de dicta eius uxore:ſed potius
ingens gaudium & læticiam,quod
inquirendum eſt,&c.quod fuit,&c.

41 ¶Maritus, ut dixi, tenetur lugere
mortem uxoris, & ecōtrà:iuxta il-
lud Ouidij in lib.de pōto.læta qui-
dem

dem lætis cecini,cano triſtia triſtis:
cõueniẽs operi tẽpus utriq; ſuũ.Eſt
enim cõueniẽs extraneis perſonis
lugere alicuius uxorem.eſt certè
igitur & ipſi marito:imò eſt opus
charitatis dolere de aduerſis proxi
mi:& ecõtrà eſt peccatũ mortale
gaudere de aduerſis,& dolere de
proſperis:quanto magis de marito
in uxorem,qui debet eſſe particeps
infortunij uxoris.l.ſi cum dotem.§.
ſi maritus.& ibi Alexan.ff.ſolu.mat.
per Afflic.in proœ.cõſtitu.in vj.no.
& in cõſtitu.iuſticiarij per prouin-
cias.in tertio nota.& per Alber.de
Roſa.in l.cũ tale.ff.de condi.& de-
monſtra.nu.3.ergo ſequitur de ne-
ceſsitate,quòd ſi contrariũ ſit per
ipſum maritum,inſurgit nõ modi-
42 ca ſuſpicio cõtra eũ.¶Nam nemo
ſani capitis dicet uiros non lugen-
tes mortem uxorũ,ſed magis gau-
dentes,& ridentes,feſtiuiſq; ueſti-
bus ſe induentes,nõ eſſe grauãdos
ſuſpicione, eos odio proſequutos
fuiſſe eas,& aliquid triſte aduerſus
eas eſſe machinatos.amor enim
uel odium ex cõiecturis perpendi-
tur,ut habetur per Cor.in cõſil.161.
nume.13.in ij.lib.qui enim amat,fi-
guram,imaginẽ,& faciem eius,quẽ
amat,ſuo imprimit atque inſculpit
animo.ſit itaq; amãtis animus tan-
quàm ſpeculum quoddam,in quo
amati reluceat imago: ut habetur
per Tiraquel.de legi.cõnu.13.l.nu-
me.23.ex iſtis ergo exterioribus co
gnoſcuntur interiora.ſecundũ Bar.
Soc.cõſi.131.incip.in præſenti.uerſi.
præterea cum ratio.circa princ.pri-
ma part.Bald.in l.is qui.§.diuus.de
tuto.& cura.& in l.ſi ex plagiis.ff.
ad leg.Aquil.& Signo.de Ho.con-
43 ſil.96.¶Et ſi uis uidere copioſiſsi-
mè quantũ uir debeat amare uxo-
rem, uide Guliel.Bene.in repet.c.
Raynutius.in uerbo,cuidã Pet.tra-
diderunt.nu.75.cũ pluribus ſequen
tibus.ex quibus colligetur,an oria-
tur ſuſpicio,ſi uir non luget mortẽ
uxoris.& per quot dies debeant
portari ueſtes lugubres de iure,ui-
de Ange.in l.ſi ex re.§.quæſitum.ff.
de ſtipu.ſeruo.nu.3.& an uxor non
portãs ueſtes lugubres ſit infamis,
uide Bal.in cõſil.478.in v.lib.& Phi.
in ca.j.de teſta.in iij.colum.in vj.&
44 Cap.in cõſil.135.in ij.colum.¶Alia
enim inſurgit ſuſpicio contra mari-
tum induentẽ ſe mortua uxore ue-
ſtibus feſtiuis,dum debuiſſet ſe in-
duere ueſtibus lugubribus.nam ue
ſtes lugubres,quæ ſolẽt portari ob
mortem alicuius,in illa regione ali
quid cõferunt,ſaltem quo ad uulgi
opinionẽ: ſecundũ Guliel.Bene.in
c.Raynutius.in uerbo,qui cum alia
ma.cont.nu.180.nã ſapientis eſt ſe
cõformare ritui,& habitui maioris
partis.c.deus, qui eccleſiam.de ui.
& ho.cleri.quoniã turpis eſt pars,
quæ ſuo non congruit uniuerſo.c.
quo iure.viij.diſt.portantur enim
iſtæ ueſtes lugubres in ſignũ triſti-
tiæ:adeò,quòd dicit Ange.in l.ple-
num.§.equitij.ff.de uſu,& ha.quòd
ſi teſtator legauerit lectum mulieri
uiduæ,non uidetur legaſſe culcitrã
de ſerico.quia intelligitur ſecundũ
conditionẽ mulieris uiduæ,& non
de lecto pompoſo.& idẽ ſi legatus
eſſet lectus uxori per maritũ,ſecun
dum Bal.in l.j.circa princ.C.de leg.
imò ſi teſtator præciperet filiis eã
tractari,

tractari, prout ipſe eam tractauit, non tenetur ei filii emere ueſtes pōpōſas, puta ſericas, uel auratas, quas uiuente marito in honorē,& lætitiam illius portauerat.ſecundū Barto.in l.liberorum.§.fi.ff.de leg. iij.& habetur per Guliel.Bene.ubi ſuprà nu.131.cum ſequentibus.unde ex his infertur, ꝙ maritus induens ſe ueſtibus lætitiæ,& non triſtitiæ, incurrit ſuſpicionem non modicā.

¶IVDEX. Quid aduerſus hæc, quæ obiiciuntur per Fiſcum, habes

45 Inquiſite?¶INQVI. complura habeo,quæ in facto cōſiſtūt.& pri.dico, quòd dato, ꝙ aliqua ſuſpicio poſsit oriri ex prædictis, attamen probādo paupertatē,propter quā cauſatum extitit,quòd nō fuit ſepulta uxor cū pompis funeralibus:nec fuit factus luctus,& plāctus. ſecūdū morē regionis:& quòd ob cauſam non fuerint factæ ueſtes lugubres: item,quòd ob hāc cauſam non fuit ſepulta de die ad euitādum dictas pompas funerales:& alia,quæ ſolēt fieri ſecūdū morem regionis in ſepultura mortuorum,ut multoties fieri ſolet,ob ſimilem cauſam tollitur iſta ſuſpicio : paupertas enim multū prodeſt in hoc:ſicut & alibi uidemus,quòd paupertas excuſat à mulcta,& pœna arbitraria:non autem à pœna ordinaria.ſecūdū Bal. in l. acceptam. xxiij.q. C.de uſur.& per Fran.Are.in l.inuitus.C.de pro. item excuſat à deſertione,ne pauperi appellāti currāt fatalia.ſecundum glo.in l.eorū.C.de appel.in §. ſuper his uerò.in uerbo, inopia. & gl.ul.in l.minoribus.C.de his quib. ut indi.Inn.in c.ex ratione.eo.ti.itē excuſat à pœnis.l.j.& ij.C.de ſecū. nup.ſi mater ſecundò nubens non reddat rationem tutelæ,priuſquam ſecūdò nubat.ſecundū Bal.in auth. iiſdem.C.de ſec.nup.item paupertas excuſat etiam in foro conſcientiæ,ut etiam excommunicatus abſoluatur non facta ſatiſfactione ob paupertatem:ut in c.à nobis.extra, de ſen.excō.itē paupertas excuſat, ut propter nō ſolutionē cenſus,uel canonis,res emphyteotica nō incidat in cōmiſſum:ut per Spec.in tit. loca.§.nunc aliqua.uerſi.xxix.quæ-

46 rit.in fi.¶Et ſi fortaſſe maritus non habet hanc defenſionem(quia fortè diues eſt,& nobilis)poteſt excipi,articulari,& probari,ꝙ inter nobiles,& diuites pōpæ funerales nō fiūt ſecūdū morē regionis:ut fieri ſolet in pluribus partibus:itē qualiter ſepultura nobiliū,& ꝑſonarū bonæ reputationis,ut plurimum ſolet fieri de nocte,& nō de die,abſque aliis ſolēnitatibus,& ueſtibus lugubribus:mos enim regionis in talibus attēdēdus eſt,ut ſuprà dixi.uel uideatur,ſi probari poterit,ꝙ dicta uxor ſemper tēpore quo uixit dicebat,ꝙ ſi in ultimo uitæ ſpiritu permitteretur,ut loqui poſſet,ſub maledictione uolet præcipere, ut de nocte,& abſq; pōpa funerali ſepeliretur,quia ſummopere ei diſplicebāt dictæ funerales pōpæ:ut uidi à nōnullis dici:uel probetur,quòd dictus maritus eſt implicitus nonnullis oneribus:& ꝙ deducto ære alieno parū ipſi reſtat.arg.tex.l.at ſi quis impediat.§.hæc actio.ff.de re. lig.& ſump. fu.ſi autē eſſet diues,& prędicta alia non cōcurrerent,tūc

eſſet ſuſpicio.ar.tex.in ea.l.§.iudex, q de equitate, licet poſſet dici, ꝙ ob nõ factas pompas funerales, nulla oriatur ſuſpicio.per tex.l.ſi quis ſepulchrũ.ff.de reli.& ſum.fu.uel poteſt probari, ꝙ uxor deceſsit abſq; prole. quo caſu dos reuertebatur ad patrẽ, uel fratres, & ꝙ ſic ad eũ non ſpectabat funeris impenſa, per tex.l.in eum.ff.de reli.& ſum.fu.iun cta gl.& l.Celſus.ff.eo.ti.itẽ poterit probari, quòd erat aliquis infirmus in domo, & ne ei daretur terror, fuit ſepulta ita clàm, & occulte.itẽ poteſt probari amor, quẽ gerebat erga ſuã uxorẽ per euidẽtiores cõiecturas, ut uix negari queat, ſic eſſe: probando etiã bona tractamenta, quæ ei fecerat uſq; ad ultimũ uitæ ſpiritum.itẽ probãdo è cõtrario. dolorẽ, & triſtitiã, quam habuit de eius morte per alias cõiecturas ualidiores.item probando, ꝙ ſemper in uita ſummopere ibi gratulabatur dicta uxor de dicto ſuo uiro, item probãdo pudicitiam ſuæ uxoris, ac eius bonos mores, ut ſic nulla poſſit imaginari cauſa, ob quam uoluiſ

47 ſet eã interficere. ¶ Vna enim coniectura tollit aliã: ut per Bar.in l.fi. C.fa.herc.& Par.in uerbo, tortura. lo.iij.uer.ſequitur quæſtio.& uerſi. mandauit tex.Alex.conſi.77.ul.col. j.lib.& Marſi.in prac.cri.§.diligenter.uer.modo ulterius.& in l.j.§.di uus Adrianus.ff.de ſicar.item probando bonã famam, & uitã ipſius mariti.& quò ad ſuſpicionẽ de ueſtibus põpoſis, poterit probari paupertas: & ꝙ non poterat facere ueſtes lugubres, nec ueſtes põpoſas.

48 ¶ Itẽ probando, quòd ita ſeruatur in illa regione, uidelicet, quòd propter mortem uxoris non ſolent fieri ueſtes lugubres: nec ſolet fieri planctus, ſed riſus, & cantus, ut fit in multis partibus: ut refert Alexã. in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.col. ultima.ff.ſoluto matrimo.& Accur. in l.cum quidam.& ibi Barto.ff.de annu. legat. & Roma. ſingula 33.& ei gl.ſ.o.in §.ultimo.in uerbo, natalibus.inſti.de inge.& in c.non licet. 33.quæſt.4.& Panor.in c.licet.in 3. not. de ſer.item probando, quòd hoc non fecit ob paucum amorẽ, quẽ gerebat erga ſuã uxorem, ſed cauſa religionis: & ut demõſtraret, ꝙ debemus gaudere de morte, quatendit ad uitam æternã: ut docet copioſiſsimè Tiraquel.in tra.de nobilita.c.31.num.467.cum pluribus ſequentibus: ubi inter cætera refert hos uerſus: Oportuit nos funeris luctu graui dolere natum maxima ad diſcrimina: at mortuum, qui caſſus eſt laboribus, efferre læto corde, lætis uocibus.ita autem uertit Cicero: nam nos decebat cætus celebrantes domum lugere, ubi eſſet aliquis in lucem editus, humanæ uitæ uaria reputantes mala: at qui labores morte finiſſent graues, omnes amicos laude & lætitia exequi. plura alia exempla uide ibi, ut ſcias euadere has ſuſpiciones, quia ibi habes mare magnũ: & ibi uerè exprobrat ac uituperat lugẽtes mortem amicorum & parentum. ¶ IVDEX. Vtique licet fiſcus bene fundet intentionem ſuam: attamen ex aduerſo inquiſitus quàm optimè eueruat, & tollit ea, quæ adducun-

49 tur in contrarium. ¶ Nam licet indicia

dicia, ſuſpiciones, & coniecturæ, quæ adducuntur per fiſcũ ſint aliàs ſufficientes ſaltem ad torturam: tamen quia aliæ coniecturæ adducũtur ad excuſandum delictũ, ſequitur, quòd ad torturam procedi nõ poteſt: ut eſt tex. in l. j. §. ad quæſtionem. uer. nec facilè. & ibi Bart. ff. de quæſt.
50 ¶ Hinc eſt quòd indicia purgantur per probationem bonæ uitæ & famæ. ſecundũ Bar. in l. ij. §. pe. ff. de re mil. & Alex. in l. fi. ff. de quæſtio. & Ange. in l. milites. C. eo. ti. & habetur per Cor. in conſi. 58. incip.
51 uiſo in litera. in ij. parte. ¶ Imò plus ibi dico, quòd ſi aliqua ſunt indicia ſufficientia ad torturam contra reum, & aliqua ſint probata indicia facientia pro reo, tunc nunquã ad torturam deueniri poteſt. & hoc duplici ratione: primò, quia ſemper in obſcuris debemus inclinare in benigniorem partem. l. ſemper in obſcuris. ff. de reg. iur. l. factũ cuiq;. §. fi. eo. titu. regula. in pœnis. de regul. iur. in vj.
52 ¶ Et ubi poteſt capi duplex intellectus, ſemper debet capi intellectus per quem quis non cadat in delictum: ut latiſsimè habetur per Marſi. in repet. l. fin. C. de pro. & per Fran. Cur. in conſil. 70. incip. circa primum. in iij. colum.
53 ¶ Secunda ratio eſt, quia unum indicium tollit alterum. ſecundũ Alexand. in conſi. 77. incip. in cauſa accuſationis. in ulti. colum. in primo lib. & una præſumptio tollit alteram. l. diuus. ff. de in inte. re. ca. accedens. de cri. falſ. & latè habetur per Marſil. in ſua. practi. cri. §. diligenter. nume. 190. Quamobrem uideamus, num alia cõcurrant pro parte fiſci contra inquiſitũ. ¶ FISCVS. Vltra ea, quæ ſuprà ad intẽtionem meam fundãdam adducta ſunt, alia concurrunt coadiuuantia opinionem meam, & ideo attendas.

¶ ITEM inquirẽdum eſt, qualiter dicta Lucretia die præcedenti ſe bene habebat, & nulla infirmitas erat in ea: & quomodo per multum temporis ſpatium ante ſe bene, & incolumem habuit: imò die præcedenti fuit uiſa plurima domeſtica ſeruitia facere, ut anteà ſolebat: & de mane fuit reperta mortua. quod inquirendum eſt, &c. quod fiũt &c.
54 ¶ Eſt autem maximum indicium contra maritum, ſi die præcedenti uxor fuerit uiſa abſque infirmitate, & incolumis, & de mane reperiatur mortua: nam mori ex triplici ratione poteſt euenire: uel propter infirmitatem, uel propter nimiam ſenectutem, uel propter inſidias uiolenter. neutro ergo iſtorum interueniente, ſcilicet infirmitate, uel ſenectute, præſumitur mortua ex tertia ratione, ſcilicet uiolenter. ¶ INQVISITVS. Si bene perpendiſti, quæ ſuprà latè dixi, huic indicio ſatisfactum uidebitur, quia dixi, quòd alio modo poteſt mors contingere, uidelicet, caſu inopinato ex improuiſo: quod accidit pluribus modis: & ideo non
55 aliter in hoc inſiſto. ¶ FISCVS. Licet aduerſus ea, quæ contra Inquiſitum adduxi, aliqua ſint pro ipſius parte probata, quibus prima facie uideri poſſet ea in totum ſublata: nihilominus tamen indubitanter dico, ſaltem eſſe locum torturæ ex tot indiciis, con-

iecturis,& præſumptionibus, licet
aliqualiter eliſis:maximè, quia deli
ctum iſtud homicidij in uxoré cō-
miſsi, eſt grauiſsimum delictū.hinc
dicit Ioan.Fa.in §.alia.inſtit.de pu.
iu.quòd plus punitur occidens ſuā
uxorem,quàm ſi occideret matrē,
uel patrem.ſecundum gloſ.in c.de-
center.89.diſtin.& in c.admonere.
ubi bonus text.cum gloſ.33. quæ-
ſtio.ij.& ibi in c.placuit.per gloſ.po
nitur pœna uerberantis uxorem:&
inquit quòd occidere uxorem,eſt
crimen parricidij.eſt text.in l.j.ff.ad
l.Pom.de par.imò dicit Io.Neuiza.
in ſylua,nu.43.quòd occidere uxo-
rem,eſt deteſtabilius homicidio,&
etiā parricidio.& firmat Ange.in l.
inauditū.§.legis Corneliæ.ff.de ſi-
car.& probatur in l.j.ff.de par.& ibi
Bart.& in l.unica.C.eo.tit.& decla-
rat glo.ibi.& Bar.in d.l.j.licet con-
trarium teneat Veronen.in conſi.v.
in 4.col.quem refert Guliel. Bene.
in repe.c.Raynutius.in uerbo,cui-
dam Petro tradiderunt.nu.77.cum
ſequen.& ibi dicit,quòd uerior eſt
opinio Veronen.quia plus punitur
occidens patrem,uel matrē,atten-
ta grauitate parricidij,cui pœna ſta
tuta fuit ſeuerior,& grauior.ut ff.ad
l.Pō.de parri.per totū.& facit tex.
in §.cauſas.in auth.ut cum de appe.
cogno.ubi filius impias manus inii
ciens contra patrem, uel matrem
citra mortem, priuari poteſt eius
ſucceſsione:quod nō reperitur ſta-
tutū in coniugibus, quòd propter
hoc perdatur dotis,uel donationis
propter nuptias lucrum.ſecundum
gloſſ.in c.placuit.xxiij.q.ij.niſi unus
occideret alium.ut l.ab hoſtibus.§.
fi.ff.ſoluto matrimo.ſubdit tamen
poſteà idem Guliel.quòd commu-
niter tenetur,quòd plus peccat ma
ritus,cui permittitur occidere filiā
in adulterio deprehenſam,ſed non
uxorem.l.nec ei permittitur.§.fi.ff.
56 de adulter. ¶ Vnde,cùm ſit delicti
atrociſsimū, poteſt & debet iudex
iura trāſgredi,& regulas iuris com
munis,& ſtatutorum:ut per multa
firmat Hippo.de Marſi.in ſua praxi
cri.§. diligenter. nu.158. nec debet
attendi ordo iuris:imò eſt ordo,or
57 dinē non ſeruare. ¶ I N.Licet poſ-
ſit iudex iura tranſgredi in enormi-
bus:non tamen procedit, quando
imputatur enorme delictum alicui,
quia licet inquiratur de enormi de-
licto:non tamen adhuc conſtat, eū
commiſiſſe enorme crimen:& do-
nec conſtet,& conuincatur, ſeruan
dę ſunt ſolennitates iuris,ut proſe-
quitur idem Marſi.per text.allega-
tum in eodem loco.nu.170.cum ſe-
58 quentibus. ¶ Præterea nullibi repe-
ritur,quòd in enormi crimine pro-
cedatur ad torturā non ſubſtenti-
bus legitimis indicijs,cùm etiam in
crimine læſæ maieſtatis requiratur,
quòd procedāt legitima indicia.ſe-
cundum text.no.& ibi glo. Cyn.&
Bal.& Sal.in l.ſi quis alicui.C.ad le.
Iul.maie.imò etiam ſi iudex habe-
ret liberum arbitrium,requireretur
tamen, ut præcederent indicia.ſe-
cundum Pau.de Leaza.in c.grauis.
extra,de depo.& dom.Alex.in l.fi-
liusfamilias.in v.apoſtillā.ff.de do.
cū ſimilibus.indicia uerò eliſa nō di
cūtur indicia legitima & ſufficiētia:
59 ergo,&c. ¶ F I S.Hucuſque nō ui-
deo,quomodo ſit ſatisfactū illi in-
dicio,

dicio,quod ſuprà adduxi de ſignis
ſuffocationis repertis in gutture
uxoris,& per expertos recognitis,
quod eſt maximum indicium: ergo
adhuc debemus in euidẽtibus con-
cludere,quòd ſaltem ſit locus tor-
turæ.¶ I N.Multa aduerſus hoc in
facto conſiſtentia poſſunt probari.
& primò poteſt probari per ex-
pertos,& medicos,quòd mors ſu-
bitanea ut plurimum ſolet cauſare
talia,& peiora ſigna in gutture , &
aliis partibus perſonę:cum ſit quę-
dam mors uiolenta:& indies hoc ui
demus.item poteſt probari , quòd
anteà in uita ipſius talia ſigna habe
bat in gutture,probãdo, quòd ha-
buit aliquã infirmitatem, ob quam
cauſata extiterũt: itẽ probãdo per
peritiores expertos , qui forte ui-
derint ſigna prædicta,quòd nõ ap-
parebant uere eſſe ſigna ſuffocatiõ
nis:item probãdo alia,per quæ ex-
cludatur coniectura præſumendi,
uirũ uoluiſſe interficere& ſuffocare
ſuam uxorẽ. ¶ I V. Satis per utrũq;
multa dicta ſunt in hoc delicto ſuf-
focationis , ſuntq́; optimè fundatæ
utrinque intentiones:adeò uerò id
quidem ut non opus ſit alia cõclu-
ſione , ſed ex prædictis ſequatur.
trãſeamus ergo ad alia delicta;ſed
antequam ad illa deueniamus, ali-
qua generalia in hoc delicto audia
60 tis.¶ Et primò ſciendum eſt,quòd
maritus occidẽs eius uxorem,per-
dit ius ſuccedendi , quod habet in
defectum parentũ.ſecundũ Bald.in
l.j.C.unde uir & uxor.de quo ple-
niùs per Guliel. Bene.in c.Rainu-
tius.in uerbo,mortuo itaque teſta-
tore,& pri.nume.17. fol.96. fallit,ſi
occidat ſtatuto permittente:ut per
Io.Cãpe.in tra.de do.in v.q.& per
61 Boër. deci.xxv.in j.par.¶ Imò plus
tibi dico,quòd maritus non adhi-
bens medicos uxori infirmæ, nec
eam curari faciens,ac eã deſpiciẽs,
nõ lucratur dotẽ,etiamſi ex forma
ſtatuti lucrari deberet ex morte
uxoris:nec etiam facit fructus ſuos
de rebus dotalibus:ut ad plenum
conſuluit Bal.in conſi.53.in v.lib.&
per Marſi.in cõſi.93.nu.vij.& cõſi.
125.nu.3.de quo per Alex.in cõſi.91.
nu.v.in 7.uol.& cõſi.123.per totum.
eo.lib.& Bertran.conſi.125.in 2.par
te.nu.5.& Cor.in cõſ.316.nu.35.j.li.
62 ¶ Item eſt ſciendum,quòd maritus
dãs calcem uxori taliter,quòd mo-
riatur, non tenetur pœna mortis.
ſecundũ Marſi.in conſi.136.nu.27.ij.
63 lib.per totum.¶ Item eſt ſciendum,
quòd marito non licet interficere
uxorem deprehenſam in adulterio.
l.nec in ea.§.fi.ff.de adulter. tamen
ſi in ipſo actu maritus occidat,licet
puniatur,non tamen pœna ultimi
ſupplicij,ſed minori pœna:ut con-
ſuluit Alexan. conſi.283. aliàs 140.
in 2.li.nu.12.ſecus eſt de iure regni,
ut habetur in cõſti.ſi maritus.& ibi
plene per Afflic.& de iure cõmuni,
uide Marſi.in l.j.§.item diuus.ff.de
64 ſica.& in l.j.ff.de parri. ¶ Item ma-
ritus non uindicans mortẽ uxoris
occiſæ,perdit dotẽ.l.cũ mortem.ff.
de iure fi.Itẽ perdit lucrum dotis ſi
bi à ſtatuto conceſſum.ſecundum
Bar.& Ang.in l.ſi ſequens.§.fi.ff.ad
Sylle.& in l.ei, qui.ff.de his, qui.ut
65 indig. ¶ Item maritus non poteſt
niſi modicè,& ex cauſa corrigere,
& uerberare uxorem:ut not.in l.ex

conſenſu.& in auth.ibi poſita.C.de repu.& in authen.matri,& auiæ.§. ſi quis autem.& glo.vij.q.j.ſicut ulterius.& in glo.c.quemadmodū.de iureiuran. & xxxiij.q.ij.c.placuit.& Bal.in l.ſi filius.C.de pa.po.l.ſi cum patronus. de.op.lib.& Bart.Cepo. in l.Marcellus.ff. de uerbo.ſigni.& Alex. in conſi.96.in 4.parte. & per Felin.in c.cum contingat.de foro compe.circa fi.in iij.col.& in c.illū. de præſump.uide Marſi.in ſua praxi in §.aggredior. nu.81.& in l.j.§.ad quæſtionem.pri.col.ff.de quæſtio. uerſi. actum doctrinam.nume. 5.

66 ¶Item ſi maritus malè tractat uxorem,& acriter èam uerberat, licitè uxor recedit ab eo:& tenetur eam ille alere extra domum: ut per Di. & Cy. in l.quod in uxorē.C.de ne. geſtis.& per Guido. Pa. in deciſio. 439.an uir.& Capell.Toloſa.in deciſio.86.ibi in addi.

67 ¶Item maritus uxorem non tractans cum maritali affectu, eſt excommunicandus.ſecundum glo.& doctor.in l.cum dotem.§.ſi maritus.ff. ſolu.matrimo.

68 ¶Item maritus tenetur præſtare cautionē de non offendendo ſuam uxorem,quæ receſsit ab eo,aliàs ei non reſtituitur,etiamſi culpa ſua diſceſſerit:ut habetur per Abba. in c. ex trāſmiſſa.in pri.no.de reſti.ſpolia.uerùm poteſt eam leuiter corrigere,non obſtante cautione præſtita.de quo uide Iac.de Bel.ui.in ſua praxi cri.in tit.de leno.nu.19.Verū dicit ibi Abb.quòd ſi timor ſæuitiæ uiri eſſet talis, quòd non obſtante cautione uerisimiliter fieret offenſio,etiam cum cautione non debet reſtitui.

69 ¶Item maritus,qui interfecit uxorem,ut aliam duceret, non poteſt contrahere matrimonium cum ea,quæ conſenſit morti uxoris,ut ipſa in uxorem caperetur:ut habetur per Specu.in tit.de diuor. in prin.& idem eſt in caſu cōtrario.

70 Item,ſi maritus malè & peſsimè tractat eius uxorem, fit ſeparatio habitationis,& thori:ut eſt text.in c.literas.extra.de reſti.ſpo.& habetur per Caſſa.in conſu. Burgun. in tit.de maintenir.§.vj. fo.156.nu.15.

71 ¶Item marito iniuſtè uerberante uxorem,poteſt uxor contra eū agere actione in factum:licet aliqui dicebant actione iniuriarum: ut per Ioan.And.in addi.Specu. in rubrica.de iniur.uerſi.eſt quæſtio de uxore.quem refert & ſequitur Alex.in l.diuortio.§.ſi fundum.col.4. uerſi. item inquantū.ff. ſolu.ma.& plenè Tiraquell.de leg.cōnu.in pri.l.nu. 24.nullo enim modo ſunt uxores uerberādæ.licet enim dicatur poſſe corrigi, non intelligitur id, quaſi poſsint uerberari,ſecundum Alex. conſi.15.uiſo themate.poſt prin.lib. 4.& plura incommoda,& mala ſolent oriri ex uerberibus uxorum.de quibus ad ſaturitatem per Tiraquell.de legi.con.in 8.l.numero.8. cum pluribus ſequentibus. folio 62. & 63.& habetur in ſyl. nup. per Ioan. Neuiza.nu.36.uide Iacob.de Belui.in praxi cri.in ti.de leno.in v. col.uerſ.2.antequam uir.ubi ponit, quam pœnā patiatur maritus atrociter uerberans uxorem.

72 ¶Item ſi maritus uxori inſidiatur gladio, nō tenetur ad eum redire , ſi diſceſsit ab eo:ut habetur per Iaco.de Bellouiſo in practi.crimi.in tit.de pœnis capi.

73 capi.nu.7.¶Item ſi maritus uerberauit uxorem baculo taliter, quòd ſanguis exiuit, non poteſt procedi ex officio. quia non præſumitur doloſa percuſsio, ſecundum Guido.
74 Pa.in tra.de præſum.nu.51. ¶Item maritus malè tractãs uxorem, perdit lucra dotis: ſecundum Boër.in deciſio.244.nu.12.in 2. parte.& ibi habes, quando dicatur malè tractare.& uide in deciſio. xxv.nu.4.pri. parte.& uide Ioan.Campe.in trac. de dote.ibi: de ſtatu loquenti de do
75 te.in 2.quæſt.¶Item eſt ſciendum, quòd uxor uulnerata à uiro gladio, non poteſt eũ accuſare. ſecundum Alber.de Roſa.in l.diuortij.nu.2.C. re.amo.

¶ Item quòd fuit leno ciuſdem. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Lenocinium eſt deteſtabile crimẽ.nu.33.& eſt maius adulterio.nume.2.& 24.& punitur etiam effectu non ſecuuto.nu.3.& 31*
4 *Leno dicitur uiliſsima perſona.*
5 *Lenocinium quomodo probetur.*
6 *Adulterium præſumitur commiſſum de uoluntate uiri.*
7 *Maritus punitur propter adulterium uxoris, & qua pœna.nu.8.& 10.*
9 *Maritus eſt ſicut cuſtos in grege.*
10 *Maritus committens lenocinium in ſuam uxorem, qualiter puniatur.*
11 *Maritus reperiens uxorem in actu adulterij, & tacens, præſumitur leno.nu.12.13.*
14 *Defenſiones quas poterit facere maritus aduerſus lenocinũ.nu.19.20.21.*
15 *Amici & propinqui parificantur.*
16 *Amicitia facit ceſſare actionem, quæ alias competeret.*
17 *Amicus poteſt accuſare de iniuria facta amico ſuo.*
18 *Amicus pro amico admittitur ſine mandato cum cautione de rato.*
21 *Metus mortis terret etiam conſtantiſsimos uiros: & qualiter probetur. nume.22.*
23 *Paupertas excuſat maritum à lenocinio.*
25 *Lenocinium qualiter in regno puniatur: & qualiter committatur, numero.26.& 27.*
28 *Mater lena filiæ qualiter puniatur. nume.29.*
30 *Lenocinium qualiter puniatur in fœmina extranea.*
32 *Lenociniũ qualiter puniatur in maſculis.& nu.37.*
34 *Lenones, & meretrices debẽt expelli de ciuitate.*
35 *Caſtitas eſt amica Deo.*
36 *Blanditiæ æquiparantur minis.*
38 *Receptantes lenones qualiter puniantur.nu.39.*
39 *Tabernarij receptantes lenones an puniantur.*
40 *Lenones poſſunt capi per alios iudices, ſed debent remitti ad magnam curiam uicariam.*
41 *Leno eſt peior, quàm diabolus.*
42 *Lenonem interficiens an puniatur.*
43 *Lenones repelluntur à teſtimonio. nume.45.*
44 *Lenocinium uilis perſonæ, eſt crimen extraordinarium.*

FISCVS.

Licet multò plura potuiſſem dicere in præcedẽti delicto ultra ea quæ dixi, tamen quia alia ſunt

 delicta

delicta capitulata, ideo contenti de his deueniamus ad alia. & primò offert ſe crimen lenocinij, quod eſt adeò horrẽdũ, deteſtabile, & peſtiferũ, & odibile, ut potius hoĩes mallẽ deberent peſſundari, & in ignẽ ſe uiuos proijcere uolũtariè, quàm in illud incidere. quid enim deteſtabilius, & horrendius dici poteſt, quàm miſerãdas puellas ſimplices ad luxurioſam uitam deducere, attrahere, & impellere?

2 ¶ Hinc dicit glo. in l. athletas. §. qui lenociniũ. ff. de iis, qui notã. infa. quòd lenocinium eſt maius delictũ, quàm adulterium. de quo per Bart. Ange. & Imol. in l. is, qui reus. ff. de pu. iu. & per Bart. in l. palam. ff. de ri. nup.

3 ¶ Hinc eſt, quòd punitur ipſum lenocinium, etiamſi effectum non habuerit: ut eſt caſus ſingu. in l. pri. ff. de extraor. crimi. in princi. etiamſi peruentum fuerit ad actũ uerbi tantũ. ſecundum Bar. ibi.

4 ¶ Hinc leno dicitur uiliſsima perſona. ſecũdum Bal. in l. humilem. C. de ince. nupt. idcirco hæc ſunt, quæ in hoc delicto prætenduntur in iure, & in facto. uidelicet:

¶ ITEM inquirendũ eſt, qualiter de anno, &c. de menſe, &c. regnãtib. &c. dominãte, &c. ſub pſidatu, &c. in loco, &c. dictus Tit. ſuis iuribus non cõtentus, animoq; diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequã ductus, non aduertẽs quàm graue ſcelus ſit lenocinium cum ſua uxore committere, eamq; proſtituere, & ex ea quæſtum facere, paſsim pluribus & diuerſis perſonis proſtituit, ipſos ducendo ad ſuam domum, ac permittendo ut cum dicta ſua uxore adulterium committerent pluribus, & diuerſis uicibus, & in pluribus & diuerſis tẽporibus. quod infrà particulariter deſcribetur. quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

¶ ITEM inquirendum eſt, qualiter d. Tit. pluries uiſus & auditus ſit ſecum trahere in domum ſuam, ubi habitabat & habitat dicta ei⁹ uxor, plures & plures iuuenes, ipſosq; ſolos dimittere in camera cum dicta eius uxore ſola, tã de die, quàm de nocte, per magnum tẽporis interuallum. quod inquirẽdum eſt. quod fuit, &c.

5 ¶ Hæc enim probatio, quòd plures iuuenes uir duxit ad uxoris domum, eos relinquẽdo cũ ea ſola, eſt indicium & coniectura indicans lenocinium. nam adulterium probatur per cõiecturas. c. præterea. extrà. de teſtib. l. cùm probatio. de proba. l. quæro. §. fina. ff. de ædi. edi. nec aliqs negare poterit, quòd uidere iuuenes ſolos cũ puella maximè pulchra, non ſit indiciũ, quòd adulterium cõmiſerint: ut dicit Bal. in l. neque natales. C. de probat. & Bar. in l. ij. ff. de fur. & per ea, quę habentur in l. capite quinto. ff. de adulter. & per Panormi. in d. c. præterea. & in capi. literis. de præſumptio.

6 ¶ Et præſumitur adulterium committi in uxorem de uoluntate mariti, maximè concurrente eo, quod in capitulo dicitur. quia ſicut incendium, ſic etiam adulterium uix ſine culpa, & negligentia in domo habitantiũ cõmittitur. l. ij. ff. de offi. præfe. uigi. iuxta illud Ioelis 3. & poſuerunt puerum in proſtibulo, & puellam uendiderũt pro uinõ, ut biberent. facit l. mariti. §. qui quæſtũ. ff. dę adulter. & habetur per Guliel.

Bene.

Bene.in ca.Raynutius.extrà.de te-
ſti.in uerbo,cuidam Petro tradide-
7 runt.nu.62. ¶ Vbi infert,quòd non
ſine cauſa i tota Cathalonia,& aliis
multis partibus uir per uxorem cu-
curbitatus,quadraginta ſolidos ſol
uit domino tẽporali.& Pariſiis du-
citur ſuper aſinũ facie uerſa ad cau-
dam,& ſic per totam uillam uxore
aſinum trahẽte,& præconem ante
eos clamante : qui ſic faciet,ſic ca-
piet,uituperoſè ducitur:ut referunt
Guliel.de Mon.lau.& Zaba.in cle.
cum ex eo.de ſenten.excommuni.
8 ¶ Maximè,quia præſumitur,quòd
ſi non factis , ſaltem exemplis uiri
uxor committat adulteriũ:cùm uir
debeat eſſe author colendi bonos
mores uxori:iuxta text.in l.ſi uxor.
§.ſi iudex.ff.de adul.iuxta illud So-
cratis dicentis:uiros ciuitatis legi-
bus coerceri debere:fœminas uerò
uirorum cohabitantium diſciplina,
ob quod Heſiodus ſuadebat uirgi-
nem ducẽdam,quam moribus in-
ſtituere poſſet maritus.atqui multi
& ſi uxor caſta ſit,eam negligenter
cuſtodiunt , & (quod deterius eſt)
interdum eam incitãt,uel occaſio-
nem dãt ad libidinem cum aliis ex-
plendam.de quibus ſic dicit Bart.in
quadam lectura antiqua hodie nõ
impreſſa.in l.ſi lenonem.C.de epi.
audie.uidi ſemel quendam,qui ſua-
rum uxoris,& filiæ leno fuerat,qui
combuſtus fuit : & meritò . debuit
enim uxori quoque iraſci,quæ ma-
trimonium eius uiolauit.dicit text.
in l.mariti.§.j.ff.de adul.tũc puniẽ-
dus eſt,cùm excuſare ignorantiam
ſuam nõ poteſt,uel obumbrare pa-
tientiam ſuam prætextu increduli-
tatis:ut ibi.& poſteà ſequitur in §.
qui quæſtũ.nec mediocriter delin-
quit,qui lenocinium in uxorem cõ
9 mittit:& ſic ſummè delinquit.¶ Eſt
enim maritus ſicut cuſtos in grege,
ut ait Plato circa initium lib.5.de re
pu.& Ariſto.poli.lib.j.c.viij.uir qui-
dem(inquit)uxori præeſt , & filiis:
tanquàm liberis quidẽ ambobus,
ſed non eodem imperij modo : ſed
uxori quidem ciuiliter , filiis autem
regaliter.maſculus enim quàm fœ-
mina dominio natura eſt aptior.&
idẽ lib.2.œconomicõn in.c.j.exiſti-
mare autem,ait,debet mulier uerè
compoſita,mores uiri eſſe legẽ ui-
tæ ſuæ impoſitam ſibi à Deo.cui fi-
nitimum eſt illud diui Pauli ad Ro-
ma.7.rurſumq; prioris ad Corin.7.
mulier quanto tempore uiuit uir
eius , alligata eſt legi ipſius : caput
enim (ut idem inquit) uxoris eſt
uir . quod & Geneſ.3 . habetur:ſub
uiri poteſtate eris , & ipſe domina-
bitur tui.& nõ ſine ratiõe hoc eſſe
dignoſcitur . ait enim Auguſtinus:
primùm decet naturaliter illũ do-
minari,& præeſſe , qui ſit corporis
uiribus præſtantior:contrà eu ſer-
uire , atque modis omnibus cede-
re,qui ſit infirmior:ſecundò,ut qui
plus habet rationis,ingenij,prudẽ-
tiæ,cõſilij,dominetur:qui uerò mi-
nus,ſeruiat.nã ut Salomon in pro-
uer.xj.cap.qui ſtultus eſt,ſeruiet ſa-
pienti.& 17.& ſeruus ſapiens domi-
nabitur ſtultis filiis ſuis . & Ariſto.
lib.primo poli.dicit,eos ſeruos eſſe
in repu.qui inſcientes,rerũq; igno
rantes tenentur:qui uerò ingenio
præſtãt,naturaliter dominos.legẽ-
rat ille apud Platonẽ præceptorem

in lib.iij.de legibus ſeptem eſſe rationes,quæ ad dignitatem imperādi facere uidentur.quæ ſunt:paternitas,nobilitas,dominatio, potentia, ſenectus, prudentia, ratio:ſed prudentiā omnibus anteponit. uir ergo corporis & animi uiribus præpollet: fœmina uerò fragilis,infirma,& imbecillis eſt:ut ſcribitur in l. ſi mulier.C.ad Velle.& in l.ſi pater. C.de ſpōſa.& l.prima §.penultimo. C.de rei uxo.actio.& in l.ultima.C. de dona.ante nup.& in l.ſicut.C.de præſcri.xxx.uel xl.anno.& in l.aſſiduis.poſt prin.C.qui po.in pi.habe. hinc eſt,quòd apud Græcos mulieribus dabatur tutor, & curator: ut refert Tiraquel.de legi.connub.in prima l.numero 67.& ſcribit etiam Quintilianus in declama. 3.matrimonia ab ipſa rerū natura eſſe inuenta:ſicq; mares fœminis iūgi,ut imbecillior ſexus prę ſidium ex mu-
10 tua ſocietate ſumat. ¶ Quid ergo dicemus de marito,qui non cuſtos ſuæ uxoris:ſed lupus & deuorator efficitur?de eiuſmodi quū conqueretur,ſi ipſemet erit uaſtator caſtitatis ſuæ uxoris,ac ſui honoris deſtructor,ipſi proponatur id, quod dicit text.in §.neceſſe eſt.47.diſtin. uxores ergo(ut tandem concludamus)nō uerberibus,ſed potius exēplis corrigamus, & à uitiis, ſi quæ ſint,ad uirtutū ſtudia prouocemus. Audiat etiā quod dicit text.in c.indignantur.in fin.32.quæſtio. ſexta: pudiceq; uiuentes uxoribus bonos mores colendi authores ſimus:iuxta Iuriſcon.ſententiam in l.ſi uxo. §.iudex.ff.de adulte.uirorum enim dicta factaq; ſunt uxoribus ueluti ſpeculum, ad cuius intuitum ſuos ipſæ mores forment atque componant.nam cùm ſemper aliàs exempla ſint magni momenti ad corrigenda,uel deprauanda hominū ingenia,tum ea maximè,quæ à domeſticis proficiſcuntur:ut probat text. in l.prima.C.de emen.pro.& illud Satyrograph.poē.ſa.14.uelocius & citius nos corrumpūt uitiorū exēpla domeſtica, magnis cùm ſubeāt animos authoribus.hinc ait Petrarcha de remed.adue. for.dialo.21.ꝙ perſæpe uxori dux atque exemplum laſciuiæ uir fuit. hinc Plutarchus in præceptis connubialibus ca.17.inquit:uir corporis ſtudioſus uxorem reddit laſciuo cultui deditam:uoluptuoſus amatoriam,& libidinoſam:boni honeſtiq; amator modeſtam & honeſtam, & rurſum ferè in umbilico eiuſdem operis:ne putes(ait) à ſuperfluis profuſiſque ſumptibus uxorem temperaturam, ſi te in his minimè continentē conſpiciat:quin potius auratis poculis, pictiſq; cubiculis,mulierū & equorum phaleris gaudentem uidebis. non enim fieri poteſt,ut à mulieribus luxus remoueatur,quo uiri circunfluunt. propterea & diuus Auguſtinus in ca.ſi dicturi.32.quæſtio. vj.nos monet, ut quales uolumus uxores noſtras inuenire,tales & ipſæ nos inueniāt:& ſi intactam,intacti ſimus:ſi puram,puri.nō enim illa poſſet,quod nos nō poſſumus, & idem alibi in lib.de decem chordis:ſi caput inquit, eſt uir, meliùs debet uiuere, & præcedere in omnibus factis ſuis uxorē,ut illa imitetur eum. quocirca bene dicebat Guliel.

Guliel. in loco ſuprà citato, quem
etiam refert & ſequitur Tiraquel.
de legi.cōnu.in 9.l.nume.172.quòd
uir debet puniri ob adulterium cō-
miſſum per eius uxorem: & quòd
ita in multis partibus ſeruatur qua-
ſi non potuerit committi ſine eo,
quòd uir ex ſuis malis moribus de-
derit cauſam uxori talia perpetran-
di.hæc cōſuetudo ſancta eſt,& ubi-
que deberet ſeruari.ex his prope-
modū habes, quàm puniri debeat
uir,qui factis & re uxorem inducit
ad adulterium committendum.

¶ ITEM inquirendum eſt, quòd
de anno,&c.de menſe,&c.regnan-
tibus,&c dominante &c.ſub præſi-
datu,&c.d.T.ad ſuam domū acce-
dens reperiit dictam eius uxorem
in actu adulterij cum tali,&c.in ca-
mera exiſtente in dicta eius domo,
& proprie.& quòd id non ęgrè tu-
lit,ſed eos dimiſit ibidem, ut com-
modiùs explerent adulterium,dan
do eiſdem commoditatem,& locū
taliter, ut fuerit commiſſum adul-
terium.quod inquirendum eſt,&c.
quod fuit,&c.

11 ¶ Vltra hæc,quæ ſuprà dixi,alia cō
currunt,uidelicet:quòd uir reperiit
uxorē in actu adulterij, & quòd id
nō ægrè tulit,ſed tacuit,& retinuit
eius uxorem taliter. atq; hoc qui-
dem ſolum conuincit ipſum de le-
nocinio.quia dicit text.in l.mariti.
circa prin.& l.ij.§.lenocinij.in fi.ſe-
cundum unam lecturā.ff. de adul-
ter.quòd maritus habēs ſuſpectam
uxorem de adulterio, & eam reti-
nens, lenociniū cōmittit.quod eſt
uerum,quando ſuam ſcientiā obū-
brare non poteſt, dicēs,quòd non
credebat.ſed ſi uiderit ſcholarem ei
pluries loquētem,& manus in ſinu
tenentem,uel eam oſculantem, &
ſic ſuſpicari debuit uehementer,tūc
non excuſatur à crimine lenocinij.
ut d.l.mariti.ut declarat Sali.in l.cri
men.C.de adulter. quanto fortius
in caſu iſto, in quo præſupponitur
inueniſſe uxorem in actu adulterij:
ut eſt tex.in l.crimen.C.de adulter.

12 ¶ Et licet Salic.in d.l.crimen.dixe-
rit,quòd etiamſi maritus ſciēs uxo-
rem eſſe adulteram,nihil dicat, &
eam retineat:non tamen incidat in
crimen lenocinij,niſi apparuerit eā
ad id induxiſſe, & quæſitum ex ea
feciſſe,per d.leg.mariti.§.qui quæ-
ſitum.tamen de iure regni iſtud di-
ctum Salice.non procedit.quia per
conſtitu.incipi.maritum.cauetur,ꝙ
maritus uelut leno punitur,ſi uxo-
rem in adulterio deprehendit,&eā
retinuit:nec occidit adulterum,ſed
dimiſit,cùm capere & occidere po-
tuerit:ſecus, ſi ſine ſua culpa aufu-
13 gerit,ut ibi habetur.¶ Et tunc dici-
tur maritus deprehendiſſe uxorem
in adulterio, cùm eam reperit in
actibus uenereis:puta, tenētē ma-
nus ad pectus,uel alios actus inho
neſtos facientem:non enim requi-
ritur,ut reperiat adulterū cum uir-
ga in uulua:ut declarat Affli.in con
ſtitu.regni incip.ſi maritus.in ulti.
colū.ibi, & pondera text.ibi:in ipſo
actu. ¶ IVDEX. Quænam ad-
uerſus hæc, quæ tibi obiiciuntur,
affers Inquiſite?¶ INQVITVS.
Audias quæſo patienter: uidebis
ꝓculdubiò omnia euacuari adeò,
14 ut nihil obſtare uideatur. ¶ Et pri-
ma quatenus dicatur, ꝙ uir duxit
plures

plures iuuenes in domum, eos ſolos relinquendo cum uxore in domo, probabitur intrinſeca & inueterata amicitia eorum, quos apparebit in domũ induxiſſe: item probabitur bona fama, uita, legalitas, & conſcientia ipſorum, ut meritò cõfidere potuerit eis maritus. nam hæc excuſant, ut in propriis terminis habetur per Ang. in leg. mariti. §. qui quæſtũ. ff. de adulter. pro quo faciunt, quæ plenè ſcripſit Marſi. in practi. cri. in §. principium. ubi multa de hoc.
15 ¶ Amici enim & propinqui purificantur ſecũdum Abba. in c. requiſiſti. de teſti. & Alexã. in l. nõ ſolum. §. qui alieno. ff. de procur. & faciunt ea, quæ ſcribit gloſ. in l. j. C. de ſica.
16 ¶ Amicitia autẽ facit ceſſare actionem, quę aliàs competeret. ſecundum Specu. in titu. de fur. uerſic. quid ſi amicus.
17 ¶ Hinc eſt, quòd amicus intimus poteſt accuſare de iniuria illata amico ſuo: quia iniuria ipſius dicitur: & ideo poteſt eam proſequi ſine mandato. ſecundum Bal. in l. j. C. qui accuſar. non poſ. & Alexã. in d. §. qui alieno.
18 ¶ Hinc eſt etiam, quòd amicus admittitur pro amico ſine mandato cum cautione rati: ſicut cõiunctus pro coniũcto. ſecundum Guliel. de Cu. in l. ſed &. de pro. licet ibi Rapha. Fulgo. intelligat de amico coniuncto maxima amicitia. de quo per Ludo. de Roma. in ſing. in uerbo, amicus. & per Barto. in l. non ſolum. §. qui alieno. ff. de pro. prima colum. uerſicu. fallit in coniuncta perſona. & ibi omnino per Alexã. ubi etiam dicit, quòd amicus agit interdicto recuperandæ po. l. j. C. ſi per uim, uel alio modo. & per eum in l. cum alienam. C. de legi. & in l. exigendi. de pro. & per Feli. in c. coram. de offic. deleg.
19 ¶ Item probetur bona fama, & uita uxoris tunc temporis, & intimus amor, qui erat inter eos. nã ſemper quando maritus põt modo aliquo adumbrare probationem lenocinij per aliquam excuſationem, nõ punitur de lenocinio: ut habetur in l. mariti. §. qui quæſtum. ff. de adulte. & ibi per docto.
20 ¶ Quò uerò ad id, quod dicitur, reperiiſſe adulterũ in ſua domo cum uxore, & ipſum dimiſiſſe, poterit probari, quòd ipſe maritus erat debilis, & adulter ille fortis, robuſtus, & nimis ualens de perſona ſua: taliter, quòd non poterat modo aliquo ſine magno periculo ſuæ perſonæ occidere uel capere ipſum, uel ſuã uxorẽ. item, quòd ille erat armatus: ipſe uerò inermis. itẽ, quòd adulter erat potẽs in ciuitate: item, quòd ſi in ipſo actu, uel pòſt occidiſſet ſuam uxorem, abſq; dubio adulter ille etiam interemiſſet ipſum. itẽ, quòd ille erat potens & ualens ad hoc facien dum. itẽ, ꝙ pluries minatus fuit ſeipſum occiſurum, ſi in iudicio, uel extra iudiciũ de hoc cõquereretur, uel malè tractaret ſuam uxorẽ. hæc autem probando ſe excuſat: ut habes per Afflic. in conſtitu. incip. qui coram ſe ſpectante. in prin. ubi pulchre.
21 ¶ Metus enim mortis terret etiam conſtãtiſſimos uiros. ſecundum Bal. in trac. ſchiſma. in v. col. dicitur etiã iuſtiſſimus metus mortis, etiã ſi mors non ſit ſequuta. l. ſi quis fumo. §. pe. ff. ad le. Aquil. & ibi dicitur iuſtus metus, ubi eſt iuſta ſuſpi

ſuſpicio.l.ſi.j.colum.in fin.C.de iure deli.per l.nouiſsimè.ff.quod fal.tuto.aut.& metus iuſtus excuſat à culpa occidendi.ſecundũ gloſſ.in l.ſed & ſi.ff.ad le.Aquil.& inſtitu.de interdi.§.recuperandę.per glo.& l.
22 iij.§.armis.ff.de ui,& ui arma.¶Et metus iuſtus probatur probando potentiam,& malam conſuetudinẽ alicuius,ſecundũ Bart.in l.j.ff.quod ui,aut clam.& in l.de pupillo.§.ſiquis ipſi.de no.ope.nuncia.& Abb.in ca.fin.de appella.item probatur ex minis,ſecundũ Bart.in l.famoſi.§.j.ff.ad le.Iulia.maie.& l.iij.§.quolibet.ff.quod me.cau.de quo plenè per Spec.in tit.quod met.cau.Item poterit probari de bona fama,uita,& conditione ipſius:& quòd nõ eſt ueriſimile, quòd ipſe noluerit committere lenociniũ in ſuã uxorem, cũ mirè fuerit zelotypus.itẽ, quòd non eſt ueriſimile,quòd ſciuerit dictum adulterum fornicari cum ſua uxore ante deprehenſionẽ in actu adulterij:attento,quia ſemper tenu erit,& tractauerit eam uti caſtiſsimam:nec dictus adulter uideri potuerit habere conuerſationem cũ ea.item,quòd dum eſſet in actu accuſandi ipſam uxorem,fuerit ei à pluribus dictum,ut non faceret: nam alioqui certò futurum eſſe,ut ab adultero occidatur.item, quòd ſemper ex poſt facto fuit uiſus odio perſequi dictũ adulterũ: taliter, quòd ueriſimiliter occidiſſet,ſi potuiſſet.& alia plura poſſunt probari, quæ curioſus aduocatus
23 ſtudeat inuenire. ¶Et ſi fortaſſe probetur feciſſe quæſtũ de uxore, probentur prædicta:& ultra probetur paupertas mariti.per cõſtit.incip.matres,quę.ubi in terminis de-
24 ciditur.¶IVDEX. Optimè quidẽ inquiſite præcogitaſti defenſiones, quæ fieri poſſunt aduerſus ea,quæ præpoſita & obiecta fuere per ſiſcum:adeò certè,ut meritò abſolutoria ſperari ipſis probatis poſsit, & ne ſicco calle pertranſeam materiam iſtam, in qua tractatur de crimine,quod eſt maius delictum, quàm adulteriũ:quia adulter peccat in ſe,& unam fœminam:ſed leno peccat in ſe,& duos alios peccare facit.imò eſt maius delictum, quàm homicidium:ut per Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,che me hai adulterata la mia dona.in fi.ali-
25 qua dicam.¶Et primò eſt ſciendũ, quòd in regno ſunt tria iura municipalia ſuper hoc crimine lenocinij mariti ultra regiam pragmaticam, quæ loquitur de lenocinio in genere:& primum eſt conſtitu.maritum.qua cauetur,quòd maritus deprehendens uxorem in adulterio, & eam detinẽs,& liberè dimittens adulterum,ut leno puniatur:ſecundum eſt conſtitu.qui coram ſe ſpectante.qua cauetur, quòd permittẽs uxorem adulterari & mœchari, non poteſt eã accuſare de adulterio:quia uidetur conſentire adulterio.& per illam conſtit.dicit Afflict. quòd nec maritus ipſe poteſt puniri de lenocinio.tertium eſt conſtit, quãuis uxorem.qua cauetur,quòd ſi maritus habens ſuſpectam uxorẽ de adulterio,eam retinet, non ex hoc poteſt de lenocinio cõdemnari: ſed tunc punitur de lenocinio, quando patenter & euidẽter conſtiterit

ſtiterit tenere uxorem ad turpe lu-
crum:tunc enim condemnatur de
lenocinio,& efficitur infamis.& ſic,
ut uides,in duobus caſibus mari-
tus in regno conuincitur de leno-
cinio: primo quando deprehendit
uxorem in adulterio,& eã retinet,
& liberè dimittit adulterum:ſecun-
dò,quando patenter conſtat mari-
tum detinere uxorem ad turpe lu-
crum.remanet porrò,quòd ſi ma-
ritus permittat uxorem luxuriari cũ
aliis,non tamẽ puniatur de lenoci-
nio:niſi appareat eã tenere ad tur-
pe lucrum.ut in d.conſtitu.qui co-
ram ſe ſpectãte.& ibi per Afflic.ſed
eſt aduertendum,quòd omnes iſtæ
tres conſtitutiones ſunt cõformes
cum iure communi,uidelicet,cũ l.
mariti.ff.de adulter.nam ibi etiam
ſolũ punitur maritus in dictis duo-
bus caſibus:quãdo quæſtũ de uxo-
re facit, uel quando deprehendit
uxorem in adulterio.ſed ſi aliàs pa-
tiatur uxorem delinquere,dicit ibi
tex.in d.l.mariti.§.qui quęſtũ.quòd
hic caſus extra legẽ poſitus eſt, &
eſt ratio ſecundũ Ange.ibi:quia li-
cet ſit in culpa, non tamen eſt in
dolo:& ad puniendum lenocinium
requiritur dolus: & ſic inferri po-
teſt ex dictis Ange.& Alber.de Ro-
ſa.ibi. quòd ſi aliter apparebit, ꝙ
doloſè maritus patiebatur delin-
quere uxorem,& ꝙ ad hoc ipſum
inducebat,licet quæſtum de ea nõ
fecerit,quòd punitur de lenocinio.
quia plus eſt inducere uxorem ad
adulterium,& pati ipſum adultera-
ri,ac permittere,quàm deprehen-
dere uxorem in adulterio,& eam
27 retinere.¶ Secundò eſt ſciendum,
quòd ſi maritus accuſauerit uxorẽ
de adulterio,eaq; fuerit de adulte-
rio condemnata,ſi deinde eam ſibĩ
reconciliauerit,& in ſuam domum
receperit,licet text.in d.leg.mariti
dicat,quòd cenſendus & iudicãdus
ſit ut leno,tamen ibi Ange.dicit,ꝙ
hodie hoc eſt correctum per text.
authen.ſed hodie.C.de adult.& idẽ
dicit Salic.in l.fine metu.C.eo.titu.
& ibi hoc firmat gloſſ.ſed iſtud in-
telligitur, quando illa uxor fuerit
emendata & correcta:& fuerit ad
melioris uitæ frugem conuerſa: ut
dicit Iaco.de Bello uiſ.in practi.cri.
in tit.de leno.4.colum.uer.& com-
28 mittitur lenocinium. ¶Tertiò eſt
ſciendum, quòd maritus leno ſuæ
uxoris punitur pœna mortis natu-
ralis.ſecundũ Afflict.in conſtit.ma-
29 riti lenocinium.¶Quartò eſt ſcien
dum,quòd mater,quæ fuit lena ſuę
filiæ, punitur pœna truncationis
naris.& hoc eſt uerum,quãdo quę-
ſtum facit ex ea,& pretium recipit:
ut habetur in conſtit.matres.ſed ſi
quæſtum non facit,ſed ſolùm con-
ſentit filiam luxuriari,& mœchari,
extra ordinem punitur:ut dictat re
gni conſtit.incip.matres.Excuſabi-
tur autem mater,ſi fecerit id pro-
pter extremam paupertatem,& nõ
habebat unde uiueret, niſi quæſtũ
de filia feciſſet:probãdo etiã,quòd
filia conſenſit dicto lenocinio: ut
habetur in alia conſtitu.incip.ma-
30 tres,quæ. ¶Quintò eſt ſciendum,
quòd fœmina,quæ fuerit lena alte-
rius fœminæ extraneæ, & ſibi non
coniunctæ,prima uice fuſtigabitur,
& ſignabitur in fronte:pro ſecunda
uice truncabitur ei naſus:ut habe-
tur in

tur in conſtit.lenas.ſed ſi fuerit mater lena filiæ uel ſororis,pro prima uice.eſt pœna truncationis naris,
31 ut ſuprà dixi.¶ Sextò eſt ſciendum, quòd ſi non fuerit ſequutus effectus(quia fortè mulier,cum qua lenocinium commiſerat,noluit conſentire,punitur leno pœna arbitraria.ſecundum Afflict.in d.conſti.le-
32 nas.¶ Septimò eſt ſciendum.quòd maſculus ob lenocinium commiſſum in quancunq; fœminam,punitur pœna mortis naturalis.ſecundum Afflict. in d.conſtitu.lenas.ut erat de iure communi:ut habetur in authen.de leno.in princip.& ita cautum eſt per regiam nouel.prag. incip. Ferdinandus dei gratia,&c. deſiderantes itaq; ab hac ciuitate. circa quam pragmaticam,ut aliqua
33 dicamus,eſt.¶ Primò notandum in tex.ibi:eſſe peſtiferũ genus,nephãdumq; nomen lenonum,quòd genus lenonum eſt peſsimum,ſceleratum,nephandum, crudele,odioſum,peſtiferum, & communis uaſtator caſtitatis:& quòd ideo lenones ipſi ſunt expellendi de ciuitate: ut in authen.de leno.§.ſiquis autem conſcriptionem.imò tanquàm leproſi ſunt fugiendi,& expellendi, ne inficiant,decipiant,& ſubuertãt bonas mulieres ſuis peſsimis,& peſtiferis artibus, & doloſis ſubuerſionibus,ac odioſis fallaciis: & ne de bonis faciant prauas:& inuitas faciant uolentes:ut C.de rap.uir.l. unica.circa uerſic.ſi enim ipſa.& §. fin.& pulchrè habetur per Iaco.de Bel.uiſ.in practi.cri. in ſecundo.de
34 leno.ubi multa habes. ¶ Et ob id emanauit conſtitu.incip. quæ paſſim uenalem.quæ uult,quòd meretrices,& lenones debent expelli,ut non habitent in uicinia honeſtarum mulierum,ne aliæ bonæ corrumpantur:ut bene in hoc concordat text.noſter in d.regia pragma.
35 ¶ In tex.ibi:qui miſerandas puellas à caſtitate,&c.notatur,quòd caſtitas eſt amica deo:& quòd ſola poteſt animas hominum præſentare coram eo:ut concordat tex.in authẽ.
36 de leno.in §.ſancimus igitur. ¶ In text.ibi:modo blandiciis.notatur, quòd à pari procedunt deducere, attrahere,& impellere mulieres ad luxurioſam uitam blãdiciis,uel minis.hinc eſt,quòd committens ſtuprum uel uiolentiam,punitur pœna mortis.& ſtuprum uiolentũ nedum dicitur,quãdo interuenit uis, & uiolentia uera: ſed etiam,ſi interueniſſent blanda uerba,& allectamenta,ac doloſę promiſsiones. & iſto caſu purificantur hæc,ut habeat locum pœna mortis.ſecundũ Afflict. in conſtitu.ſiquis rapere.in
37 ij.not.in iij.q. ¶ In text.ibi:ultimo ſupplicio debere condemnari.dubitatur num leno ſit puniendus hac pœna,ſi unica tantũ uice lenociniũ committit.& uidetur dicendum,quòd ille iudicandus eſt leno,& ut leno puniendus,qui ex cõſuetudine talia commiſit:& ſic ad minimum per duas uices:ut habetur per Iaco.de Bel.uiſ.in ſua practi.cri.in tit.de leno.in uer.alius etiã modus cõfirmatur.& etiã ex tex.ipſius regiæ prag. ibi:lenones,qui mulieres quæſtuarias proſtituunt.nõ dicitur quis leno,ut poſsit puniri illa pœna,ſi plures mulieres proſtituit.nam numerus plura

rus pluralis uerificatur ſaltē in duobus.l.ubi numerus.ff.de teſtib.nec poteſt uerificari in uno tantū,ſecundum Pau.de Caſt.in conſi.14.quem etiam uide in cōſi.102.& conſi.234.& tenet Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de teſt.§.j.uerſic.iiij.quæſtio.cogitandum tamen eſt in facti cōtin-
38 gentia.& p[illegible] nunc decido.¶In tex. ibi: receptatores eorum. notatur, quòd receptantes huiuſmodi lenones,puniuntur ſecundū qualitatem perſonarum:uidelicet baro,& uniuerſitas in unciis ducentis: nobilis burgēſis in unciis cētum:plebeius, uel uillanus in unciis quinquaginta.de iure uerò communi indifferenter puniuntur talium receptatores in decē libris auri,& in amiſsione domus.ut in authen.de leno.§.
39 ſiquis autem patiatur.¶Hic autem occurrit dubium an tabernarij receptātes dictos lenones puniantur hac pœna.& uidetur dicēdū,quòd non.quia (ut dixi ſupra in uerbo, bannum)tales tabernarij non tenētur de receptatione contumacium. per doctri.Barto.in l. omnes.C.de agri.& cenſit.ergo idem dicendum eſt in caſu noſtro.tu uerò dicas,ꝙ aut per tranſitum ignoranter receptaſſent,& tunc procedant prædicta,etiam in hoc caſu:aut cōtinuò, uel per plures dies receptaſſent ſcienter,ut quia ibi tenebant meretrices,& iſto caſu tenentur ad pœ-
40 nam prædictam.¶In tex.ibi:mandantes.duo notantur:primū, ꝙ in hoc crimine ex officio proceditur, & tenētur officiales ſub pœna unciarum centum inquirere:ſecundū, quòd officiales inferiores à magna curia uicaria poſſunt inquirere,& capere lenones:non tamē poſſunt contra eos procedere ad punitionem ipſorum:ſed debēt ſic captos bene cuſtoditos remittere ad magnam curiam uicariam,per eādem plectendos,non obſtantibus priuilegiis primatum cauſarum,ac aliis quibuſcunq;, ut ibi latè habetur:
41 quod eſt mirabile.¶Eſt etiā ſciendum, quòd leno eſt peior, quàm diabolus,ut habetur per Ioā.Neui-
42 za.in ſyl.nup.nume.42.¶An interficiens lenonem puniatur,& poſsit criminaliter accuſari,uide Iacob.de
43 Bello uiſ.in pra.nume.74.¶Itē eſt ſciendum,quòd lenones à teſtimonio repelluntur.ſecundū Bal.in tra. de teſtib.allegat l.athletas.§.j.ff.de inſa.& habetur per Steph.Aufre.in
44 tracta.de repro.teſt.nume.63.¶Itē eſt notandum,quòd lenociniū uilis perſonæ, eſt crimen extraordinarium:ut habetur per Bart.in l.le-
45 uia.ff.de accuſa.¶Admittuntur tamen lenones ad teſtimoniū de his, quæ fiunt in proſtibulo:ut per Mar. in conſil.102.nume.2.in ij.lib. item quando aliter ueritas haberi non poſſet:ut per eundem in conſil.113. nume.29.in ij.lib.& conſil.127.nu.8. in eo.lib.& de his hactenus.

¶Item quòd cōmiſit falſitatem. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Falſum committitur per eum, qui aliquem ſupponit loco abſentis dicētem, ſe eſſe illum.nume.9.*

2 *Notarius non habet neceſſe cognoſcere com*

re contrahentes per nomen & cognomen.
3 Indemnitas probatur per ſigna.numero 4.
5 Inſtrumentum nunquam reprobatur per teſtes inſtrumentarios:niſi probetur eſſe illos ipſos, qui deſcripti ſunt in ipſo inſtrumento.
6 Inſtrumentũ probatur falſum eo ipſo, quòd probetur contrahentium aliquẽ fuiſſe abſentem tempore celebrati cõtractus.
7 Vtens falſo inſtrumento punitur de falſo, & præſumitur fabricaſſe.nu. 8.11.21.
10 Identitas nominis arguit identitatem corporis.
11 Clauſula ſi,& inquantum operatur, ut utens falſò non puniatur de falſo.
12 Delinquere nemo præſumitur.
13 Falſitas ne committatur,nimia ſubtilitas adhibenda eſt.
14 Falſum ut excludatur,ſemper interpretandus eſt actus.
15 Falſitas ut excludatur,lex præſumit uarietatem loci,& temporis.
16 Vtens falſo inſtrumẽto poſtquàm certioratus eſt de falſo, non euitat pœnam falſi: etiam ſi produxiſſet cum clauſula ſi, & quatenus. numero 23.24.
17 Exceptionem habẽs in principio cauſa,& non opponens,non poteſt eam poſteà opponere.
18 Accuſatio redditur ſuſpecta,ſi nimis tarde fuit propoſita.
19 Notarius ſi nimis tardauit in regiſtrando inſtrumentum in protocollo, præſumitur ſuſpectus.
20 Dolus præſumitur in eo, qui poteſt obuiare delicto,& non obuiat.
21 Falſo utens,& ipſum fabricans,etiã ſi dixerit,nolle uti,punitur.
25 Teſtes ſingulares non probant.
26 Teſtium ſingularitas arguit dolum.
27 Teſtes diſcordes inter ſe ipſos nõ probant.
28 Teſtes quando ſint ſingulares.
29 Teſtes contrarij ſibi ipſis, nunquam ſunt ad concordiam reducendi.
30 Teſtes deponentes de abſentia cõtrahentium,debent dicere,quòd tota die contractus fuerunt abſentes.
31 Suſpicio falſi habetur pro ueritate.numero 32.
33 Dolum excuſat qualibet cauſa.
34 Bono uiro credendum eſt.
35 Falſum non poteſt dici,quod adiuuatur primordio ueritatis.
36 Falſitas non eſt,ubi non eſt dolus.
37 Falſitas non committitur,ubi quis lõgo tempore ſtetit in poſſeſſione, uigore inſtrumenti quod dicitur falſum.
38 Falſitas ubi nocet,punitur.
39 Vtens inſtrumento continente plura capitula in capitulo uero,ſi aliquod capitulum eſt falſum , punitur de falſo.
40 Vtens falſo teſte,qui aduerſario non nocet,& producenti non prodeſt,punitur de falſo.
41 Vtens falſo articulo per falſum teſtẽ, etiam ſi renunciat,punitur.
42 Falſa ſcriptura priuata utens ita punitur,ſicut ſi publica uteretur falſa.
43 Teſtes falſos producẽs compellitur eos iteratò in iudicio producere.
44 Teſtes falſos,uel ſcripturam falſam producens,quando puniatur.nu. 45. 46.47.48.49.50.51.52.53.
54 Inſtrumentum productum ſi cùm dicatur falſum,producens ſurripiat de manibus notarij,& in ignem proÿciat,an puniatur.
55 Teſtes falſos ſubducens,an, & quando puniatur.

56 Falſum crimen eſt deteſtabilius uene-ficio.
57 Falſum eſt crimen exceptuatū ab in-dultibus.
58 Notarius an dicatur falſarius, ſi ali-ter ſit dictum, quàm ſcriptum.
59 Error notarij per quot teſtes probe-tur: & an præſumatur, ſi admittit ſolennitates inſtrumentorum. nume-ro 61.
61 Notarius an, & quando poteſt corri-gere errorem ſuum.
63 Notarius an poſſit ſupplere clauſu-las omiſſas ab alio notario.
64 Inſtrumentum per quot teſtes probe-tur falſum, & quomodo.
65 Notarius an, & quando puniatur de falſo inſtrumento, ſi probetur aliter dictum, quàm ſcriptum.
66 Notarius an puniatur de falſo, ſi ſcri-pſit: talis habuit, & recepit, & reue-ra non habuit. nu. 67.
68 Inſtrumentum falſum in uno capitu-lo, an ſit falſum in omnibus.
69 Notarius an dicatur falſarius, ſi atte-ſtetur omnes canonicos interfuiſſe, cum unus abfuerit.
70 Notarius falſum conficiens inſtrumē-tum, qua pœna puniatur.
71 Notarius poteſt per torturam cogi ad exhibendam primam imbreuia-turam.
72 Teſtis deponens contra fiſcum qua pœ-na puniatur.
73 Falſum non committit, qui falſum deponit, credens eſſe uerum.

FISCVS.

AVdias queſo domine Iudex, quæ contra Inquiſitū obii-ciantur in crimine falſi: & tu Inquiſite arrige aures, quia uix ul-las uideo poſſe parari defenſiones.

¶ITEM inquirendū eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c. regnanti-bus, &c. dominante, &c. ſub præſi-datu, &c. Salerni, &c. d. Tit. teme-re, doloſe, ſcienter, & appēſatè ob-ripiēdo notario, animo falſum cō-mittendi, ipſum induxit ad fabricā-dum inſtrumentū remiſsionis, tan-quam initæ per hæredes dicti quō-dam Tit. & tamē re uera ſuppoſuit, & induxit Tit. & Tit. quos aſſeuera bat eſſe hæredes dicti quondā Tit. cùm ipſos aliter non cognoſcebat notarius: inducēdo etiam d. Tit. & T. ad mutandū ſibi ipſis nomina, & cognomina: taliter, ꝙ dictū inſtru mentū fuit confectū & expletū. in-cidendo in pœnam, &c. quod inqui rēdū eſt, &c. quod fuit &c. 1 ¶Falſum uerò cōmittit ille, qui ſciēter & do-losè per obreptionem inducit no-tarium ad faciendū aliquē contra-ctum tanquam factū ab aliquo, qui erat abſens, ſupponendo aliquē aſ-ſeuerantē, & dicentē, eſſe ſe illum, & ſic ſe nominantem per nomē, & cognomen. per text. l. qui ueluti. C. de fal. iuncta l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. 2 ¶Et ſi notarius hoc bona fi-de fecerit, non punitur: quia nota-rius nō debet, nec habet neceſſe co gnoſcere cōtrahētes. ſecūdū Bal. in l. fi. §. j. in 9. col. C. de iur. delib. & in rub. de fide inſtr. in 4. col. debet ta-mē tempore rogatus uidere, & au-dire partes loqui. ſecundū Inn. in c. fraternitatis. extrà, de teſt. nec ha-bet neceſſe cognoſcere nomina te ſtiū: niſi quādo habet neceſſe face-re mētionē de qualitatibus eorum: puta, nū ſint idonei, & poſsidentes in bonis. ſecūdū Bal. in d. rub. de fi. inſtr.

inſtr.in 4.col.nec tenetur reddere
rationẽ de idẽtitate contrahentiũ.

¶ITEM inquirendũ eſt, qualiter
omnes teſtes deſcripti in prædicto
inſtrumento deponunt examinati
per ſigna,& ueras coniecturas, ex
quibus de facili perpenditur non
fuiſſe hæredes dicti quondam Tit.
qui contraxerunt,ſed alios ſuppoſi
tos in uicem eorum, ut ſuprà di-
ctum eſt,quod inquirẽdum eſt,&c.
3 ¶Semper,quando conſtare nõ po
teſt de nomine,& cognomine ali-
cuius,uel de identitate,ſufficit pro-
bare ſigna ipſius,ex quibus uerifi-
catur identitas,uel diuerſitas homi
nis.ſecundũ Ang.Are.in §.quadru-
pli.inſt.de act.& Bal.in l.ſi quando.
C.de teſtib.& dixi ſuprà in uerb.uel
eos uerbaliter citari faciat.

¶ITEM inquirendũ eſt,ꝙ hære-
des dicti quõdã Tit.fuerũt,& ſunt
minores,impuberes,& abſq; bar-
ba,paruam perſonam habẽtes:& ꝙ
illi,qui contraxerunt,fuerũt,& ſunt
maiores,barbam habentes,& lon-
gi.quod inquirendum eſt,&c.quod
4 fuit,&c. ¶Diſsimilitudo autem ſi-
gnorum exiſtentiũ in perſona con-
trahentium in uicem abſentium,&
ipſorum abſentium, nulli dubium
eſt, quin inducat diuerſitatẽ perſo
narum.ſecundum Bar.in l.ſenatuſ.
ff.de accuſ.in fi.& in l.demonſtra-
tio.in fi.prin.de condi.& demõſtra.
& per conſequens uidetur conuin-
ci inquiſitus de falſo.

¶ITEM inquirendum eſt,quòd
teſtes examinati ſuper dictis ſignis,
ſunt illi ipſi,qui ſunt deſcripti in in-
ſtrumento,& uocantur iiſdẽ nomi-
nibus, & cognominibus,qbus illi,
& eædẽ perſonę ſunt quò ad om-
nia,quod inquirendũ eſt,&c. quod
5 fuit,&c. ¶Semper enim, quando
quis uult reprobare inſtrumentum
tanquã falſum per teſtes deſcriptos
in ipſo inſtrumento, eſt neceſſe,ꝙ
probet eſſe illoſmet teſtes, qui in
ipſo inſtrumẽto deſcripti ſunt:aliàs
non reprobatur,ut dicam infrà.

¶ITEM inquirendum eſt,quali-
ter eo die, quo prætẽditur, dictos
hæredes d.quondã Tit.feciſſe di-
ctum inſtrumẽtũ in ciuitate Saler-
ni,erant & fuerũt in ciuitate Baro-
li:taliter,ꝙ impoſsibile ſit,fuiſſe in
dicta ciuitate Salerni, quod inqui-
6 rendũ eſt,&c.quod fuit,&c. ¶Non
eſt dubitandũ,ſi probetur contra-
hentem fuiſſe abſentem tempore
celebrati contractus, quin ex hoc
inſtrumentũ reddatur falſum, per l.
optimã.C.de contra.& commi.ſti-
pu.& inſtitu.de inuti.ſtipula.§.item
uerborum.& c.ex tenore.de teſt.&
habetur per Alex.in cõſil.190.in vj.
lib.& ibi habes,quomodo intelliga
tur.& habetur per Boër.in deciſio.
165.in prima parte.& ſic non eſt du
bitandum,quin debeat procedi ad
condemnationem ex prædictis.

¶ITEM inquirendum eſt,quali-
ter dicto inſtrumento falſo d.Tit.
uſus fuit in iudicio,ipſumq́; produ-
xit,& prçſentauit,& uſus fuit uſque
ad finem cauſæ ſcienter,& doloſè
quæ omnia conſtant ex actis cau-
ſæ:quę reproducẽtur ſi,& in quan-
tum.incidẽdo in pœnam,&c.quod
inquirendum eſt,&c.quod fuit,&c.
7 ¶Ex hoc etiam conuincitur quis
de falſo, quòd utitur inſtrumen-
to falſo in iudicio:ut habetur per

Ang.in authen.de non alie: §. quia uero, el.iii. colla.i. & habetur per Bal.in cõſi.146.in v.lib.& hodie eſt deciſum in regno per nouell. prag.
8 incip.teſtem falſum ¶ Et intantùm id eſt uerum, ut utens re falſa, præſumatur eandem fabricaſſe: niſi doceat expreſsè de fabricante. ſecundum Bal.in l.maiorem.C.de fal. & Alexan.in l.ſi quis obrepſerit.ff. eo.tit.& ſic clarè patet, debere procedi ad cõdemnationẽ inquiſiti ex prædictis. ¶ I N. Audiſtis, quòd in ore uulgi eſt: audias alterã partem, ſi uis rectè iudicare. quare conſiderentur, quæ aduerſus hæc obiecta proponuntur: & uidebũtur omnia
9 abſque fundamento ſtare. ¶ Et primò eſt aduertendũ, quòd tria ſunt, quæ pro parte fiſci adducuntur. primum, diuerſitas ſignorum ſuppoſitorum ad contrahendum cum his, quorũ nomina & cognomina ſunt appoſita in inſtrumento: ſecundum eſt, abſentia prolata die celebrati contractus eorum, quorũ nomina fuerunt deſcripta in inſtrumento: tertium eſt, uſus inſtrumenti prætenſi falſi. Ad primum, & ſecundum euacuandum poteſt probari, quòd ipſe inquiſitus nunquam cognouit heredes dicti quondam Tit. nec cũ eis fuit uiſus & auditus habere, & habuiſſe aliquam conuerſationem, & cognitionem: maximè, cùm ſint de diuerſis locis: item, quòd ſtante dicto inquiſito in ciuitate Salerni, quodam die fuit ei relatum, iſthuc aduenisse duos iuuenes, qui dicerentur hęredes d. quondã Tit. item quòd hoc audiens acceſsit ad eos interrogando, quo nomine & cognomine uocarentur: qui dixerunt ſe uocari & cognominari nominibus & cognominibus, de quibus in inſtrumento, aſſerentes ſe eſſe hæredes d. quondã Tit. item, qualiter ipſos rogauit de remiſsione prędicta, qui libenter promiſerũt, prout poſteà effectualiter fecerunt. item, qualiter non doloſè, ſed bona fide dictus inquiſitus credens prædictis induxit & rogauit notariũ ad fabricandũ dictũ inſtrumentũ. itẽ, qualiter pro remiſsione prædicta ſoluit ducatos centũ: quos non ſoluiſſet, ſi ſciuiſſet, illos non eſſe hæredes dicti quondã Tit. Item, ad hoc demonſtrandũ probetur, quòd de facili poterat habere remiſsionem à ueris hæredibus dicti quõdam Tit. cum dicta pecuniarũ quãtitate: & ſic nõ eſſe uериſimile, quòd uoluiſſet ipſam habere à falſis, & non ueris hæredibus. Itẽ, quòd ueri hæredes dicti quondã Tit. uocantur & cognominantur illiſmet nominibus & cognominibus, quibus illi
10 deſcripti in inſtrumento. ¶ Et ſic identitas nominis arguit identitatem corporis: niſi contrariũ probetur. l. qui habebat. ff. de ma.teſta. & per Alex.in l.diuus.de cuſto.reo. & una coniectura tollitur per aliam, ut plenius, quàm alibi, per Boer.in deciſio.165. prima parte. ubi docet,
11 quomodo tollantur indicia. ¶ Quò uerò ad id, quod dicitur, quòd uſus fuit in iudicio dicto inſtrumẽto, reſpondetur, quòd uſus fuit cum clauſula ſi, & inquantum, quæ eſt clauſula conditionalis: taliter, quòd id, quod ponitur ſeu producitur cũ illa clauſula, uidetur ſub conditione poni,

ni ſeu produci:& reſoluta cõditione,habetur pro non producto & præſentato.l.in tempus.in princ.ff. de hære.initi.l. hæc conditio.ff.de condi.& demõ.l.cum ad præſens.ff. ſi cer.peta.l.conditiones in præteritum.ff.de uerb.oblig. & habetur per Bar.in l.ambitioſa.ff. de decre. ab ordi.facien. antepe.col. Bal.in l. edita.C.de eden.in 19.col.in repetitione.Philip. Corne. con.80.primo lib.in deciſiuis cõſultationibus.nu. 4.& cõſi.283.nu.2.in præſenti conſultatiõe.in 3.lib.hinc eſt,quòd per illam clauſulam euitatur falſum per producentem:ut docet Cyn.in l.ſi falſos.C.de fal.And.de Iſer.& Affli. in cõſti.qui falſo inſtrumento.nec obſtat, quòd non fuit extenſa ſi,& inquantum inſtrumentum apparebit uerũ,quia ibi eſt poſita dictio &c. quæ extẽditur,ut ſuprà. nec obſtat quatenus poſſet dici,quòd illa clauſula operatur,ut quatenus probet pro producẽte intelligatur productio facta:quatenus uerò contrà, non: quia reſpondetur, quòd uirtus clauſulæ nõ,eſt arctanda , cùm habeat largas habenas,& utrumq; eſt apta ſignificare:& in iure clarũ eſt,quòd eſt conditionalis,ut ſuprà dixi.& nõ eſt conditionalis in uno, & in alio non:quia lex generaliter loquens,generaliter eſt intelligenda,ut eſt notiſsimi iuris.ex quibus ad ultimum infertur,quòd cùm facta fuerit productio cũ dicta clauſula,apparet ipſum noluiſſe liberè illo uti,ſed ſub cõditione: ſi pro ſe faceret,& ſi ueritatem contineret. non enim dicitur facere pro eo id, quod falſum eſt:ſed contra eũ:cùm ex eo poſſet puniri criminaliter,&
12 in perditiõe cauſæ.¶ Et nõ eſt præſumendũ,ipſum uoluiſſe delinquere.l.merito.ff.ꝓ ſocio.Bal.in l.moueor. C.ſi ſer.expor.ue.ſemp enim capienda eſt cõiectura,ut excludatur delictũ:ut cõſuluit Cor.in cõſi. 101.in 2.lib.nu.25.etiam,ubi cõcurreret coniectura,& præſumptio includens delictũ.nam debet attendi excluſiuè,ut potius iudicetur non delictum:ut per Grãma.in deciſio. 18.nu.5.& cõſuluit Lud.Ro.in cõſi. 68.uiſis in propoſitis. habetur per Bar.in l.nõ ſolum.§.ſed ut probari. ff.de no.oper.nũcia. ſemper enim, quãdo quid producitur cum clauſula ſi, & quatenus , uidetur excludi falſum,quia falſum pro eo non facit,quia eſt delictũ punibile,& non cauſat uictoriam cauſæ,ſed perdi-
13 tione,& ipſius punitionẽ.¶ Et de iure,ne cõmittatur falſitas,nimia ſubtilitas adhibẽda eſt.l.fi.& ibi Bal.C.
14 de fideiuſ.¶ Intãtũ,ut ſi ſit aliquod uerbum aptũ importare falſitatem, fiat interpretatio,ut nõ importet. ſecundũ Bald.in l.j.C.de ſa.ſan.eccle.& in l.errore.C.de teſta.& Bar. in l.gerit.in v.col.ff.de acqui.hære.
15 ¶ Hinc etiã uidemus, quòd ut excludatur falſitas,lex præſumit uarietatem loci uel temporis.ſecundum Bal.in l.imperator.2.col.ff.de ſtatu. hom.Alex.in l.iuris gentiũ.§. quod ferè.ff.de pact.& Sali.in l.de tutela. C.de reſti.in integ.& Alex.in conſ. 70.in prima parte.¶ F I S.Ne ultra progrediamur,ad hoc ultimũ fundamentum de uſu inſtrumenti reſpondeo, quòd etiamſi prædicta poſſent procedere:tamen nõ pro-

cedant, quando producens certioratus, quòd ſit falſum instrumentũ productum cum dicta clauſula, ſtatim non renuntiat uſui ipſius: ſed uſque ad finem cauſæ perſeuerat utens ipſo, quia licet poſteà renuntiet, non euitat pœnam falſi: ut habetur per Sali.in l.ſi falſos.C.de fal. & Gandi.in tit.de falſa.2.col.uerſic. ſed pone.ratio eſt, quia licet à principio potuiſſet dici, quòd erat ignorans, & habuiſſet ex hoc excuſationem: certioratus tamen de falſitate dicitur in dolo, ut ff.de libe.homi. exhiben.l.ij.§.ſi is, qui.& arg.ff.de pact.l.iuriſgentium.§.fine.& l.ij.§. circa.ff.de do.exceptio.& ſequitur Ange.de Are.in lib.malc.in uerbo, falſario.in vij.columna.in fi.uerſic.
17 ſed pone: Titius. ¶ Quod quidem corroboratur, quia licet quis ſit tutus aliqua exceptione, ſi potuit opponere ante litem conteſtatam, & non oppoſuit, non poteſt ea amplius ſe tueri, ſecundum Salice.in l. ita demũ.ff.de pro.& exceptio non oppoſita in prima cauſa per malitiam, non poteſt opponi in cauſa appellationis.ſecundum Abba.in c.
18 primo.de excep. ¶ Item confirmatur, quia ſi accuſator diu ſtetit ad accuſandum, eius accuſatio redditur poſteà ſuſpecta, & præſumitur eſſe in dolo: ut conſuluit Bal.in cõſ. 37. primo lib.incip.quidã tabellio. in fi.& ſequitur Marſi.in ſua praxi. §.diligenter.num.201.& ibi allegat conſil. Bald.incorruptè, ſed uoluit
19 eũ allegare, ut ſuprà. ¶ Tertiò confirmatur, quia ſi notarius tardauit in regiſtrãdo inſtrumẽtum in protocollo, oritur ſuſpitio de falſo cõtra eum ex illa tarditate: ſecundum Paulum de Caſtro, in conſil.281.in cauſa iſta quinque. col. prima.lib. primo.& pari modo ſi pars diſtulit producere inſtrumentum, oritur ſuſpitio de falſo cõtra eum: ut probatur in l.ſi quis forte.§.j.ff.de pœn. ibi: nec enim debebant tã magnam rem tandiu reticere.& per Oldra. conſi.105.factũ tale eſt uacante eccleſia.& ſequitur illũ Aymo.Crauc. in cõſi.28.aſſertum teſtamentũ.nu.
20 vj.in pri.lib. ¶ Quartò confirmatur quia dolus præſumitur in non obuiante delicto, cùm poteſt: ſecundũ Abb.Sicu.in c.quantitate.de ſentẽ. excom.facit xxiij.q.iij.c.qui poteſt. cùm ergo hic uſus fuit uſque ad finem cauſæ, & orta quæſtione falſi non renuntiauit, non poteſt euita-
21 ri quin de falſo puniatur. ¶ Itẽ hoc confirmatur, quia licet aliàs quis in falſum nõ incidat, utens inſtrumento falſo: niſi facta inſtãtia, ut declaret, an uelit uti, & ei aſsignato termino ad declarãdum.iuxta doctri. Bar.in l.diuus. ff. de fal.la.2. quam approbat Ange.de Are.in lib.male.in uerbo, falſario.in 7.col.uerſic. ſed cautela eſt.tamen quando falſitas eſt notoria, in actis abſq; partis inſtantia debet declarare, ſe nolle uti: aliàs in falſum incidit.ſecũdum Sali.in l.ſi falſos.C.de fal.& eſt ratio, quia præſumitur eſſe in dolo, qui non facit id, ad quod ſcit & ſcire debet ſe teneri.ſecundum Bart. in l.tutor. qui repertorium, in ij. colum.in fi.ff. de adminiſtra.tuto. & l.dolus.& ibi Barto.ff.man. & l. procuratorem.§.dolo.eodem titulo.& Alexan.in l.ubi.ff.de edendo.

ſed

ſed data notorietate falſitatis,tenetur renuntiare:ergo ſi non renuntiat,uidetur in dolo.item non eſt dubium,quòd falſitas eſt de genere prohibitorũ.quare quandocunque eſt notoria,qui ei non renuntiat,uidetur eſſe in dolo. ſecundum Bald.in l.dolum. C. de dolo.& ibi Doct.& no.in l.ſi non conuitij.C. de iniu.& in l.j.C.de falſ.cùm ergo, quando notoriè conſtaret ex actis de falſitate prædicta,non renunciauerit uſui dicti inſtrumenti,non poteſt euitari,ut de falſo non condem

22 netur. ¶Imò plus dico,quòd licet renuntiaſſet à principio orta quæſtione falſitatis, uel anteà, adhuc non euitaret falſum: quia præſupponitur ipſum fabricaſſe falſum. quo caſu licet renuntiet, adhuc tamen punitur de falſo,quia non eſt ſimplex uſus:ſed concurrit fabricatio falſitatis:ut habetur per Angel. de Are.in lib.maleſi.in uerbo,falſario. ¶ I N Q V I. Subtiliter inſurrexiſti domine Fiſce aduerſus excuſationes & defenſiones per me propoſitas:ſed parum,aut nihil ueritati

23 ti officere poſſunt. ¶Quare ſciendum eſt,quòd prędicta omnia procedunt,& habent locum, quando uerè falſitas apparet in actis probata:ſecus,ſi præſumpta tantùm:ut in terminis decidit noſtrorũ interpretum uetus antiſtes Alberic. de Roſa.in l.diuus.ff.de fal.la.ij.ſequitur pater practicæ crimina. Angelus de Are.in libro maleſi.in uer-

24 bo,falſario.in vij.columna. ¶Item procederent dictę doctrinę,quãdo producens eſſet certioratus de falſitate,& eſſet inſtatum,ut declararet,an intẽderet uti.per doctrinam Bald.in l.fi.C.ſi ex fal.inſtru.in fin. quia non debet ex ſeipſo ultro renuntiare,quam doctrinam corroboro per deciſionem Capi.67.in fi. cùm ergo in caſu noſtro non conſtet de dicta falſitate notoriè, nec ſit certioratus,prædictæ doctri.nõ procedunt, nec obſtant, & ꝙ non probetur ex actis falſitas inſtrumenti uerè. patet, quia teſtes deponentes ſuper ſignis contrahentium, & diuerſitate ſignorum eorum qui reuera erant hæredes dicti quondam talis,omnes ſunt ſingula

25 res. ¶ Et clarum eſt, quòd teſtes ſingulares non probant: ut habetur in l.ob carmen.§.fina.C.de te-

26 ſtibus. ¶Imò teſtium ſingularitas arguit dolum. ſecũdum Baldum in l.iuriſiurandi. C.de teſti.in ij.colũ.

27 uerſi.deinde no.¶Item dicti teſtes ſunt diſcordes inter ſe,ut uideri poterit:& ſic non probatur ſecundum Bartolum.& Alexan.& docto.in l. ij.§. creditum.ff. ſi certum peta.& Barto. in l.inſulam.§.fructus.& ibi Imo.in pri.oppo.uerſi.& hoc inducit. & ibi Alexand.ff. ſolu. matri.& Ioan.And.in addi.Specu.in ti.de teſti.§.iam de interrogatoriis.& Bar. in l.ſi finita.§.ſi ante hoc decretũ. ff.de damno infec.Ang.in l.qui ſen

28 tentiam.C.de pœnis.¶Et quòd teſtes examinati ſint ſingulares,probatur, nam tunc dicuntur teſtes ſingulares , quando eorum dicta recipiunt ſeparationem ex diuerſitate factorum.ſecundum Baldum in l.j.C.ſi unus ex plu. appe. ad fi.ante uerſicu. quæro utrum. & Bartol.in l.ij.§.ſi dubitetur.quem-

admo.teſta.aperia. & Bal.in l.apud antiquos.prima col.uerſi.item no. illam uulgatam.C.de fur.& in l.pri. viij.q.de teſta.& in l.ij.in ij.colum. C.de bon.poſ.ſecundum tabu.cùm ergo dicti teſtes partim dicãt,ꝙ d. T.induxit notarium ad faciendum contractum,& ꝙ ei dixit,ꝙ d.tales eſſent hæredes quondã T.& ꝙ uocaretur nominibus & cognominibus,ut in inſtrumẽto:partim uerò, ꝙ ipſe nihil dixit:ſed ꝙ dicti tales aſſerebant ſe eſſe hæredes, & uocari & cognominari,ut inſtrumento cauetur:ſequitur, ꝙ ſunt ſingulares,& contrarij:item diſcordes in ſignis contrahentium, ut patet ex actis: ergo ſequitur, ꝙ eis non eſt
29 adhibenda fides.¶Item duo teſtes primi examinati ſunt cõtrarij ſibiipſis:quo caſu nunquam ſunt reducendi ad concordiam,ſic quidem, ut probent: ſecundum gloſſ.But.& Abba.in c.in noſtra.de teſti.Bartol. in l.eos.de fal.Iacob.But.in l.cũ de ætate.de probatio.But.in c.cùm tu. de teſti.uerſi.de primo.& Alexand. in l.inter ſtipu.§.j.de uer.obli.Alex. in conſi.132.in prima parte.& conſi. 42.in iiij.parte.& in l.j.de no.oper.
30 nuntia.¶Prętereà teſtes deponentes de abſentia hæredum d.quondam talis,nõ deponunt, quòd per totam illam diem contractus fuerunt in ciuitate Baroli, & quòd nõ potuerunt alibi eſſe, ut requiritur. ſecundum Alexand.in conſil.190.in vj.lib.& ſic ex his habetur non eſſe probatam falſitatem. ¶ F I S. Vtiq; ſi cuncta rimares, & perfunctoriè non pertranſires,agnoſceres ueri-
31 tatem. ¶ Scis enim, quòd ſuſpitio falſi pro ueritate habetur: niſi ille ſuſpectus probet ueritatem.ſecundum domi.Archi.in ca.memoriam. xix.diſtinct.allegat.l.iubemus.C.de probat.& plene habetur per Marſi. in rubrica.ff.ad le.Cor.de fal.& ſic licet plena probatio fortè non adeſſet,nõ poſſet tamen negari,multas ſuſpiciones, & indicia, ac præſumptiones de falſitate adeſſe: ex quibus meritò debeat procedi ad condemnationem. ¶ I N Q V I S I. Si bene inſpicerẽtur doctores loquentes de hoc,non utique ita di-
32 xiſſes.¶ Nam prædicta procedunt, ut poſsit ad capturam procedi:non autem quò ad condemnationem. ſecundum Afflict.in conſtitutio.qui literas.de fal.& dicit hoc uelle text. in l.iubemus.& Deci.in conſil.175. incip.in cauſa falſitatis.imò Gramma.in cõſi.30.nu.5.tenet,quòd prędicta procedunt in actione falſi ciuiliter intentata:non autem,quan-
34 do criminaliter. ¶ Prætereà nouè habemus,quòd quęlibet cauſa,etiã iniuſta,excuſat à dolo:ut eſt gloſ.in l.plagij.in uerbo, iuſta.C.de pla.& l.j.in fin.de abi.l.igitur.§.illud.ff.de lib.cau.& Alexan.in §.duo fratres. in 9.colum.ff. de uerbo.obligatio. Iaſon in l.ſiquis maior.9.colum.C. de tra.Ange.in l.fi.in prin.ff.de eo, per quem fa.erit.ubi etiam dicit,ꝙ cauſa temeraria excuſat à dolo.Bartho.Soci.in cõſi.118.incip.uiſis narratis.uide circa tertiam dubitationem prima parte.ubi dicit,ꝙ quælibet cauſa beſtialis excuſat à dolo. cùm ergo ex probatis in proceſſu ſatis cõſtet,quòd inquiſitus habuit iuſtam cauſam credendi,illos nominatos

minatos in proceſſu fuiſſe, & eſſe hæredes ueros dicti quondam talis (quia ipſi hoc aſſerebant, & ab aliis erat ei relatum) ſequitur, quòd excuſatur à falſitate: maximè, quia erant, & uidebãtur boni uiri. Et habemus etiam, quòd credendum eſt bono uiro: ut eſt gloſ. nota. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonſtratio. quam dixit ſingu. Bal. in ca. ſanctorum. de præſcrip. & in c. cùm contingat. de reſcrip. & Pe. de Anc. in c. fi. extra. de appel. & Angel. in l. prima. ff. de eo, per quem fa. erit. & Ioan. de Imo. in conſtitutio. 104. & plenè per Marſi. in practi. crimi. in
35 §. principium. nume. 8. ¶ Præterea illi deſcripti in inſtrumento uocantur, & cognominantur, ſicut illi hæredes dicti quondam T. & ſic dictũ inſtrumẽtum adiuuatur primordio ueritatis: & ſic non poteſt dici falſum. nam in iure eſt concluſio communiter approbata, quòd non poteſt dici falſum id, quod adiuuatur primordio ueritatis. l. cùm filius. §. hæres meus. & ibi Bartol. Ioan. de Imo. & Albe. de Roſa. & l. eum, qui. §. fina. ff. de ſolu. pro quo conſuluit Aymon Graue. in conſil. 46. num. 8. primo libro. Philip. Cor. in conſi. 26. hæc conſultatio. nume. 15. ij. libro.

36 ¶ Imò ſtantibus prædictis, inuitis dentibus eſt dicendum, quòd non adeſt dolus in eo: & ubi non eſt dolus, & certa ſcientia, non datur falſitas. ſecundũ Hoſti. in c. in ſumma. extrà. de cri. fal. per l. nec exẽplum. C. de fal. & l. quid ſit falſum. & l. diuus. ff. eo. titu. ſequitur Marſi. in rubrica. ff. de fal. Veronen. conſil. 21. & conſi. 24. Bertran. cõſi. 175. iij. lib. nume. 8. Marſi. in cõſil. 111. nume. 14. ij. lib. & cõſi. 70. nu. 7. pri. lib. & cõſi. 77. nu. primo, ij. lib. & cõſi. 89. nu. 12. lib. Bal. cõſil. 33. iij. lib. nume. 2. Alber. de Roſa. in d. l. nec exemplum. & in l. ſi ex l. nume. 4. ff. ad l. Iuliam. de adulter. & in l. ex quibuſdam. §. diuus. ff. de iure fi. Ange. de Are. in lib. malefic. in uerbo, falſario. in prin. & nouiſsimè eſt ſtatutum in regno per regiam nouellam pragmaticam in-
37 cipi. teſtem falſum. ¶ Præterea diu
eſt: quòd dictum inſtrumentũ confectum fuit, & productum in iudicio, & ibi admiſſum, idq; ſuo uigore. diu eſt etiam quòd d. T. inquiſitus nõ fuit moleſtatus: quo caſu uidetur dici poſſe, quòd falſitas non cõmittatur: per ea, quæ ſcribit Aymo. Graue. in conſil. 65. numero. 11. primo lib. ubi ſiquis utitur inſtrumẽto, licet falſo, quum longo tempore ſteterit in poſſeſsione, nõ cõmittitur falſitas. quia ex quo longo tempore illud inſtrumentum fuit obſeruatum, cẽſetur approbatum: & per conſequens ceſſat falſitas. allegat pro hoc Bal. in conſi. 37. quidã tabellio. lib. pri. pro quo etiam dicit facere id, quod ſcribit Cy. inter cõſilia Bal. in allegationibus ſuis, quæ ſunt poſt cõſi. Bal. 400. ſuper primo pũcto, colum. prima lib. iiij. allegat etiam Bald. in conſil. 402. quæritur, an per ſolam diffamationem. in fin.
38 lib. v. ¶ Præterea tunc falſitas punitur, ubi aduerſario nocet, & adfert damnum: ut late tu domine iudex dixiſti in iiij. parte tertiæ partis principalis huius praxis. hic autem nullum damnum adfert: ergo non punitur. ¶ IVDEX. Datis pro ueris

bis,quæ per inquiſitū adducta fuerunt,cùm pro maiori parte in facto conſiſtant,non eſt dubitandū quin excuſetur à falſo:& ita cenſeo iuris eſſe.ſed ne uidear ſurda aure pertrãſire,in hac materia falſitatis aliqua ſummatim dicere decreui, ut ſic ualeatis materiam criminis falſitatis ſcire.& pri.ad materiam regiæ pragm.teſtem falſum.eſt ſciendum.

39 Quod adeò eſt uerum,quòd utens ſcriptura,inſtrumento,uel teſtibus falſis,puniatur de falſo,ut ſi aliquis produxerit inſtrumentum plura capita cõtinens,& eo utatur in capite uero:ſi tamen idipſum etiã contineat capitulū falſum,licet eo non utatur,ꝙ de eo non ſit uis quęſtionis,teneatur tamẽ pœna falſi.ſecundum Ioan.And.in addi. Specula.in titu.de inſtru.edi.§.poſtremò aliàs eſt.in §.ſequen.in addi.quę incipit. huic dicto. quem refert & ſequitur Alexan.in l.ſi unus,in fi.C.de teſta. & eſt ſatis notabile dictum.& habetur per Gandi.in tit.de falſar.ij.col. uerſicu.ſed quid ſi inſtrumẽtum.& in §.ſubiiciamus.eo.tit.

40 ¶ Item intantùm eſt uerum,quod utens falſo puniatur de falſo,ut ſi quis utatur teſte, qui aduerſario nõ nocet, & producenti non prodeſt,nihilominus teneatur de falſo.per doctri. Bal.in l.fin.C.ſi ex fal.inſtru.quam ad hoc allegat Bertra.in ſuo repertorio.in uerbo,falſum.uerſi.105.ubi ad hoc allegat Paul.de Caſtr.conſi. 148.& habetur per Gandi.in titu.de fal.uerſi.ſubiiciamus.

41 ¶ Item adeò procedit præcedens concluſio,ut ſi aliquis produxerit falſum teſtẽ ad probandum falſum articulum,licet poſteà renunciet, puniatur tamen pœna falſi.& eſt ratio,quia non eſt ſimplex uſus:ſed concurrit fabricatio falſitatis: niſi teſtis deponeret extra articulum.ſecundum Bart.in l.ſi falſus.C.de fal.Bart.& Bald.in l. iij.in fi.C.de fi.inſtru.pro quo uide Capitiū in deciſio.67.incip.in cauſa magnifici Annibalis.

42 ¶ Item adeò procedit,ut etiam puniatur de falſo producens ſcripturam priuatam falſam,& ea utens:ſicut puniretur, ſi produceret publicam ſcripturam falſam.ſecundum Baldum in l.fina. prima colum.in fine.C.de fi.inſtrumen.& Barto.in l.penul.C.de proba.& habetur in l.Lucius.ff.ad municipa.& per Alexand.in l.diuus.ff. de fal.

43 ¶ Item eſt adeò uera dicta cõclusio,ut ſiquis produxerit falſos teſtes, cõpellatur ad ipſos iterum præſentandum in iudicio,orta quæſtione falſitatis.per doctri.Bal. in l.fina.C.de fi.inſtrumen.colum. fin.uerſiculo.quæro,nunquid.& ita fuit deciſum in ſacro regio conſi.ut teſtatur Capitius.in deciſio.60.

44 ¶ Limitantur tamen prædicta pluribus modis.pri.ut procedant,quæ dicta ſunt ſuprà.ſi ſcienter,& doloſè fuerit facta productio falſitatū: ut dixi in quarta parte tertiæ partis principalis huius praxis.& habetur in indiuiduo in d.pragmati.teſtem falſum.quia ſi fortè apparebit per ignorantiã id fuiſſe factum,etiamſi teſtes depoſuerint ſuper falſo articulo(quo caſu dixi ſuprà teneri de falſo producentem,licet renuntiauerit uſui) probata, ut dixi,ignorantia excuſatur.ut latè per Capit. in deciſio.67.incip.in cauſa magnifici

ſici Annibalis.& per ea,quę habentur in dicta deciſio. reprobatur id, quod dixit Moder. Cauen.in dicta pragma. teſtem falſum.num.3.dum dicit,quòd ille ſcienter dicitur producere teſtẽ falſum, qui eum produxit ſuper articulo falſo.

45 ¶ Secundò limitantur prædicta,ut procedant, niſi producens renuntiauerit uſui ſcripturarum uel teſtium productorũ intra octo dies poſt publicationem in cauſa, ut in dicta pragmati.habetur.quam ego intelligerem procedere, ſi præceſſiſſet proteſtatio,& inſtantia partis aduerſę,ut declaret,an intendat uti teſtibus, & ſcripturis. nam ſi non pręcedit inſtantia partis,non tenetur ultro renuntiare. imò ſi ſponte renuntiaret, non euitaret pœnam falſi. quia uideretur declarare dolum adhibitũ in falſitate, & in productione,ſecundum Areti.in capit. pręſentium.quinta columna.extrà. de teſti.& ſequitur Capit. in dicta deciſio. & qui non renuntiat,eò, quia per partem non eſt inſtatum, non punitur: licet poſtea reperiatur falſum, id quod fuit productũ. quia iſtud non eſſet uti, ſed uſum eſſe:& tũc aderat bona fides.ſecundum Baldum in indiuiduo,in l.fin. C.ſi ex fal.inſtrumento.in fin.colũnæ.uerſicu.pone ergo. ſed contrarium poteſt attentari retentis terminis regiæ pragmaticæ:quoniam ex actis facta publicatione in cauſa reſultat notorium: ut habetur per Innocen.in capitu.ex inſinuatione. extrà.de appellati.& per Angelum in l.ſi.pars.ff.de inoffi.teſta.ſi ergo notorium reſultat clariſsimè, erit producens informatus de falſitate. quo caſu debet ex ſe renuntiare uſui:aliàs incidit in falſum.& ita intelligit doctri.Bart.in l.diuus.ff.de fal.la ij.& Angel.in libro maleſi.in uerbo,falſario.Salice.in l.ſi falſos. C.de fal.dum ibi dicit,quòd ita demum eſt uerum, quòd utens non incidit in falſum: niſi fuerit ipſi ſtatutus terminus ad declarandũ,utrũ intendat uti, nécne, quando non fuerit inſtructus de falſitate,uel inſtrui non potuerit.& eſt ratio,quia præſumitur eſſe in dolo ille,qui nõ facit id, ad quod ſcit & ſcire debet ſe teneri: ſecundum Bartolum in l. tutor.in ſecunda columna.in fin.ff. de adminiſtratione tutorũ.& l.dolus.& ibi Bar.ff.mã.& l.procuratorem.§.dolo.eodem titu.& Alexan. in l.ubi.ff.de eden.ergo data notorietate tenetur ex ſe renuntiare:& ſi non renũtiat,uidetur in dolo.ſed tenẽdo primam partem,unico fundamento deſtruuntur omnia allegata in cõtrarium.nam non eſt uerum, quòd facta publicatione in cauſa reſultat notorium de falſitate:& ꝙ utens eſt informatus & certioratus de falſitate ipſa: bene tamen uerum eſt,ꝙ reſultat notoriũ de probatis:ſed utrum ea ſint falſa, nequaquàm:cùm adhuc id à partibus nõ ſit dictum:nec de eo ſit uis quæſtionis.& licet contrarium forte ſit probatum per aduerſam partem:non tamen ex hoc poteſt dici conſtare de falſitate. ſed bene eſt cõflictus probationum, & ſtat pro poſsibili, ut ita ſit uerum id, quod probatur & ꝓducitur ab una parte: ſicut id,quod probatur ex aduerſo pro

pro alia parte:taliter,quòd nō da-
tur,niſi materia iudici inquirēdi de
falſitate in alteram partium , ut in-
frà dic.i.& bona fides,quæ in prin-
cipio fuit circa productionem in
producēte , pari modo poterit eſſe
facta publicatione in cauſa : cùm à
principio producens cogitauit,o-
mnia poſita per ſe poſſe probari.
doctrinæ autem allegatæ procedūt
orta qōne falſitatis , & facta publi-
catione in cauſa ipſius falſitatis:uel
quando in proceſſu ciuili clarè ap-
paret de falſitate.nō autē intelligū-
tur , quando eſt facta publicatio in
cauſa principali , in qua fuit facta
productio.quia eo caſu requiritur
initiatia partis,ut dixi.& ita practi-
catur , & quotidie ſeruatur in iudi-
ciis,ut etiam refert Moder. Cauen.
46 in dicta pragma.¶ Tertiò limitan-
tur prædicta non procedere,quan-
do falſitas reſpectu uſus eſſet cau-
ſata per errorem.quia eo caſu non
eſt punibilis.quia id , quod per er-
rorem factum eſt,dicitur ſine con-
ſenſu factum.l.ſi per errorem.ff.de
iuriſ.omn.iud.& ideo dicebat Alex.
conſi.55.4.lib.inci. perſpectis.v.col.
quòd falſitas cauſata per errorem,
operatur , quòd actus non ſortitur
effectum.allegat Bart.in l.demon-
ſtratio falſa.§.j.in vj.q.ff.de cōdi.&
demon.& per Afflict.in cōſtitu.qui
falſo inſtru.ibi:item no.ex text.ibi:
47 neſcius. ¶ Quartò limitātur,ut nō
procedant,quādo id,quod produ-
ctum eſt , adiuuatur primordio ue-
ritatis , per ea , quæ ſuprà dixiſti tu
48 Inquiſite.¶ Quintò limitantur , ut
non procedant,quando productio
fuerit facta per procuratorem cum
generali mandato:ut latè habetur
in deciſio.Capi.67.per totā.de qua
49 ſuprà ſæpius eſt facta mētio.¶ Se-
xtò limitantur,ut non procedant,
quando falſitas non eſt aduerſario
nocitura,uel damnum inferre non
poteſt,per ea, quæ dixi in quarta
50 parte tertiæ partis.¶ Septimò limi-
tantur prædicta,ut nō procedant,
quando producēs probaſſet de ue-
ritate contentorum in inſtrumēto.
nam licet inſtrumentū ſit forte fal-
ſum circa indictionē,uel alia ſub-
ſtantialia:non tamē punitur pœna
falſi : ut habetur per Gandi.in ſuo
opere malefi. in tit.de falſari in uer.
51 quæſtio talis eſt.¶ Octauò limitan-
tur prędicta,ut non procedāt,quā-
do producens eſſet illiteratus , &
produceret inſtrumentū quo dixit
uelle uti,& in eo ſint defectus,quia
ibi non ſint anni Domini,& ſit dif-
ferentia ſigni ad ſigna eiuſdem no-
tarij in aliis chartis.quia ex quo hic
pręſumitur potius error,quàm do-
lus,& malitia , non tenetur pœna
falſi:ut habetur per Gandi.in tit.de
falſar.uerſicu.ſequitur uidere aliam
52 quæſtio.¶ Nono limitantur prædi-
cta,ut in omnibus caſibus quando
quis excuſatur à fabricatione falſi,
fortiùs excuſatur ab uſu & ſic in il-
lis caſibus prædicta nō procedunt.
53 ¶ Decimò limitantur prædicta , ut
non procedant in producente fal-
ſam narrationem.ſecundū Bal.in l.
quicunq;.in ulti.colū.C.de ſer.fugi.
ſiquidem tantummodò procedunt
in producente falſas probationes.
54 ¶ Cæterum ſiquis in iudicium à ſe
productum inſtrumentū,quum ab
aduerſariis falſum dicatur de mani-
bus

bus tũc magiſtri actorum ereptum
in ignem proiiciat, an pœna falſi
afficiendus ſit? uidetur dicendum,
quòd nõ. quia ſi licet ad euitandam
pœnã falſi abſtinere ab uſu per de-
clarationem uerbo factã: quòd nõ
intendit uti. ut l. ſi falſos. C. de fal.
fortiùs poteſt declarare facto: ca-
piendo illud inſtru. & lacerãdo uel
cõburendo. ſed in contrariũ con-
ſuluit Pet. de Ancha. in conſi. 173. in-
55 cip. circa primum. ¶ Quid ſi aliquis
ſubornauit teſtes, ut falſum dicerẽt,
an ſi poſtea deſiſtit ab uſu, euitet
pœnam falſi, iuxta formam regiæ
pragma. dicas, quòd non: ſed puni-
tur per l. ſi falſos. & ibi Cy. & Sali. in
56 fin. C. de fal. ¶ Secũdò principaliter
eſt ſciendum, ꝙ crimen falſi eſt de-
teſtabilius ueneficio, & homicidio,
ſecundũ Ang. in auth. de nup. §. mi-
norem. in tantũ, ut homo deueniat
ad nihilum inter homines: quia di-
citur eo caſu ſine fide, & confiden-
tia: ut dicit Cy. in l. tranſigere. C. de
tranſac. & firmat Gram. in cõſi. 109.
nu. 11. in ciuilibus. & ſi eſt nobilis,
qui cõmittit falſitatẽ, perdit nobi-
litatẽ, ſecundũ Luc. de Pen. in l. mi-
lites. iij. colũ. C. de dignita. lib. xij. &
firmat Afflic. in conſtitu. qui literas.
57 in v. q. in fi. ¶ Hinc eſt, quòd eſt cri-
men exceptuatũ, & non includitur
in generali indultu facto de rebus
criminalibus. ut in l. Lucius. ff. ad
Turpi. ſecundũ Alber. de Ro. in ru-
bri. de cri. fal. & Grã. ubi ſuprà. quod
nõ procedit, ſi indultus eſſet factus
de carceratis, & non eſſent carcera
ti, niſi pro crimine falſi: ut per Hip-
po. de Mar. in rubri. de fal. nume. 31.
58 ¶ An ſemper notarius dicatur cõ-
mittere falſum, ſi aliter reperiatur
ſcriptum quàm ſit dictũ? & dicas, ꝙ
ſic, ſi ab inſtru. cõfecto per eũ remo
uentur uerba, & mẽs cõtrahentiũ.
Bart. in l. quoties. §. j. ff. de hære. in-
ſti. uer. iij. lex ponit. dicit, quòd non
præſumitur falſum feciſſe doloſè:
ſed potius præſumitur id cauſatum
ex errore: ſi tamẽ ex aliis coniectu-
ris, & circunſtãtiis, uel indiciis aliud
non ſuadetur. quod quidẽ dicit ibi
Alex. eſſe uerũ, & confirmat per l. ſi
finita. in prin. cum ibi not. & ibi per
Imo. ff. de dam. infec. ibi: dicit dixiſ-
ſe. & in l. ita ſtipulatus iiij. colũ. ff. de
uerbo. obli. & in l. itẽ. §. fi. ff. de pac.
& per glo. & Bar. in l. cũ proponere
tur. de lega. iij. ſequitur Fran. Are. in
conſi. 47. col. ij. & Mar. conſi. vij. nu-
me. 24. & conſi. 51. nu. 31. & cõſi. 104.
nu. 27. & conſil. 132. nu. 10. Alex. con-
ſil. 52. in fi. vij. uolu. & conſil. 87. nu. 7.
eo. lib. & conſi. 179. nu. 3. in fi. eo. lib.
& conſil. 74. incip. uiſo teſtamento,
59 primo uolu. nu. 4. ¶ Et per quot te-
ſtes probetur error notarij, in con-
ſil. 247. incip. reuerende. ij. uolu. nu-
me. 6. cũ ſequen. Cepola. conſil. 27.
nu. 4. notarius enim habet præſum-
ptionẽ iuris pro ſe: adeò, ut liqui-
diſsimè conſtare debeat de falſi-
tate contra eum. per Aymo. Graue.
conſil. 75. nu. 8. primo lib. Bertrã. cõ-
ſi. 61. nu. 16. primo lib. plenè Boër. in
deciſio. 116. prima parte. nu. 2. cũ ſe-
quen. & Grãma. deciſio. 60. nu. 6. &
conſi. 66. nu. 29. in ciuilibus. Alciatus
in trac. de præſumptio. xiij. præſum.
nu. 10. cum ſeq. & Feli. in ca. ex lite-
ris. in iij. conclu. de fi. inſtru. Pet. de
Ancha. conſil. 287. qui principaliter.
colũ. j. Dec. in cõſil. 175. Marſi. in l. j.
nu. 71.

nu.71.C.ad l.Cor.de ſicar.& in rubrica de fideiuſ.colũ.9.nu.56.Notarius enim nũquam punitur,niſi cõſtet de eius dolo:ut dicit Alciat.ubi ſuprà.& per Alex.conſil.88.ij.col.in
60 quarto libro.¶ Sed ibi dicit Alcia. non procedere id,quod ſuprà dictum eſt,quando notarius omitteret ſolẽnitates inſtrumentorũ.quia in eo caſu præſumitur potius dolus,quàm error:& punitur de falſo: & conſuluit Aymo Graue.in conſil.75.nu.6.in primo libro.licet dicat Soc in cõſil.98.in tertio lib.nume.16.id procedere in teſtamentis: non in aliis inſtrumentis.ſed ad id reſpondet Alciat.ubi ſuprà,& ſequitur Bal.in l.ſi poſt diuiſionem.C.de iur.& fa.igno.& Guliel.Bene.in repet.c.Raynutius.in uerbo,in eodẽ teſtamento relinquẽs.el prima.nu-
61 me.51.¶ Vnum tamen ſciendũ eſt, quòd ſi notarius ſit excellens perſona,& omitteret iſta ſolennia,nõ tenebitur de falſo.ſecundũ Barba. in repetitione rubricæ.de fideiuſ. 35.col.quem refert & ſequitur Guliel. Bene. in loco ſuprà allegato.
62 nume.eodẽ.¶ Sed quòd ſi notarius omiſerit ponere ſubſtantialia in inſtrumento,an poſsit illud corrigere,& emendare illum ſuũ errorem. Bal.in rubrica C.de fi.inſtru.in vij. colũ.in fi.uerſi.ſed pone,quòd tabellio dicit,quòd ſi errauerit notarius in non apponendo diẽ,uel cõſulem in inſtrumẽto,uel alia ſubſtãtialia, poterit illa poſteà emendare,& corrigere:ſed ſi ſit quæſtio in facto errore,& iam ſit orta quæſtio erroris inter partes,tunc non poterit notarius aliquid corrigere,niſi iudice mandante:aut nulla quæſtio erroris ſit orta inter partes,& tunc ſi reaſſumpſerit inſtrumentũ,& tradiderit parti, non poterit: ſi uerò non reaſſumpſerit,nec parti tradiderit,tũc poterit corrigere,& emẽdare errorem ſuũ,de quo pleniſsimè per d.Vital.de Camba.in tract. clau.in clau.de erro.nota.in uerbo, reſtat uidendũ,an notarius errorẽ ſuum poſsit corrigere.uide etiam plenè per Dec.& Guliel.Maine.& Bar.in l.ſi librarius.ff.de reg.iur.ubi
63 pleniſsimè.¶ Et an alius notarius poſsit ſupplere clauſulas ex errore omiſſas per notarium mortuum:& dicas, quòd ſic,mediante decreto curiæ.& ita practicaui,& uidi practicari.pro quo uide Iaſ.in l.argentarius.in princip.ff.de eden.& in l. Gallus.§.idem credendũ.ulti.& pe. col.ff.de lib.& poſtu.& habeo unã addi.in lib.meo.Bald.in rubrica.de fid.inſtru.quòd ita practicauit do. Ioancola de Vicar.Salerni ſub diẽ xvij.Iunij.an.1529.quod eſt notãdũ.
64 ¶ Sed quæro per quot teſtes probetur falſum inſtrumentũ,& quomodo.hanc quæſtionẽ pleniſsimè tangit Feli.in ca.cũ Ioannes.extra. de fid.inſtru.nu.25.qui ex dictis omnium docto.facit duas cõcluſiones.prima concluſio ſecundũ eum eſt,quòd duo teſtes in inſtrumẽto deſcripti,poſſunt ipſum reprobare, & probare falſum.& habet locum iſta cõcluſio,etiamſi illi duo teſtes deponant per probationes diuerſi generis adductas ad cõcludendum unum totũ:ut ibi per Feli.& per Pe. de Ancha.ſecundũ eum in conſi.73. incipien.uiſa limitata concluſione.

limi

limitatur iſta prima cõcluſio,ut nõ procedat,quando eſt caſus,in quo ex diſpoſitione legis inſtrumẽtum non admittit probationem in contrarium.ſed hæc prima limitatio reſtringitur quatuor modis,ut ibi per eum ſecũdo limitatur,ut procedat, quando ex parte actoris eſt inſtrumentum:ex parte uerò rei producuntur duo teſtes cõtradicentes illi inſtrumẽto.ſed ſi econtrà ex parte actoris producerentur teſtes:ex parte uerò rei produceretur inſtrumentum,ſtandum eſt inſtrumento: niſi plures teſtes,quàm duo contra ipſum producãtur.ſed dicit ibi Feli.ſibi non placere hanc limitationem.tertiò limitatur præcedens cõcluſio, quando teſtes deponentes contra inſtrumẽtum aſsignãt rationem dicti ſui ultro,& nõ interrogati.aliàs enim non reprobarẽt inſtrumentum.quartò intelligitur, & declaratur,quãdo pro inſtrumento non eſt probatio coadiuuãs . aliàs ſi aliquis teſtis deſcriptus,uel non deſcriptus coadiuuaret inſtrumentum,requirerẽtur plures ad reprobãdum inſtrumentũ ſecundũ qualitatem,& numerũ coadiuuãtium. quintò declaratur,ut teſtes deponentes contra inſtrumentum ſint undiq; idonei,& omni exceptione maiores.nõ enim ſufficeret, quòd eſſent aliàs ſimpliciter idonei.ita, ꝙ modicus defectus uitiat.in quo uerſatur multũ arbitrium iudicis.& de hoc uide ad longum per Aymo. Craue.conſil.56.nu.9.primo lib.ubi dicit ſine dubio procedere hoc, quando uolo reprobare inſtrumentum per teſtes nõ deſcriptos in inſtrumento,ut procedit præcedens concluſio:ſecus ſi uellem reprobare per teſtes inſtrumentarios,quia non requiritur,quòd ſint teſtes omni exceptione maiores.Sextò declaratur,ut procedat,quòd duo teſtes ſufficiunt ad reprobandum inſtrumentum,ut nõ probet:non autem,ut notarius poſsit de falſo cõdẽnari,ſed bene ſufficiunt,ut acerrima fiat indago de falſo:& operãtur ad torturam.ſecundũ Salic.in l. in exercendis.C.de fi.inſtru.licet dicat idem Sali.quòd ſi eſſent plures, quàm duo teſtes,omni exceptione maiores deponentes cõtra inſtrumentum aliàs nõ coadiuuatũ,bene ſufficerent ad puniendũ notarium. quod non uidetur omnino placere Feli.in d.loco:de cuius ueritate infrà uidebimus.ſecũda cõcluſio eſt, quòd poteſt etiã reprobari,& probari falſum inſtrumentũ per teſtes deſcriptos in ipſo inſtrumento.& procedit hæc concluſio,ſiue teſtes deſcripti in ipſo inſtrumento,& reprobantes ipſum , ſint de teſtibus neceſſarijs inſtrumenti:ſiue de non neceſſariis:quia fortè ultra competentẽ numerũ.itẽ procedit,ut non ſolũ reprobent inſtrumentũ narrãdo aliter fuiſſe dictum,quàm ſcriptum:ſed etiã,ſi ſimpliciter dicãt,ſe nõ interfuiſſe.quod quidẽ nõ procedit,ſi ex aduerſo probaretur per alios teſtes deſcriptos uel non deſcriptos,illos fuiſſe pręſentes.ſecũdò intelligitur ita demum id procedere,ſi teſtes dicentes,ſe nõ interfuiſſe,probent hoc per alios teſtes , quia ſi ipſi ſoli hoc dicerent, nõ probarẽt,ut qui ſint ſingulares,

ſed

ſed in hoc dicit contrariũ idem Feli.ubi ſuprà,quòd per dictos teſtes licet ſingulares reprobatur inſtrumentum:quod conſulendo approbat Aymo.Graue.in cõſil.56.nu.17. prima parte.dicens non eſſe ſingulares:& dicit hoc tenere Soc.conſil.28.ij.col.uer.ſed ad hoc claré reſpondetur.lib.iij.ubi dicit hanc eſſe communem opinionẽ.item procedit dicta ſecunda concluſio,etiamſi eſſet unus teſtis deſcriptus in inſtrumento contradicens ei.quia ſi per alios probat,ſe nõ interfuiſſe, ſiue ſit de neceſſariis,ſiue nõ,uitiatur inſtrumentũ.quod procedit,ut dixi,ſi per alios probetur,ipſum nõ interfuiſſe.aliàs ſi eſſet ſolus licet faciat uacillare inſtrumentum,ſi eſt de neceſſariis teſtibus deſcriptis in inſtrumento,& niſi alio ipſum adiuuetur:nõ tamen probatur falſum. limitatur dicta ſecũda concluſio,ſi teſtes deſcripti producti ad impugnandum, non dicerent aliud,niſi quòd non recordantur interfuiſſe: uel de his,quæ dicuntur in inſtrumento fuiſſe geſta.& hoc nõ eſt uerum in ſcriptura publica: ſecus eſt in ſcriptura priuata.quia ſi teſtes ita deponerent,uacillaret illa priuata ſcriptura.limitatur ſecũdò,ſi pro inſtruméto ſint duo teſtes,quia eis ſtabitur,& probabitur ſaltem eius tenor,etiã ſi illi non ſint deſcripti. ſed hæc limitatio intelligitur,dummodò impugnantes non excedant numerum teſtiũ coadiuuantiũ inſtrumentum,nam ſi coadiuuantes ſint plures,uel numerus hinc inde ſit æqualis,ſtabitur inſtruméto propter authoritatem notarij:ſed ſi teſtes impugnantes narrent ſeriẽ facti,& dicant rẽ aliter fuiſſe,uel non interfuiſſe,tunc procedant prædicta.ſed ſi deponerent uerbis merè negatiuis,præferuntur illi duo teſtes pro inſtruméto:quia affirmãt. & ſtatur potius duobus teſtibus affirmantibus, quàm mille negantibus.ſecũdò intelligitur hæc limitatio,dummodò teſtes coadiuuantes deponant directè cõtra impugnãtes:ut ſi hi dicant,ſe non interfuiſſe:iſti dicant,ſe interfuiſſe:& ſi dixerint,rem aliter ſe habuiſſe:iſti dicant,ſic ſe habuiſſe tempore ſcripturæ.aliàs enim, ſi coadiuuantes ſimpliciter atteſtarentur,rẽ ita fuiſſe,& non dicerent tempore confecti inſtrumenti,non probarent pro inſtrumento,quia ſtant iſta ſimul; factum à principio ſic ſe habuiſſe, & tempore confecti inſtrumẽti nõ ſic fuiſſe dictum à partibus,uel nõ ſic à notario lectum.tertiò intelligitur,dummodò teſtes coadiuuantes deponant in numero ſufficienter.nam ſi eſſet inſtrumentũ,in quo requirerentur quinq; teſtes,ut codicillus,nõ ſufficeret ad ipſum coadiuuandum producere duos teſtes:ſed deberent eſſe quinq;.quod intelligitur,ut ibi per Feli.intelligitur etiam,ut procedat, dummodò probetur illos teſtes reprobatorios eſſe illoſmet,qui ſunt in inſtrumento deſcripti:ut latè in dicto loco per dñ.Feli.quem refert & ſequitur Alexan.in cõſil.190.in vj.lib. nu.31.& per totum illud conſilium latè defendit teſtamentum, quod allegabatur falſum,eò, quia teſtes aliqui deſcripti dicebant,ſe nõ interfuiſ

terfuiſſe:& eſt pulchrum conſilium. & in cõſi.53.in 7.lib.latè conſuluit, qualiter debeant deponere teſtes, reprobare uolentes inſtrumentum: & quòd debeant eſſe omni exceptione maiores:& quòd etiam nõ interrogati debeant reddere cauſam ſciétiæ:& quòd in notario præſumatur potius error,quàm dolus. in conſi.160.aliàs 27.in 2.lib.in cauſa & lite dominę Bartholo.ibi: ꝙ ſemper præſumitur error in notario,& non dolus.& ibi:quomodo per teſtes reprobetur inſtrumentũ. & ſequitur doctr.Fel.& doc.per eũ allegatorũ.& in conſi.17. ponderatis his.in 3.lib.ubi habetur, ꝙ duo teſtes inſtrumentarii contradicentes inſtrumento,quamuis non ſint de numero neceſſario,reprobãt inſtrumentum.& in conſi.42.in 4.lib. uiſis & ponderatis.ibi: quomodo debeãt deponere teſtes cõtradicétes inſtruméto:maximè,quãdo dicũt,nõ fuiſſe aliquid dictũ.quia debent dicere,ꝙ illo tempore nõ potuit dici,quin audiuiſſent.& ibi:an teſtes ſint ſingulares,ſi deponãt,nõ interfuiſſe,unoquoq; deponéte de ſeipſo.& alia multa.& per Soci.in conſi.46.col.fi.in fi.ubi dicit,quòd non probat inſtrumentum,ſi unus ex teſtibus ibi deſcriptis cõtradicat inſtruméto:uel,ſe nõ interfuiſſe,dicat.& in cõſi.142.col.ij.in fi.& in cõſi.171.col.ij.in prin.& quòd inſtrumentũ reprobetur per duos teſtes, etiã in ipſo inſtrumento nõ deſcriptos.& in cõſi.274.col.9.uer.poſtremò dico.& per Corn.in cõſil.261.in 4.lib.nume.10.ubi concludit communem eſſe opinionem,quòd per duos teſtes inſtrumentarios fides inſtrumenti uacillat.& ibi pulchrè habes, quomodo debeãt deponere teſtes:& diſputatur plenè,quomodo defendatur inſtrumentum à falſitate obiecta.& in conſi.260.lib. 4.nume.2.habes,an inſtrumentum carens debitis ſolennitatibus præſumatur errore,an dolo confectũ. & in cõſi.216. in 4.lib.habetur, per quot teſtes reprobetur inſtruméntũ. & ibi dicitur,ꝙ per duos, uel tres. & per Are.in cõſi.38.ubi habetur,ꝙ per duos teſtes reprobatur inſtrumentum,ſi ſunt de deſcriptis in eo. & per Cor.in cõſi.232. nu.5. pri.lib. & per Bertran.conſi.265.2.lib.etiam cum his.& an teſtes mortui deſcripti in inſtrumento iudicentur pro inſtruméto,plenè per Aymo.Craue.conſi.56.primo lib.& per eundé in cõſi 75.nu.56.primo lib.& ibi etiã habes,quòd ad hoc,ut inſtrumentum reprobetur per teſtes, debeãt ipſi deponere de toto eius tenore: ut nu.28.& ibidem: an reprobetur inſtruméntum per teſtes,quorũ quilibet deponit de ſenſu ſuo,ſe non audiuiſſe proferri tale quid per diſponentem:ut nu.29.& per Marſil. conſi.27.num.14.ibi:an reprobetur inſtrumentum,ſi duo ex tribus teſtibus inſtrumentariis cõtra inſtruméntum deponant,& illorũ tertius deponat pro inſtruméto.uide plenè per Guliel.Mainer.in l.ubi repu-

65 gnãtia.ff.de reg.iur.¶ Sed redeundo ad quæſtionem ſuprà poſitam: an prædicta procedant,ut taliter arguatur inſtrumentum de falſo, ut notarius ualeat, & poſſit puniri: ego puto diſtinguendum:aut dici-

tur inſtrumentũ falſum,quia ſit ſcri
ptum aliter,quàm à partibus ſit di-
ctum:& tunc aut ex aliis cõiecturis
& indiciis probatur de dolo nota-
rii,& agitur directè contra notariũ
de falſo,& tunc ex prædictis dico
notariũ puniri de falſo:aut ex aliis
coniecturis & indiciis non conſtat
de dolo notarii.& tunc ex his,quæ
ſuprà dixi (ꝙ uidelicet potius præſũ
matur error notarii,quàm dolus)
non poteſt puniri.& hoc modo nõ
procederet dictũ Sali.ſuprà relatũ.
aut dicitur inſtrumentum falſum,ꝙ
teſtes deponant,non interfuiſſe:&
tũc ſi nõ coadiuuatur inſtrumentũ,
& agitur directè contra notarium
de falſo,procedat dictum Sali.iun-
ctis aliquibus aliis cõiecturis,quia
ceſſant tunc oppoſitiones Sali.ubi
ſuprà:aut non agitur contra nota-
rium de directo, ſed inter partes
dicitur inſtrumẽtum falſum,& pro-
bantur prædicta,tunc nõ procedat
dictum Salic.ſed tunc iudex per di-
ctas probationes poteſt ſubtiliter
procedere cõtra dictum notarium
ad indagandam dictam falſitatem,
ſed ad unum eſt aduertẽdum,quòd
Salic.in d.l.in exercendis. non di-
xit id,ad quod allegatur per Felin.
nempe quòd ſi per quatuor teſtes
probetur inſtrumentum falſum ſuf-
ficiat ad condemnandum notariũ
ſed bene dicit, quòd ſi duo teſtes
contradicunt inſtrumento non di-
catur inſtrumentum falſum:ſed ſu-
ſpectum de falſo. ſed ſi ſint plures
teſtes, ut quatuor, probetur uerè
falſum inſtrumentum,ſed certè po-
teſt dici,quòd ex dictis Sali.reſultat
id,quod dicit Feli.uidelicet,ꝙ ſuf-
ficiat ad cõdemnandũ notarium de
falſo,quia ſi uerè inſtrumentũ pro-
betur falſum per quatuor teſtes cõ
tradicentes inſtrumẽto,ſecũdum di
ctum Sali.ſequitur quòd notarius
eſt falſarius:& ſic de falſo puniri poſ
ſet.& ita etiam illud dictum Sal.in-
telligit Bert.in ſuo reperto.in uer-
bo,notarius an & quando de falſo
tenetur.uer.24.ſed uide Capi.in de-
ciſio.94.incipien.in cauſa Ioannis
Pauli,per quam habes,quòd nõ ſta
tur nec inſtrumento , nec teſtibus
contrariantibus inſtrumẽto ad cõ-
demnandum:ſed bene ad inquirẽ-
66 dum,uel ad torturã. ¶ Quòd ſi no-
tarius ſcribat:talis conſtitutus co-
ram nobis habuit,& recepit duca-
tos centum,re uera autem probe-
tur,pecuniam non fuiſſe numera-
tam,an notarius teneatur de falſo?
Bar.in l.ſingularia.ff.ſi certum peta.
quem ſequitur ibi Alex.dicit,quòd
ſic.& ſequitur Bal.in rubr.C.de fide
inſtru.in 4.col.& conſuluit Cor.in
conſi.61.in 3.lib.& conſi.216. nume.
6.4.lib.& Ange.de Are.in lib.male.
in uerbo, falſario. uerſi. quæro, ta-
bellio.tenet contrarium,per doctr.
Bar.in l.prædia.ff.de acqui.poſ.quæ
opinio communiter reprobatur:ut
per Alexãd.ubi ſuprà:pro quo uidẽ
Marſi.in conſi.100. nu.15. Iaſo.in l.
67 ſingularia.ff.ſi cer.petatur. ¶ Excu-
ſabitur autem notarius à pœna fal-
ſi,ſi fortè probetur conſuetudinem
in regione illa eſſe ſic ſcribendi.ſe-
cundum Bald.in rub.C.de fi.inſtru.
uel ſi ſcripſit id partibus mandanti-
bus:maximè,ſi in inſtrumẽto appa
ret, ipſum ſe aliquatenus retuliſſe
ad confeſſionẽ ſeu mãdatũ partiũ.

ſecundū Bal.ibi.uel ſi uerba notarii de neceſsitate nō ſignificāt realem numerationem, ſed poſſunt aptari ad fictam:& hoc modo procedat opi.Bar.in d.l.prædia.ſecus ſi de neceſsitate ſignificāt realem, & effectualem numerationem.quia tunc procedit opinio contra Bart.& hoo modo cōcordātur opiniones ſecūdū Vero.cōſi.22.4.col.& ideo dico, ꝙ iſta uerba,habuit,& recepit,ſi aliud non dicatur de neceſsitate,nō inferunt realem ſatisfactionem:ſed aptari poſſunt ad fictā per confeſſionē partium: uidelicet,habuit & recepit,ut ipſę partes cōfeſſæ fuerūt.ſed ſi dicatur:habuit & recepit in preſentia mei notarii:uel ſi dicatur,dedit & numerauit in noſtra p̄ſentia,tūc hæc uerba malè poſſent aptari ad fictā ſolutionē ſignificatā per confeſsionem partium: & ſic notarius incidit in falſum,& ita intelligo quæ dicta ſunt ſuprà.uide Bald.in l.uni.C.de confe.in 9.& 10. col.& in l.ſi ex cautione.C.de non nu.pe.poteſt etiā probari ad excuſationem notarij.ꝙ fuerit demonſtratum marſupiū, in quo eſſe uериſimiliter uiderentur dicti ducati centum:& ꝙ pro tāto pars aduerſa receperit.item poteſt probari legalitas,bona uita, & fama ipſius notarij.item poteſt probari bona exiſtimatio ipſorum contrahentium: ita,ꝙ nō poterat uideri uериſimile, ipſos ſe inuicē decepturos, taliter uerò etiā ꝙ quilibet credidiſſet eis cōtrahētibus.tūc enim excuſaretur notarius eis credēdo.arg.eorū.quęno.Marſi.in ſua praxi cri.§.principium.nu.8.cū ſequē.& tūc ſubdatur alius articulus, quòd partes ipſæ unanimiter mādarunt ipſi notario, quòd ſcriberet ita,quia ita ſe haberet ueritas.iſtis probatis puto excuſari notarium à falſo,quia qualibet iuſta cauſa excuſatur:pro hoc facit, quia notarius credēs ſchedulę excuſatur.ſecūdum Alex.in l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.

68 ¶ Quòd ſi inſtrumentum ſit falſum in uno capitulo, an ſit idcirco falſum in omnibus? reperio in hac quæſtione tres opiniones.prima fuit glo.l.ſi ex falſis. C.de tranſact. diſtinguentis,quòd aut capitula ſunt ſeparata, aut connexa.primo caſu non reddit̄ falſum in aliis capitulis ſeparatis.2.caſu ſic. ſecūda fuit opi.Bar.Brixiē. in quæſtionibus ſuis 138.incip.aliquod inſtrumentū.& glo.in ix.diſtin.c.ſi ad ſcripturas ſacras.ut ibi per Archi.& gl.23.q.v.c.quid ergo.ꝙ totum inſtrumentū reddatur ſuſpectum per falſitatē unius capituli.& hanc opinionē tenet Marſi.de Fano.Iacob. de Are.& Galeo.& Specu.in tit.de inſtru.edi.§.reſtat.uerſi.quid ſi aliquod inſtrumentū.& hanc ſequitur Inno.extra.de offic.delega.c.cū in iure peritus.& extra.de hære.c.fraternitatis,ut refert Alber.de Roſa. in.d.l.ſi ex falſis.ubi dicit dictā opinionem de ſcripto iuris rigore eſſe ueriorē,modò notarius iurauerit, ſe ſuū officium fideliter exerciturū. c.ad audiētiā.extrà. de præſcrip.ex quo ergo peierauit falſum cōmittēdo in uno capitulo,ſuſpectus etiā eſt in aliis capitulis.l.ſi cui.§.iiſdē. ff.de accu.c.ſemel malus. extrà.de reg.iur.tertia fuit opinio.Bart.in.d. l.ſi ex falſis.& ante eum Martinus.

Silla.& Cy.ibidem,ut refert Alberi. de Roſa.quòd inſtrumentum eſt ſu ſpectum,& falſum propter uitiũ no tarij,& ratiõe falſitatis:aut propter alium defectum.primo caſu in totum eſt falſum. ſecundo uerò caſu aut defectus eſt circa ſubſtantialia, ut circa diem & conſulẽ:& uitiatur totum,aut circa ſubſtantiam inſtrumenti, & tunc proſequere, ut per Bart.ibi.& in hac opinione uidentur concurrere Alber.Sali.& Ange. & magis cõmuniter ſcribentes:ut refert Iaſ.ibi.& ſequitur conſulendo Cor.in conſi.lxj.in 3.lib.nu.23.& Alex.conſi.42. in 4.lib.ſanè tamen eorum dicta intelligenda ſic ſunt, ut procedant, ſi pars non fatetur aliud capitulum:ſed ſimpliciter dicit totũ falſum,ad cuius probationem adducit falſitatẽ unius capituli,nec ex aduerſo probatur ueritas aliorũ capitulorum:ut uoluit Bald. conſulendo in cõſi.228.in 2.lib.inci. in quodã inſtrumento.& ita intelligitur glo.in l.ij.C.de fal.quã ſimpliciter ſequutus fuit Bald.in d.l.ſi ex falſis,prout etiã tenet ibi Iaſ.in 2.limitatione.itẽ procedunt prædicta, quando falſitas eſt in capitulo ſubſtantiali:ſecus,ſi in aliis.item procedunt prædicta,quando ſumus in uerè falſo:ſecus,ſi in præſumpto, uel quaſi falſo:puta,in raſura inſtrumẽti, & ita uidetur tenere Alber.ubi ſuprà,& cęteri doc.ſi rectè inſpiciatur.refert & ſequitur Iaſ.ubi ſuprà, uide etiam Cor.in conſi.149.2.lib. & cõſi.163. nu.7.in 4.lib.

69 ¶ Quòd ſi notarius dicat omnes Canonicos interfuiſſe,uel omnes de collegio, quum eorũ unus abfuerit, an dicatur falſarius?Bal.in l.fi.C.ſi cen.uel rele.dicit, quòd ſic,argu.l.ſi is,qui ducenta.§.utrũ.de re.du.ſed Bal.in l.j.C.cõmunia de leg.dicit, quòd ſi in inſtru.dicatur,ꝙ omnes cõſiliarij interfuerũt,& appareat,ꝙ aliqui non interfuerũt, ſaluabitur inſtrumentum.dicit tamẽ Bat.quẽ ſequitur Alex.in l.inter omnes.ff.qui ſatiſd.cogã.quòd ſi in inſtru.dicatur, quòd talis reformatio proceſsit de uoluntate omniũ de collegio,intelligitur omniũ ſcilicet præſentium, plura alia exempla,& plures etiam caſus,quibus notarius poteſt falſificare inſtrumenta, uide per docto.

70 ¶ Videamus modò,quæ nã pœna ſit ſtatuta in regno cõtra notarium falſum fabricantẽ inſtru.in quo breuiter,quicquid ſit de iure cõmuni, in iſto regno eſt pœna ultimi ſupplicij.per tex.conſt.Iudices.ſub titulo.de apparitoribus,& ita fuit deciſum in ſacro regio conſi. Neapo.ut teſtatur Capi.in deciſio.253. incip. notarius Petrus. & Gram.in deci. 27.licet Afflict.in dicta conſti. iudices.intelligat illã conſti. procedere in falſificãte acta iudicialia, & non cõtractus extra iudiciales:& malè, ut ex prędictis patet.

71 ¶ Quòd ſi orta ſuſpitione falſi contra notarium appareant teſtes cõtradicentes inſtru.& fiat inſtantia ut notarius exhibeat matricem ſcripturã, & primam imbreuiaturã:ipſe uerò nõ uelit producere,uel differat,an poſsit torqueri:dicas,quòd ſic.ſecundum Bal.in rub.C.de fi.inſtru.uerſi.quęro.dixi ſuperius.& Frã.Cur.in cõſi. 56.nu.38.& Lud.Roma.in cõſi.174. in ult.col.ubi dicit,quòd neminem habet

72 habet contradicentẽ. ¶ FIS. Qua pœna plectatur teſtis deponẽs falſum cõtra fiſcũ? ¶ IV. Dicas, quòd eſt pœna arbitraria. ſecundũ Marſi. in l.j.§.præterea.nu.6.ff. de ſicar.&
73 Alex.in cõſi.55.in 7.uol. ¶ Item eſt aduertendũ, quòd qui, quũ credit ſe dicere ueritatẽ, dicit falſum, non eſt periurus, & falſarius. ſecundum Bald.in l.ij.§.quod obſeruari.in iij. no.C.de iura.calũ. & ſequitur Pet. de Anc.in c.ij.de iur.cal.in vj.quos refert & ſequitur Feli.in c.j.circa fi. de lit.cõte.in vj.& Marſi.in con.77. & in d.l.j.§.præterea.nu.13. & Feli. in c.ſi autẽ.de reſcrip.2. col.& procedunt prædicta etiã in teſte dicente falſum, quũ credat eſſe uerum: ut plenè per Marſi.in rub.ff.ad l.Cor. de fal.nume.3.

¶ Item quòd fuit captus in flagranti crimine. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Captus in flagranti crimine debet damnari ex abrupto.*

2 *Defenſio non eſt danda capto in flagranti crimine.*

3 *Ordo iuris non eſt ſeruandus in capto in flagranti crimine.*

4 *Appellatio non admittitur in flagranti crimine.*

5 *Capi à quocunque poteſt repertus in flagranti crimine.*

6 *Clericus in flagranti repertus poteſt per laicum capi, ut portetur ad eccleſiaſticum.*

7 *Teſtes idonei ſunt illi, qui capiunt aliquem in flagranti contra eum.*

8 *Copia repertorum non datur capto in flagranti.*

9 *Captus in flagranti quis dicatur. numero.10.& 11.*

11 *Ordo procedendi contra captum in flagranti crimine.*

FISCVS.

1 VLtra prædicta prætenditur hũc Inquiſitum in nõnullis criminibus & delictis fuiſſe captũ in flagranti crimine: quo caſu debet procedi ad condẽnationẽ abſque proceſſu, & ex abrupto. ſecundum Marſi.in l.unius.§.cognitorum.ff.de quæſtio.in penul.col.& Alex.in cõſi.275. uiſo themate, pri. col.2.li.& Ang.in li.male.in uerbo, che me hai adulterata la mia dona: & Mar.in l.unica.xxij.col.C.de rap. uir.& in indiuiduo decidit conſtit. regni incip.iuſtitiarij non per Calendas.ut ibi per Afflict.in 4.nota.

2 ¶Et intantum hoc procedit, ut nec ſit ipſi danda aliqua defenſio. ſecundum Par.de Put.in tra.ſyn.in uerbo cõdemnatio.in tit.an poteſtas. fol. 83.in paruo uolu.& firmat Bald. ſecundum eũ in l.j.C.qui accu. non poſ.& in l.ſi quis non dicam rape-
3 re.C.de epiſc.& cleri. ¶Nec debet ſeruari ordo iuris: imò ordo eſt, ordinem non ſeruare: ut plenè dicit Ange.in lib.male.in uer. etiam per modum notorij.& per Feli.in c.cũ euidentia.de accu.& in c.cum non ab homine. de iudi. & nouiſsimè pulchrè per Do.Grãmat.in deciſio. 36.nu.78.cum pluribus ſequẽtibus.

4 ¶Itẽ, in talibus nõ admittĩ appellatio ad effectũ, ut iudex à quo tenẽ teneaẽ deferre appellationi: ſed bene, ut iudex appellatiõis cognoſcere poſsit de ipſa appellatiõe, an ſit admittenda, uel reſpuenda. per

not.in c.paſtoralis.de appel.& per glo.in uerbo,oneramus.in cle.j.de iure patro.ut dicit etiam Gramma.
5 in ſuprà allega.deciſio.nu.78. ¶Itē adeò ſunt uera prædicta,ut de iure permittatur unicuiq;,ad quem ſpectat,capere repertū in flagrāti crimine, dūmodo portet eum ad iudicē:ut eſt text.in l.raptores.C.de epiſ.& cleri.& uoluit And.de Iſer. in d.conſti. iuſticiarij non per Calendas.in 4.no.imò etiam permittatur aliis,ad quos non ſpectat.per l.iij.ff.de fur.& l. defenſores. C.de
6 defenſo.ciuita.¶Imo licet aliàs clericus non poſsit capi etiam per iudicē laicum,niſi cū licentia ſuperioris:tamen quū fuerit repertus in flagranti crimine,etiā priuata perſona poteſt eū capere:dūmodo portetur ad iudicē eccleſiaſticū.ſecundum Ang.in lib.malefi.in uerbo fama publica.uerſi.nono nota.& dicit hāc fuiſſe doctri.Inno.in c.ut famæ.de ſen.excō.& tenet Bald.in c. pri.de pa.iur.fir.& omnes doctor. quos uidi,mouētur per doctri.Inno.licet poſsit dici,quòd ibi Inno. nō firmat pedes:imò allegatur pro contraria opinione,ut fatetur Bal. in l.ſi qua per calūniam.C. de epiſ. & cleri.ut per Barb.in addi.Bald.in d.l.ſi qua per calūniā.tamē ibi Barba. per alias authoritates firmat hanc opinionē,& preciſè per doctri.Abba.in c.cū nō ab homine.de iudi.& ibi Felin.col.1.in glo.j.& ita cōcludit Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerbo.clericus in fi.& Afflict.in d. conſti.iuſticiarij nō per Calendas. in 4.no.& Marſi.in conſ.126.in 2.li.
7 nu.23.cū ſequen.¶Et illi,qui capiūt aliquem in flagranti crimine,ſunt idonei teſtes contra eū,quādo per alios probari nō poteſt,& dictis teſtibus aliud non obſtat ſecundum And.de Iſer.in cōſti. humanitate.& ibi Afflict.licet in hoc multùm uerſari debeat ſolicitudo iudicis , qui debet modis omnibus perquirere
8 ueritatē.¶Nec etiā capto in flagrāti crimine datur copia repertorum: nec requiritur citatio ad ſententiā: ut per Grāma.ubi ſupra.nu.71. cum
9 ſequentibus.¶In N.Nu ibi ex proceſſu apparet captū fuiſſe in flagrāti crimine:& ſic uera ſunt prædicta, & bene procedunt in capto in flagranti crimine:ſed cū ex proceſſu minimè conſtet hoc:taliter,q̄ poſſint uerificari prædicta:ergo ſequitur,q̄ ex eis non eſt fiēda uis:& ut cognoſcatur hoc,prēmittendū eſt, quòd captus in flagrāti ille dici poteſt, qui in ipſo actu deprehenſus erit:uel ille qui deprehenditur,antequam ueniret ad locū deſtinatū: uel quū latitaret,non ita lōge pòſt alio actu extraneo in medio non exiſtente,fuit repertus:ut bene declarat And.de Iſer.in d.cōſt.iuſticia-
10 rij non per Calendas,poſt glo.¶Et ea ſunt delicta flagrātia,& ſunt notoria adeò,ut ſine accuſatore poſſint puniri:ut habetur in l.ea quidem.C.de accuſa.& ideo eſt, quia nulla tergiuerſatiōe celari poſſunt: ut dicit tex.in d.cōſti.iuſtitiarij non
11 per Calēdas.¶Et quādo ſic captus eſſet,fateor,quòd procederēt prædicta.ſed in caſu noſtro non ita fuit captus:ſed fuit captus cū rebus furto ſubtractis lōge poſt furtū commiſſum: & poſtquam peruenit ad

locum

locum deſtinatum:& cōſtat ad dictum locū deſtinatum repoſuiſſe dictas res:& actus extraneus in medio interuenit,cùm ſtatim, ubi ueniſſet ad locum deſtinatum, repoſuit res ibidem,demū exiuit foras, & emit res comeſtibiles: & reuerſus comedit,& fuit captus:& ſic, ſi talis poteſt dici captus in flagranti, iudicet dominus Iudex, qui habet cuncta rimari.¶ IVDEX. Optimè fundat intentionē ſuam Inquiſitus: & procedūt de iure allegata per eū. ſed quia ex facto ius oritur.l.ſi ex plagiis.§.in cliuo.ff.ad l.Aqui.ideo uariato facto,uariatur ius.cōcludo igitur,quòd nō poteſt dici captus

12 in flagranti.¶ Et ut ſciatis, qualiter procedatur contra captū in flagranti crimine,eſt ſciendum, quòd aut quis deprehenditur in flagranti crimine per officiales ad hoc deputatos: aut per alios,utputa, conſanguineos & amicos. primo caſu, præſentato & exhibito capto corā iudice, ſcribatur actus præſentis cauſæ hoc ordine:Die,&c. coram, &c.comparuit T.barrigellus & capitaneus ad maleficos capiendos cum ſuis ſatellitibus, & ſodalibus: & ipſi curiæ præſentauit T.reum præſentem,audientē,& intelligentem:quem cū ſuis ſodalibus & aliis deprehēdit occidiſſe talē,& ipſum in ipſo actu homicidij,alio actu extraneo in medio non interueniente,cepit in tali loco hodie prædicto die de præſenti menſe,&c.regnantibus,&c.dominante,&c.ſub præſidatu,&c. & captum in ueſtris fortiis,reduxit & aſportauit,utſic poſſit contra ipſum procedi, ut iuris erit,&c.quo facto ſtatim examinentur teſtes,barrigellus,& ſodales,& alij,ſi haberi poſſunt, in præſentia illius capti audiētis,uidentis,& intelligentis:qui teſtes dicant uidiſſe, & captum fuiſſe per familiam curiæ in ipſo actu homicidij illico,& nullo temporis interuallo interueniente:ſic captum & carceratum ſtatim in fortiis curiæ fuiſſe redactum,& aſportatum: præſentibus T. & T. examinatiſque teſtibus, examinetur ſtatim ipſe principalis,ſi uidetur ſuper omnibus interrogatoriis,interrogando de nomine & cognomine:& quare ſic capt⁹ reperiatur, ubi & per quos captus fuerit:& an commiſerit delictum,de quo inculpatur:& aliàs,ut natura facti expoſceerit:qui ſi confitetur delictum, ſcribatur eius confeſsio ſigillatim, & particulariter: qua confeſsione facta,iudex eum illico condemnet, & exequatur ſententiam,etiam nullo termino datoad ſe defendendū: quia ſecundum Bal.in l.ut uim.ff.de iuſti.& iur.non datur terminus capto ad ſe defendendum ratione flagrantis delicti:& hoc bene procedit retentis terminis quæſtionis, quando capitur per officiales ad hoc deputatos: ſecundum And.de Iſer.in conſti.humanitate. & habetur per Afflict.in d. cōſti.iuſticiarij non per calendas.in 4.no.non autem quādo capitur per alios.unum tamē dicerem in hoc,quòd dictum Bal.fundatur in l.iij.§.ſi ad diem.ff. de remil.& tamen ſi rectè inſpiciatur ille text.uidetur dicere oppoſitum:cùm ibi dicatur,quòd nō obſtante,quòd conſtet aliquem non

ueniſſe die ſtatuta,non poteſt condemnari,niſi dato termino ad docendum,nũ iuſtè fuerit impeditus. ſed pro Bald.poteſt dici,ꝙ eius dictum procedat,quãdo per captum in flagrãti nulla defenſio allegatur: & conſtat ei nullã defenſionem cõpetere:& nõ petitur terminus ad ſe defendendum.aliàs autem ego dubitarẽ ſeruare dictum Bal.ſimpliciter.& mihi uidetur,ꝙ Andr.de Iſer. in d.cõſti.humanitate.in pen.colũ. uerſi.ſi autẽ uoluerit ſe defendere. tenet oppoſitũ,dũ dicit:ꝙ ſi captus in flagrãti uoluerit ſe defendere,ut ꝙ fecit ad ſui defenſionẽ,uel quòd teſtes ſunt ſibi inimici , uel aliter, tunc audietur:& allegat text.in d.l. ea quidem.C.de accuſ.ibi:uerùm ſi falſis criminibus ſuper quo cogitãdum eſt,cùm caſus euenerit. Si autem neget delictũ,tũc faciat affrontationem cũ teſtibus lecta & diuulgariſata eiſdem earũ depoſitione, ipſo capto uidente,audiente,& intelligẽte:& ipſo in negatione perſiſtẽte,dicat iudex ipſi capto,quòd teſtes omnes,ut audiuit & uidit,dicunt eum commiſiſſe delictum , & fuiſſe captum in flagrãti crimine:& iterum eo negante faciat publicationem in ipſo proceſſu:& demum ipſum tormentis ſubiiciat ad ſciendum qualitates delicti , complices, & fautores , citra præiudicium plene probatorum,& ſic abſq; aliquo ordine iudiciario:ut etiã ſtatuit ca. regni incip.tormẽtis.& licet ſuprà dixerim,dari defenſiones & terminum ad ſe defendendũ:tamẽ quotidie practicatur dictũ Bal.in d.l.ut uim.intelligendo ſecundũ Iſerni.& Afflic.ubi ſuprà.uerùm ut dicit Iſer. quando allegatur aliqua defenſio, ut quia dicat delictũ feciſſe ad defenſionem:uel quòd teſtes ſint ſibi inimici , debet iudex ab eiſdem teſtibus ſe informare de allegatis : & in acta redigat : & ſi cõſtiterit eſſe uera , ipſum audiat : ſi autem conſtiterit non eſſe uera , procedat ut ſuprà,nulla dilatiõe data, ut dixi.& ſi in tortura cõfiteatur,die ſequenti ratificari faciat:& demum procedat ad condemnationẽ,& exequutionem iuſtitiæ,nõ obſtante appellatione fortè fienda , cùm non debeat admitti : nec data aliqua dilatione.ſi uerò adhuc induratus perſiſtit in negando,tunc,quia conuictus eſt,captus in flagranti eſſe,cõdẽnet ipſum prius data ei dilatione ad ſe defendendum.ſecũdum Affli. in d.cõſti.humanitate.& nihil probante ad ſuam defenſionem in termino.ſecundo uerò caſu principali,quando captus eſt per cõſanguineos & amicos , & alios:quàm per officiales.tunc per omnia ſeruanda ſunt prædicta:ſed cũ maiori moderantia debet procedere iudex,dando dilationes,& nõ reſpuẽdo omnino defenſiones,quę offerũtur ad excluſionẽ delicti.ſed iudex ex officio inquirat,num ea,quæ allegãtur ad defenſionẽ,uera ſint.& conſideret,quãta fides ſit teſtib.adhibẽda: & num ueriſimilia ſint : & ſit in hoc ualde circũſpectus,ne dãnet animã & corp.regulariter.n. ut dixi reperio in flagrãti crimine,nõ datur terminus ad ſe defendendum:nec etiã datur copia repertorũ, ut ſupra dixit Fiſcus,& eſt uerum,ut ego dixi.

¶Item

¶ Item quòd eſt notorius delinquens. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Notarius delinquens damnandus eſt abſq; aliquo ordine iudiciario.& 2.*

2 *Tortura non habet locum in crimine notorio.*

3 *Notoriè criminoſus poteſt ex officio condemnari.*

4 *Notorius criminoſus ſummatim interrogandus eſt ſuper facto.*

6 *Litis conteſtatio non requiritur in crimine notorio.*

7 *Dilatio non datur in crimine notorio.*

8 *Copia repertorum non datur notoriè delinquenti.*

9 *Exceptiones notoriè friuolas poteſt iudex reſpuere.*

10 *Probari an debeat factum principale in notorio.*

11 *Notorium quotuplex ſit.*

12 *Notorium actu tranſeuntis quomodo probetur.*

13 *Notorij qualitas debet ante omnia probari.*

14 *Decerni debet procedendum eſſe, ut in notorio,& eſſe notorium.*

15 *Ordo procedendi,& formandi proceſſum in notorio.19.23.26.*

16 *Notorium per quot teſtes probetur. 17.18.*

20 *Sententia requiritur in notorio.& qualiter.*

21 *Appellatio non admittitur in crimine notorio.22.*

24 *Notorium quando negatur per partem,quid faciendum.25.*

27 *Ordo procedendi in notorio iudicij, quando quis deliquit iudice pro tribunali ſedente.*

28 *Notorij qualitas quando probatur, an exigatur citatio partis.*

29 *Delinquens coram iudice, ubi nullus adeſt,niſi ipſe iudex,& notarius,qui de mandato iudicis ſcribit,illum deliquiſſe,nunquid poſsit puniri.*

30 *Blaſphemans Deum coram iudice an poſſit ad pœnam pecuniariam ſummitti.*

¶ FISCVS.

SI rectè inſpiciatur proceſſus, conſtat eundẽ inquiſitum eſſe notoriũ delinquentẽ in non-
1 nullis criminibus & delictis. ¶ Quo caſu debet procedi ad condemnationem abſque aliquo ordine iuris.ſecundum Specul.in titu.de expen.§.fi.in fi.& Bal.in l.cum fratrẽ. C.ad Syll.& Abb.in c.quia clerici. de iure patro.& Alexand.in l.ij.§.ſi publico.de adulter.& Bal.in l.poſtquàm.C.de pact.& in l.j.C.de iudi. & Barto.in l.j.§.fi.de uar.cognitio.
2 ¶ Adeò,ut dicat Bal.in l.milites.C. de quæſtio. quòd nec debeat procedi,nec habeat locum tortura:ſed ſola condemnatio,quia cùm tortura detur ad inueſtigandam ueritatem,ueritate manifeſta & notoria
3 non habet locum tortura. ¶ Et notorie criminoſus poteſt abſque accuſatore,& denuntiatore condemnari ex ſolo officio iudicis.l.ea quidem.C.de accuſ.l.ij.§.ſi publico.ff. de adulter.& l.congruit.ff.de offic. præſi.& latè proſequitur Anton.de But.in trac.de notorio.in 4.articu-
4 lo,in princip. ¶ Licet debeant fieri aliqua capitula ſeu aliqua facti narratio,ut ſciat reus id,ſuper quo inquiritur:& id exponi ſecundum Innocen.in capi.tua.in glo.magna.in

uerbo,itē dicimus. & ſequitur An-
to.de But.in trac.ſuprà allega.in 4.
5 articulo,nu.19. ¶ Nec etiam requi-
ritur litis conteſtatio ſecundū com
munem ſententiam,in caſibus ma-
ximè,in quibus ex officio procedi-
tur:& idem in caſibus,in quibus ex
officio procedi non poteſt.nec at-
tingunt materiam peccati:ſed agi-
tur ad commodum priuatum : ſiue
agatur in abſentem,ſiue in præſen-
tem:& quæcunq; ſit ſpecies noto-
rij facti, ſiue interpellati, ſiue mo-
mentanei,ſiue continui:& ita con-
cludit relatis pluribus opinionibus
Anto.de But.in d.tra.de noto.in 4.
articulo.nu.25.cum ſequentibus.
6 ¶ Sed iudex examinato reo ſuper
crimine & qualitate notorij, ipſum
poteſt cōdemnare ſtatim, ſi confi-
tebitur:& ſi negauerit,& allegaue-
rit aliquas defenſiones ſeu excuſa-
tiones,ipſas audiat & recipiat.ſen-
tentia tamen non dicetur nulla ex
ſola omiſſione admiſſionis defen-
ſionū:ſed bene dicetur iniuſta: niſi
aliter euidēter pateat,cauſæ cogni-
tionem eſſe excluſam:& hoc, quia
multa poſſent iudicē mouere, quæ
non patent:ut in c.in præſent:a.ex-
trà.de probat.& ita firmat Anto.de
But.in c.eccleſia.uerſi.Mariç.extra.
de conſtit.& in tract.de notorio.in
7 4.arti.nu.28.& 29.¶ Nec obſtat,ſi di
catur,quòd nō fuit datus terminus
ad faciendas defenſiones.quia licet
regulariter debeat dari terminus
ad ſe defendendum:tamen quando
eiuſcemodi eſt factū,in quo nō ca-
dat defenſio & excuſatio, tūc nulla
datur dilatio.ſecūdum Gemi.in ca.
ordinarij.§.j.de offi.ordina.in vj.&
pulchrè per Feli.in c.cū non ab ho-
mine.de iudic.nu.11.& nu.10.& per
Grāma.in deciſi.36.nu.57.cùm ergo
ex proceſſu apparet eſſe tale factū,
in quo nulla cadit defenſio,nō de-
8 bet dari dilatio.¶ Nec etiā notorio
delinquenti debet copia reperto-
rum tradi.ſecundū Ange.de Are.in
lib.maleſi.in uerbo,etiam per mo-
dum notorij.& ſequitur Grāma.in
9 deciſio.36.nume.56.¶ Nec in aliquo
obſtare poteſt,ꝙ plures fuerūt op-
poſitæ exceptiones,& eas non ad-
miſit iudex.quia reſpondeo:ꝙ cùm
ſint notoriè friuolæ,debuit illas iu-
dex repellere.l.ij.C.de fal.cap.poſt
electionem.extrà.de conce.præbē.
c.bone.extrà.de poſtula.prælato.el
primo.& plenè per Anto.de Butri.
in loco ſuprà allega.in 4.art.nu.48.
10 ¶ Nec etiam obſtat,ꝙ non cōſtat
in actis probatam eſſe occiſionem:
& ſic ipſum factum principale.quia
dico,quòd notorium nō eget pro-
batione.l.emptorem.in prin.& §.j.
& ibi Bar.ff.de actio.emp.l.ciues.&
ibi Bal.C.de accuſa.c.iij.de teſti.cō-
gen.c.euidentia.de accuſa.Barto.in
l.j.C.qui,& aduer.quos.ſed ſat erit,
ſi probetur notorium eſſe.ſecundū
glo.no.in cap.ad noſtram.extrà.de
empt.& uenditio.& in c.conſuluit.
de appel.probato enim, quòd no-
toriū eſt, ꝙ Titius occidit Seium,
non eſt probanda occiſio, quæ eſt
notoria.l.ſi utero.§.j.cum gl.ff.qui
ſatiſ.cogan.& in l.ea quidem.C.de
11 accu.¶ INQVISITVS.Facilis
eſt reſponſio ad obiecta tua domi-
ne Fiſce.dico enim ex pluribus ex
proceſſu apparētibus,& in iure no-
tis,nō obſtare. & pri.dico non eſſe
notorium:

notorium: quod quidē triplex eſt: notoriū facti,iuris,& præſumptionis.primū autē notoriū habet tres ſpecies.aliud enim dicitur notoriū facti actu tranſeuntis,ſeu cōtinens actum momentaneū,id quod idem eſt.aliud eſt notoriū facti interpellati:aliud eſt notoriū facti permanētis:ut bene declarat Ant.de But. in trac.de not.parte alle.in pri.arti. nu.12.omiſsis autem aliis ſpeciebus notorij,quia non faciunt ad rē noſtram,hic ſi notoriū dici poteſt,eſt notorium actu tranſeuntis:cùm ſit de homicidio.
12 ¶ Vt uerò dicatur cōcludēter probatum eſſe notorium, requiritur,ut teſtes cōcludant notorium eſſe ratione loci: quippe, ꝙ fuit factum in loco publico & patenti:ratiōe perſonarum,quòd fuit in conſpectu totius populi,uel maioris partis ipſius: ratione tēporis, quòd fuit de die,& nō de nocte: & ut cōcludant,ꝙ eſt adeò publicum & notorium, ut totus populus ſeu maior pars ipſius poſsit eſſe teſtis: & debent etiam taliter teſtes deponere,ut cōcludant facti certi ſcientiam populi,uel maioris partis.hoc autem concludere nō poſſunt, niſi uiderint populum uel maiorē partem populi facto pręſentē:nec ſuffi cit,ſi dicāt,ſe audiuiſſe dici à populo.quia ſic deponerent de eo,quòd perciperent ſenſum alterius.& hoc procedit,quādo delictū eſt recens. quia ſi eſſet antiquum,ſufficeret, ſi dicant & concludant de auditu: ut no.extrà.de uerbo.ſign.c.ueniēs.& per Anto.de Butr.in c.quid per nouale.eo.ti.cùm ergo in caſu noſtro homicidium prætēdatur factum in domo,& de nocte,non poteſt dici notorium.
13 ¶ Pręterea ad hoc,ut iudex poſsit ꝓcedere ſuper notorio tanquam in notorio,debet ante omnia ſe informare de qualitate notorij,omiſsis omnibus opinionib. docto.& ſequendo cōmunē ſententiam.ſi uerò qualitas notorij exigatur ad fundandā poteſtatē iudicis, & eius iuriſdictionē (qa certè ſunt caſus,in quibus ex ui notorij iudex cognoſcere poteſt)tunc ad hoc, ut poſsit procedere,eſt neceſſe,ꝙ cōſtet de qualitate notorij tanquam fundāte eius iuriſdictionem.& hoc habet locū etiamſi nō negetur notorium:ſed ſi negetur notoriū,recurrendum eſt ad gl.c.j.de electio. lib.vj.ut ſe informet ſuper hoc ſummariè:ut uideat,an ſit iudex:& ſecūdū quod inuenit,procedat,uel non procedat.ut l.ſiquis ex aliena.ff.de iudi.c.ſuper literis.extrà de reſcri.ſi uerò allegetur aliqua defenſio uel excuſatio,adhuc ſufficit iudici factū principale fore notoriū,non attenta obumbratione accidentaliū circunſtantiarum, ut ipſe poſsit ſuper notorio procedere. & quidē aliter hoc caſu proceſſus non ualeret,niſi habita informatiōe ſuper notorio. quandoq; qualitas notorij exigitur ſolùm ratione proceſſus, ut iudex poſsit uia extraordinaria, & iuris ordine non ſeruato, procedere.& tunc ſi iudex elegit procedere uia ordinaria, & iuris ordine ſeruato, ac ſi non foret notoriū,non eſt neceſſe capere informationē de qualitate notorij:ſed ſi elegit ꝓcedere uia extraordinaria,ubi pōt,tūc iura & legiſtę exigūt,ꝙ ſit notoriū,& quòd

quòd iudici cõſtet:& ſic eſt neceſſe,
quòd capiatur informatio de qua-
litate ipſa:& ſic intelligitur gloſſ.in
l.j.C.qui & aduer.quos.& in l.iij.§.
eiuſdem.ff.de teſti.& ſequitur Gra-
tia. in ij.quæſtio.j.§.quando autē.
& tenet glo.in c.ad noſtram.extra.
de iureiuran.& ſic dicunt doct.pra-
cticari.l.ea quidem.C.de accu.nam
de notorio, uel delicto non ſtabi-
tur dicto denuntiātis:ſed ſe infor-
mabit iudex ſuper notorio,& poſt-
eà procedet ad dictū eius:& ſi ali-
ter fiat, proceſſus eſt nullus eo ca-
ſu,quādo qualitas notorij exigitur
ad fundādam iuriſdictionē,& pro-
ceditur in abſentem,uel in præſen-
tem negantem.ſed ſi proceditur in
præſentem non negantem noto-
rium,tunc ualet proceſſus:quia ea,
quæ ponūtur in libello,quę ad mo-
dum procedendi,habentur pro ue-
ris, ex quò per partes non negan-
tur,etiam quo ad fundādam pote-
ſtatem iudicis:ut dicit Inno.in cap.
cæterum.extra.de iudi.& c.ſi cleri-
cus.& ca.conqueſtus.extra.de foro
competen.& l.cum quædam puel-
la.ff.de iur. omn.iud.ſed ubi exigi-
tur qualitas notorij quo ad modū
procedendi, tunc ſi non præcedit
dicta informatio,proceſſus erit nul
lus:& ita in prędictis omnibus poſt
relatas plures opiniones,firmat iu-
ris eſſe Anto.de Butri.in tra.de no-
to.in 4.articulo,num.29.& 40.cum
intermediis.& Aret.in conſi.165.in-
cip.dicit Ioannes in Apocalyp.cum
autē hic fuit proceſſum iuris ordi-
ne non ſeruato ex ui notorij, non
conſtito prius de qualitate noto-
14 rij:ergo,&c.¶ Pręterea ex alio non
obſtant prædicta,ex eo,quia nulla
in actis apparet facta pronuntia-
tio,delictum eſſe notorium,& ue-
lut in notorio eſſe procedendum:
cū id de iure requiritur,ſiue nege-
tur eſſe notorium:ſiue nõ negetur:
ut not.Abb.in c.ad noſtram.extra.
de iur.iuran.& Cardi.in cle.paſto-
ralis,in princip.17.nota.& ſequitur
Gramma.in deciſio.65.nu.12.& ui-
detur tranſire cū iſta opinione Af-
flict.in cõſti.humanitate.in viij.no.
& Gandi.in ope.male.in titu.quo.
pro.quādo cri.eſt noto.& hoc ad
cautelā.& debet audiri pars:ut con
ſuluit Aret.in d.conſi.165.quo pro-
nuntiato,quòd ſit notoriū.ex tunc
iudex procedat non ſeruato iuris
ordine:niſi ab hac declaratione ex-
titiſſet appellatum,quia poteſt ap-
pellari.ſecundum Gandi.ubi ſuprà,
ſed Salic.in l.ea,quæ.C.de accu.te-
net,ꝙ tūc eſt neceſſaria pronuntia
15 tio,ſi negetur notorium. ¶ I V D.
Sat bene confutaſti Fiſci opinionē,
& ex proceſſu liquet,non eſſe no-
torium: quocirca nõ opus eſt, ut
ultrà procedas,ſed ut aliqua ſuper
iſto notorio dicam, patienter au-
diatis,quia tradā uobis modum &
formam procedēdi ſuper eo:quæ
erit hæc:Coram uobis magnifico
Straticoto Salerni cõparet Tit.de-
nuntiator, & dicit hodie prædicto
die fuiſſe commiſſum homicidiū in
platea publica huius ciuitatis, in
perſonam talis ibi aſtātis ſub pro-
tectione Dei, & regiæ maieſtatis,
per Tit.ſuis iuribus nõ contentū,
& animo diabolico inſtigatum,te-
mere,doloſè,ſcienter, & appenſa-
tè,regnantibus, &c. dominãte,&c.
ſub præ

ſub præſidatu,&c.de anno, &c.de præſenti menſe,&c.in cōſpectu totius populi ibi tunc temporis exiſtentis, ſeu maioris partis ipſius: adeò,quòd eſt publicū,notorium, & manifeſtū dictum homicidiū: & fore patratum & cōmiſſum per d.talem:& uniuerſus populus ſeu eius maior pars poterit eſſe teſtis de hoc:ita,quòd nulla tergiuerſatione celari poteſt,& tanquam cōtra notorium criminoſum & delinquentē debet procedi omiſſo iuris ordine: cùm in talibus ordo eſt ordinē nō ſeruare.quocirca ipſe ueſtræ curiæ denunciat, ut ualeatis de iuſtitia prouidere. præcedente autem hac denuntiatione,iudex capiat informationem:& ſi uult procedere uia extraordinaria ex ui notorii,& tūc aut præſens ſit reus,aut abſens.primo caſu in ſua præſentia examinet teſtes de qualitate notorij,qui taliter deponant,ut cōcludant notorium eſſe ratione loci,uidelicet,ꝙ fuit in loco publico,ubi ſinguli,& omnes de ciuitate cōuenire ſolēt: ratione perſonarum, quòd fuit in conſpectu totius populi,uel maioris partis ipſius:& ratione temporis, quòd fuit de die,& hora, qua totus populus,ſeu maior pars ibi conuenerat,& debēt cōcludere dicti teſtes cauſam ſcientiæ ex uiſu: taliter,quòd habeāt certi facti ſciētiā:uidelicet,cōcludendo,quòd uiderint totum populum,uel maiorem partem populi facto preſentē. nec ſufficit,ſi dicant audiuiſſe dici à populo,quòd fuit præſens,quia ſic deponerent de eo,quòd perciperent ſenſu alterius:quod nō ſufficit, quando delictum eſt recens:ſi uerò eſſet antiquum,bene ſufficeret: ut no.extrà de uerbo.ſigni.c.ueniens. & per Ant.de Bu.in c.quid per nouale.eo.tit.& ad faciendā fidem de notorio ſufficit,ſi teſtes deponant de præſentia populi in facto: licet nō deponāt directè de facto.& hoc poteſt cōtingere,quando teſtes uiderunt magnum tumultū,ad quem totus populus,ſeu eius maior pars conuenerat,& poſt cōmiſſum homicidium ſedato tumultu uiderunt Titium captū,qui publicè dicebatur commiſiſſe dictū homicidium: uel quādo uiderūt Titium inde aufugientem cū gladio ſanguinolento,& publicè ferebatur,ipſum cōmiſiſſe dictum homicidiū.nā licet teſtes ipſi nō uiderint actum occi-

16 ſionis:tamen ſufficit.¶Et ad faciendam fidē de notorio ſufficit examinari duos teſtes:ut eſt gloſ.ij.q.j.§. quando.& no.Archi.in c.j.lib.vj.ex-

17 tra.de offic.deleg.¶Sed eſt aduertendū,quòd ad hoc,ut dicatur notorium,eſt neceſſe,quòd omniū ſit notitia de ciuitate,uel maioris partis eorum.maior autē pars poteſt eſſe minoris numeri,quàm decem. porrò ſi factum eſt prorſus notabile & arduū,tunc notitia totius populi ciuitatis exigitur,ſi modò in ciuitate id ſit patratum:& ſi in uilla, uel caſtro,totius caſtri, uel uillæ:ſi autem ſit factum non ita grande & arduum,ut planè in notitiā totius ciuitatis,uillæ,uel caſtri debeat trāſire,tunc ſufficit,ſi uniuerſæ uiciniæ populo innoteſcat.quare quum cō cubinatus preſbyteri alicuius facilè non poſſet tranſire in notitiā totius

tius ciuitatis,ſufficit, ſi innoteſcat
uniuerſo populo ſuæ parochiæ,uel
eius,in qua concubinatum agit:uel
uniuerſo populo illius uiciniæ.non
tamen poſſunt eſſe pauciores nu-
18 mero, quàm decem.¶ Et ſic debet
iudex examinare omnes de illa ui-
cinia, uel parochia, ubi delictum
eſt commiſſum:ut ſic appareat eſſe
notorium abſq; alia probatione.&
eſt optima cautela tradita per Sali.
in l.ea, quæ.C.de accuſa.nume.91.
& nume.82.in fine.& prædicta te-
net Sali.ibi:poſt relatas plures opi-
niones ex mente omnium,& ſic eſt
19 ſeruandum.¶ Capta autē informa-
tione,ut dictū eſt,debet examina-
ri reus ſuper omnibus interrogato
riis neceſſariis ad factū,ſuper quo
proceditur:& ſi confitebitur,dam-
nandus erit aliquo iuris ordine nō
requiſito: ſi autem negauerit, tunc
nulla facta litis conteſtatione,quæ
in notorio non exigitur, ut ſuprà
demonſtrauit Fiſcus:ſi eſt factū,in
quo nulla cadit defenſio ſeu excu-
ſatio, nec aliqua allegatur, etiam
nulla data dilatione ad condēna-
tionem procedendū eſt, ut etiam
ſuprà dictū eſt:ſi uerò aliqua excu-
ſatio, uel defenſio fuerit allegata,
quam uiderit iudex poſſe compe-
tere:uel eſt factum,in quo poteſt
cadere defenſio & excuſatio, licet
non allegetur,tūc iudex ſtatuat ei
competentē terminū ad ſe defen-
dendum:& licet petierit copiā re-
pertorum,nō eſt dāda,ut ſuprà di-
ctum fuit:& ſi uiderit iudex oppo-
ni exceptiones notoriè friuolas,
eas repellere debet ex officio ſuo.l.
20 ij.C.de fal.& ſuprà dictū fuit.¶ De-
mum procedatur ad ſententiā cō-
demnatoriā,quæ requiritur in iſto
caſu:licet non in ſcriptis,& cum ſo-
lennitate,de qua in c.fi.de re iudic.
lib.vi.& in titu.de ſenten.ex breuic.
recitan.C.per totum: & tenet Ar-
chidia.in ij.q.j.c.quæ Lotharius.ſu-
per gloſſ.& in ca.felicis. in uerbo.
pontificiali.ad fi.gloſ.magnæ.& ſe-
quitur plenè Anto.de Butri.ubi ſu-
prà.nume.15.ſed poterit ſaltē noti-
ficari delinquenti,quòd mittitur ad
ſupplicium pro tali cauſa,ut ſic ha-
betur loco cōdemnationis:ſicut di-
cimus in confeſſo,ut dixi in prima
parte tertiæ partis principalis.nu-
21 me.98.¶ Et ſi appellabitur,non de-
bet admitti eius appellatio:ut tra-
ditur in c.cum ſit Romana.c.perue
nit.c.conſuluit.extrà de appella.ubi
Philipp.Fran.& Dec.eſt tex.& gloſ.
in c.Romana.§.ſin autem.de appe.
in vi.Bal.in l.abditos.C.de epiſ.au-
dien.& in l.abditos.C.de appella.
Alexā.poſt Bar.in l.conſtitutiones.
ff.de appel.Panor.in c.quàm perni-
cioſum.de uſur.Ange.in lib.maleſi.
in uerbo,præſente Caio & appel-
22 lante.¶ Sed hoc eſt uerū.& proce-
dit in ſentētia condēnatoria ſuper
ipſo crimine:ſed ſi appellatur ante
ſententiā propter defenſiones pro-
babiles & excuſabiles,quas nō ad-
mittit iudex,poteſt appellari:& ap-
pellatio eſt admittenda quo ad o-
mnem effectū.& ita intelligit Ant.
de But.in d.tract.de noto.cri.in iij.
23 articu.nume.51.¶ Si uerò procedi-
tur in abſentem in caſibus,in qui-
bus ad definitiuam procedi poteſt
contra abſentem:hoc caſu omiſsis
omnibus aliis opinionibus placet
mihi

mihi opinio Sali. in d.l. ea quidē. C. de accuſ. ubi diſtinguit, ꝙ aut agitur ad repellendū: aut ad puniendū. primo caſu aut à quæſitis, aut quærēdis. primo caſu eſt neceſſe, ꝙ ipſe delinquens citetur. aliàs nō præcedente citatione, non poteſt procedi contra eum: licet ſit notoriū crimen. ſecundo caſu non eſt neceſſe, quòd citetur: ſed ille, qui habebat aliquid concedere ipſi abſenti, uel ipſum confirmare, poteſt illum repellere, ut notorium criminoſum. ſi uerò agitur ad puniendum, eſt diſtinguendum inter citationem realem, & uerbalem. quando igitur eſt periculum in mora, tunc ſtatim debet fieri realis citatio uerbali omiſſa: ſi autem periculū nō eſt in mora: uel quia realis eſt impoſsibilis (quia ille iam aufugit) tunc citatio uerbalis eſt neceſſaria: uel quia crimen eſt tale, in quo contra abſentes non poteſt procedi ad definitiuam, & tunc eſt neceſſaria citatio propter annotationem bonorum, ad quam aliter perueniri non poteſt: aut demū quia ſumus in caſu, in quo ipſe procedit cōtra abſentē: & idem eſt. quia hæc ſunt compatibilia: delictū ab alio eſſe commiſſum: & notorium eſſe: & tamē illud eſſe impunibile: puta, ſi merentem occidit, uel bannitum. igitur ne huiuſmodi defenſiones auferātur, debet ipſe citari: maximè, quia de magno præiudicio tractatur. & ita reſidet, & placet mihi eius opinio. & ſic capta informatione contra abſentem, & cōſtito de qualitate notorii, debet expediri citatio ad informandū curiā, ad recipiendū copiam capitulorū: ad uidendū iuramenta teſtiū: publicationē fiendaā. & ultimo loco ad audiendū ſententiam, ſeu dicatur ad omnes ſeu ſingulos actus uſq; ad ſententiæ prolationem incluſiuè: quod idē eſt: & tunc procedatur ad repetitionē teſtiū examinatorū, fiatq; publicatio proceſſus, ac ſi reus eſt præſens: & demū ad ſentētiæ prolationē procedatur, ut iuris erit.

24 ¶ Et eſt ſciendum, ꝙ quando negatur notorium per delinquētē, eſt diſtinguendū, ꝙ aliquando negatur factum: non tamen qualitas facti: & tunc per negationem non efficitur res dubia propter uirtutem notorij. c. ad decimas. extrà. de reſtitu. ſpolia. lib. vj. & per Innocē. in c. uenerabilis. extrà. de cenſi. & c. ex parte. extrà. de uerbo. ſignifi. & per gloſſ. c. j. de offic. deleg. lib. vj. & tenet Do. de Rot. in deciſio. 22. ſed hoc procedit, niſi negatio habeat aliquam cauſam annexam, & euidentē. ut d. c. ad decimas. talis enim negatio habens notorium contra te, non eſt probabilis. & negatio tunc demum facit rem dubiam, quando eſt probabilis. quandoq; negatur notoriū tantum, & ſic qualitas notorij: & tunc oportet, quòd probetur illud notorium eſſe iudici, ut ſuprà dixi.

25 ¶ Si uerò allegentur aliquæ circunſtantiæ, talis allegatio non inficit notorium, nec effectus procedendi ſuper notorio. attendi enim debet regulariter natura facti: & ſic ſi factum ſui natura arguit maleficiū, erit maleficiū notorium: ſi uerò factum arguit bonum, erit & notoriū bonum, non attentis circunſtantiis

extrinſe

extrinſecis,& accidentalibus, quæ habent ſe ad eſſe,& nõ eſſe:ponderatur enim factũ ſecundũ naturalem curſum ipſius.ut l.ſuus quoq;. ff.de hæredi.inſti.§.fin.& l.j.C.ad l.
26 Cornel.de ſicar.¶ In notoriis uerò actis permanẽtis,& interpellati ſimiliter procedatur:licet in notorio facti permanentis dicat Bald.in d.l. ea,quæ.viii.colũ.quòd nullus ordo eſt ſeruãdus,ſed dicendũ erit,quòd aut eſt notorium iudici & aliis,& tunc iuris ordo nõ eſt ſeruandus: aut eſt notorium aliis,& nõ iudici, ut iudici:& tunc eſt ſeruandus ordo iuris,ſaltem quò ad probationem & examinationem,ne reo defenſiones ſubtrahantur. ſecundum gloſ.c.ad noſtram.extrà.de iureiur. quam ſequuntur cõmuniter canoniſtæ,ut refert & ſequitur Sali.in d.
27 l.ea,quæ.nume.74.¶ Si uerò loquimur in notoriis iudicij (quod eſt, quando iudice pro tribunali ſedente,uel ius inter partes reddẽte,aliquis deliquit)tunc modus hic procedẽdi erit:iudex curabit ſcribi ſub hac forma;hæc eſt annotatio,quæ fit per uiam & modum notorij cõtra Titium,ex quo hodie de præſentibus anno & menſe in palatio, ubi curia regitur & regi ſolet,regnantibus,&c.dominante, &c.ſub præſidatu,&c.curia pro tribunali ſedente,multis aſtantibus,dictus Titius ſuis iuribus nõ contentus,&c. alapam dedit Seio ibi aſtanti ſub protectione Dei,& regiæ maieſtatis,& dictæ curiæ:ſuper quibus omnibus fuit proceſſum,ut infra.& ſtatim procedatur ad examinationem ipſius principalis,qui ſi confitebitur,ſtatim condẽnetur: ſi autẽ negauerit, examinentur in ipſius præſentia teſtes,qui uiderint:ac iis examinatis cõdemnetur,& dicti teſtes debent concludere,quòd illud tale ſit dictum uel factum:& quòd uiderunt:& quòd curia pro tribunali ſedẽte & multis aſtantibus.& ita docet practicari Luc. de Pen.in l. quoties.de dignita.lib.xij.quem refert & ſequitur Par. de Put.in lib. ſyndica.in uerbo,notorium.& debet fieri condemnatio, antequàm diſcedat ipſe reus à tribunali,& pręſentia iudicis:aliàs non poſſet condemnari abſq; citatione ad ſententiam,& à tali condemnatione non poteſt appellari:niſi nimis ea fuerit ſeuera & acerba:ut habetur in l.abſtinendũ.C.quo.appella.& per docto.in d.l.ea quidẽ.& habetur in l. exequutorem.C.de exequut.re.iudi.& in l.ab exequutione.C.quo. appe. & Par. de Put.in loco ſuprà
28 allegato. ¶ Sed an iudex poſſit ſe informare ſuper iſta qualitate notorij de plano,non citata parte:dicit idẽ Ant.de But.ubi ſuprà,quòd poteſt iudex de plano parte nõ citata,& teſtibus nõ iuratis receptis ſe informare de hac qualitate. & hoc per text.c.bone.extrà.de electio.& dicit idem uoluiſſe Innoc.in fi.primæ gloſ.magnæ,& ibi allegat l.ſi uerò.§.qui pro rei qualitate.ff. qui ſatiſ.cogan.& extrà.de appella. c.interpoſita.§.fi.ſed in cõtrarium conſuluit Arc.in cõſi.165.ſuprà alle. ubi dicit in tali informatione debere citari partẽ,ex multis,de qui-
29 bus per eum.¶ Sed ſi quis in iudicio deliquerit,ubi nullus eſt teſtis, & no

& notarius de mandato iudicis ſcri pſerit, illum deliquiſſe, dubitat Par.in loco, de quo ſuprà, an debeat fieri condemnatio: & an iſto caſu credatur actis: & tenet poſt multa, quòd non: licet poſtea dicat, quòd fauor iudicii, & uiſio iudicis, ac odium delinquentis in tribunali operentur, ut credatur iudici, & nunc pendet in facto hic Salerni coram me: ubi ſyndicum magnifici regii auditoris Ioãnes Carolus Bor da iure perſequitur, quòd ab ipſo multatus ſit, quia in examine ipſius dixiſſet, rinegho de Dio che me ha deſpiaciuto: quum tamen id nullo, niſi magiſtri actorum ſcripturæ teſtimonio comprobaretur, ipſeque negaret, ſed quum inſuper ſcriptũ ſit, ipſum poſteà, quid ita dixiſſet, interrogatum reſpondiſſe: che la colera nge lo hauea fato dire: uiſum eſt, ipſius adeſſe cõfeſsionem. quo caſu dixi bene fuiſſe prouiſum: licet renunciaſſet querulator, & nõ
30 fuit deuentum ad ſententiam. ¶ Et blaſphemans Deum coram iudice, poteſt ad pœnã pecuniariã puniri: ut habetur per gl.c.Deus omnipotens.in uerbo, iudicis.ij.q.i.& in l.j. C.qui & aduer.quos.& refert & ſequitur Caſſa.in conſuetu.Burgu.in ti.lamende de ſimple reſcouſſe.nu. 3.fo.74.ſed glo.illa non loquitur de blaſphemãte: ſed generaliter de cõmittente delictum corã iudice.unde dubito propter regiã prag. qua cauetur pœnam non poſſe commutari in pecuniariam in blaſphemia.

¶ Item ꝙ commiſit crimen læſæ maieſtatis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui mittit nuntium uel literas hoſtibus populi Romani.nu.8.*

2 *Socius criminis admittitur contra ſocium criminis in crimine læſæ maieſtatis.*

3 *Teſtes ſingulares, & uarij probant in crimine læſæ maieſtatis.*

4 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui mittit pecuniam hoſtibus populi Romani.nu.9.*

5 *Teſtes inhabiles & infames admittũtur in hoc crimine læſæ maieſtatis.numero.8.7.10.*

6 *Minores torquẽtur in hoc crimine læſæ maieſtatis.*

7 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, cuius opera iniuſſu principis obſides liberati ſunt.& nu.10.*

11 *Congregans armatos in ciuitate, à quibus oritur moneturq; ſeditio, committit crimen læſæ maieſtatis.nu.16. 17.18.*

12 *Tractatum faciens de ſumendo arma aduerſus regem, crimen læſæ maieſtatis committit.nu.22.*

13 *Conſilium dans hoſtibus in perniciẽ regis, committit crimen læſæ maieſtatis.nu.23.*

14 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille, qui hoſtes ſolicitat, ut arma ſumát contra regem.nu.24.*

15 *Item, ſi quis concitauerit exercitum regis ad tumultum. numero 15.16.17. 18.19.*

19 *Seditioſus quis propriè dicatur.*

20 *Seditio quid ſit.*

21 *Congregans gentes, ut faciat ſeditionem, ſi non eſt, ſequatur effectus, an puniatur.*

28 *Filius non præſumitur, quòd ſit diſsimilis patris.*

30 *Crimen læſæ maieſtatis non committit ille,qui fuit cũ hoſtibus citra uſum armorum,& quaſi per caſum.*
31 *Crimen læſæ maieſtatis committit ille,qui quoquo modo opem hoſtibus tradit.nu.37.& 38.*
32 *Item committit tradendo uictoriam hoſtibus.nu.39.40.& 41.*
33 *Item committit tenendo arcem contra uoluntatem principis. numero 42.44.*
34 *Item committit tradendo arcem hoſtibus.nu.45.46.*
35 *Item committit bellum gerendo cum hoſtibus regis abſque permiſſu principis.nu.47.*
36 *Item committit creando magiſtrum militum abſque licentia principis.nume.48.49.*
43 *Literæ regis non ſunt ſemper exequendæ.*
50 *Crimen læſæ maieſtatis committitur recuſando exercitũ ſucceſſori tradere.nu.64.65.66.67.*
51 *Item cõmittitur de relinquendo exercitum regis,& accedendo ad hoſtes. nu.68.69.70.71.72.*
52 *Crimẽ læſæ maieſtatis committit,qui ſub iureiurando promiſit,ſe proditurum regem.nu.73.*
53 *Item committit inducendo exercitũ regis in inſidias.nu.74.*
54 *Item committit relaxando hoſtes regis captos.nu.75.*
55 *Item cõmittitur per eum,cuius opera factum eſt,ut fideles regis deficerent. nu.76.*
56 *Item committitur per eum,cuius opera factum eſt,ut rex exteræ nationis regi non obtemperaret.nu.77.*
57 *Item cõmittitur per eum,cuius opera factum eſt, ut hoſtes iuuẽtur pecunia, iumentis,& aliis.nu.78.*
58 *Item committitur corrumpendo ſtatuas Imperatoris iam conſecratas.numero 79.*
59 *Item cõmittitur per eum,cuius opera factum eſt,ut ciuitas caperetur.num. 80.81.82.*
60 *Item cõmittitur per eum,cuius opera factum eſt conſilium de occidendo rege.nu.82.83.*
61 *Item committitur per eum,qui fictè caſſauit ſodales,ut accederent ad hoſtes.nu.84.*
62 *Item committitur per eum,qui machinatur de nõ præſtanda obedientia regi.nu.85.86.*
63 *Item committitur per eũ,qui falſum in tabulis publicis conſcribit in læſionem reipublicæ.*
69 *Conatus punitur in crimine læſæ maieſtatis.nu.70.71.72.88.*
86 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur uerbis,& habet duo capita.nu. 90.& tam in primo,quàm in ſecundo capite poteſt in abſentes procedi.nu. 91.& quæ ſit pœna contentorum in 1.& 2.cap.nu.92.*
93 *Crimen læſæ maieſtatis committunt etiam conſcij nuntij,& ſatellites.nume.94.& an committatur per clericum.num.96.& in hoc crimine proceditur ex officio.nu.97.*
98 *Copia denuntiationis an detur in crimine læſæ maieſtatis.*
99 *Defenſiones non dantur in crimine læſæ maieſtatis inconſulto prorege.*
100 *Iudex debet conſiderare in crimine læſæ maieſtatis perſonam deferentis, qualitatem teſtium,& alia.*
101 *Fideiuſſoribus liberari nõ debet carceratus pro crimine læſæ maieſtatis inconſulto rege.*
102 *Tractatum,qui fit cõtra principem, ſciens & non reuelans,qua pœna punitur.*

niatur.

103 Tortura etiam in crimine læſæ maieſtatis non infertur non præcedentibus indicijs, & præcedentibus indicijs omnes poſſunt torqueri. nu.104.

105 Accuſare omnes poſſunt in crimine læſæ maieſtatis.

106 Filij puniuntur ex delicto patris in crimine læſæ maieſtatis.

107 Appellatio non permittitur in crimine læſæ maieſtatis.

108 Quando infames, & alij ad teſtificandum non idonei, ad ferendum teſtimonium de crimine læſæ maieſtatis admittantur.

FISCVS.

1 ADhuc & alia longè maiora ex fabricato proceſſu, ſi rectè inſpiciatur, liquere dignoſcuntur. apparet enim eundem intinctũ eſſe crimine læſæ maieſtatis: quod quidẽ quàm ſit horrendũ & atrox, nemo eſt qui neſciat. conſtat autem ex proteſtatis, eundẽ inquiſitum miſiſſe literas & nuntium hoſtibus & rebellibus Cęſareę maieſtatis: quo caſu crimen læſæ maieſtatis commiſit: ut habetur in l.j. ff. ad l.Iul.maieſt. dum in indiuiduo dicit: itẽ is, qui hoſtibus populi Romani nuntium uel literas miſerit.
2 ¶Nec obſtat, ſi dici poteſt, quòd ille, qui hoc deponit, ſit ſocius criminis. q̃a dato, ꝙ hoc ſit uerũ, cogitari debet, ꝙ in hoc crimine ſocius criminis admittitur cõtra ſociũ criminis: licet aliàs ſit ſecus: ut in l.j. §. diuus. ff. de quæſt. & in l.quoniã li-
3 beri. C. de teſtib. ¶Nec etiã obſtare uidetur, ꝙ nõ ſit cõteſtis cũ aliis teſtibus examinatis. quia in hoc crimine læſę maieſtatis nõ obſtat ſingularitas teſtium, nec etiã uarietas: maxime, quando contra aliquem inquiritur de crimine læſæ maieſtatis in genere, non de aliquo facto ſpecifico: ut hic factum fuit, cùm generaliter fuit inquiſitus de hoc crimine læſæ maieſtatis, & in ea informatione multa uerificantur, quæ tendunt non ad unum ſpecificum actum criminis læſæ maieſtatis, ſed ad plura. & teſtes ipſi concurrunt, & ſe concordant in eundem rei finem, quòd commiſit crimen læſæ maieſtatis. quo caſu id ſufficit, ut per multa latè concludit Marſil. in conſi. pri. in pri. lib. nu.27. cum plu-
4 ribus ſequentibus. ¶Item conſtat, quòd dum eſſet in urbe, pecuniam miſit hoſtibus regiæ maieſtatis, & ſic crimen prædictum clarè commiſit: ut habetur in l.iiij. ff. ad l.Iul.ma-
5 ieſta. ¶Nec obſtat, quòd teſtes hoc deponentes ſint minores, quia in crimine læſæ maieſtatis admittuntur teſtes aliàs inhabiles, & etiam infames: ut latè cõcludit Marſil. in
6 conſi. ſuprà allegato. ¶Imò minores in hoc crimine torquentur, ut habetur in l.de minore. ff. de quæſt.
7 ¶Item commiſit crimen læſæ maieſtatis eò, quia de eius conſilio factum fuit, ut obſides iniuſſu principis aufugerent, & liberarentur. habetur in l.j. ff. ad le.Iul.ma. ex q̃bus omnibus ſimul iũctis debet ad mortem condẽnari.
8 ¶ IN. Sæpius dixi, quòd cautè procedentes priùs factum bene calculatum & ponderatum proponũt, ac ius poſtmodum ex eo eliciunt, cùm ex facto ius oriatur: q̃uam ob rem cùm ex proceſſu ſimpliciter conſtet de miſ-

ſione literarum,& nuntij,non poteſt dici commiſſum eſſe læſæ maieſtatis crimen,non conſtito, quòd miſerit literas uel nuntiũ hoſtibus, quibus denũtiaret,oportunitatem eſſe capiendi ciuitatem,& dominiũ illius,uel aliquid aliud machinandi contra regiam maieſtatem.alias ſi ad hunc finem non miſerit,non incidit in crimen læſæ maieſtatis.ſecundũ Marti.Lauden.in tra.de cri. læ.maie.q.ij.ubi dicit,quòd requiritur,quòd doloſe mittat.& ſequitur Ludo.de Ro.in cõſi.65.in fi.& Cepol.in cõſi.xvij.col.vij.in prin.& Oldra.in cõſi.43.in vj.q.& Boer.in tra.de ſeditio.in vj.prę miſſo,nu.15.

9 ¶ Quò uerò ad id,quod dicitur de pecunia hoſtibus miſſa,replicatur, quòd tũc dicendus ſolũ eſt aliquis commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis,quãdo probatũ eſt,quòd ſciuerit illum eſſe hoſtem,inimicũ,& rebellem domini:puta, quia ſeruiret in armis,aut conſilio contra dominum.arg.text.l.diuus.ubi Bart.ff.de teſta.mili. & uoluit Aymo.Creuet. in cõſi.vj.nu.72.in pri.lib.item tunc quoq;,quando conſtat,dediſſe illũ pecuniam,uel aliter auxiliũ in dãnum & præiudicium domini.aliàs enim, ſi tantùm conſtaret dediſſe ipſum pecuniam,non eſſet concludenter probatum:ut habetur latè per eundem Aymo.in d.cõſi.vj.nu. 87.uerſicu.undecimo arguitur.uide Fran.Cur.in cõſi.xx.in c.ſæpenume

10 ro.col.xx. ¶ Quò uerò ad id,quod obiicitur,quòd de eius conſilio factum fuit,ut obſides iniuſſu principis aufugerẽt,reſpondeo,quòd nõ apparet probatũ,quòd id factũ fuit dolo malo:ut requiritur ad hoc,ut cõmittatur læſæ maie.crimen.probatur d.l.j.ff.ad legem Iul.maieſta. quocirca præſupponendo, dictum inquiſitum dediſſe conſiliũ,ut dicti obſides aſportarentur ad aliũ locũ cauſa maioris ſecuritatis:ſi poſtea contrariũ eueniat:uidelicet,ſi in itinere aufugiant,aut aliter liberẽtur, ſatis defenſionis erit,quòd dederat conſiliũ ad bonum finẽ.nam ut ſæpe dixi,nemo ſic præſumitur delinquere.l.merito.ff.pro ſoc.& ſic res erit clarior.debuit enim concludi, quòd de eius cõſilio,animo,&propoſito offendẽdi regiã maieſtatem ſciẽter & doloſè actũ fuit, ut obſides iniuſſu principis liberarentur: prout effectualiter liberati fuerunt: & ſic cuncta non concludantur,ſed ſimpliciter probetur,ꝙ etſi dederat conſilium, ut obſides aſportarentur de una ciuitate ad aliã,& in itinere per hoſtes fuerint erepti,&ſic res malè ſucceſſerit:non tamen ob id conſtare,ꝙ doloſè id fecerit, id quod omnino requiritur,ut in crimen læſæ maieſtatis quis incidat. cõſiliũ porrò illud oportebat eſſe bonum,uel malũ:ſed debet præſumi bonum legis authoritate, & fauore hominis:& debet interpretari ab homine illo,qui conſiliũ dedit: ſecundũ Bal.in l.j.in v.col.uerſic.& no.quod cõſiliũ.C.de ſer fugi.item conſiliũ nõ obligat ad delictũ:niſi procedat ad delictũ ſpecificè:ſecundum eundẽ Bal.in d.l.j.in ij.col.cũ ergo nõ probetur,ꝙ fuerit datum cõſiliũ ad cõmittendum delictum, ſequitur,ꝙ nõ poteſt dici, inquiſitum deliquiſſe:& ſic ex iſtis ceſſant allegata

11 allegata per fiſcum.¶ I V.Equidem optimè,& cõcludenter in medium attuliſti Inquiſite,quæ pro te facere uidétur:adeò,ut pro Fiſco huc uſque nihil uideo relictum. Quare proſequere tu Fiſce,ſi alia habes in hoc eodẽ crimine.¶ F I S.Alia quidem ſunt:nam & hic in patria ſua cõgregauit nõnullos homines armatos,qui paulopòſt cõmota ſeditione in ciuitate irruperunt in nõnullas domos magnatũ illam ſedare conantiũ,quo caſu crimen læſæ maieſtatis cõmiſit:ut habeť in .ea.l.

12 j.ff.ad le.Iul.maie.¶Itẽ ſimiliter cõſtat tractaſſe cũ nonnullis exulibus & cõtumacibus,ut tempore aduentus hoſtium regiæ maieſtatis ſumerent arma aduerſus eandẽ regiam maieſtatẽ in fauorẽ hoſtium. & ſic crimen læſæ maieſtatis in pri.capite cõmiſit:ut in d.l.j.latiùs habetur.

13 ¶Itẽ cõmiſit crimen prædictum ex alio,quia dederat cõſiliũ hoſtibus, ut ſi uellẽt uictoriam obtinere,accederent ex tali latere ciuitatis, & ibi præliarẽtur,& ſic in prædictum crimẽ incidit in primo capite:ut in

14 d.l.j.& ibi per docto.habetur. ¶Itẽ ulterius cõſtat, ſolicitaſſe ipſum & concitaſſe hoſtes,ut quàm ocyſsimè poſſent, ſumerent arma aduerſus regiã maieſtatem.quo caſu crimen læſæ maieſtatis in pri. capite commiſit:ut l.iij.ff.ad l.Iul.maieſta.

15 Itẽ conſtat cõcitaſſe milites,& ſodales exercitus regiæ maieſtatis ad tumultum & ſeditionem aduerſus ipſam regiã maieſtatẽ,quo caſu ſpecificũ crimen læſæ maieſtatis in j. capite cõmiſit:ut in allegata l.j.cõtinetur.ff.eod.tit.& ſic ex omnibus prædictis, & unoquoque ipſorum nõ uideo rationem,cur dici poſsit, non eſſe ultimo ſupplicio plectendum.¶ I N. Ad hęc nouiter obiecta

16 facilis eſt reſponſio.quatenus ergo dicitur,eundẽ inquiſitũ cõgregaſſe homines armatos in ciuitate,à quibus mota ac cõcitata ſeditione, nonnulla loca occupata,& quędã alia facta crudeliter eſſent, ſciendũ eſt,non ſic committi crimen læſæ maieſtatis, niſi quãdo id fiat in ciuitate Romana,uel alia nõ agnoſcente ſuperiorẽ:ut no.gl.in d.l.j.ff.eo. tit.in uerbo, in urbe ſint.& ibi Bar.

17 & Alex.in addi.¶Præterea non apparet concludenter probatũ ,quòd dolo malo conſiliũ initũ ſit , ut armati homines in ciuitate ſint: ut cœtus conuentúsue fiant,& homines ad ſeditionẽ conuocentur , animo & intẽtione dictã ciuitatem debellandi,& ut principi auferatur.nam tunc dato,quòd prædicta nõ fuiſſent facta in urbe uel ciuitate non cognoſcente ſuperiorem(ut ſuprà dixi,cõmittitur tamen crimen læſæ maieſtatis , quia offenditur regia maieſtas:ut plenè per Boër.in tra. de ſedi.in vj.præſuppoſito per totũ per allegata per eũ,& Bal.in conſi. 59.in j.lib.& cõſi.58.eo.lib.ſed ſi fuerint congregati homines ad finem, ut cõmitteretur ſeditio,& ſic dolo malo cõmittitur ſeditio tantum:ſi non ad finem occupandi dominiũ eius ciuitatis:uel , ut ea debellareť.

18 ¶Imò etiam dico,quòd nec pœna ſeditionis poſſet plecti,ſtante,quia dicta cõgregatio gentiũ facta fuit ex priuata inimicitia, quã habebat ipſe cũ illis de Zechinis:&ut illi pe-

nitus extirparentur:& non animo committendi ſeditioné in ciuitate ipſa:ut uoluit Boër.in tra. prædicto de ſedi.in 4.præmiſſo circa finem. nec aliquid fuit ſequutũ proceden-
19 do ad aliqué actum.¶Et ille dicitur propriè ſeditioſus,qui ſeditionem uel proditioné tractat de aliqua ciuitate uel caſtro habendo:uel dando cauſam faciendi guerrã contra publicam utilitaté:uel tractat facere nouitatem in ciuitate:uel bonũ publicum ſtatũ mutat:uel tractat, ut fiat dominus terræ, uel alterius loci.ſecundũ Boniſa.in tract.criminum.in tit.de ſedi.& facit id,quod ſcribit Bal.in cõſi.230.incip.decretũ domini.uol.j.& ſequitur Boër.in d.
20 tracta.de ſedi.in 2.præſuppo. ¶Eſt enim ſeditio quietis publicæ per-
21 turbatio.l.j.&.2.C.de ſedi.¶Et licet dicat Ange.in.l.in eadé cauſa.ff.de ui.pu.quòd congregans gétes animo & propoſito faciendi ſeditioné licet ad aliũ actum nõ proceſſerit, quòd teneatur eadé lege.attamen pulchrè & latè id tetigit Nicolaus Boër.in tra.de ſedi.in vij.& ultimo prçſuppo.nu.39.cũ ſequenti.& poſt multa uidetur concludere contrarium:quòd nõ eſt admiſſum crimé
22 læſæ maieſtatis.¶Ad id uerò,quod dicitur tractaſſe cũ exulibus& contumacibus, ut tempore aduentus hoſtium ſumerent arma,& cætera: replicatur,quòd id nõ concludenter probatur.nã ad hoc,ut læſæ maieſtatis crimen committatur in eo, quod dicitur, debet probari,quòd dolo malo id fecerit:ut requirit tex. in d.l.j.& ſic,ꝙ tractauit cum dictis contumacibus & exulibus,ſeu eis conſiliũ dedit animo & propoſito regiam maieſtatem offendendi, ut contra ipſam regiã maieſtaté arma ſumerét. quod quidé minimè conſtat eſſe probatũ,cùm ſolũ probetur dixiſſe,ꝙ tempore aduentus hoſtium regiæ maieſtatis deberét parati eſſe in armis.Id enim ad bonũ, & malum finé accipi poteſt:ad bonum,ut regiæ maieſtati poſsit ſuccurri:ad malũ,ut poſsit hoſtes adiuuari.& cùm duplex coniectura poteſt ſumi,una includés delictũ,alia excludens,debet attédi illa excluſiua delicti,ut ſæpius dixi in præce-
23 dentibus.¶Quò uerò ad id, quod dicitur,dediſſe conſilium hoſtibus, quo iuuari poſſunt aduerſus regiã maieſtaté,reſpondetur ſimiliter nõ eſſe concludéter probatũ,ut requirit text.in d.l.j.dum dicit:item ille, qui dolo malo fecit,ut hoſtes populi Romani cõſilio iuuétur aduerſus rempublicã.nõ enim eſt probatũ dolo malo,id eſt, animo & propoſito offendendi regiã maieſtaté (prout effectualiter offenſa fuiſſet, & de facili offendi poterat ex illo conſilio)datũ fuiſſe illud conſiliũ, imò totũ econtra prætéditur, cùm ciuitas ex nullo alio latere eſt fortior & aptior ad reſiſtédũ,quàm ex eo, quod nominatur in prætenſo conſilio dato.& ſic potius id uidetur actũ & conſultum,ut hoſtes ipſi inciderét in Scyllã cupientes euitare Charybdim:& ſic ĩ fauoré ipſius regiæ maieſtatis.& ita præſumendum eſt,ut euitetur delictum.l.me-
24 rito.ff. pro ſoc. ¶Quatenus uerò dicitur ſolicitaſſe & concitaſſe hoſtes,ut citius uenirent aduerſus regiam

giam maieſtatem, dicendum eſt ex probatis & apparētibus in proceſſu, potius id fuiſſe actū in utilitatē regiæ maieſtatis, quàm in fauorem hoſtiū: cùm ſi eo tēpore uenisſent hoſtes, proculdubiò regalis exercitus, qui tunc temporis erat ualde potens, deuiciſſet eos: & ſi nimis tardaſſent, futurū erat ſecus, ſecundum cōmunem opinionē omnium de cōſilio armorū: maximè, qa fuerit auditū pluries à d. inquiſito antè & pòſt, ſe ob hāc cauſam ſolicitaſſe hoſtes ſub ſpecie amicitiæ, ut citius in laqueum inciderent. & de iure fictio tunc reprobatur, quando eſt mala: non quando eſt bona: ut hic. & ad bonum finem: ut in Cle. j. §. quia uerò. & ibi Car. de ſta. mona. ¶ Nec obſtat aliud, quod opponitur: uidelicet, quòd cōcitauit milites ſodales regalis exercitus ad tumultum, & ſeditionem aduerſus regiam maieſtatem: quia reſpōdetur, & dicitur, quòd nō eſt cōcludenter probatum, & taliter, quòd inciderit in crimē læſæ maieſtatis, quia licet probetur dixiſſe militibus, quòd non deberet mirari regia maieſtas, ſi milites & ſodales cōmitterēt ſeditionem & tumultū, poſtquam eis non ſoluuntur ſalaria: non tamen apparet id dixiſſe malo zelo, doloq; malo: ut requiritur ad hoc, ut crimen læſæ maieſtatis committatur: ut bene concludit Aymo. Craue. in allegato cōſi. vj. pri. lib. nu. 87. potius enim id uidetur dixiſſe, non ut concitaret milites ad tumultum: ſed quia uerendū erat de tumultu, & ſeditione ob non ſolutionem ſalarij: quaſi diceret, ꝙ id nō deberet

25

cōmitti per regios officiales: quia potius deberent ſodales, & milites lætos regere & intertenere, quàm eos in iram & deſperationē concitare. uerba enim dubia intelliguntur ſecundū intentionē proferētis. ſecundū Bal. & docto. in c. ſi de beneficio. de cōceſsio. pręben., tantò magis, quia in præcedentibus uerbis, & rationibus habitis, fuit ad hūc effectū ualde dictū, & inclinatum, & de iure uerba generalia & obſcura declarātur per pręcedētia clara & aperta. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſt. & ibi Bar. & l. legatorum. §. fi. & ibi Bar. de leg. ij. & l. ſi ſeruus pluriū. §. fi. & l. cū filiabus. de legatis primo. & l. qui nō militabat. §. Lucio. ff. de hære. inſti.

26 ¶ Nec enim eſt curandum de uerbis, poſtquàm conſtat de mente. l. quoniam indignum. & ibi Bal. in uerſi. itē no. col. j. C. de teſt. & in l. ij. in j. co. uerſi. not. ꝙ ubi. C. cōmunia de leg. habetur per Specu. in tit. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. uerſic. pone teſtator.

27 ¶ Nec obſtat, ꝙ multi ſodales depoſūt, ꝙ ob illa uerba maxima ira accēſi fuere: adeò, ꝙ ad ſeditionē & tumultū ipſos induxerūt, quia ad id eſt reſpōſio, ꝙ uerba inſtituta ſunt ideo, ut p ea quiſq; proferat cogitationes ſuas in notitiā alterius: non ut ſe fallāt. unde uerborū color nō debet attēdi: ſed ueritas conſiſtens in cōtentione ſermonis. ſecūdum Spe. in tit. de aduo. §. nunc de exordiis. uerſi. aduocatus ergo cū. in vj. col. & uerba taliter prolata debuerunt intelligi ciuiliter. l. ſi cui. de ſerui. & ibi Alexand. & ſic ſi aliter intellexerunt, id proceſsit ex malo

animo,& dolo ipſorum.& quia qui uult diuertere ab amico,occaſionē quærit: & non eſt imputandum ei, qui bona fide uerſatus fuit.& ad id, quod ſuprà dixi, ꝙ potuit inquiſitus abſq; metu incidendi in crimen læſæ maieſtatis ſimulare ſe amicum hoſtium, & eos ſolicitare ad bonū finem,adde uidendum d.Grāma.in deciſio.18.incip.in cauſa magnifici ac ſtrenui.numero.6.cum ſequen.

28 ¶ Et tantò magis prædicta omnia non habēt obſtare,cùm cōſtat curiæ omnes prædeceſſores inquiſiti fuiſſe & eſſe fideliſsimos Cæſareæ maieſtatis, & ſemper fuiſſe ſequutos partes dictæ Cæſa. maieſtatis. præſumendum enim eſt, eum non eſſe diſsimilem eorū:ut inquit Spe. in procœmio ſuo.in uerſi.cæterum. & habetur in l.quòd ſi nolit.§.qui mācipia.ff.de ædi.edi.l.quiſquis.C. ad l.Iul.maieſta.& firmat Neapoli. in conſue.Neapoli.& ſi teſtator.in uerſi.diſponere.& proſequitur latè Gramma.in d.deciſio.in principio.

29 ¶ Item conſtat ipſummet nonnulla magnifica facta feciſſe in fauorem regiæ maieſtatis.propter quæ uериſimiliter expectabat præmiū: unde non ſit præſumēdū,uoluiſſe illū diuertere à regis fidelitate,& perdere quicquid gratiæ antè promeritus eſſet:concurrēte maximè bona uita,fama,conſcientia,& legalitate

30 ipſius. ¶ Nec habet ei obſtare, ꝙ dum eſſet in urbe:eoq; aduenīſſent hoſtes,cum eiſdem cōuerſatus fuerit.quia ad id bene reſpondetur,ꝙ hoc nō obſtat, cùm non ipſe dolo malo acceſsſerit eò,ut ualeret conuerſari & cōmorari cū hoſtibus:ſed quæ ibi haberet negotia, exequeretur.ſi autē poſteà ibi reperit hoſtes,& cū eis cōuerſatus fuit,nō ob id comiſit crimen læſæ maieſtatis: ſi modò cū ipſis non fuit in uſu armorū in opem eorum:ut bene conſuluit Oldra.in ſuo conſil.43.in ij. colum.uerſi.circa ſextam.& proſequitur latè Gram.ubi ſupra.nu.14. cum ſequentibus.& ſic ex iſtis omnibus ſimul iunctis nemo ſani capitis dicet,eū incurriſſe in crimen læſæ maieſtatis. ¶ I V D. Hæc omnia in facto conſiſtere uidentur:& non eſt dubitādum,quin ſi aduerſus illa capitula criminis læſæ maieſtatis obiecta per Fiſcum hę defenſiones propoſitæ competierint, potius iudex debeat declarare,nō eſſe intinctū crimine læſæ maieſtatis,quā aliter.quare ꝓſequere Fiſce,ſi alia habes, in eodem genere criminis. ¶ F I S. Omnia contenta in j.& ij. capite criminis læſæ maieſtatis hic talis commiſit: idcirco ſi prædicta non ſufficiunt,ſequētia certè uidebuntur ſufficere.in primis autē mirificè ipſum,dum in urbe eſſet,gratificatum eſſe hoſtibus conſtat,iam donādo equos,iam pecuniam,iam innumera alia pro eis faciendo,ex quibus apparenter, & uere regia maieſtas fuit offenſa:quo caſu nulli dubiū eſt,ipſum incurriſſe læſæ maieſtatis crimen:ut apparet & cōſtat ex tex.l.iij.ff.eo.tit.ad l.Iul.maieſta.

32 ¶ Item ex alio cōmiſit crimen læſæ maieſtatis tradendo uictoriā hoſtibus doloſe,& per induſtriam,cùm aliàs poterat habere uictoriam in fauorem regiæ maieſtatis:quo caſu prædictum crimen commiſit.ut in d.l.

33 d.l.iij.habetur.¶ Item quum ſe contuliſſet in caſtrũ & arcem ciuitatis Brunduſij,& pluries fuiſſet ei iniunctum & ordinatum nomine regiæ maieſtatis,ut inde diſcederet,ſemper tenuit tenendo dictam arcem contra uoluntatem principis: quo caſu reus eſt criminis læſæ maieſta-
34 tis,ut ea.l.iij. ¶ Item ex poſtea ſuperuenientibus hoſtibus dictũ caſtrum eiſdem tradidit & conceſsit, incidit etiam propterea in dictum
35 crimen,ut ibidem habetur.¶ Item dum eſſet cum exercitu in confinibus regni,abſque permiſſu & licentia principis,bellum geſsit cum hoſtibus & inimicis regiæ maieſtatis. & dictum crimen ob id commiſit,
36 ut in d.l.iij.habetur. ¶ Item creauit magiſtrum militum abſque permiſſu & ordinatione principis, & exercitum præparauit. cõmiſit etiã ob id dictum crimen, ut ibi habetur.& hoc procedit etiamſi proſperè ei ſucceſsit,ut per Albe.in d.l.iij. ¶ IN QVI. Ex infrà dicendis patebit prædicta illa parũ aut nihil ue-
37 ritati officere. ¶ Et ideo ad primũ de ope præſtita reſpondeo, ꝙ non ex hoc cõmiſit crimẽ læſæ maieſtatis,ꝙ donauit equos & pecuniam hoſtibus:quia non in perniciem & læſionem regiæ maieſtatis id fecit: ſed potius quoda metu,ne in quorum manu iã eſſet,incõmodi quippiam ab iis acciperet. & licet contrahatur amicitia cum hoſtibus.dũmodo nõ fiat in perniciem & præiudicium regiæ maieſtatis,non incurritur in crimẽ prædictum,ut ſuprà dixi.& habetur per Aymo.in ſuprà allegato conſi.& per Grãma.in d.deciſio.18.nu.vj.cum pluribus ſe-
38 quentibus. ¶ Imò crimen læſæ maieſtatis nunquã cõmittitur,niſi publica pricipaliter lędatur maieſtas. l.j.in prin.& l.iij.cum gloſ.j.iij.iiij.& aliis.ff ad l.Iul.maieſta.& not. Azo in ſumma.C.eo.tit.& eſt generale, ut is demũ dicatur offenſus,in quẽ principaliter fit offenſio: adeò, ut ſecundũ Bal.in l.j.C.de princi.Cor. prope fi.quãdo maieſtas publica læditur ſecundario, nõ dicatur committi crimen læſæ maieſtatis.& habetur latius per do.Alberi.Bru.in cõſi.69.incipi.uiſo proceſſu inquiſi-
39 tionali,&c.¶ Quò uerò ad id,quod dicitur,ꝙ tradidit uictoriam hoſtibus,&c.replicatur primò,ꝙ nõ cõſtat id illũ per induſtriam feciſſe,& doloſè,animoq; lędendi regiã maieſtatẽ,& opem tradendi hoſtibus, ut requiritur per allegata per Fiſcũ: nec cõſtat,ꝙ aliàs poterat habere uictoriã in fauorẽ prĩcipis. id enim dependebat ab euentu & fortuna, nec erat in poteſtate ipſius, imò prorſus ediuerſò cõſtat,ꝙ totis uiribus nixus fuit ad habẽdam uictoriam:& ita præſumendum eſt, cùm unuſquiſq; appetat naturaliter honorem.ſecundũ Spec.in tit.de cita.
40 §.v.uer.delegatus quoq;.¶ Nec ei obſtare debet, ꝙ aufugit,& ſic uictoria ceſsit hoſtibus. quia ad hoc reſpondeo,ꝙ id fuit propter timorem mortis:nõ autem, ut hoſtibus daret uictoriam:metus enim mortis ipſum habet excuſare. ſecũdum Bar.in indiuiduo in l.ob turpem.in uerſi.idẽ dico.ff.de condi.ob turp. cau.& firmat Grãmati.in d.deciſio. 18.nõ enim debebat expectare periculum,

riculum, & ſic ſe periculo exponere:ut dixit Innoc.& Bal.in c.j.quod met.cau.hinc dixit pulchrè Luc.de Pen.in l.ſi coloni.C.de agri.& cenſi.lib.xj.ꝙ ſufficit timere ſaltē pro-
41 babiliter,& ſi non iuſte.¶ Secundò principaliter reſpōdetur,ꝙ ſi rectè inſpiciatur,nullam uictoriā habuerunt hoſtes:uel ſaltē talē,ut aliquid acquiſierint:ſeu aliquod dānum,& præiudiciū regiæ maieſtati ſit illatum.tex.enim in l.iij.intelligitur de notabili uictoria,ex qua fuerit cauſatum aliquod graue intereſſe ipſi regiæ maieſtati: puta,perditio alicuius terrę,caſtri, ciuitatis,uel occiſionis exercitus, uel maioris partis ipſius: & ꝙ id per inſidias & induſtriam factum fuerit:puta,ſi duxerit exercitum per eum locum,ubi erāt inſidię præparatę,quum hoc ſciret. argu.text.iuncta glo.in uerbo,falſa iudicia.in l.iij.ff.de ſicar.hîc autem nulla perditio, nullumq; graue intereſſe ſuccesſit.ſolum enim perierunt cētum ſodales,& ex parte aduerſa quinquaginta: ut ſic dici poſſit illud uulgare:Africa plange,Ita-
42 lia non ride.¶Ad id uerò,quod dicitur,ꝙ caſtrum tenuerit citra uoluntatē principis, & ꝙ noluerit relinquere ad iuſsionē principis, reſpondeo,ꝙ non cōſtat ipſum id feciſſe,ut principi non obediret: ſed quia ſtantibus ſuſpitionibus belli, & quia hoſtes erant proximi,dubitauit,num eſſent ueræ prouiſiones regiæ maieſtatis.imò etiā uerisimiliter uidebantur ſuſpectę,quū paulò antè recepiſſet literas, quibus præcipiebatur,ut bene & diligēter
43 arcem cuſtodiret. ¶Et quando uerisimiliter dubitatur de ualiditate, & ueritate literarū,nō ſunt ſemper exequendæ, ſed reſcribendum eſt principi:ſecundū Bal.in conſi.64.in prima parte.ut hîc fecit, cùm principi reſcripſit:& ſuperueniēte noua iuſsione ipſius principis,obediuit.
44 ¶Et de iure licet quis nō paruerit pri.præcepto,non incidit in pœnā, ſi paruerit ſecundo.glo.& Ange.in auth.de nō aliena.§.quia uerò.colla.ij.& per Specu.in titu.de contumacia.§.iij.uerſicu.quid ſi duobus.
45 ¶Quatenus uerò dicitur dictū caſtrū hoſtibus tradidiſſe, reſpōdeo, non cōſtat,id doloſè ipſum feciſſe, & per induſtriā,ut requiritur.ſecundum Capi.in deciſio.230.at ediuerſò magis conſtat,id ſucceſsiſſe coactè.quia dum uoluit arcē prędictā tradere ei,cui princeps reſcripſerat tradi debere,ſuperuenerunt hoſtes ex inſidiis iā præparatis, & magno impetu eam occupauerunt abſque facto & culpa ipſius:quia occurrere & præuidere maluiſſe. quo caſu non tenetur,ut ibidem per Capit.
46 ¶ Nullus enim dolus poteſt hîc cōſiderari:& in imponēdis pœnis corporalibus requiritur dolus, ſecūdū Bal.in l.quicūq;.vij.col.C.de ſer.fugi.Pau.de Caſt.in cōſi.190.& conſi-
47 lio 192.¶Ad id uerò, quod dicitur ꝙ bellum geſsit cum inimicis abſq; permiſsione principis:reſpondeo, ꝙ id proceſsit abſq; dolo & culpa ipſius:ſed facto inimicorum,qui ab improuiſo inuaſerunt eum.quo caſu id quod fecit,fuit ad eius neceſſariā defenſionē:& ſic ipſi nō eſt imputādum modo aliquo:quia id ipſi licebat,cùm defenſio cōtra uiolentiam

tiam eſt de iure naturali:ut in pri.di ſtin.ius naturale.l.ut uim.ff.de iuſt. & iur.l.j.C.unde ui.nec aliquis cedere debet ulli.l.iij.§.ſi ad diem.ff. de re milita.l.pe.C.de tempo.in integ.reſtit.imò adeò permittitur defenſio,ut ſi quis ſe non defenderit, cum potuerit peccaturus ſit.xxiij.q. iij.c.nõ inferẽda.& c.fi.& c.quantæ. cum glo.& docto.extrà.de ſenten. excom.& ij.q.j.c.nulli.& c.ſequen.
48 ¶ Quatenus uero dicitur creaſſe magiſtrum militum abſq; permiſſione principis,reſpondeo id fuiſſe abſque culpa & dolo ipſius,& proceſsiſſe facto ſodalium & militum, qui accenſi magno impetu & furore animi cõtra magiſtrũ militum à principe creatum, ipſum occidere uolebant,& transfugere ad hoſtes. quod quidem quum facile ille ipſis eſſe animaduerteret, ſimulq; quauis ratione iſti malo occurrendum putaret,creatione alterius magiſtri in ſolita ipſos regiæ maieſtatis obediẽtia retinere coactus eſt.& de iure,ut euitetur maius malũ,permittitur minus.l.ſi ꝓcurator rei.de doli except.l.exigendi.C.de procurator.& l.ſub prætextu.C.de ſac.ſan. eccle.& cap.nõ magno.ne cleri.uel mo.glo.& tex.xxxij.q.iiij.dixit.Sarra.glo.& Card.in Cle.pri.in princi. de hæret.Malũ enim reſpectu boni ex malo ſequẽtis toleratur.ut iij.di. c.deniq;.xiij.di.c.nerui Alex.in cõſi. 419.Item mala ſunt tolerãda ratiõe pacis.ut xxiij.q.iiij.per totũ.& cauſa ſcandali uitandi.ut xxxj.q.j.c.hac ratione.per Archi.quicquid autem ipſe fecit,factũ oſtenditur,ut euitaretur maius malũ,etiam ad euitandum ſcandala, & ex cauſa pacis & concordiæ:nõ autẽ ad offendendũ regiam maieſtatem.& ſic nõ poteſt dici commiſiſſe crimen læſæ maie-
49 ſtatis.¶ Ad id uerò,quod dicitur,ꝙ exercitũ pręparauit,reſpondetur id non fuiſſe actum in exitium reipublicæ,uel publicæ maieſtatis:ſed in ipſius honorem & utilitatem. quo caſu non committitur crimen læſæ maieſtatis:ut habetur per Alberic. Bru.in conſil.lxix.uiſo proceſſu inquiſitionali.¶ I V D.Huc uſq; quàm optime uideo defenſatã opinionẽ inquiſiti:& etiãſi alia nõ cõcurrũt, proculdubio tamen Fiſcus inaniter laborauit. ¶ F I S.Dixi,& dico, quòd omnia capitula tã in primo, quàm in ſecũdo capite cõtenta,per eundem fuerũt commiſſa.& ideo ſi prædicta non ſufficiunt, alia certè
50 omnino ſufficere debẽt. ¶ Et ideo dico,ꝙ ex alio hic talis læſæ maieſtatis crimẽ cõmiſit,quando quum eſſet cum exercitu in prouincia ſibi cõmiſſa,exercitum illum ſucceſſori tradere recuſauit:ut habetur in l.4.
51 ff.eo.tit.¶ Itẽ,quia deſeruit & dereliquit exercitũ populi Romani, uel regiæ maieſtatis accedẽdo ad hoſtes.quo caſu crimẽ læſæ maieſtatis in prio capite cõmiſit:ut in ea.l.iiij.
52 habetur. ¶ Itẽ,quia dũ ibi eſſet,ſub iureiurãdo promiſit ſe facturũ proditionẽ aduerſus ipſam regiã maieſtatem,& ad id iuſiurandum induxit etiam ſuum ſocium,qui ſimiliter ob id in uinculus adſeruatur: ut in
53 dicta lege quarta.¶ Item,quia exercitus regiæ maieſtatis per eundem in inſidias deductus, & hoſtibus proditus fuit. incidit enim & pro-

& propterea in dictum crimen:ut
54 dicta.l.quarta. ¶ Item ex alio,quia
præ manibus habuit nonnullos re-
belles,& hoſtes regiæ maieſtatis,&
facto ipſius non peruenerũt in po-
teſtatem ipſius regiæ maieſtatis.&
ſic quoq; commiſit crimẽ læſæ ma-
55 ieſtatis:ut ibidem habetur.¶ Item,
quia eius opera & induſtria dolóue
malo nõnulli ſubditi Cæſ.maieſta-
tis ac fideles rebellauerunt,& effe-
cti fuerunt hoſtes ipſius.incidit &
ob hoc in dictum crimen:ut d.l.iiij.
56 ¶ Item,quia cum rex Angliæ fue-
rat in præcincto obtemperandi re
giæ maieſtati,& ad eius fidelitatem
perueniẽdi,adeò ipſi perſuaſit ani-
mo offendẽdi ipſam regiã maieſta-
tẽ,ut minus ei obtemperauerit,di-
ctum propterea crimen & hinc cõ-
57 miſit,ut ibidem. ¶ Item,quia eius
dolo malo,& opera factũ eſt,quò
magis obſides,pecunia,iumẽta ho
ſtibus populi Romani darẽtur ad-
uerſus rempublicam,uel regiã ma-
ieſtatem, commiſit etiã propterea
dictum crimen:ut in ea.l.quarta.
58 ¶Item,quia ſtatuas,& imagines im
peratoris iam conſecratas corru-
pit animo offendendi regiam ma-
ieſtatem.incidit etiam in dictũ cri-
men:ut in l.qui ſtatuas.ff.eo.titulo.
59 ¶Item,quia dolo eius factum fuit,
ut nonnullę ciuitates proderentur
hoſtibus.quo caſu quoq; in dictum
crimen incidit:ut in l.pri.ff.eo.titu.
60 ¶ Item,quia tractatum & factionẽ
fecit cum hoſtibus de occidendo
principe,& eius collateralibus in
eius dãnum,& prçiudicium,ac ma-
niſeſtam læſionem.cõmiſit hic etiã
dictum crimẽ:ut habetur in l.quiſ-
61 quis.C.ad l.Iul.maie. ¶Item,quia
aduenictibus hoſtibus,complures
milites & ſodales caſſauit hĩc,&
hoc,ut accederet & cõſugerent ad
ipſos hoſtes,quò ipſi commodiùs
bellum gererent aduerſus princi-
pem. cõmiſſum & hic crimen læſæ
maieſtatis eſt,ut in extrau.qui ſint
rebell.& ibi Barto.in glo.in uerbo,
62 occulte. ¶Itẽ,quia nonnullas ma-
chinationes cum pluribus fecit,ut
adueniente principe ei nõ præſta-
retur obediẽtia.cõmiſſum.& ſic eſt
dictũ crimen:ut in d.extraua.& ibi
63 Bar.¶Item falſum in læſionem rei-
publicę & regiæ maieſtatis conſcri
pſit in tabulis publicis. incidit ſic
quoq; in dictũ crimen:ut l.ij.ff.eo.
ti.ad l.Iul.maieſta.& hæc omnia ca-
pitula continentur in primo capi-
te,ut bene not.Capi.in deciſio.130.
INQVISITVS.¶Vt prius abs
te obiecta nihil nobis officere Fi-
ſce clarè demonſtraui: ſic etiam
hæc nihil obfutura eſſe, demon-
64 ſtraturum me confido.¶Et reſpon
dendo per ordinem dico ad pri-
mum,quatenus dicitur non tradi-
diſſe exercitum ſucceſſori, ꝙ rectè
conſiderando proceſſum, minimè
appareat probatum, ut dici poſſit
commiſiſſe læſæ maieſtatis crimen:
cùm nõ conſtet dolo malo feciſſe,
quò minus exercitus ſucceſſori tra-
deretur,ut requiritur:quia in atro-
ciſsimis ſolus dolus punitur,& non
lata culpa.l.in lege Cornelia.ff.ad
l.Cor.de ſica.de quo per Barto.in l.
quod Nerua.ff.depoſi.& l.j.§.non
autem.ff.ſiquis teſt.lib.eſſe iu.fuer.
&.crimẽ lęſę maieſtatis eſt de atro-
cioribus,ut apparet tam ex perſo-
na eius,

na eius, qui per illud offenditur, quàm etiam ex genere pœnæ, quæ imponitur pro huiuſmodi crimine. quod etiam ſatis expreſsit gloſſ. C. de adulter. in rubrica. quocirca pœna huiuſmodi criminis duntaxat punitur ille, qui dolosè ſic peccauit. quod uidetur ſatis exprimi in l. j. & multis aliis. ff. ad l. Iul. maie. & in indiuiduo habetur per Bertrau. in conſi. 2-9. in primo lib. imò conſtat non tradidiſſe exercitum, ut eſſet inobediens, & offenderet regiam maieſtatem: ſed ex eo, quia literæ, quæ præſentabantur ei per ſucceſſorem, uidebantur ſuſpectæ.
65 ¶ Eò quidem, quia carebant data diei, anni, menſis, & loci. cõſtat autem literas debere cõtinere locum, tempus. & datam. ſecundũ Bal. in addi. Specu. de reſcrip. pœn. uerſic. litera. ibi. Spec. §. iij. uerſic. item quòd nõ
66 eſt. ibi: locus. ¶ Et literæ malè formatæ non debent exire de cancellaria. l. fi. & ibi Bar. de diuer. reſcrip. debet enim in eis ſeruari ſtylus: aliàs non ſeruantur. ſecundũ Hoſtien. in ca. noſtram. de reſcrip. quia quando ſunt contra conſuetudinẽ, ſunt erroneæ, & eis non eſt credendum. l. fi. & ibi Bart. C. de cano. pręſta. lib. x.
67 ¶ Et ideo non immeritò dixit Bald. in conſi. 64. in primo lib. quòd literæ principis nõ ſunt ſemper exequendæ, ſed reſcribendum eſt principi, ut hic talis fecit, & altera ſuperueniente iuſsione principis, ei paruit: & ſic aliquis dolus in eo conſiderari non poteſt.
78 ¶ Ad ſecundũ uerò, quod obiicitur, quòd uidelicet deſeruit exercitũ accedendo ad hoſtes, reſpondetur, ꝙ non poteſt hunc talem dici deſeruiſſe exercitum, cũ ſtatim reuerſus fuerit. argu. text. l. iij. ff. de diuor. & ff. de ri. nup. l. ple unq;. & ff. de dona. inter uir. & uxo. l. uir mulieri. proceſſit enim id calore iracũdiæ: & abſq; aliqua offenſione regiæ maieſtatis illico reuerſus fuit. quanquam etiã poteſt ad hoſtes accedi, ut nõ cõmittatur crimen læſæ maieſtatis, ſi uidelicet id fiat citra armorũ uſum & opem. ſecundũ Oldr. in conſi. 43. in ij. col. uer. circa ſextam. & Gramma. in deciſi. 18.
69 ¶ F I S. Atqui in crimine læſæ maieſtatis uel ſolus conatus punitur. ſecundũ Paul. de Ca. & Angel. in l. i. §. fi. ff. quod quiſ. iur. & ibi Alex. & Iaſ. & Fel. in tra. de cona. in iiij. colum. uerſic. & ideo dicit Bart. & Marti. Lauden. in tra. de crimine læſæ maieſta. §. 15. & ſequitur Boër. in tract. de ſeditio. in ſeptimo
70 & ultimo pręſuppo. nu. 43. ¶ Imo ſi bene hîc aduertatur, nedum adeſt conatus: ſed plena conſummatio delicti. nã attentare idem eſt, quod ad aliquem actũ procedere. l. ſi quis nõ dicam rapere. & ibi per omnes. C. de epi. & cleri. & in authen. habita. ne fi. pro pat. tractare, eſt colloquium habere, qualiter quid geri poſsit. c. cum olim. de arbi. c. dudũ. de re. eccle. nõ alienan. procedere, eſt proſequi incoacte, & maleuolum actum animi, & propoſitũ conari producere ad finem. l. poſſeſſio. ff. de uſucapio. conſummare delictũ, eſt id facere, quo incipiat eſſe delictum. unde aliqui dicunt delictum eſſe cõſummatum, quãdo lex punit conſiliũ principaliter, nõ acceſſoriè. l. j. §. perſuadere. ff. de ſer. corrup.

corrup.& quædam non cõſummata in opere,ſunt cõſummata in crimine.quia factioſam uoluntatẽ no tant:& multo fortiùs factioſam factionem.l.quæſitum.ff.qui & à qui. & tales ordientes lex cenſet reos. quia poſt factum non haberent iudicem punitorem. debet autem habere factum ultorẽ.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſta.& habetur per Bal.in conſil.24.uolu.iiij.& Boër.in d.tracta.de ſedi.ubi ſuprà.hic autem deſeruit exercitum,& acceſsit ad hoſtes:ergo cõſummauit delictum:& ſic puniendus eſt dicto crimine læſæ maieſtatis.obſtat tamen text.in l.iij.§.is qui ad hoſtes.ff.de re militar.ſed an ſaltem minoretur pœna:& uidetur,quòd ſic.l.nõ omnes deſertores.in princi.ff.de re milita. iuncta gloſ.cogita ſuper prædictis.

71 ¶INQVISITVS.Non ſimpliciter dicit text.in l.iij.puniri crimine læſæ maieſtatis eum,qui exercitum deſeruit:ſed dicit, eũ qui imperiũ exercitúmue deſeruerit:quaſi dicat eum committere crimen læſæ maieſtatis in hoc capitulo,qui iuriſdictioni & poteſtati imperij ſuppoſitus ab obedientia realiter ſe ſubtrahit,hoſtisq; animum aſſumit,& domini ſui aduerſarius fit:ut declarat Oldra.in dicto conſil.43. hic autem tametſi exercitum deſeruit,nõ doloſè id fecit tamen,animoq; offendendi regiam maieſtatem:nec imperium deſeruit:& ſtatim ad obedientiam reuerſus fuit: nec aliquid machinatus fuit cũ hoſtibus,uel intra ſe cõtra perſonam principis,uel eius honorẽ,nec cum hoſtibus inſequutus eſt principem & gentem eius:ut requiritur,priuſquàm quis poſsit dici rebellis, & cõmittatur crimen læſæ maieſtatis. ut d.Bart.in extra.qui ſint rebel.in glo.faciunt.ubi caſus hic deciditur. & ſic nõ obſtant allegata in cõtrarium:quæ tum quidem procedunt, quãdo foret facta machinatio contra perſonam principis, uel ipſius collateralium in eius damnum: de ipſo uel ipſis occidendis uel aliter prodendis,uel de lædenda republica: quorum neutrum hic interuenit.ergo ceſſant.

72 ¶Imò ſiquis has machinationes & cõiurationes feciſſet, uel ijs conſenſiſſet,poſteaq; pœnitentia ductus reuelaſſet principi,potius eſſet præmiãdus,quàm puniendus.ut l.quiſquis.§.ſanè ſiquis.C.ad l.Iul.maieſt.ſic ergo etiã dicamus in iſto,qui non fecit coniurationes, ſed tantũ deſeruit exercitum accedendo ad hoſtes,& illico reuerſus fuit pœnitentia ductus.

73 ¶Ad tertium, uidelicet, quòd ſub iureiurando promiſit hoſtibus, ſe proditionem aduerſus regiam maieſtatẽ facturum,reſpõdetur,quòd id fuit per uim & metum:quo caſu non tenetur crimine læſæ maieſtatis:ut per Grammat.in d.deciſio.18.Item,quia reuerſus ſtatim ac ſpõte id reuelauit & patefecit principi,& effectus non fuit ſequutus: & ſic excuſatur,& præmio eſſet afficiendus:ut in d.l.quiſquis.§.ſanè ſiquis.C.ad l.Iul.maieſta.

74 ¶Ad id, quod dicitur, quòd exercitus per eũ in inſidias deductus fuit,& hoſtibus proditus:reſpondetur,quòd non probatur dolo malo,ſcienter, & appenſatè id factum fuiſſe:ut requirit

quirit tex.d.l.iiij.uerbi gratia:quòd ipſe ſciens,ubi eſſent inſidiæ hoſtiũ præparatæ, illuc exercitum duxit, eumq; ipſis hoſtibus prodiit animo & intentione offendendi regiã maieſtatem.atqui contrarium ponitur, quum conſtare dicitur,ei iniunctum fuiſſe per ipſum principẽ, ut exercitum duceret in cõfinia regni:cui præcepto neceſſe erat parere.ut xiiij.q.j.c.quod præcipitur. & per Cardi.in Cle.fi.de æta.& qualita.& tale præceptum domini excuſat à pœna:ut habetur per Spec. in tit.de feud.§.quoniam.uerſic.xv. quæritur.& non obedire pręcepto, eſt peccatum,& punitur.c.fi.xiiij.q. j.Nec poteſt ei aliqua culpa imputari:quia acceſsit per uiam rectam, ſolitam,& conſuetã:& non per uiã inſolitã.quo caſu de eo,quòd per uiam ipſam acciderit,non tenetur. ſecundũ Bart.in l.ij.C.de naui.non excu.lib.xj.& Bal.in l.iij.C.de nau-

75 ti.fœno.¶ Ad id uerò, ꝙ dicitur habuiſſe prę manibus nõnullos rebelles regiæ maieſtatis,& facto ipſius nõ perueniſſet in poteſtatẽ principis:primò reſpõdetur,ꝙ non tenetur crimine læſæ maieſtatis, quia ignorauit illos fuiſſe rebelles:& ſic non dolo malo fecit, quò minus peruenirent in poteſtatẽ regiæ maieſtatis.ut requiritur per d.l.iiij.dũ ibi dicitur:factúmue dolo malo cuius dicetur, quò minus hoſtes in poteſtatẽ populi Romani ueniant. & probatur in l.Methrodorũ.ff.de pœn.iuncta gloſ.Secundò reſpondetur,quòd minimè conſtat facto ipſius euaſiſſe,& dolo malo,ac per induſtriam:ſed potius conſtat euaſiſſe caſualiter,& abſq; ipſius culpa: & ſic ei nõ eſt imputandũ ad crimẽ læſæ maieſtatis:quod tunc cõmiſſum foret,ſi ipſos aufugere feciſſet, ut non peruenirent in poteſtatem principis:& principaliter,ut læderetur ipſa regia maieſtas:ſecus ſi aliquid factum fuit,quod non principaliter in læſionem principis tendit.quia licet ſecũdariò,& per quãdam cõſequentiam poſteà læditur, non committitur tamen crimẽ læſæ maieſtatis:ut habetur per Alber.

76 Bru.in allegato conſil.69.¶ Quatenus uerò dicitur, quòd eius dolo factum eſt,ut nonnulli ſubditi Cæſa.ma.ei rebellarẽt & hoſtes efficerentur,replicatur, quòd licet uerũ ſit,id quod prætenditur probatum, quòd uidelicet peſsime tractaſſet ſubditos iſtos,& quòd nimis eos angariaſſet:non tamen ex hoc poteſt dici ipſum incidiſſe in crimen læſæ maieſtatis.quia id non probatur factum ad effectũ,ut hoſtes regiæ maieſtatis fierent,& ut rebellarent:idq; dolo malo ac per induſtriam : ut requiritur in d.l.iiij.quo caſu licet ſecundariò,& per quandã conſequentiam lædatur regia maieſtas:non tamen cõmittitur crimẽ læſæ maieſtatis.ꝑ ea,quæ proximè

77 dixi.¶ Ad illud uerò, quod dicitur, quòd eius opera dolóue malo factum eſt,quò minus rex exterę nationis principi obtemperaret : reſpondetur,ꝙ non cõſtat fuiſſe perſuaſum regi,ut non obtemperaret maieſtati Cęſa.per induſtriã ac dolo malo.etenim licet dũ tractaretur de illo reducẽdo ad Cæſ.fidelitatẽ, dixerit,ac ei perſuaſerit,ꝙ ſi ad fidelitatem

litatem principis ueniret, deberet ea omnino ſeruare, aliàs male ſucceſſurũ, quia ſoleat princeps ægrè ferre refractariolos: nõ tamẽ id dixit animo & intẽtione oſtendendi regiã maieſtatẽ: ſed potius animo perſuadẽdi eius fidelitatẽ pro omni futuro tempore. & quãuis rex propter illa uerba ſe retraxerit ab intentione iurandi fidelitatem: nõ tamen poteſt dici commiſſum crimẽ læſæ maieſtatis: cũ non principaliter illa uerba fuerint dicta ad illum effectum, ſed potius ad bonũ: quo caſu habet locum diſtinctio Bart. in l. non ſolũ. §. ſi mandato. ff. de iniur. in ij. colum. ſeu tertia, ubi cõcludit, quòd aut perſuadetur delictum, & tunc nõ fit diſtinctio, an aliàs perſuaſus fuiſſet facturus, an nõ, & an dolo id fecerit: aut non perſuadetur delictum, & tũc fit diſtinctio, an dolo malo id perſuaſum ſit, an nõ. & ſic cùm in caſu iſto non ſit perſuaſum delictum, ſed bonũ, licet ex perſuaſione cauſetur delictum, debet diſtingui, an perſuadens id fecerit dolo malo, an nõ. nam, ut ſæpius dixi, crimen læſæ maieſtatis nõ committitur, quando aliquid fit nõ principaliter, ut lædatur regia maieſtas: licet ſecundariò & per quandam cõſequẽtiam lædatur. & quòd non ſit perſuaſum delictũ, ſed bonum, & habens conformitatẽ cum iure communi, patet in c. j. qualiter
78 iu. de ua. do. fideli. ¶ Nec etiam obſtat, quòd dicatur, per eũ factũ fuiſſe, ut obſides, pecunia, & iumenta hoſtibus darẽtur. quia reſpondetur duobus modis: primò, quia nõ cõſtat, ea ipſum dediſſe ſcienter hoſtibus, id eſt ſcientem tũc temporis illos eſſe hoſtes. nec etiam conſtat, ea data eſſe in læſionem & præiudicium reipublicæ & regiæ maieſtatis: quo caſu uerũ eſt, committi crimen prædictum. ut d. l. iiij. hæc enim qualitas eſt fundamentũ, ſine quo ceſſat dictum crimen, & debet probari, quia eſt quædam qualitas animi: & debet probari per teſtes, qui uiderint actus exteriores. ſecũdum Bart. in l. ſi is, qui. §. diuus. in fi. ff. de tu. & cura. da. ab his. & plenè habetur per Aymo. Craue. in conſi. vj. per totum. & probatur argu. tex. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & poſtli. reuer. & firmat Ange. in l. j. ff. ad l. Iul. maieſta. circa
79 medium. ¶ Minimè etiã obſtare uidetur, quòd dicitur ſtatuas imperatoris corrupiſſe, quia id fortuito caſu, & non per induſtriam ac dolo malo euenit. quo caſu nõ contrahitur crimen læſæ maieſtatis: ut eſt text. in l. non contrahit. ff. ad l. Iul.
80 maieſta. ¶ Quatenus uerò dicitur, quòd eius dolo & opera factũ fuit, ut nonnullæ ciuitates ab hoſtibus caperentur, reſpõdetur, quòd non eſt concludẽter probatum, ut poſſit dici commiſiſſe læſæ maieſtatis crimen. nam licet probetur ſcripſiſſe quaſdam literas regiæ maieſtati, quòd dictæ ciuitates minimè poſſent reſiſtere hoſtiũ potẽtiæ, quòd muri ciuitatum ex tali & tali latere eſſent debiles, & non bene muniti aliis munitionibus, & has literas perueniſſe in hoſtium manum, ac earum uelut inſtinctu ciuitates illas mox fuiſſe oppugnatas & captas: nõ tamẽ ex hoc ſequitur cõ-

miſſum

miſſum eſſe dictum crimen, quia pa tet has literas non hoſtibus, ſed regiæ maieſtati fuiſſe directas: & ad bonum finem, nempe ut regia maieſtas ualeret prouidere circa tuitionem dictarum ciuitatū: & ſic nō dolo, & per induſtriam, ut requiritur in l. pen. ff. ad leg. Iul. maie. & ꝙ peruenerunt in manus hoſtium, id euenit fortuito quodam caſu, & nō dolo uel culpa ipſius: nūtius enim, qui literas portabat, erat nuntius ſolitus, fidelis, & approbatus à curia: & ſolebat literas ſecretas ferre & referre, ut nulla culpa poſsit imputari circa ipſius electionem: ut eſt doctri. Bal. in l. ſi is cui. C. de fur. ubi hoc ſimul diſcere licet, quòd ſi debitor miſerit pecuniam creditori ſuo per fidū nuntiū, ſolitum, & conſuetū, & q ſolet eſſe bonus, eaq; illi eripiatur, uel aliud ſiniſtrè eueniat, excuſabitur, & amplius nō tenebitur.

81 ¶ Nec obſtat, quatenus dicitur, ꝙ proditor dicitur, qui unum in mente gerit, & aliud fingit gerere in actu. ſecundum Bal. in c. j. vij. col. uer. quid de rebus eccleſiæ. qui. mo. feu. amitta. & Bar. in extraua. ad reprimendum. uer. rebelles. & per conſequens quòd licet apparenter literę fuerint directæ, & ſcriptæ ſub nomine regio: id tamen fuerit per induſtriam factum & ſimulatè: ſiquidem reuera totū id fiebat, ut ad hoſtes peruenirent. uerum quia totū hoc figuratur, nec ulla cōiectura apparet de hoc in proceſſu, non eſt fa-

82 cienda uis ex hoc. ¶ Quò uero ad id, quod dicitur, quòd fecit tractatum cum hoſtibus de occidendo principe & eius collateralibus, reſpondetur, quòd ex quo ſtatim, antequam aliquid ſucceſsiſſet, pœnitentia ductus id principi reuelauit, non ſolum non debet puniri: ſed præmio & honore affici: ut l. quiſquis. §. ſanè ſi quis. C. ad leg. Iul. ma-

83 ieſta. ¶ Quatenus uerò dicatur, ꝙ aduenientibus hoſtibus plures ſodales fictè caſſauit, ad hoc, ut accederēt ad hoſtes, prout cum effectu acceſſerunt, reſpondetur, quòd nō ſufficit probare, quòd ſodales caſſauit, & deinde figurare in aëre, quòd id fecit fictè, ut accederent ad hoſtes. id enim tāquam inducēs delictum, debet probari per exteriores coniecturas & præſumptiones: per teſtes, qui uiderint uel audiuerint actus exteriores: ſecundum Batt. in l. ſi is, qui. §. diuus. ff. de tut. & cura. dat. ab iis. in fi. uerbi gratia: probando, quòd illi ſodales caſſati erant ſtrenui milites, & practici in uſu armorū: adeò, quòd abſq; cauſa ipſos caſſauit: itē quòd tūc tēporis erat fama indubitata, quòd hoſtes erāt præparati, ut uenirēt ad eū locum: itē, quòd nedū erāt neceſſarii illi ſodales caſſati: ſed erat neceſſe quòd plures fierēt pro tuitione & defenſione illius loci: itē, quòd cōmunis opinio ſtantibus prædictis fuit & erat, quòd fictè fuerūt caſſati, ut accederēt ad hoſtes: ſtāte maximè, quia ſtatim nulla mora interueniēte acceſſerunt, iſtis autē concurrēribus putarē ſufficere, & ſi nō ad condēnandū, ſaltem ad torquēdum. ſed iſtis non concurrentibus non eſt cōcludenter probatum, ut poſsit dici probatum crimen læſæ

85 maieſtatis. ¶ Nec obſtat, ꝙ dicatur

q plu-

plures machinatiões feciſſe,ut adueniente principe ei non præſtaretur obedientia: quia reſpondetur, quòd nihil de hoc in proceſſu conſtat.& dato,quòd conſtaret uerbis hoc dixiſſe,nihilominus,quia poſteà nõ fuit ſequuta inobediẽtia,ſed potius obediẽtia & maxima fidelitas,nõ poteſt dici cõmiſiſſe crimen læſæ maieſtatis.ſecundũ Bar.in extraua.qui ſint rebell.in uerbo,ma-
86 chinãtur.¶Nõ enim cõmittitur crimẽ lęſę maieſtatis uerbis,ſed facto: nec poteſt procedi,ac ſi foret crimẽ læſæ maieſtatis:ut eſt tex.in l.famoſi.ff.ad leg.Iul.maieſta.& firmat Boër.in trac.de ſeditio.in 4.præmiſſo.nu.primo.& do.Stepha.Buinar. in l.quiſquis.C.ad leg.Iul. maieſta. in primo no.uer. ſecundo dictum. no.& cõſuluit Aymo.Crauc.in cõſ. 6.primo lib.nume.71. & num.9.ubi
87 plenè.¶Et ideo infert, quòd licet aliàs in crimine læſæ maieſtatis admittantur teſtes non idonei(& hoc quando læditur principis maieſtas facto,& principaliter)ſecus tamen, ſi ſolis uerbis,quia tunc & eo caſu non dicitur crimen læſę maieſtatis, & ſic ſpecialia,quæ urgent in eo crimine,habẽt locum in offenſione fa
88 cti:non autem uerbali.¶ F I S. His proximè dictis per te,obſtat in indiuiduo.tex.l.quiſquis.C. ad leg. Iul. maieſta.ubi ſola conſpiratio & machinatio contra principem punitur eadem lege,& committitur crimen læſę maieſtatis,imò ex ſolo conatu contra principem committitur crimen prędictum.ſecũdũ Ang. in l.j.§.fi.ff. quod quiſ.iur.& Marti. Laudẽ.in trac.de cri.lęſę ma.§.19.& ſequũtur Iaſ.Pau.de Caſ.& Alex.in
89 d.§.fi.¶I V D.In hoc paſſu eſt animaduertendũ,ꝙ licet dicatur in crimine lęſę maieſtatis puniri ſolũ affectũ etiã effectu nõ ſequuto,per allegata per Fiſcũ:tamẽ glo.in extraua.qui ſint rebel.in uerb.machinãtur. ultra machinationem requirit inobedientiam:& ſimiliter gloſſ.in d.l.quiſquis.in uerbo, eadẽ.requirit,quòd ultra machinationẽ proceſſum ſit ad aliquem actum:& ita uoluit Bonifa.in trac.de crimi.in titu.de ſeditio.uer.ut dixi perueniẽdo ad actũ.& ſequitur Boër.in trac. de ſedit.in ſeptimo & ultimo præſuppo.nume.42.quare ego puto diſtinguendum:aut quis machinatus fuit contra perſonam principis de ipſo occidendo,& in hac machinatione fuit excogitatus modus id faciendi,& cum aliis ordinatus,& ultrà fuit adinuenta perſona,quæ id faceret. hinc ſi machinatio fuerit detecta, punitur machinans, ac ſi eſſet ſecutus effectus,quia ſerò pararetur uindicta crimine cõſummato.fecit enim quicquid potuit excogitando modum,& adinueniendo perſonam,& ei mandando,ac perſuadendo:& de facili poterat ſequi effectus,niſi fuiſſet detecta machinatio.quòd uero puniatur,probatur per Cardi.in cap.j.extrà,de eo, qui mitti.in poſ.aut potuit conatũ ad effectum de facili deducere ſecundum modum ordinatũ,ſed pœnitentia ductus non deduxit: imò reductus eſt ad meliorem uitæ frugem,& ad maiorem obedientiam: & iſto caſu non punitur.per text.l. qui falſam.& ibi Marſi.numero 15. ff.de

ff. de fal. & hoc modo loquitur glo. in uerbo, machinantur. in extraua. qui ſint rebel. dum dicit, quòd machinatio de non obediendo principi, punitus ſequuta inobedientia: quaſi uelit dicere, quòd ſi ſequatur poſteà obedientia, illa machinatio nõ punitur pro crimine læſæ maieſta. & ita intelligo in omnibus machinationibus, ut cõmittatur crimẽ læſæ maie. ſi ad aliquẽ actũ ſit proceſſum, & appareat factũ eſſe, quicquid fieri potuit: ſecus, ſi ad aliquẽ actum nõ ſit proceſſum, ſed tantũmodò ad uerbalem machinationẽ: & conſtat potuiſſe deduci ad effectũ: ſed pœnitẽtia receſſum eſſe ab illo maleuolo animo: & ita dicerẽ, ſaluo ſemper meliori cõſilio, cui me ſubiicio, & de omnibus me remitto excellẽtibus regẽtibus regiã cãcellariã, qui pluries in ſimilibus cauſis iudicauerũt, in aliis uerò capitulis ſuprà dictis puto bene fuiſſe pro
90 parte Inquiſiti reſponſum. ¶ Et eſt ſciendũ, quòd crimen læſæ maieſtatis habet duo principalia capita: & hucuſque dictum eſt de capitulis contentis in primo capite pro maiori parte. omnes enim illi caſus ſuprà nominati, quibus offenditur principaliter princeps, debẽt collocari in primo capite: illi uerò, qui non principaliter tendunt ad offenſionem principis, debent collocari in ſecundo capite. ut eſt uidere in eo, qui dat operam, ut magiſtratus populi Romani occidatur: itẽ ſi priuatus gerat ſe pro magiſtratu, uidentur eſſe & hæc in ſecũdo capite collocãda: ſi priuatus geſſerit quid ſciens dolo malo pro poteſtate magiſtratúue. ut l. iij. ff. ad le. Iul. maie. item qui de prouintia, cùm ei ſucceſſor datus eſſet, non diſceſſerit. item qui exercitum deſeruerit. item qui priuatus ad hoſtes profugerit. Item qui confeſſum in iudicio reũ, & propter hoc in uincula coniectũ, emiſerit, ut l. iiij. eo. tit. omnes autẽ iſti caſus continẽtur in ſecundo capite, & omnes alij, ut dixi, quibus directò nõ offenditur princeps: ut pulchre dicit Capit. in deciſio. 130.
91 nu. 17. ¶ Eſt etiã ſciendũ, quòd tam in capitulis contentis in primo capite, quàm in ſecũdo, habet locum extra. qui ſint rebe. ut poſsit procedi ad definitiuam ſententiã contra abſentes, ac ſi forent præſentes de plano & ſine ſtrepitu: ut ibi habe-
92 tur, & declarat ibi Barto. ¶ Item eſt ſciendũ, quòd pœna capitulorum cõtentorũ in primo capite, eſt mortis naturalis: & dãnatur memoria etiam poſt mortẽ rei. ut l. fi. ff. eo. ti. nec habere poteſt hæredem, ſed fiſcus ei ſuccedit. §. per contrariũ. inſti. de hære. quæ ab inteſt. deferũ. & filij rei efficiuntur incapaces, & inhabiles bonorũ, & ſucceſsionũ. ut l. quiſquis. C. eo. tit. Pœna uerò cõtentorũ in ſecundo capite, eſt mortis naturalis & publicationis bonorum: ſed morte rei extinguitur delictum: ut optimè concludit Capit. in
93 deciſio. 130. nu. 20. ¶ Item aduertendum, ꝙ crimine læſæ ma. tenentur nedũ facientes cõiurationẽ uel machinationẽ contra principem: ſed etiã ſatellites cõſcij & non reuelãtes, & nũtij: ut habetur in l. qſquis.
94 C. eo. tit. §. id quod. ¶ Sed an peregrinus & exterus teneatur reuelare

conſpirationem,ut ne puniatur? dicas,quòd non:ſecundum Oldra.in conſi.43. col.ij.uerſic.circa ſextam quęſtioné.& Mart.de Laude.intra.
95 de cri.læ. ma.§.22.¶ Ité eſt notádũ, quòd clericus non dicitur cõmittere crimen læſæ maieſtatis, nec habet locum in eo pœna l.quiſquis. C.ad l.Iul.ma.ut uoluit And.Barba. in conſi.21.uolu.iij.de quo per Bar. Soc.in cõſi.12.in iij.& iiij.q.in primo lib.& Abbas Sicul.in c.at ſi clerici,in princi.extra.de iud.& teſt.in c.ſi quis laicus.22.q.v. & Hiero.de Tor.in ſuo cõſi.quod eſt inter cõſ. Anto.de But.in ultimo.& per Bald. in conſi.24. in 4.lib.incipi.quidam plebanus.& ſequitur Cepol.in cõſ. 16.col.iij.uerſi.cum ergo caſus noſter.in 4.col.uerſi.præterea licet.
96 ¶ Et pro crimine læſæ maieſtatis clericus debet remitti ad iudicem eccleſiaſticũ:ut eſt glo.in conſti.de perſonis.& ibi habetur per Iſer.& Afflict.& Bar.de Capua.& ſequitur Boër.in tra.de ſeditio.in ſexto pręſuppo.num.3.
97 ¶ Item eſt ſciendum, quòd in hoc crimine læſæ maieſtatis proceditur ex ſolo officio iudicis abſque querela & denuntiatione:ut dictat regni conſti.incipié.hi qui.& quãdo proceditur per inquiſitioné ex mero officio,debent ſeruari omnia ea,quæ ponuntur & ſeruantur,quando proceditur per accuſationem & querelam:ut ibi haberur,& declaratur per Afflic.
98 ¶ Et ſi quũ proceditur ad denuntiationem in tali crimine,petatur per inquiſitũ copia delationis,& denuntiationis,debet dari ipſi inquiſito. & hoc procedit regulariter,pręterquàm quando proceditur de crimine læſæ maieſtatis directò contra perſonam principis,quia tunc non debet dari copia denuntiationis, nec debet declarari inquiſito nomen delatoris.
99 ¶ Et formata inquiſitione per ipſum iudicem in dicto crimine,ſi inquiſitus reperiatur in fortijs curiæ, & petantur pro eius parte defenſiones,nõ debent dari: ſed debet iudex, antequam dentur defenſiones ,referre cauſam,& merita ipſius regi uel proregi, in qua relatione debet facere mentionem de nomine deferentis,& delati:& de qualitate & numero teſtiũ, & eorũ depoſitionibus,eorumq́ue forma:&quòd nouiter inſtatur pro defenſionibus: & debet expectari reſpõſum ipſius.habetur in d.cõſti. hi qui.& in c.nuper apud Tranum. nec etiã datur copia repertorũ inquiſito abſque cõſultatione regia: ut ibi habetur.ſed eſt aduertẽdum, quòd prædicta procedũt,& habẽt locũ in eo crimine lęſæ maie.quod cõmittitur cõtra principẽ,uel rempublicam de directo,& cõtra eius collaterales:ſecus in aliis capitulis contẽtis in l.ij.& iiij.ff.ad le.Iul.maieſta.& ita procedunt & limitantur conſti.humanitate.& hi qui.& c.nuper apud Tranũ.ut dicit & declarat Bartho.de Capua in d.cõſti.hu-
100 manitate.¶ Debet autẽ iudex cõſiderare, quis ſit zelus delatoris,& quid ad delationẽ ipſum induxerit: quia ſi odio defert,non admittitur: ut habetur in c.nuper apud Trãnũ. ubi habetur,ꝙ iudex ei debet deferre iuramentũ,quòd nõ defert propter odium:ſed quia credit uerum

eſſe

eſſe.Item debet conſiderare perſo-
nas teſtium,quia non teſtimoniis,
ſed teſtibus credendum eſt:ut l.iij.
ff.de teſti.& docet text.d.conſti.hi
101 qui. ¶Similiter ſi petetur per in-
quiſitum liberatio ſub fideiuſſoria
cautiõe, debet regẽ uel proregem
iudex conſulere,& expectare eius
reſponſum,& interim reum tenere
ſub fida cuſtodia: ut habetur in d.
conſti.humanitate.& c.nuper apud
Tranum.& hoc procedit, quando
de directo eſt offenſa maieſtas prin
cipis,uel eiuscollaterales,uel reſpu
102 blica,ut ſuprà dixi.¶ F I S C.Qua
pœna uerò punietur ille,qui quum
ſcit tractatũ fieri cõtra principem,
non reuelat? ¶ I V.Hoc poteſt de-
terminari per text.l.frater.ff.ad le.
Pompe.de parr.quòd puniatur pœ
na relegationis:ut etiã declarat ibi
Marſi.ſed Marſi.non meminit text.
l.quiſquis.§.pe.C.ad le.Iul.maieſt.
ubi habetur,quòd punitur de crimi
ne læſę maieſtatis.& ideo in l.utrũ.
ff.de parr.tenuit cõtrariũ.procedit
autem hæc opinio, quando ſciens
tractatum poteſt probare: aliàs,ſi
non poteſt, quia poſſet torqueri.
per l.iij.C.ad le.Iul.maieſta.non te-
netur reuelare,& per conſequens
ſeipſum exponere periculo tortu-
ræ:ut latè diſputat Marſ.in d.l.utrũ.
ff.ad l.Pompe.de parri.& plenè ui-
de Ange.de Are.in lib.male.in uer-
bo.che hai tradita la tua patria.2.
103 col.¶Item eſt ſciendũ,quòd licet
magna ſit enormitas & grauitas
delicti iſtius,tamen non poteſt ad
torturã procedi,non præcedẽtibus
indiciis,& aliis præſumptionibus:
ut eſt tex.& glo.Cy.Bal.& Sali.in l.
ſi quis alicui.C.ad le.Iul.maieſtatis.
104 ¶Præcedentibus autem indiciis,
omnes poſſunt torqueri, etiam pri
uilegiati & minores.ut l.milites.C.
de quæſtio.& l.de minore.ff.eo.tit.
& habetur in l.nullus.C.eod.titu.&
per Angel.de Areti.in lib.maleſi.in
uerbo.C. à tradita la tua patria.in
105 prin.¶Item in crimine læſæ maie-
ſtatis omnes poſſunt accuſare, etiã
infames,& damnati de publico iu-
dicio:ut plenè ibi per eundẽ Ang.
106 ¶Item in crimine læſæ maieſtatis
puniuntur filij ex delicto patris:ut
habetur in l.quiſquis.C. ad le.Iul.
maie.& an idem ſit,ut puniantur ſi
lij ex delicto matris incidentis in
crimen læſæ maieſtatis:& an fœmi
na committat dictum crimen, per
eundem Ang.ubi ſuprà.3.col.& ibi
per Angelum de Are.& Bernar.in
107 addi.¶Item in crimine læſæ ma-
ieſtatis non appellatur. ſecundum
Ange.de Are.in lib.male.in uerbo.
de quo ſuprà.in princi.& in uerbo.
præſente Caio, & appellante. ſed
contrarium tenet Marti.Lauden.in
7.q.per glo.in l.Pantonius.§.rei.ff.
108 de acqui.hære.¶Itẽ eſt aduertẽn-
dum,ꝙ quũ dicitur in crimine læſę
maieſtatis admitti ad teſtificãdum
etiam teſtes infames,& aliter inha-
biles,id uerum ſit ad probandum
directò ipſum crimen læſæ maieſta
tis:non autem ad probandum ad-
minicula,quæ requiruntur probari
in dicto crimine:ut in exemplis po
ſitis per Bar.in l.famoſi.ff.ad legem
Iul.ma.vbi hoc etiam firmat Alex.
ſed dicit procedere de illis admi-
niculis,quæ non ſunt de ſubſtantia
accuſationis.

¶ Item quòd ſororem uenenauit. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Venerare aliquem, eſt graue admodum delictum, adeò ut grauius etiã ſit homicidio. nu. 2. & eſt crimen occultum ſapiens proditioné. nu. 3. & quomodo cognoſcatur. quem eſſe uenenatum. nume. 4. 13. 14. 16. & quæ indicia poſsint haberi in hoc delicto, numero 5. 17. 21.*
6 *Minæ faciũt indicium ad torturam. nume. 23. 24. 25. 26.*
7 *Indiciũ ad torturam an faciat aſſertio defuncti cum iuramento. nu. 27.*
8 *Solitus delinquere habet indicium contra ſe. nume. 28.*
9 *Mendacium an faciat indicium ad torturam. nu. 29.*
10 *Fuga quãdo faciat indicium. nu. 30.*
11 *Ordo iuris non ſeruatur in enormibus. nume. 31.*
12 *Affectus, ſi nõ ſequatur effectus, quando puniatur in crimine ueneni. nu. 32.*
13 *Teſtes ſingulares non probant.*
14 *Medicorum eſt ſcire, an aliquis ex ueneno ſit mortuus.*
15 *Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & ex ueneno mortuum, an ualeat.*
17 *Teſtes familiares ſunt idonei ad probandum innocentiam.*
18 *Amicitia & amor facit omnem ſuſpitionem ceſſare.*
19 *Delinquere nemo præſumitur niſi ex cauſa.*
20 *Coniectura una tollit aliam.*
23 *Defenſiones quæ competant in crimine ueneni. nu. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23.*
33 *Statuto ſtante, quòd bannitus occidatur, an poſsit ueneno occidi.*
34 *Venenantes affines carceratos qualiter puniantur.*
35 *Iudex debet eſſe promptior ad torturam in crimine ueneni.*
36 *Vxor inquiſita de uenenatione uiri, ſi torquetur, non debet interrogari, an maritus ſit ex ueneno mortuus.*
37 *Venenum uendens, & emens qua pœna puniatur.*

FISCVS.

VLtra prædicta crimina & delicta, in alio reperitur deliquiſſe præfatum delinquentem: cõſtat enim uenenaſſe ſororé.
1 ¶ Quod quidé grauiſsimũ crimen eſt, & grauius homicidio. ut l. j. C. de male. & mathe. & quæ ſit ratio, quòd ſit grauius homicidio, uide Marſi. in rubrica. ff. de ſicar. nume. 3.
2 ¶ Hinc eſt, quòd uenenãs nõ uenit appellatione homicidæ. ſecundum Sali. in d. l. j. & habetur per Bartho. de Cap. in conſti. cõſtitutioné diui patris noſtri. & quòd ſit grauius & deteſtabilius homicidio, tenet Grã ma. in cõſi. 36. nu. 2. & in uoto 3. nu. pri.
3 ¶ Eſt etiã crimen occultum ſapiens proditioné. ut per Bal. in l. cũ fratrem. C. de his, qui. ut indi. in 3. no. & in l. nemo. 2. col. uerſic. ſimile eſt in beneficio. C. de ſumma trini. & plené per Gramma. in d. uoto. 3. adeò, quòd in eo iudex prõptior debet eſſe ad torturã & condénationem: ut ibi per Grãma. quod quidé crimen ex infrà dicendis in proceſſu apparentibus conſtare manifeſtum
4 eſt. ¶ Et primò conſtat de delicto in genere cõmiſſo, dũ cõſtat fuiſſe repertũ corpus mortuũ cum liuoribus, & ſpumis ore fluentibus: ex quibus cognoſcitur corpus uenenatum

natum.ſecundũ Sueto.in Caligula
in principio.& Io.de Firmo in ſuo
aureo repertorio.in uerbo,uenena
tio.item cõſtat,quòd ſumpto uene
no ſemper uomuit:quod quidẽ ar-
5 guit uenenationẽ. ¶Item conſtat,
eundẽ inquiſitũ fuiſſe uiſum eme-
re uenenũ,& dein fuiſſe uiſum tri-
turare in quodã mortario,& pone-
re in quadã charta:& cũ dicta eius
ſoror uellet comedere,dictum ue-
nenum in eius parapſide appoſuiſ-
ſe.item cõſtat in eadẽ charta fuiſſe
repertã magnam quãtitatem dicti
ueneni.quæ omnia ſunt indicia ne-
dum ad torturã ſufficientia,ſed etiã
ad condemnationẽ.ſecundum Par.
de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tor-
tura.uerſi.an ſtetur dicto torti.pe.
6 col.¶Item conſtat,eundem inqui-
ſitum pluries minatum fuiſſe dictæ
ſuæ ſorori:minimo autẽ faciunt in-
dicium ad torturam.ſecundũ Spec.
in tit.de præſumptio.§.ſpecies.uer.
ſed pone,L.minatus eſt Tit.Bal.in
l.Pactuleias.ff.de hære.inſti.& arg.
l.ſi hi,qui adulterij.C.ad legẽ.Iul.de
adulter.& ff.man.l.ſi uerò non re-
7 munerandi.cũ ſimilibus.¶Itẽ con-
ſtat,eandem ſororẽ defunctã tem-
pore quo uiuebat pluries dixiſſe,&
mediante iuramento depoſuiſſe,ſe
eſſe uenenatã per dictũ inquiſitum
eius fratrem: ex quo reſultat indi-
cium ad torturã.ſecundum Angel.
in l.ſi quis in graui.§.ſi qs moriẽs.
ff.de Sylle.& ibi Ludo.Ro.& idem
uidetur tenere Bal.in auth.ſi dica-
tur.C.de teſti.& in c.literas.de præ-
8 ſumptio.¶Item cõſtat,fuiſſe & eſſe
ſolitũ delinquere:ex quo cauſatur
indiciũ ad torturã:ſecũdũ Bart.in l.
fi.ff.de quæſti.& Bal.in l.fi.ff.de hæ-
red.inſti.& glo.in l.iubemus.C.de
probatio.cum ſimilibus.de quibus
ad longum per Marſi.in ſua praxi.
§.diligenter.nu.99.& Marti. Anto.
Blan.in repeti.d.l.fi.de quæſtio.nu.
9 246.cũ ſequentibus. ¶Itẽ ulterius,
conſtat,fuiſſe & eſſe conuictum de
mendacio:quo fit,ut indiciũ ad tor
turam oriatur.ſecundũ Bart.in l.de
minore.§.plurimum quoque.ff.de
quæſtio.refert & ſequitur Ange.de
Are.in lib.male.in uerbo,fama pu-
blica.uerſicu.nonò quæro.& idem
Bar.in l.fi.in 2.col.ff.de quæſt.& ple
nè Marſi.in ſua praxi.§.diligenter.
10 nu.74.¶Itẽ,quia conſtat,ꝙ dũ ca-
ptus eſſet per familiã curiæ,aufugit,
& in fuga rurſum captus eſt:ex qua
fuga oritur nõ modica ſuſpicio &
indiciũ:ut habetur per ſcribẽtes in
l.fi.ff.de quæſt.& in l.inſſe. Corn.ff.
ad Sylle.& per Ang.de Are.in lib.
male.in uerbo,fama publica.uerſi.
an fuga.de quo latè per Marſi.in l.
fi.C.de probatio.& in praxi.§.dili-
genter.nu. 41.ex quibus omnibus
neceſſe eſt dicere,nedũ poſſe pro-
cedi liberè abſq; alia cõſideratio-
ne ad torturã:ſed etiã ad condem-
nationẽ,etiã nõ ſeruato aliquo iu-
11 ris ordine. ¶Quia ſumus in enor-
mibus,in qbus nõ ſeruatur iuris or
do,ſecundũ do.Par.de Put.in tract.
ſyndica.in 55.char.2.col.in fi.& ple-
nè cõgerit Marſi.in ſua praxi.in §.
12 diligẽter.nu.165.¶Et intãtũ eſt uerũ
iſtud,maximè in hoc crimine uene
nationis,ut in eo puniať affectus:li
cet nõ ſequať effectus.ſecũdũ Bart.
13 in l.j.C. ad le.Pomp.de par. ¶IN.
Si uera eſſent ea,quæ propoſuiſti,

proculdubio ſequeretur concluſio
tua:ſed ex infrà dicendis patebit in
iure & in facto parũ ea ueritati offi
cere.& primò dico minimè conſta-
re de delicto in genere commiſſo
concludenter. omnes enim teſtes
in hoc deponentes ſunt ſingulares
& contrarij, qui de iure etiam non
coniunguntur ad faciendum indi-
cium ad torturam.ſecundum Bald.
in l.ſiquis ex argentariis. §.j.ff.de
eden.& ita uoluit Bal.in l.ſpadonẽ.
§.quarta.ff.de excu.tuto.& in l.iu-
riſiurandi.C.de teſti.& Ioan.Cal.&
Anto.de But.in c.ueniẽs.el primo.
de teſti.adeò,ut dicat Bal.in rubri-
ca.de contro.in.uaſ.in prima colũ.
quòd ſi eſſent duo teſtes ſingula-
res non conferẽtes in eundem rei
finem,non probant aliquid: & qui
eos produxit, non dicitur habere
aliquos teſtes pro ſe.apparet autẽ
in hoc quatuor teſtes fore exami-
natos:quorum unus dicit, cadauer
illius mulieris ſe uidiſſe cum liuori-
bus,& cum ſpumis ore fluentibus:
& iudicio ſuo eſſe id ſignum uene-
ni.uerũ poteſt cauſari ex febre pe-
ſtifera & maligna:adeo,ꝙ utrũque
poterit eſſe.& ſic concludẽter nihil
probat. alius uerò teſtis deponit,
ſe non uidiſſe liuorem in eo cada-
uere indicantem uenenationẽ, ſed
ſpumam in ore: quæ multoties in
nonnullis cadaueribus ſolet appa-
rere,& hoc propter forte tranſitũ.
& ſic etiam dicunt diuerſimodè alij
teſtes:adeò, ut nihil concludunt,ſi
14 rectè inſpiciantur.¶ Prçterea hi tẽ-
ſtes non ſunt experti medici, nec
qui poſſent deponere de hoc, &
quorum dicto credi debeat.ſecun-
dum Specu.in ti.de teſt.§.vij.uerſi.
hoc quoq;.ſed ſũt illiterati & idio-
tę,nullam habentes experientiam,
quæ poſſet ſupplere illiteraturam.
ſecundum Specu.in titu.de iud.de-
leg.§.viij.uerſi.itẽ,ꝙ eſt illiteratus.
ſcire enim an ſint ſigna uenenatio-
nis,an nõ:& an aliqs ſit ex ueneno
mortuus,an nõ,eſt peritorũ medi-
corũ: & cũ difficultate hoc poſſunt
ſcire,ſecũdũ Marſi.in l.j.§.prçterea.
15 nu.37.ff.de ſicar.¶ Intantum,ut ſe-
cundum eundẽ ſi aliquis confitea-
tur,ſe uenenaſſe aliquẽ,& ex uene-
no mortuum eſſe,hæc confeſsio ei
nõ præiudicet, quia ipſius faculta-
tis non ſit dignoſcere uenenum ne
illum enecarit, an quippiam aliud.
16 ¶ Ad id uerò,quòd dicitur,ꝙ ſem-
per uomuit,breuiter replicatur, ꝙ
ſi rectè inſpiciatur proceſſus, non
concluditur fuiſſe ſignum uenena-
tionis.imò per teſtes curiæ,& in-
quiſiti cõtrarium conſtat, dum di-
cunt, ꝙ ſunt nonnullæ infirmita-
tes, quæ uomitum in corporibus
humanis ſolẽt cauſare,citra tamen
ſpeciem ueneni.& ex iſtis eſt uide-
re,num probatum ſit de delicto in
genere cõmiſſo . deſcẽdendo uerò
ad indicia, quæ adducuntur, dico
minimè ea obſtare . & dicit Par.de
Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortu-
ra.uerſi.mandauit rex.4.colum.nu.
xj.ꝙ uomitus poteſt cauſari ex ma-
17 teria cholerica.¶ Et primò nõ ob-
ſtat id,quod dicitur,quòd fuit uiſus
emere uenenũ:tum,quia probatur
per familiares domus (qui ſunt ido
nei teſtes ad probandum innocen-
tiam inquiſiti.ſecũdũ Spec.in tit.de
inquiſitio.§.j.uer.ſed nũquid reus.

refert & ſequitur Io.de Ana.in cõſi. ſuo 59.& Alexand.in cõſil.24.incip. animaduerſis.in 20.lib.13.colum.& plenè per Marſi.in praxi.§.oportunè.nu.15.) quòd dictum uenenũm emptum & repertum in domo in quadã fiſſura cuiuſdã parietis domus, fuit emptũ propter mures.& ad hoc demõſtrandũ fuit præcedẽte inſtantia ipſius inquiſiti perquiſitũin pluribus partibus ipſius domus,& præciſè in nõnullis fiſſuris, & feneſtris,& aliis locis, in quibus ſolẽt mures cõcurrere.& ibi fuerũt repertæ plures partes caſei & panis cum ueneno & toxico:quę eſt magna coniectura pro ipſo inquiſito: tantò magis,quia idẽ teſtes deponunt, quòd dictũ uenenũ & toxicum fuit per dictũ inquiſitũ emptũ ad preces & importunitatem dictæ mulieris tempore quo uiuebat,ad effectum interimendi mures.& per eandẽ fuit in plurib.partib.domus, ut ſuprà dixi,poſitũ.itẽ cõcurrit,qa longè antè, & ferè per tres menſes ante mortẽ mulieris fuit dictũ uenenũ emptũ.

18 ¶ Itẽ accedat ꝓdictis, ꝙ quo tẽpore fuit dictũ uenenum emptũ,ſummopere dictus inqſitus diligebat dictã ſuã ſororẽ:quo fit, ut omnis ſiniſtra ſuſpitio ceſſet:ſecundum gloſ.l.j.C.de ſicar.& Bal.in marga.in uerbo,amicitia.& Cepol. in conſi.ij.in ij.columna.in fine.

19 ¶ Item concurrit maxima coniectura elidens omnia indicia exiſtẽtia contra eum,uidelicet:probatio bonæ uitæ,caſtitatis,famæ, bonorúmque morum dictæ mulieris: at maximè obedientiæ, quam habebat erga dictum ſuum fratrẽ:adeò, ut nulla urgens cauſa poſſit coniecturari, qua potuiſſet d.inquiſitus moueri ad interimendum dictam ſuam ſororẽ.& de iure nemo præſumitur delinquere,niſi ex cauſa:ut per Feli.in capit.j.de offic.& pote. iud.delega.& Alexan.in conſil.106. in 4.parte.per glo.ſingu.in l.qui iuraſſe.§.ſi pater.de iureiurando.

20 ¶ Item accedat prædictis probatio maximæ diligentiæ & ſolicitudinis adhibitæ in curatione dictæ ſuæ ſororis, & intimi doloris ac planctus immenſi ob mortem ipſius.ex quibus omnibus reſultat non modica coniectura excluſiua delicti. una enim cõiectura tollit aliam, ut ſæpius dixi.

21 ¶ Nec obſtat,quòd dicatur fuiſſe uiſum d.inquiſitum triturare uenenum in mortario, & demũ ponere in parapſide ſuæ ſororis,quia ad id pluribus modis reſpondeo:primò,quòd hoc nõ probatur, cùm aliqui teſtes dicant uidiſſe ipſum triturare quandam rem albam, aliqui quandam rem ſimilẽ ſulphuri,tertij uerò rem nigram: & aliqui dicunt fuiſſe tempore quo dicta mulier erat infirma,aliqui uerò dicunt, quòd erat incolumis & ſana.& ſic teſtes ſunt uarij, contrarij, ſingulares,& diſcordãtes: & ſic eis non eſt ſtandum,ut ſuprà dixi.item ſecundò,quia probatur eandẽ rem trituratam fuiſſe per d.inquiſitum etiam inſperſam parapſidi uxoris, & filiorum: quo fit,ut ſi fuiſſet uenenum,omnes mortui eſſent:ut arguit Grãma.in deciſio.2.& ſic non eſt præſumẽdum fuiſſe uenenũ. itẽ liquidè conſtat ex defenſionibus adductis fuiſſe piper, id quod fuit

q 5 tritu-

trituratum,& non uenenum : & ſic ceſſat ſuprà dictũ indicium:debent enim teſtes concludere, quòd fuit uenenum malum,aptum ad nocendum:aliàs nihil probãt:ut per Par. de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.uerſic.mandauit rex.4.colum.

22 ¶ Tantò magis,quia id fuit longè ante infirmitatem & mortem dictę mulieris : & nullum ſignum ueneni fuit in ea pòſt:quod quidem fuiſſet proculdubio,ſi fuiſſet uenenum,ut experiẽtia docet,& eſt regulare ſecundum ueras medicinę regulas.& ita dicit Par.de Put.in li.ſyndica.in uerbo,tortura. uerſi.mandauit rex.

23 4.col.in fi.nu.xj. ¶ Similiter nõ obſtat,quatenus adducatur, eundem pluries minatum fuiſſe ſorori : quia ad id pluribus modis reſpondetur: & pri.quia licet teſtes dicant,quòd pluries minatus fuit : che li uolea rompere le brazze:alij:che li uolea rompere la teſta:nullus tamẽ dicit, ꝙ minabatur,ei ſe ueneno inſidiaturum.& tunc minæ faciũt indiciũ, quãdo ſubſequitur illud ipſum delictum,quod minatur:uerbi gratia, ſi cum minatur occiſurum ſequatur occiſio:ſi cum minatur uerberaturum ſequatur uerberatio : ſi cũ minatur uulneraturum ſequatur uulnus : & ſic de ſingulis : non autem, quãdo ſequitur delictum extraneũ, uel maius aut minus:ut egregiè cõſuluit Bertran.doct.Galli.in conſil. lxj.in ij.parte.incip.non puto,ꝙ ex propoſitis.præterea non eſt uerificatum pro parte curiæ,eſſe ſolitum illum & potentem exequutioni demandare dictas minas, ut requiritur ad hoc, ut faciant indicium ad torturam:imò exaduerſò probatur eſſe impotentem, timidum, preſsi animi,& non ſolitũ minas exequutioni demãdare.& ſic tollitur illud indicium,ut uolunt doct.in l.ulti.ff. de hęre.inſti.& Iaſ.in l.pri.C.de ſer. fugi.Feli.in c.cùm oporteat.de accu.nu.9.Spec.in titu.de præſump.§. ſpecies.uer.ſed pone.l.minatus eſt. Thom.Gramma.in conſi.13.& cõſi.69.cum aliis doctoribus commu-

24 niter. ¶ Item ſimiliter non obſtat præſenſium indicium ſtante probatione bonæ famæ inquiſiti,nec exaduerſò ꝓbatur mala fama ipſius: quo caſu minæ facerent indicium. ſecundũ Cy.in l.fi.ff.de hære.inſtit. intelligẽdo tamen, quãdo eſt probata mala fama in eodem genere mali.ſecundũ eundem Bertrã.in d. conſi.61.& in conſi.137.in ea.2.par-

25 te.& ſic non eſt facienda uis.¶ Prętere a licet minæ probari poſsint etiam per teſtes ſingulares . ſecundum Pet.de Anch.in conſi.277.& in conſil.299.& Fulgo.in conſil.177.ut refert & ſequitur Gramma.in deciſio.v.in nu.15.id ſolùm tamen tunc procederet,quãdo teſtes eſſent ſingulares ratione loci uel temporis, & cõcurrerent in eundem rei finẽ. quo caſu bene probant:ut per Fulgo.in cõſi.172.poſt med.primæ colum.ſecus tamẽ erit,quando teſtes non concordãt de qualitate minarũ,ut in caſu noſtro.nã alij dicũt,ꝙ dixerat : che li uolea rompere le brazze:alij:che li uolea rompere la teſta.& ſic non concordant in qua-

26 litate minarũ.¶ Præterea prętenſæ minę non fuerũt purę & ſimplices, ſed cõditiõales,uidelicet:che li haueria

ueria topto la teſta, ſel ſe foſſe piu affacciata alla feneſtra. quo caſu nō oritur indicium, niſi probata illa qualitate & cōditione. ſecūdū Bertran. in dicto cōſi. 61. & conſi. 137. ex quibus omnibus reſultat clara iuris cōcluſio, ꝙ de dicto indicio minarum nō eſt curandū. ¶ Nec ſimi-
27 liter obſtat depoſitio dictæ offenſę, etiam facta in mortis articulo ex pluribus: & primò, quia nō facit indicium ſufficiēs ad torturā. ſecundū Bertran. in cōſil. 137. 2. parte incipiē. uiſo proceſſu. & in cōſi. 26. eo. 2. uol. nu. 8. Gramma. cōſi. 57. nu. 14. Bal. in l. mater. C. de calūniator. Pe. de Gerar. in ſing. 55. Mar. Anto. Blan. in repetitiōe l. fi. ff. de quæſtio. nu. 590. & Grām. in cōſi. 42. nu. 7. & in cōſi. 70. & Marſi. in ſingu. 22. & Ange. in d. l. mater. & ibi gloſſ. licet idē Ang. tenuerit contrariū in l. ſiquis in graui. §. ſiquis moriens. ff. ad Syllenia. quia ſe correxit in d. l. mater. ſecundò, quia dato, ꝙ faceret indiciū, id eſt uerum, quando concurrerēt ea, quæ poſuit Marſi. in ſua praxi in §. diligēter. nu. 118. cū ſequē. uidelicet, ꝙ fuerit facta in mortis articulo cū iuramēto: & ꝙ talis aſſeuerās fuerit homo bonæ cōditionis, uitæ, & famę: & alia, de quibus per eū. quæ utique in caſu noſtro minimè concurrere uidētur: & ideo ſuccedit, ꝙ nullum indicium ſumi poteſt ex dicta depoſitione non formaliter facta: & in proprijs terminis firmat Par. de Put. in libro. ſyndi. in uerbo, tortura. uerſi. mandauit rex. 4. colū. nu. xi. tertiò ex alio nō obſtat, quia, ut ſuprà dixi, etiamſi principalis inquiſitus diceret, & confiteretur, ſe uenenaſſe aliquē, qui ex dicto ueneno mortuus ſit, nō propterea ex dicta cōfeſsiōe dānari poſſet. ſecūdum Marſi. in l. j. §. preterea. ff. de ſicar. nu. 37. ratio eſt, quia ut hic neſcire poteſt, ita pari modo perſona offenſa non poteſt præiudicare in-
28 quiſito per ſuā cōfeſsionē. ¶ Quatenus uerò dicatur, ꝙ ſit ſolitus delinquere, pluri b. medijs tollitur huiuſmodi indiciū: & primò, quia non eſt ſimpliciter uerū, ꝙ ſolitus delinquere, habeat ex ſolo hoc indicium ad torturā: ut plenè cōgerit Marſi. in praxi in §. diligēter. nume. 99. de quo per Marc. Ant. Blan. in repeti. l. fi. de quęſtio. nu. 246. cum ſequentibus. ſecundò, quia non probatur, fuiſſe ſolitum delinquere in eodem genere delicti. quo caſu non reſultat indicium: ſecundū gl. ſingu. in l. iubemus. C. de probat. Bar. & Mod. in l. fi. ff. de quæſtio. Sali. in l. fin. C. eod. titu. Gandi. in rubrica. de indi. indu. colum. fin. Gramma. conſi. 45. & conſil. 55. & uoluit Iacob. Nouell. in ſua praxi ad defen. numero 104. fol. 67. tertiò, quia probatur ex aduerſò ex parte inquiſiti, ꝙ à tribus annis retro aliquod delictum non cōmiſit, ſed bene, pacifice, & quiete uixit, conuerſando cum bonis & perfectis hominibus. quo caſu purgata cenſetur illa mala fama. ſecundum Iaſon. in l. ſi prius. col. 143. ff. de no. oper. nun. & Roma. in conſi. 256. colum. 2. & ſequitur idem Iacobus Nouell. ibidem numero. 106. 4. quia non ſufficit dicere, quòd aliàs hic talis fuit inquiſitus de talibus delictis, & producere ad hoc ſimplices informatiōes, ut poſsit dici ſolitus delinque-

delinquere: ſed eſt neceſſe, quòd probetur, quòd fuit cõuictus: ſecundum And. de Iſer. in tit. de pa. tenẽ. in uerſi. publici latrones. & probatur per tex. l. ictus ſuſtiũ. & ibi Bald. & docto. C. de infa. nam nõ ſtatim, quando quis accuſatur de crimine, criminoſus dici poteſt: ſed quando conuincitur. tex. eſt in c. fi. in fin. xv. diſtin. in ulti. quæſtio. & in ca. nõne. viij. q. iiij. uel quando pronuntiatus fuerit pro tali: ut dicit Spec. in ti. de inſtru. edi. §. reſtat. uerſic. quid ſi tabellio. uel quando in iudicio fuerit confeſſus: ut pulchre proſequitur Grammat. in uot. xxx. nu. 25. cum ſequẽtibus. quorũ neutrum hic interuenit: ergo indicium non reſultat.

29 ¶ Nec obſtat, quòd dicatur, ipſum fuiſſe conuictum de mẽdacio, quia reſpõdetur pluribus modis: primò, quia non eſt ſimpliciter uerũ, quòd mẽdacium ſit ſufficiẽs indicium ad torturã: licet nõnulli doct. teneant, quòd ſic. Par. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura. uerſi. uiſo. de indi. indubi. & Afflict. in cõſti. ſi dãna clandeſtina. in 14. no. uer. ſed quæro. & ibi And. de Iſer. uidẽtur cõcludere, quòd nõ facit ſufficiẽs indicium ad torturã, ex eo, quia licet principali celare ueritatẽ propter ſuam ſalutẽ: maximè, propter ritum magnę curię uicarię, de quo per eoſdẽ: licet moder. doctor Mar. Ant. Blan. in repe. l. fi. ff. de quęſtio. nu. 265. cum ſequẽtibus. conetur prędictas opiniones reducere fœdere diſtinctionis ad concordiam: ut opinio Iſer. Par. & Afflict. procedat in his, quæ ſpectãt ad eius immediatam defenſionem: ut ſi primò negauerat, poſteà dicat feciſſe ad ſuam neceſſariã defenſionem, uel quòd caſualiter percuſsit, uel aliter: opinio autem Bart. procedat in his, quæ non ſpectant ad eius defenſionem immediatã: ut ſi dicat, in die delicti locutum ſe eſſe cum Petro, & poſteà dicat, eũ non uidiſſe, uel ſi dicat, tali die ſe fuiſſe Venetiis, & poſteà dicat, eo die ſe fuiſſe Mediolani. iſta enim non reſpiciunt defenſionẽ immediatam: ideo faciunt præſumptionẽ contra eum. ſed opinio. Iſer. ſimpliciter ſequitur Grammat. in uoto 30. nu. 16. tamen utcunq; ſit, quia hic negauit id, quod pluraliter reſpiciebat confeſsionem delicti, & immediatã defenſionem (quia negauit ſe emiſſe uenenum) tenendo opinio. Marci Anto. adhuc ſumus in tuto. ſecũdò reſpondetur, non poſſe ipſum dici conuictum de mendacio, ex quo, ſi rectè inſpiciatur depoſitio, negauit emiſſe uenenũ non purè & ſimpliciter, ſed quòd nõ recordaretur emiſſe. nam facta affrontatione cũ teſtibus dixit, quòd melius conſulta memoria recordatur emiſſe uenenum: & ſic nõ poteſt dici uarius & conuictus de mendacio: ut habetur per Tindar. in tra. de teſti. uaria. in primo lib. trac. in nono capitulo.

30 ¶ Minimè etiam obſtat, quatenus dicatur aufugiſſe è manibus familiæ, quia cũ ſubitò apprehenſus detrectarit ignominiam carceris, nõ reſultat aliquod indicium cõtra eũ: ut notabiliter firmauit Sali. in l. admonendi. ff. de iureiuran. nume. xj.

31 ¶ Nec obſtat, ꝙ ſumus in enormibus, in quibus nõ debet ſeruari ordo iuris, quia dico, quòd etiã in crimine

mine læſæ maieſtatis,& in caſibus, in quibus iudex habet liberũ arbitrium,requiritur quòd præcedãt legitima indicia uel probationes.ſecundum Fran.Bru.in tra.de indi.& tor.in vij.q.ij.q.j.nume.vij.& Marſi. in conſi.49.nu.46.& in cõſil.50.nume.3.& in praxi cri.§.cõſtantę.nume.24.cum ſeq.& in §.ſucceſsiuè. in fi.& Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.uerſi.an ſtetur dicto

32 torti.uerſi.licet iudex.¶Nec eſt uerum,quòd punitur affectus,ac ſi ſe quutus eſſet effectus:quia contrarium fuit deciſum in ſacro regio cõ ſ.Neapo.ut teſtatur Grãma.in deciſio.2.per totam.& ex iſtis puto (ſaluo ſemper ſaniori conſilio)eſſe ſublata omnia ex aduerſo adducta.

¶I V D. Adeò bene & eleganter propoſuiſti defenſiones aduerſus ea,quæ per Fiſcũ adducebantur,ut meritò debeant abſolutioni uiam

33 ſternere.¶Et ut aliqua in hoc crimine dicã,ſciendum eſt,quòd crimẽ ueneni eſt adeò odioſum & grãde,ut ſi ſtatutum permittat bannitum impune occidi,non poſsit tamen uenenari:ut habetur per Ang. in l.fin.C.de delator.lib.x.niſi eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſtatis.& ſequitur Marſi.in rubrica de ſicar.nu.12.pro quo uide Rochũ in tract.de conſuetudi.xj.fol.& Pet.de Gerar.in ſingu.14.& ita tenet Affli.

34 in conſti.mala noxia.in fi.¶Item ſi affines uenenauerint affines ſuos, qui erant carcerati,& meriti ſuſpendium:& hoc,ne uituperarẽtur,puniuntur,ut parricidæ.ſecundũ Bald. in l.libertas.ff.de ſta.ho.& dixit Io. de Ana.in c.cũ iuramento.ulti.col. de homici.& firmat Mar.in l.j.ff.de

35 ſicar.nu.6.¶Item iudex in hoc delicto ueneni debet eſſe promptior ad torturã,præcedentibus tamẽ legitimis indiciis uel præſumptionibus:ut habetur ſecundũ Bal.in l.iij. C.de epi.audien.& Afflic.in conſti.

36 mala noxia.j.col.in fin.¶Vbi plus dicit, quòd ſi examinatur uxor de uenenatione uiri,uel torquetur,nõ debet interrogari, an maritus ſit mortuus ex ueneno:ſed an dederit ei uenenũ.& hoc ex doctri.Alexan.in cõſi.116.incip.in cauſa inqui

37 ſitionis.in fi.in iij.lib.¶Itẽ eſt ſciendum,quòd uendẽs,& emens uenenum necãdi cauſa,uel habens,punitur pœna mortis.ut in cõſtit.mala noxia.& in cõſti.eadem pœna.& conſti.quicunq; toxicũ.& per text. in l.eiuſdem.ff.de ſicar.licet Afflict. intelligat procedere,quãdo ex ueneno illo ſequuta eſſet mors:non aliàs:& quòd ita interpretatũ fuit ex generali cõſuetudine totius Italiæ:& hoc dicit in d.cõſti.mala noxia.in v.nota.& dixit ſuprà inquiſitus ex deciſio.Grãma.2.item procedunt prędicta,ſi temere fuerit uenditum uenenũ : utpura,ſi uendatur diſcolis & incognitis,quos ueriſimiliter poteſt coniecturari ad malum finem emere:ſecus ſi uẽdatur probis uiris,in quibus nulla cadit ſuſpitio : ut declarat Marſi.in d.l. eiuſdem.§.alio ſenatuſconſulto.

¶Fiat conteſtatio litis ſuper eis. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Capitula debent legi inquiſitis, & ſuper ipſis interrogabuntur.*

Litis

2 *Litis conteſtationis forma.*

3 *Confeſſio facta in uinculis an ualeat. nume.5.*

4 *Litem conteſtare ſi reus ſponte noluerit, an cogetur.*

6 *Litis conteſtatio an debeat fieri in præſentia accuſatoris, & rei.*

7 *Reus inquiſitus an poſſit in conteſtatione litis dicere: nego me eſſe culpabilem.*

8 *Litis conteſtatio an ſemper debeat fieri iudice pro tribunali ſedente.*

9 *Litis conteſtatio an inducatur, ſi dicatur: mentitur, qui hoc uult dicere.*

10 *Litis côteſtatio quos effectus pariat. nume.11.12.13.23.24.*

13 *Fideiuſſio ſiſti cum clauſula, toties quoties, expirat lapſo biennio à die litis conteſtationis.*

14 *Tortura datur facta conteſtatione litis.*

15 *Inſtãtia perempta in cauſa periurij an poſſit pronuntiari ſuper debito. nume.19.*

16 *Iudicium eſt unicum, licet plures conueniantur in uno libello.*

17 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.nu.22.*

18 *Inſtantia ſi eſt perempta in uno, eſt perempta in alio.*

20 *Periurium intentatum importat cauſam ciuilem & criminalem.*

21 *Sententia poteſt ferri contra unum, & contra alios ſuperſederi: ſi plures accuſantur in uno eodemq́; libello.*

23 *Exceptiones dilatoriæ aduerſus accuſationem proponuntur ante litis conteſtationem.*

25 *Inſtantia in criminalibus durat per biennium.*

26 *Inſtantia in criminalibus poteſt prorogari per regem per inſufflationem ſpiritus uitæ.*

27 *Actio iniuriarum tranſit ad hæredes facta litis conteſtatione.*

28 *Curator debet dari minori ante litẽ conteſtatam, & qualiter.*

29 *Aduocatus & procurator dãdi ſunt inquiſito.*

30 *Ordo iuris non eſt ſeruandus in leuibus.*

IVDEX.

Hvcuſq; uiſum fuit, qualiter formẽtur capitula cõtra inquiſitos. auditis uerò fiſco & inquiſito, officiũ iudicis eſt, telã proceſſus & iudicij in his, quæ ſpectant ad eius officium, ordinatim

1 pertractare. ¶ Quam ob rẽ ſciendũ eſt, quòd formatis capitulis, ut ſuprà, debet duci reus ad iudicem ſedentẽ pro tribunali ad eũ actũ ſolutus uinculis & cathenis: ut dicit text. in conſti. regni incip. ſi damna clãdeſtina. & ibi per gloſ. & Affli. in uerbo, ſoluti tormẽtis. & eo ibidẽ exiſtente debẽt legi, & particulariter declarari eidẽ inquiſito dicta capitula, & ſuper unoquoq; ipſorum debet ſcribi eius reſponſio in pede uniuſcuiuſq;, iuxta practicam datã per Afflic. in d. cõſti. ſi dãna clandeſtina. in nono nota. & docet Marſi. in ſua praxi. nu. xj. §. cõſtãte. & lectis eidẽ omnibus capitulis, ac ſcriptis, ut ſuprà. & annotatis omnibus eius reſponſionibus, in fine ca-

2 pitulorum ſcribi debet actus litis cõteſtationis. ¶ Eius autem forma erit: die quarto Februarij an. 1553. inſtante regio procuratore fiſcali præſentia capitula fuerunt exhibita & præſentata, lecta & diuulgata de uerbo ad uerbũ, d. inquiſito conſtituto coram magnifico Stratico-

to ciui

to ciuitatis Salerni pro tribunali ſe
dente ad hūc actū:isq; idē inquiſi-
tus ſolutus uinculis & cathenis.&
quum ſuper eis & unoquoq; ipſo-
rum interrogaretur,litē cōteſtādo
& animo cōteſtādi,reſpōdit prout
in pede corū & uniuſcuiuſq; ipſo-
rum continetur.immediatè autē tū
debet dari terminus per iudicē ei-
dem inquiſito ad faciendū omnes
& ſingulas defenſiones, quas ha-
bet & habere poterit,& fiſcus de-
bet acceptare omnes cōfeſsiones,
mendacia,& uariationes dicti in-
quiſiti,ſi & quatenus pro ſe faciūt,
& nō aliter nec alio modo:& ecō-
trà reuocare omnes, & quaſcunq;
confeſsiones,& propoſitiones, ac
inſtantias quomodolibet ſibi noci
uas,& non aliter nec alio modo.
3 ¶F I S. Quid ergo importanc illa
uerba:ſolutus uinculis & cathenis?
an quæſo ſunt de ſubſtantia litis cō
teſtationis? ¶I V D. Illa profectò
uerba ſunt magnæ importantiæ:
quia ſi reus confiteretur aliquid in
capitulis quum eſſet in uinculis &
cathenis,poſſet allegari per uim &
metum tormentorū extortū: ut in
d.conſti.ſi damna clādeſtina.& ibi
Afflic.itē ex alio,quia litis cōteſta-
tio impeditur per metū,& eſſet ipſo
iure nulla dato metu.ſecundū Gul.
de Cu.& doct.in l.j.C.de lit.conte.
& Pet.de Su.in l.ij.in fin.ff.de iudi.
4 ¶F I S.Sed pone caſum,quòd reus
in iudicio conſtitutus non uult litē
cōteſtare,nōne eo caſu cogetur?&
certè ſic:ut habetur in text.c.j.& c.
tuæ.ut lit.non cōteſta.& ibi gloſ.&
Cy.in l.j.C.de conteſt.lit.in vij.q.&
ibi Bal.in v.q.& Alex.in l.ſi finita.§.
Iulianus.col.x.ff.de dam.infec.& ha
betur per Afflic.in cōſtit.ſpeciale,&
poſſet cogi per impoſitionē pœna-
rum,pecuniariū,& etiā per torturā:
ut,habetur per Bal.in l.accuſationē.
C.qui accu.non poſſunt.& tu dixi-
ſti infrà in tertia parte tertię partis,
ut ibi:& tamen litis cōteſtatio facta
iſto modo ualet & tenet:ergo quo
modo procedūt,quæ dicta ſunt ſu-
5 prà?¶I V D.Nō nego,quin etiā li-
tis conteſtatio poſsit fieri per reū
uiribus prætoris cōpulſum in caſu,
quo noluerit ſponte litē cōteſtari:
attamen poſito caſu,ꝙ aliquid con
fiteretur, eſſet neceſſaria ratifica-
tio.quia uideretur facta confeſsio
per metū & comminationē pœna-
rum & torturæ.& ideo bene ad cau
telam fuit prouiſum,ut apponātur
illa uerba,de quibus ſuprà dictum
6 fuit.¶F I S.Vtrum in caſu,quo pro-
ceditur ad querelam,requiratur de
neceſsitate,ut fiat conteſtatio litis
per reum in præſentia accuſatoris:
ſicut requiritur in ciuilibus?¶I V-
D E X.Dicas,quòd nō,quia in cri-
minalibus abſente accuſatore iu-
dex ex officio procedere poteſt &
interrogare.ut l.ij.C.de aboli.& l.
quāuis.C.de adulter.tradit Bart.in
l.is,qui reus.ff.de pub.iud.& Bald.
in l.j.C.qui accuſa.non po.uerſi.ſed
hîc occurrunt.& idem tenet Bal.in
l.j.C.de litis conteſt.& firmat Ma-
ria.Soc.in c.olim inter.de lit.con-
teſt.nu.65.in fi.& uide Ang.de Aret.
in lib.maleſi.in uerbo,hæc eſt quæ-
7 dam inquiſitio.viij.col.¶F I S.Vtrū
reus inquiſitus poſsit reſpondere
in capitulis hoc modo: nego me
eſſe culpabilē?¶I V D.Bart.in l.j.§.
accu

accuſationē.ff.ad Turpi.dicit,quòd non debet admitti talis reſponſio, quia reus debet reſpondere ſuper facto,utrum fecerit,an non fecerit id,ſuper quo accuſatur:non autem, utrum illud ſit culpabile,an nō culpabile.quia hoc ſpectat ad iudicē: ut in d.§.accuſationem.facit,quòd no.in c.fin.de purga.cano.& ſequitur Bal.in l.unicè.C.de lit.conte.in viij.q.& firmat idem Maria.in d.c. olim inter.nu.67.in fin.& dicit eſſe

8 perpetuò notandum. ¶ F I S. Vtrū ſemper requiratur, ut conteſtatio litis fiat iudice ſedente pro tribunali:& aliter facta an ualeat. ¶ I V D E X.Dicas,quòd ad ualiditatem litis cōteſtationis requiritur,ut fiat iudice ſedente pro tribunali:ut eſt text.in d.c.olim inter.& per text.in l.j.C.de lit.conteſt.& l.rem nō nouam.§.patroni.C.de iudi.& firmat idem Maria.ubi ſuprà.nu.75.& aliter facta nō ualet.& ideo eſto cautus:ut ſemper apponi facias dicta

9 uerba.¶ F I S.Quod ſi reus reſponderit in aliquo capitulo,quòd mētitur,qui hoc uoluerit dicere,an dicatur litem conteſtari? ¶ I V D.Dicas,quòd ſic.ſecundū Bal.& docto. in l.turpia.ff.de lega.j.& eſt notandum,quòd plurimos uidi reos ita reſpondere.& eſt ſciendum,ꝙ plures effectus parit litis conteſtatio.

10 ¶ Et primus eſt, quia ſi moritur reus poſt litē cōteſtatam,facit hæredem teneri,qui aliàs regulariter non tenetur.ſecundū Bar.in l.ſenatus.ff.de offi.pręſidis.& no.per docto.in l.j.C.ne ex delic.defuncto.& Barto.in l.quid ergo.§.pœna.ff.de infami.& Alexā.in l.abſentem.ff.de pœn.& ibi habes,in quibus caſibus

11 hoc procedat.¶ Secundò operatur, quia lite conteſtata currit inſtātia. ſecundū Bald.in l.properandū.in v. col.C.de iudi.& ante litem conte-

12 ſtatam non currit.¶ Et an lapſa inſtantia ulterius audiatur accuſator uel fiſcus,uel reſtituatur in integrū, uide Gramma.in uoto 31.per totū, ubi pulchrè.& uide Capi.in deciſio.206.incipien.in cauſa.& cætera.

13 ¶ Tertiò operatur,quia facta litis cōteſtatione,& elapſo biennio expirat fideiuſsio de iudicio ſiſti cū clauſula: toties quoties,ſecundum Afflic.in conſtit.ſæpe contigit.la.ij.

14 in ſecundo not. ¶ Quartò operatur,quia ſine conteſtatione litis nō poteſt procedi ad torturam:ut dixi in tertia parte tertię partis nu.49.&

15 intelligas regulariter.¶ F I S C V S. Quòd ſi agitur de periurio contra aliquem,& à die litis cōteſtatæ elapſum eſt biennium,& ſic inſtantia eſt perempta quo ad periurium,cū ſit cauſa criminalis,an poſsit non obſtāte peremptione inſtātiæ prouideri & pronuntiari ſuper debito: & uidetur dicendū,quòd non.quia ſtante lapſu biennij à die litis cōteſtatæ ſuper cauſa criminali,perēpta inſtantia ipſius cauſæ criminalis & principalis, intelligetur peremptū omne ius prouenıens ex ea, quia cauſa principalis debet attendi.l.ſiquis nec cauſam.ff.ſi cer.peta.& ſic ciuilitas ſeu iudicium ciuile non eſt amplius in cōſideratione:aliàs ſententia eſſet nulla:ut per docto.in l.

16 properandū.de iudi.¶ Et pro confirmatione opinionis prædictę adducitur,quòd ſi in libello plures cō ueniuntur,

ueniuntur, unicum eſt iudicium, & unica inſtantia, & indiuidua pariſformiter ſententia. l. in hoc iudicio. ff. famil herciſcundæ ita ſi in libello ſunt plures actiones, inſtantia unica & indiuidua debet eſſe: & ſic ſtãte unitate cauſæ, non poteſt dici in parte perempta, & in parte non.
17 ¶ Tertiò confirmatur, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. c. acceſſorium. de reg. iur in vj. l. non dubium. C. de legi. Iaſ. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obliga. ſed cauſa ciuilis eſt acceſſoria ad criminalem periurii, quæ eſt principalis, & principaliter intẽtata: ergo ea ſublata, & ſic perempta inſtantia illius principalis, ſublatum eſt acceſſoriũ. & quòd cauſa criminalis ſit principalis, patet ex ordine libelli, quia præponitur. quia ordo ſcripturę eſt attendendus. ſecundum Bal. in l. aduerſus. C. de uſur. & in l. j. C. de ſubſti. hinc eſt, quòd dixit Bar. in 1. cõſi. C. colum. fin. quòd ſi reperiuntur duo inſtrumẽta ſcripta in eadẽ charta, præſumitur prius factum & ſcriptum illud, quod præcedit ex ordine ſcripturæ. & habetur per Bald. in
18 l. ſi duas. ff. de excu. tut. ¶ Præterea ſi inſtantia non eſſet perempta etiã quò ad ciuilitatem, ſequeretur abſurdum: quòd nec inſtantia quò ad criminalitatem eſſet perẽpta, cũ ſit indiuidua, ut dictum fuit. & ſic principale reciperet confirmationẽ ab acceſſorio, quod eſſet cõtra l. quod per manus. ff. de iure codi. & contra omnia iura cantantia, quòd elapſo biennio inſtantia cauſæ criminalis
19 eſt perempta ¶ I V D. Sed præmiſſis nõ obſtãtibus cõtrariam ſententiam de iure probabiliorẽ eſſe exiſtimo: & ſic, ut licet poſſet dici perẽpta inſtãtia quò ad caput criminalitatis: non tamen quò ad caput ciuilitatis ex infrà dicẽdis. & primò, quia licet de iure communi nõ poterat agi criminaliter, & ciuiliter in in uno eodẽq; libello & tẽpore. l. j. C. quãdo ciuilis actio præiu. cri. tamẽ hodie propter clauſulas cõſuetas apponi in inſtrumẽtis, uel propter pactũ habitũ inter partes, põt agi ſimul & ſemel ciuiliter & criminaliter. ſecundũ Afflic. in cõſ̃t. ſi ciuiliter. dum dicit ibi: ſumpta eſt iſta
20 practica. ¶ Et ſemper, quãdo agitur de piurio, agitur criminaliter & ciuiliter, & in primo tractatur de pœna piurii: in ſecũdo de ſolutione. unde ſequitur, ut ſi in libello cõtineãtur plura & diuerſa, tot cenſeantur eſſe libelli, quot ſunt capita in eo contenta, & tot dicantur eſſe inſtantię, & non unica: ſecundũ Bal. in l. edita. C. de eden. uerſi. xiij. quęro. dum dixit, quòd ſi in libello contineãtur plura, & ſic fiat cumulatio an dicatur una inſtantia, an plures. & diſtinguit: aut loquitur de unitate collectiua. & eſt una inſtantia, ſicut unus libellus: aut de unitate ſpecifica, & tũc ſunt plures inſtantiæ: & ita plures cõſiderãtur. & effectus erit, dicit ipſe, ſi plures inſtantiæ conſiderantur, ſi unũ crimen eſt liquidum, ſuper eo poteſt pronũtiari, & inſtãtia diuidi põt. ſic ergo in caſu propoſito dicendũ eſt, ut licet perẽpta ſit inſtãtia quò ad unũ caput criminalitatis: non dicatur tamẽ perẽpta quò ad caput ciuilitatis lõgè diuerſum ab eo: cũ capita iã ſint ſpecificata,

cata,

cata,& cauſæ ſint diuerſæ:& ita uidetur tenere Alexã.in l.ſcire debe-
21 mus.de uerb.oblig. ¶Et ad confirmationẽ prædictorũ adducitur doctrina Bar.in l.deunoquoq;.ff.de re iud.ubi dixit,quòd ſi plures accuſantur in uno libello,una ſententia poteſt ferri cõtra unũ,ſaluo proceſſu cõtra alios:& ſic inſtantia diuidi poteſt,quæ erat unica.quãto igitur fortius dicendũ eſt in caſu noſtro, in quo conſiderãtur duæ cauſæ,& duæ inſtãtiæ:& una ſtat de per ſe ab alia:& ſic una ſublata non intelligi-
22 tur alia ſublata uel perẽpta. ¶Præterea quãdo ſunt duæ cauſæ æquè principales ſimul iunctæ,una nõ dicitur depẽdere ab alia: & ſic in eis nõ cõſideratur principale & acceſſoriũ,neq; quod principaliter actũ eſt:ut elegãter dixit Hippo.de Marſil.in tit.de fideiuſ.nu.63.ſed in materia noſtra cauſæ ſunt coæquales, & ſeparatæ.ergo una non depẽdet ab alia.ut probatur per doctri.Bar. in d.l.j.C.quando ciuil.actio.dũ dixit,quòd una ſublata,alia non tollitur.ergo ſequitur,ꝙ una non eſt acceſſoria ad aliam:ſed ſunt æquè principales. & tenẽdo iſtã partem breuiter reſpõdetur ad allegata in cõtrarium,& quò ad primũ,inquãtũ dicitur,ꝙ debet attẽdi illud,qđ principaliter agitur, reſpõdetur,ꝙ illud procedit,quãdo cauſæ nõ eſſent æqualis potẽtiæ,ut dictũ fuit: nec obſtat illud,quod dicitur ſecũdo per tex.in l.in hoc iudicio.ff.fa. her.quia ille tex.ꝓcedit,quãdo plures ſunt cõuenti,& omnes comparẽt,ut ſic cõtra omnes poſsit determinari,uel in fauorẽ omniũ:& tunc inſtãtia unica diuidi nõ poteſt,nec ſentẽtia:ſecus autẽ,ſi aliqui eſſent abſentes,diuiditur enim tũ inſtãtia & ſententia.l.non idcirco.ff.de iud. ſed materia noſtra continet duas cauſas ſeparatas, & principales & coæquales,ac duas inſtantias non reſpectu unitatis collectiuę:ſed reſpectu,quia ſunt omnia ſeparatim in libello ſpecificata:& ſic una ab alia ſeparari & diuidi põt.nec obſtat aliud,quòd acceſſoriũ ſequitur naturã ſui principalis:nã in caſu ꝓpoſito nõ datur principale & acceſſorium,ut dictũ fuit:ſed omnes cauſæ ſunt æquè principales,& diuerſæ,& diuerſæ inſtantiæ, nec habet obſtare aliud,inquantũ dicebatur, ꝙ attẽditur ordo ſcripturæ: & per ordinẽ apparet,ꝙ principaliter eſt intenta cauſa criminalis:& ꝙ ſic illa ſit potentior:unde ea ſublata, omne ſequẽs tolli debeat.nã reſponſum fuit,ꝙ illud procedit, quando nõ daretur æqualitas cauſarũ:ſicut in caſu noſtro,quia tũc nõ procedit illud,quod dicitur,ꝙ debet attendi,quod principaliter agitur, & ſic limitatio erit ad dictã l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pe.ut per Hippo.in d.nu.63.prçterea ordo ſcripturę nõ eſt attendendus,quãdo conſtat de mẽte diſponentis.l.nec enim.ff.de ſolu.Barto.in l.cũ prætor.§.fidei.ff. de lega.iij.ſed iam cõſtat,quòd iſtæ cauſæ ſunt ſeparatæ & coæquales: & ſic inſtantiæ.per doctrinã Bal.in d.l.edita.& per Alexãd.in d.l.ſcire
23 debemus. ¶ Quintò operatur litis cõteſtatio,quia per eam præcluditur uia proponendi exceptiones dilatorias aduerſus accuſationẽ & inquiſi

quiſitionē.ſecundū Marſi.in l.ſ.nu.
24 15.ff.de quæſt.¶ Sextò operatur, ut
ſi unus, ad quem ſpectat de iure ius
accuſandi, poſtquā accuſauit & litē
cōteſtatus fuit, deſiſtat, alius ad ac-
cuſandum non admittatur: ut pro-
bat text. iuxta gloſſ. in l. ſepulchri
uiolati actio. ff. de ſepulch. uiola.
25 ¶ Et nota, quòd etiam de iure regni
in criminalibus durat inſtantia per
biēnium: ut habetur in ritu magnæ
curiæ uicariæ incip. itē ſeruari ipſa
26 curia, ut inſtantiam. ¶ Et ſecundum
eūdem ritum inſtantia etiam in cri
minalibus poteſt prorogari per re-
27 gē: ut ibi habetur. ¶ Septimò ope-
ratur, quia facta litis conteſtatione
actio iniuriarum trāſit ad hæredes:
ut habetur in l. iniuriarum. ff. de in-
iur. l. ſi nomen. ff. de hære. uel actio.
uendi. & firmat Iacob. de Bello uiſ.
in praxi crimi. in titu. de iniur. in uer
bo, quòd dictus reus malitioſe. in
12. colum. uerſicu. ſed nunquid iſta
28 actio. ¶ Et eſt aduertēdum, ne erre-
tur, quòd ſi inquiſitus erit minor,
die uno uel duobus ante examen
debet ei dari curator ad litē: ut latè
dicam in tertia parte tertiæ partis:
& ideo dixi dandum eſſe curato-
rē uno die antè uel duobus, quàm
examinetur, ut dentur ei capitula,
quò bene informatus de iuribus
minoris poſsit rectè ei authorari:
aliàs ſi eodem inſtanti, quo dare-
tur, præſtaret ſuam authoritatem,
actus eſſet nullus: ut latè diſſeruit
Marſil. in praxi crimi. in §. nunc ui-
dendū. nu. 31. quia eſſet præſtare au
thoritatem abſq; cauſę cognitione.
29 ¶ Eſt etiā aduertendū, ꝙ facta litis
cōteſtatione debēt inquiſiti inter-
rogari, num habeant aduocatum,
& procuratorem: & ſi dixerint non
habere, debet eis prouideri expen
ſis curiæ, ſi ſunt pauperes & miſera
biles perſonæ: ut habetur in conſti.
30 lege præſenti. ¶ Et eſt aduertendū,
quòd hæ ſolennitates requiruntur
in delictis grauibus: non autē in le
uibus, quia in illis non requiritur
ordo iuris, nec requiritur ut forme
tur proceſſus: ſed ſufficit, ſi fiat man
datum, quòd ſoluat pœnam: puta,
ſi iudex inuenit ludentes talis, uel
portantes arma: ut dicit Angel. de
Aret. in libro maleſi. in uerbo. hæc
eſt quędam inquiſitio. 8. col. & prò
confirmatione eorum, quæ dixit
Angelus, facit docto. Barto. in l. di-
uus. 2. col. ff. de cuſtodia reo. & in l.
ædiles. per illum textum. ff. de uia
pu. & Bal. in l. ſi irruptionem. ff. ſi. re
gun. Felin. in c. ueniens. ulti. col. de
teſti. ubi tenēt, quòd in leuibus (ut
ſi iudex uidit ludentes, uel portan-
tes arma, & ſimilia) poteſt iudex
ſtatim punire, & ei creditur. ſed in
contrarium in indiuiduo tenet Af-
flict. in conſtitu. intentionis. in 9. q.
Par. de Put. in lib. ſynd. in uerbo no
torium. effudit multa uerba: uide-
tur tamen ſentire, quòd ſufficiat,
ſola uiſio iudicis: ego autem conſu-
lo, quicquid ſit, ut ſcribatur in actis
quòd talis fuit annotatus ad pœ-
nam, ex quo tali die per iudicem
fuit repertus cum armis, uel ludens
chartis: & habetur eius confeſsio
uel depoſitio ſaltem unius teſtis
depoſitionis loco: licet in puncto
iuris, etiam ſi hoc non fieret poſ-
ſet ex prædictis ſuſtineri id, quod
iudex facit.

¶Et facta litis côteſtatione detur terminus ad probandum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad faciendas defenſiones dandus eſt reo: fallit in capto in flagranti crimine.nu.2.fallit in crimine læſæ maieſtatis, ubi non datur inconſulto rege.nu.3.*

4 *Terminus debet dari ſecundum diſtantiam locorum.*

5 *Terminum longiorem petens, ſi poſteà non utitur, punitur.*

6 *Nominans teſtes extra regnum, & ultra mare, debet facere depoſitum.*

7 *Audientia teſtium in criminalibus an committatur, quando teſtes ſunt extra regnũ, uel extra iurisdictionẽ.*

8 *Termino defenſionis an poſſit reus renunciare.*

9 *Terminus unicus datur in regno ad faciendas defenſiones.*

10 *Reus inquiſitus debet reduci ad carceres inferiores: & dari licentia ei debet, ut poſſit cũ aduocato & procuratoribus colloqui.*

11 *Terminus non datur fiſco ad examinari faciendum.*

12 *Terminus ad defendẽdum, & ad repulſam, an unicus poſſit dari.*

IVDEX.

1 FActa igitur litis côteſtatione, ut dixi, de neceſsitate debet iudex dare terminum reo ad ſe defendendũ, etiã ſi non petatur: licet in ciuilibus ſit contrarium: ut habetur ĩ l.j.ff.de fur.& l.rei.§.ſi ad diem.ff.de re mi.uoluit Bar.& Imo. in.l.cuſtodias.§.i.ff.de pub.iud.plenè per Affli&.in côſt.pacis cultum. in v.not.in pri.q.& firmat Ange.de Are.in lib.male.in uerbo.qui iudex ſtatuit ter.ad eo.defend.& Par. de Put.in lib.ſyndi.in uerbo, condẽnatio.& docet etiã Marſi.in praxi cri. in §.nũc uidendũ.in princ.

2 ¶Quod quidẽ nõ procedit in capto in flagrãti crimine per officiales ad hoc deputatos, & in notorio actus inſtantis, qa tunc nõ datur terminus. ſecundũ Bal.in l.ut uim.ff.de iuſt.& iure.& dixi in uerbo.item pluries captus fuit in flagrã.cri.& in uerbo, item, ꝙ eſt no.delinque.

3 ¶Itẽ fallit in crimine læſæ maieſtatis, ubi non datur terminus ad faciendas defenſiones per iudicẽ abſq; cõſultatione regia: ut dixi ſuprà in uerbo.itẽ

4 quòd com.cri.læſæ maieſt. ¶Et eſt notãdũ, quòd ſi nominãtur teſtes, qui ſunt in partibus diſtantibus, debet dari dilatio ſecundũ diſtantiam locorum, & eo caſu debet iudex dare iuramentũ ipſi petenti, quòd nõ petat animo differendi iudiciũ, ſed ex neceſsitate ſuæ defenſionis: ut not.Afflic.in cõſti.cauſas alias.in 2.

5 not. ¶Et ſi petierit dilationẽ, & nõ uſus fuerit, punitur pecunialiter ſecundum regiã pragma.quæ habet locũ etiam in criminalibus: licet loquatur in ciuilibus. ſecundũ Affli&.

6 ubi ſuprà. ¶Et ſi fortaſſe allegẽtur teſtes qui ſunt extra regnũ, debent nominari iſti teſtes & iurari inſuper, nihil doloſè aut dici aut agi debet.& debet fieri depoſitum: ut habetur per regiã prag.regis Ferdi. inci.ſi quis petierit dilationẽ ultramarinã.& habetur per Afflic.ubi ſuprà.

7 ¶IN. Quòd ſi teſtes examinãdi ad defenſionẽ ſunt extra regnũ, uel extra iuriſdictionẽ uolentis eos exami

examinare,an cōmittatur ipſorum
audientia?¶ I V.Regulariter dicen-
dum eſt,ꝙ in criminalibus non cō-
mittitur audiētia teſtiū, niſi ſenū &
ualetudinariorū,ut dictat ritus ma-
gnæ curiæ uicariæ. incip.itē ſeruat
ipſa curia alicui.& in alio ritu inci.
Item ſeruat ipſa curia,ꝙ quamuis,
& in conſti.in pecuniariis.tamen in
caſu propoſito bene cōmittitur.ſe-
cundum Afflic.in cōſti. inquiſitio-
nes.& in conſtitu.iuſtitiarios. & in
conſt.in pecuniariis.& per Grāma.
8 in cōſi.41. ¶ F I S.An termino de-
fenſionis poſsit reus renunciare?
¶ I V.Reperio Ange.in lib.male.in
uerbo,qui iudex ſtatu.ter.dicentē,
ſe ſemper practicaſſe dictū Bal.in l.
raptores.C. de epi.& cleri. quòd ſi
inquiſitus dicat ſe ex certa ſcientia,
& ſciens,non habere defenſiones,
imò carere defenſionibus, ſponte
ob id renuntiat termino ad ſe de-
fendendum:& quòd tunc talis re-
nuntiatio ualet:aliàs nō.ibi uide in
contingētia facti eū. & pleniſsimè
de hac quęſtione uideas per Marſi.
in praxi cri.§. examinād.per totū.
ad quem me remitto.& aduerte,ꝙ
ibi dicit Ange.procedere id,quod
ipſe dicit,ſi cōſtat,nullā competere
defenſionē:ſecus,ſi cōſtat ei cōpe-
tere.itē ſi pœnitet reū de tali re-
nūtiatione,poteſt ſe defendere:ut
9 ibi per eū.¶ Et eſt notādū,ꝙ ſecun-
dum practicā ſacri regij cōſilij Nea
poli.in criminalibus nō datur no-
ua dilatio ad faciēdas defenſiones
reo inquiſito: ſed bene admittitur
reus abſque alia ulteriori dilatione
ad ulterius probandū & ſe defen-
dendū,etiā poſt publicationem:&
quòd ita ſeruat magna curia uica-
rię:ut dicit Capi.in deciſio.lxxxj.
10 Et eſt aduertendum,ꝙ dato termi
no ad probandū,debet duci reus
in carceres inferiores,& dari licen-
tia,ut poſsit loqui cū procuratori-
bus & aduocato , & ordinare ſuas
defenſiones:aliàs grauaretur,ut do
cet Marſi.in praxi cri.in §.poſtquā.
11 nu.5.in fi.¶Itē eſt aduertendum,ꝙ
ſi reus dixerit,ꝙ ſentētietur ex eiſ-
dem actis,in caſibus,in quibus po-
teſt renūtiare defenſionibus,fiſcus
nō poteſt petere terminū ad exami
nari faciendū:& ſi petierit,nō de-
bet dari:ut dictat ritus magnæ cu-
riæ uicarię, inci.itē ſeruat ipſa curia
12 raro.¶Itē eſt aduertēdum,ꝙ non
poteſt per curiā dari unicus termi-
nus ad probandū,& reprobandum
teſtes:& ſic ad repulſam.ſecundum
Card.poſt glo.in cle.ſæpe.§.& qa.
xj.q.de uerbo.ſignifi.& hoc,niſi de
uolūtate inquiſiti renūtiantis futu-
ræ repulſæ,ut dicā infrà in uerbo.
cōcedatur repulſa.& eſt ratio,quia
ſunt diuerſi termini : ſed licet hoc
ſit,ueruntamen bene poteſt iudex
concedere repulſam , quæ incipiat
currere finito primo termino.quia
licet officiū iudicis cōquieſcat pen
dente dilatione:tamē ea pendente
poteſt dari alia,quæ incipiat prima
finita.ſecundū Bart.in l.quandiu.la
3.ff.de acqui.hære.& ibi Bal.

¶ Detur copia capitulorū inquiſitis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Copia capitulorum debet dari inquiſito:& debet dari gratis,ibidem.*

2 *Capitula quæ eliciuntur ex repertis, debēt eſſe conformia cū ipſis repertis.*
3 *Capitula debent eſſe clara, & non obſcura.*
4 *Copia capitulorum non datur in cri mine laſæ maieſtatis abſque conſulta tione regia.*
5 *Copia repertorum datur habitis te ſtibus pro repetitis.*
6 *Inquiri non poteſt de omni delicto.*
7 *Delicta indultata, præſcripta, uel ſen tentiata, non debent capitulari, niſi ad aggrauandum.*
8 *Exceptio, quòd non poteſt ex officio procedi, eſt admittenda: aliàs appel labitur: & debet opponi ante litem conteſtatam. nume. 9.*
10 *Stylus quomodo probetur.*
11 *Additio in capitulis quando poſſit fieri.*
12 *Socij & complices nominati in capi tulis abſque nominibus & cognomi nibus, debent declarari.*
13 *Terminus non currit, donec diſcepta bitur ſuper exceptionibus oppoſitis.*

IVDEX.

1 PErfecta iam litis conteſtatione, & conceſſo termino ad probandū, debet dari inquiſito copia capitulorū, ad hoc, ut ualeat & poſſit ſe defendere. Sunt autem capitula illa, quæ eliciuntur ex omnibus repertis indiciis & probationibus exiſtentibus contra inquiſitū, quorū formā ſuprà demōſtraſti tu Fiſce: & in regno eſt generalis practica, quæ paſsim ubique ſeruatur, ꝙ nō datur inquiſito copia ipſorū repertorū: maximè reluctante fiſco: licet plura ſint prodita iura in hoc tā cōmunia, quàm municipalia (ſi municipalia dici poſſunt conſti. capitula, & prag. regni) de quibus mentionē facit Pet. de Moſor. in c. ſubiungēdo. & Affli. in cōſti. hi qui. & in cōſti. ſi dāna clandeſtina. quæ referre potius laborioſum uidetur, quàm expediens: licet repetitis teſtibus parte citata, & ſic legitimato proceſſu, uel habitis teſtibus pro repetitis debeat dari: ut habetur per Capit. in deciſio. ſac. re. cōſi. Neap. 74. inci. in cauſa Franciſci de Serino. & ideo inoleuit practica, ꝙ quādo inquiſitus deſiderat copiā repertorū, ad hoc, ut melius & ualidius poſsit formare & patrare ſuas defenſiones, ſolet inſtare pro dicta copia, & dicere, quòd habet teſtes curiæ pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis: eo etenim caſu, ut dixi, cōceditur dicta copia, cū congrua ratio aſsignari nequit, cur denegari debeat non habitis teſtibus pro repetitis, indifferenter cōceditur & datur copia capitulorū, in quibus continētur omnia reperta. & de hoc uide Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo. inquiſitio. uerſi. & aduerte. ubi dicit nō dari copiā repertorū, ſed capitulorum. & an debeat dari etiā nō petente reo, Mar. in praxi cri. §. nūc uidendū. dicit, ꝙ ſic: maximè, ſi reus eſt ruſticus. nu. 3. & ſequen. & debet dari ſumptibus querulantis uel inquirentis ad exēplum libelli in ciuili. Angel. in uerbo. qui iu. ut ſupra pro tri. ſed.
2 ¶ Et quia poterit eſſe, ꝙ aliqui iudices in capitulis nō ponāt omnia reperta, ut fieri debet, & ut tenēt iudices, inoleuit practica generalis in regno, ꝙ proteſtātur inquiſiti, quòd ſi, & quatenus capitula non correſpōderint cū repertis, uel deuiauerint

tint, aut defectiua quoquo modo fuerint, ꝙ de eis nulla habeatur ratio, nec cõſideratio aliqua: nec eidem, nec inquiſito poſſunt obeſſe: & eſt utilis & neceſſaria practica, copia enim capitulorum debet eſſe conformis cũ exẽplato. ut l. ſi quis ex argẽtariis. §. pertinere. & ibi Bar. ff. de edẽ. & uoluit Ange. de Are. in li. male. in uer. q iudex, ut ſupra pro
3 tn. ſe. in prin. ¶ Et ſimiliter qa multoties ſoiẽt formari capitula obſcura, nõ cõtinẽtia eas qualitates, quę in eis requirũtur, uel aliter (quo caſu cõmodè nõ poſſunt patrari defenſiones) inoleuit ſimiliter practica, ut inſtetur & petatur, ꝙ declarentur dicta capitula aliàs proteſtari, contra quos decet, de omnibus ſibi licitis proteſtari. & ꝙ interim terminus nõ currat. & debẽt de iure declarari, qa in criminalibus debet factũ clare proponi: ſecundum Bal. in addi. Specula. in tit. de actio. & peti. uerſi. licet. itẽ, quia actor tenetur declarare libellũ incertũ. ſecũdum docto. in l. inter ſtipulantẽ. §. j. ff. de uerbo. oblig. & Bart. in l. ſi quis in intentione. uer. quærit glo.
4 ff. de iudi. ¶ Et licet ſuprà dixerim indifferenter dari copiã capitulórum: tamen nõ procedit in crimine læſæ maieſtatis, qa nõ datur abſq; cõſultatione regia: ut dixi ſuprà in uerbo, itẽ cõmiſit crimẽ lęſæ maieſtatis. & idẽ eſt in notorio: ut dixi ſuprà in uerbo. itẽ, ꝙ eſt notorius
5 delinquens. ¶ Itẽ eſt aduertẽdum, quòd multoties ſolent haberi teſtes pro citatis, iuratis, & legitimè repetitis. ut habeatur copia repertorũ: præter teſtes abſentes & mortuos. an uerò poſſit fiſcus iſtare, ut non detur cum dicta reſeruatione: niſi omnes habeantur pro repetitis & iuratis, & in hoc dicas, ꝙ ſic, & ita uidi ſeruatũ, & ſeruari in magna curia uicaria: licet Salerni & in ſancto Seuerino cõtrariũ ſeruetur, quia datur copia repertorũ etiam cũ dicta reſeruatione, & qualitate, & in regia prouinciali audiẽtia indiſtinctè datur dicta copia repertorum, etiã nõ habitis teſtibus pro iuratis & repetitis, ſed uidetur poſſe dici, ꝙ dicta reſeruatio debeat admitti, & quòd debeat dari tunc copia repertorũ, quoniã ceſſat tũc ratio: quare denegatur copia repertorũ, quæ eſt, ut per inquiſitum nõ fiat fraus: ut teſtes antequã repetãtur, diſcedãt de ciuitate: & ſic, ut repeti minimè poſſint. habitis ergo pro repetitis ceſſat illa ratio. & licet abſentes & mortui minimè pro repetitis habẽtur propter illã reſeruationẽ: illud tamẽ nõ debet obſtare, quin debeat dari copia repertorum admiſſa illa reſeruatione: maximè quò ad mortuos, qui repeti minime poſſunt: nec in eis uiget timor ſubornationis poſtquã mortui ſunt: & ſic ceſſat ratio prohibitionis ex generali practica de non dãdis repertis. & ſimiliter dicerẽ de abſentibus, intelligẽdo de illis, qui lõga abſentia abfuturi ſunt, ex quibus nõ poſſet retardari expeditio cauſæ ꝓpter eorũ nõ repetitionẽ: ut dicã in uerbo. repetãtur teſtes li
6 cet ſit maius dubiũ. ¶ Inſup aduertãt reorũ aduocati, ut diligẽter per cõtentã & iſpiciãt capl'a formata cõtra ſuos cliẽtes inqſitos, & ſi uiderĩt

fortè capitulari aliqua delicta, in quibus ex officio nō poteſt formari inquiſitio, excipiant & opponāt de hoc, & petat ante omnia prouideri ſuper dicta exceptiōe: quia de omni delicto nō pōt inquiri, & tenetur iudex ſuper hoc interloqui: ut docet Ang. de Are. in li. malefi. in uerbo, hæc eſt quædā inquiſitio. 5.
7 col. in fi. ¶ Itē ſi capitulētur delicta indultata, cōpoſita, tranſacta, uel ſententiata, opponatur exceptio indultus cōpoſitionis, trāſactiōis, & rei iudicatę, & etiā præſcriptionis: & alleget, ut ſupra diſſerui in uerbo, audiantur exceptiōes proponēdę per eos: quia hę exceptiōes, quę cōpetunt aduerſus accuſatione, cōpetūt etiā aduerſus inquiſitionē. ſecundū Bar. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adul. & oppoſitis dictis exceptionibus debet ꝓuideri ſuper eis ante omnia.
8 ¶ Et quatenus ſuprà dixi, poſſe excipi & opponi, ꝙ nō poteſt ex officio procedi & inquiri, eſt adeò uerum iſtud, ut ſi iudex non obſtante exceptione ad ulteriora procedat, poſſit appellari: ſi modò cauſa, ꝓpter quā allegatur, nō poſſe ex officio procedi, eſſet iuſta, & impediret proceſſum. ſecundum Bal. in l. ij. C. de epi. audien. quem refert & ſequitur Ang. Are. in lib. male. in uerbo, hęc eſt quædā inquiſitio. in uti.
9 col. ¶ Et aduertendū eſt, ꝙ dicta exceptio eſt dilatoria, & debet opponi ante litē cōteſtatā, & antequam nomen rei ſit receptum inter reos. ut l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adulter. & dixi ſupra in d. uerbo, audiātur exceptiones. circa finem.
10 ¶ Illud etiam prætermittēdum minimè putaui. quum multoties per reos ſolet allegari aliquis ſtylus, ut circa dationem copiæ repertorum, uel alia, ꝙ in eo caſu debet iudex leuata uoce ex ſuo mero officio pro ſua informatione interrogare procuratores, & alios circunſtantes, & litigantes cū iuramento. & in actis eorum relationē & depoſitionem ſcribi faciat: ut notabiliter dicit Barto. & Floria. in l. iij. §. fi. ff. de teſti. & in ſpecie reportauit Ange. de Aret. in lib. malefic. in uerbo, nec non ad
11 querelam. in col. 14. circa fi. ¶ Item eſt aduertēdum, quia ut plurimum ſolent iudices maleficiorū poſt datam copiam capitulorū addere aliquam qualitatem in capitulis. nam hęc additio non poteſt fieri, niſi citato reo, & ante litem cōteſtatam, quando eſt talis qualitas, quæ alterat delictum capitulatū per prius: & facit plus ipſum puniri: uel facit eū reduci in aliam ſpeciem delicti: ſecus, ſi qualitas adiecta non alterat, nec transformat. quia poteſt fieri uſq; ad ſententiam excluſiuè, citato tamen reo. ut bene congerit Ange. de Are. in lib. male. in uerbo, qui di. iu. addi. & detra. poteſt etiam quandocunque addere, etiā in priori caſu: dummodò conteſtetur lis ſuper
12 dicta additione. ¶ Item eſt ulterius aduertendum, ꝙ multoties in capitulis ſolent nominari alii ſocij participes, mandantes, uel mādatarij, uel alij complices. (dicendo uerbi gratia, quòd dictus inquiſitus aſſociatus cum aliis, uel ad mandatum alterius, & ſimilibus modis cōmiſit delictum) quo caſu poteſt inquiſitus petere, ut nominentur in ſpecie

illi

illi complices,ſocij,mandantes,uel mandatarij:quia commode nõ poteſt ſuas patrare defenſiones:& debent declarari & nominari per curiam:ut cõſuluit Marſi.in conſil.49. & 50.quod eſt ualde notandum.

13 ¶ Item eſt ſciẽdum,quòd oppoſitis prædictis exceptionibus,ſeu altera ipſarum,donec ſuper eis nõ fuerit debite prouiſum:nõ currit nec currere incipit terminus datus ad faciendas defenſiones. ſecundũ Bal. in l.quamdiu.la u.tima.ff.de acquiren.hæredita.

¶ Et demum repetantur teſtes curiæ. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes repeti debent parte citata, ut faciant indicium: & debent repeti coram iudice,& nõ coram actuario. nu.2.nec poteſt alteri demandari.nu. 3.& qualiter debeat repeti.nu.4.& an,& quando poſſint addere uel detrahere ex eorum depoſitionibus.nu. 5.& an teſtes probent,ſi ſint mortui ante repetitionẽ.nu.6.& an probent teſtes,ſi dicant in repetitione, ſe non recordari.nu.7.& an debeant teſtes repeti,eis non lecta depoſitione.nume.8.& 13.*

9 *Teſtes debent reddere cauſam ſcientiæ etiam non interrogati.*

10 *Teſtium repetitio non impedit expeditionem cauſæ.*

11 *Teſtes poſſunt repeti poſt publicationem in cauſa,ſi non depoſuerint, an uulnus ſit mortale,an non.*

12 *Teſtes non poſſunt repeti poſt citationem ad dicendum.*

14 *Teſtes an poſſint dicere in repetitione,ſe non ita dixiſſe,ſi ſe ſubſcripſerunt in priori examine.& ſi poſſunt ita dicere,illiſne,an actis ſit credendum.nu.15.16.*

17 *Teſtes ſi in repetitione uarient, an probent.*

¶ IVDEX.

1 Dato uerò iam termino ad probandum,quia teſtes ex actẽ ad informationem curiæ non probant, niſi repetantur parte citata ad uidẽdum iuramenta teſtium, ideo debent iudices illico citari facere teſtes,& partẽ, ad eorum iuramenta ui lẽdum: licet hoc non procedat in diſrobatorib.ſtratarum,in inſignibus latronibus, in crimine læſæ maieſtatis,& aſſaſsinij: ut dixi in tertia tertiæ partis.nu.50. cũ ſequẽtib.& ut etiam docet Marſi.in praxi crimi.in.§.nũc uidendũ. nu.29.& pulchrè per Ange.de Aret. in lib.maleſi.in uerbo,fama publica.1.colũ.

2 ¶ Et hæc repetitio debet fieri coram iudice,non corã actuario:ut in auth.de teſti.§.& quoniã. iuncta glo.in uerbo,obſeruationibus.col.vij.l.& quoniam & authen. apud eloquentiſsimum.C.de fi.inſtru & dixi in tertia tertiæ partis.

3 ¶ Nec alteri poteſt demandari repetitio prædicta: quia cauſa meri uel mixti imperij non poteſt delegari.l.j.ff.de offi.eius cui mã.eſt iuri.quod eſt uerum:niſi ex iuſta cauſa,utputa,ſi teſtes ſint alterius territorij,& non ſubiecti:ut ſuprà dixi in uerbo,& detur terminus ad pbãdũ.uel niſi eſſet iudex ĩpedit' iuſto ĩpedimẽto abſentiæ uel infirmitatis, uel alia iuſtiſsima cauſa.ſecũdũ Ange.in lib.maleſi.in uerbo,qui iu. ſtatuit ter.nu.23.ut etiã dicit Mar.in

4 d.§.nunc uidendum.nu.30. ¶Et talis repetitio debet fieri per iudicẽ legendo unicuiq; teſti depoſitionẽ ſuam ſeparatim ab alijs teſtibus & in ſecreto, ne unius depoſitio per aliam fabricetur: ut per Danielem inductum eſt:ut ca.nos.§.itẽ Daniel.ij.qõ.vij.& lecta depoſitiõe teſti, ſcribatur actus repetitionis hoc ordine:die,&c.coràm &c. talis teſtis cum iuramento inquiſitus & extractus ſuper dicta informatiõe,& tota cauſa,& quicquid inde ſcit,dixit: che ſupra tal cauſa:è ſtato ſecundo ſe recorda una tra uolta examinato,ala quale examine ſe refere. & lecta eidem dicta ſua depoſitione facta ſub die &c:& incipit,&c.& finit,&c.ac ei diuulgara, ut iacet de uerbo ad uerbum,dixit:che quãto in epiſa ſe contene è uero & uериſſimo: & quello ratifica accepta & emologa.de uerbo ad uerbum, ſic de loco,tẽpore,& cauſa ſciẽtię.&c.

5 ¶Et ſi teſtes in ſuis depoſitionibus aliquid addunt uel detrahũt primis depoſitionibus,releuant,uel aggrauant inquiſitos:ut per Cap.in deciſio.61.& ca.per tuas.& ibi Abb.extrà.de teſt.nã ꝑ poſſunt corrigere dicta, & depoſitiones ſuas à primis depoſitionibus ante publicationẽ, & cõfrontationem: nec habet docere de errore:ut per Abba.in capi. præterea.extrà.de teſtib.cogen.uel antequam teſtes loquuti fuerint cũ parte producente.ſecundum Inno. in ca.cùm dilecti.extrà.de accuſa.& eadẽ die,qua depoſuerunt,poſſunt ſe corrigere,priuſquam fuerint loquuti cum parte: ſecus autẽ ex interuallo:ut in authen.& qui ſemel. in gloſ.in uerbo,productionem.C. de pro. ¶ F I S Quòd ſi teſtes antequam repetãtur,mortui fuerint, an probent? ¶ I V D.Tex.in l.fi.C. de teſti.& ibi Paul.de Caſt.tenet,ꝙ probãt,ſaluo iure legitimo ipſi reo opponendi cõtra perſonas & dicta teſtiũ.& ita firmat Ioã.Mille.in ſua praxi,fol.84.nume.17.Sed in criminalibus non credo procedere iſtud dictum ad plenam probationem: ideo cogita. ¶ F I S.Quòd ſi aliqs teſtis dicat in repetitione,ſe nõ recordari, an uitietur dictum ipſius? ¶ I V D.Ioan.Mille,in ſua praxi fo. 83.in glo.non recordaretur.dicit,ꝙ non:ſed ſuſtinetur. & dicit probari in l.cũ precibus.C.de proba.& per Bar.in l.in exercẽdis.C.de fi.inſtru, in uerſi.quæro quid ſi teſtes. Adde, quòd ſi rectè inſpiciatur doctrina Bart.non facit ad propoſitum noſtrum.quia loquitur,quando teſtes in inſtrumento deſcripti dicunt, ſe non recordari, quòd tunc ſuſtinetur inſtrumentum,nec inualidatur. & eſt ratio in eo caſu, quia inſtrumentum remanet ualidum authoritate publicę ſcripturę:& teſtes dicentes,ſe non recordari,non contradicunt inſtrumẽto.unde ſat erit, ſi nihil adducatur contra ipſum inſtrumentum:quòd non ſit uerũ,uel quòd ſit falſum, uel aliter. in caſu autem noſtro teſtes non probant, niſi repetantur: unde ſi repetiti dicant ſe non recordari, eorum dictũ corruit,remanet depoſitio non repetita,& facta non uocata parte:& etiam eliſa per illa uerba:nõ recordari.& ſic uidetur dictum Io.Mille. nõ procedere.ſed Bal.in l.fi.prima col.

col.in fi.C.de re iudi.uidetur tene-
re id quod dicit Ioan.Mill.loquitur
8 tamẽ in ciuilibus.¶ F I S.Vtrum te-
ſtis cogatur ſe repetere,ei nõ lecta
ſua depoſitione?¶ I V D.Hãc quę-
ſtionẽ latè examinauit Boër.in de-
ciſio.108.in prima parte.& tandem
poſt multa uidetur firmare,ꝙ non:
ſed ꝙ debeat eidem legi ſua depo-
9 ſitio.¶ Item debet curare iudex,ut
ſemper interroget teſtes de cauſa
ſcientiæ.quia ſicut teſtes etiam nõ
interrogati in criminalibus ad ple-
nam probationem faciendã debẽt
reddere rationem ſuorũ dictorum.
ſecundũ Sali.in l.fi.C.de probat.ita
etiam ad faciendum indiciũ ad tor-
turam . ſecũdum Marſi.in praxi cri.
10 §.diligenter.nu.31.¶ Et nota,quòd
in regno extat pragmatica,qua ca-
uetur,quòd expeditio cauſæ crimi-
nalis nullatenus retardetur præte-
xtu teſtium curię non repetitorum:
ut habetur per Grãmat.in deciſio.
11 28.incip.magnificus.num.6.¶ Et eſt
notãdum,quòd ſi teſtes examinati
ſuper uulnere non depoſuerint,an
ſit uulnus mortale,an non,poſſant
poſt publicationẽ in cauſa repeti.
ſecundũ Afflict.in conſti.terminum
12 uitæ.uerſi.ſextò quæro. ¶ Eſt tamẽ
notandum,quòd poſt citationẽ ad
dicendum,& poſt pronuntiatum in
cauſa,minime poteſt fieri repetitio
teſtium:ut habetur per Gramma.in
dicta deciſio.28.& in deciſio.35.per
Capi.circa finem.incip.an cauſa ma
13 giſtri Antonij.¶ Item eſt aduerten-
dum quòd non ualet repetitio te-
ſtium,niſi formaliter ſit facta:uide-
licet lecta eiſdem eorũ depoſitio-
ne,ut ſuprà dixi , & ea ſubſcripta
per proprias manus ipſorum,ſi ſcri
bere ſciunt ; uel ſaltem per ſignum
crucis:quatenus neſciunt ſcribere,
& in hoc aduertas,quia multi deci-
piuntur.quia non lecta depoſitio-
ne dicũt teſtibus , an referant ſe ad
priora dicta,qui dicunt , quòd ſic.
nam talis repetitio non ualet:ut ui-
detur uelle Bal.in l.fina.C.plus ual.
14 quod agi. ¶ Et an teſtis,qui ſe ſub-
ſcripſit in priori examine . poſſit
nunc in repetitione dicere , ſe non
ita dixiſſe,uide Grãma.in conſi.47.
in cauſa honorabilium . & ultra eũ
uide tex.l.Caius.ff.de pigno.actio.
& Sali.in d.l.fi.C.plus ual.quod ag.
15 ¶ Et an dicto caſu credatur magis
actuario , quàm teſtibus , uide per
Grãma.ubi ſuprà:& Cap.in deciſio.
61.nu.5.in cauſa magnifici Caraſel-
li.& quòd ſi teſtis eſt notabilis per-
ſona,actuarius ſimplex ſcriba , ibi-
dem per præfatos:ubi fit cõmunis
diſtinctio , quòd aut tractatur de
puniendo teſte accuſato de falſo,&
creditur potius teſti : aut tractatur
ad ſciẽdum,cui potius debeat cre-
di,& cui in ipſa cauſa debeat ſtari,
16 & tũc ſtatur potiùs notario.¶ Ego
autem quãdo caſus mihi continge-
ret , ex quo ex depoſitione ſua re-
ſultat quoddam indicium , ꝙ teſtis
ille ſcit ueritatem,& nunc eam uult
occultare,examinarẽ ultrà aliquos
teſtes de ueriſimilitudine illius pri-
mò dicti , nũc negati:& quod ueri-
ſimile eſt illud dixiſſe,qa ueriſimili-
ter poterat,& poteſt ſcire ueritatẽ:
& illud,quod dixit:& de bona fama
notarij:& iſtis probatis ſubiicerem
illum teſtem tormentis per ea,quæ
late dixi in uerbo , itẽ capiat infor-
mationem,

67 mationem. ¶ Quid autem ſi teſtes uariant à primo dicto? Bal.in l.fi.C. de re iud.dicit,quòd primum dictū corruit ex eo:quia primum dictum eſt nullum abſque repetitione, & cùm ſint in repetitione uarii, nec primo,nec ſecundo ſtandum eſt.

¶ Recipiantur defenſiones reorum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Defenſiones qualiter fiant, & quo ordine.*
2 *Inimicitiæ indicium qualiter tollatur.*
3 *Vulneratus qualiter probetur,quòd non ſit ex uulnere mortuus.numero 4.5.6.*
7 *Vulnerans aliquē,quem poſteà alius exinaniuit,an teneatur de occiſo.*
8 *Defenſiones etiam poſt ſententiā recipiendæ ſunt,& ex officio iudicis ad defenſionem poſſunt examinari teſtes.nu.9.*
10 *Teſtes etiam non integri probant inducti ad defenſam.*
11 *Defenſio neceſſaria qualiter probetur.nu.12.13.*
14 *Defendendo occidens eum, cui præſtiterat cautionem de non offendendo, an puniatur ſaltem pœna cautionis.*
15 *Defendendi cauſa ſemper præſumitur repercutere percuſſus primò.*
16 *Moderamen inculpatæ tutelæ an conſideretur in rixa.*
17 *Defenſio eſt permiſſa non ſolùm pro ſe,ſed etiam pro patre:& econtra.*
18 *Pœna mortis ex quibus excuſetur.*
19 *Defenſionum quot ſunt ſpecies.*
20 *Homicidium cōmiſſum baculo, quomodo excuſetur a pœna mortis.*
21 *Statuto dictante,quòd poſſit occidi bannitus,an poterit occidi bannitus, cum quo erat facta pax.*
22 *Defenſiões an ſtatim debeāt reo dari.*
23 *Statuto dictante,quòd impunè occidantur banniti,an occidens bannitū indultatum,ſed non cancellatum,puniatur.*
24 *Homicidium in rixa cōmiſſum quomodo excuſetur.*
25 *Vulnerans qualiter excuſetur.nu.26.*
27 *Pauperi inquiſito debēt fieri acta & defenſiones gratis.*
28 *Mulieres deponentes in fauorem reorum uiris in fauorem fiſci uel querulantis deponentibus præferuntur.*
29 *Animus occidendi probatur,ſi aliàs ſolitus ſit delinquere.*
30 *Teſtes laici præferuntur clericis, ſi deponant ad defenſionem.*
31 *Negatiua coarctata loco & tempore,quomodo & qualiter probetur.*
32 *Interrogatoria dantur per curiam, ſed non per inquiſitum.*
33 *Accuſatus,quòd de menſe Maij interfecit Titium,ſi probet,quòd erat bannitus,& non probat,quod de menſe Maij,an abſoluendus ſit.*
34 *Delictum commiſſum per eum,quem probatur habere dilucida interualla in dubio præſumitur commiſiſſe,quo tempore habebat dilucida interualla.*
35 *Inſultus qualiter excuſetur.*
36 *Blaſphemia qualiter excuſetur.*
38 *Adulterium quomodo defendatur.*
38 *Iudex laicus poteſt terminum ſtatuere petenti remiſſionem ad eccleſiaſticum, intra quem habeat producere ea, quæ intendit producere coram eccleſiaſtico, ut uideat,ſi releuent.*
39 *Homicidium de nocte cōmiſſum quomodo excuſetur.*

IVD.

IVDEX.

1 Omnibus prędictis, exequutis & geſtis, debent recipi defenſiones reorum, & ſic exceptiones: & examinari teſtes ſuper eis, aliaq; iura admittenda admitti: ſintq; cauti reorum aduocati, ut ſemper ſtudeant indiciorũ uires euacuare, tollere, & perimere: & attendere circa ſubſtantialia: & non fundare exceptiones & defenſiones in phylacteriis, & aliis generalibus. quæ etiamſi probata forẽt, adhuc tamen indicia remanerent illæſa & indiminuta: ut quãdoq; uidi plures aduocatos erraſſe, & in fine cauſæ ſe reperiiſſe uento plenos: quod quidẽ non prouenit, niſi ex craſſa ignorantia. quare pro inſtructione iuuenum ſciendum eſt, quòd forma fundandi defenſiones

2 erit huiuſcemodi. ¶ Si contigerit cõtra aliquem adduci inimicitiã capitalem pro indicio, debet conſiderari cauſa, unde proceſsit. quia ex multis cauſis cauſari poteſt. aliquãdo enim ex iniuria uerbali: aliquando ex iniuria reali: aliquando ex litibus, & propter bona: & aliis ex cauſis. conſiderata uerò cauſa inimicitiæ, debet conſiderari & uideri, ſi cauſa ipſa poterit tolli, uel minorari: quòd ſi nõ poterit, quia eſt uera & clara, tũc debet probari reconciliatio, probando actus exteriores. ex quibus præſumitur & inducitur: ut quia diu eſt, quòd poſt dictam cauſam inimicitiæ uiſus fuit conuerſari cũ iniuriante comedendo, bibendo, ridendo, ſaltando, & alia faciendo, quæ nõ inter inimicos, ſed amicos fieri adſolent. Itẽ probari debet, quòd poſt dictã iniuriam realem, uel uerbalem illico tunc, nec poſteà fuit uiſus, uel auditus reuocaſſe expreſsè ad animũ ſuum, ad iniuriam: ſed potiùs diſsimulaſſe. iſtis enim iunctim probatis, tollitur dictum indicium: uidelicet, quòd non reuocauit ad animum, & quòd per magnum temporis interuallum ante delictũ ſequutum fuerit facta reconciliatio: aliàs nõ: ut habetur pleniſsimè per do. Iacob. de Bello uiſ. in ſua praxi cri. in titu. de iniur. in uerbo, quòd dictus reus malitioſè. in fin. colũ & Mar. Anto. Blan. in repet. l. fin. ff. de quęſtio. nu. 161. & poſt omnes Iaco. Nouell. in ſua praxi, ſeu tracta. de defen. fol. 59. nu. 44. licet nõ ita clarè, ut per Iac. de Bello uiſ. & ſi inimicitia proceſsit ex lite, non ſufficit ſimpliciter probari receſſus à lite, ut ex hoc ſublata foret, ſi proceſsit inimicitia capitalis, aut grauis: ſed requiritur ultra receſſum à lite, ꝙ probetur reconciliatio, quæ etiam non ſit de præſenti. & ita poſt multa firmat Bland. in d. repet. l. fin. nume. 157. in fin. itẽ debet probari bona, & optima fama inquiſiti, quia ſi ex aduerſo non probetur mala fama, tollitur indicium prædictũ: ut per Bertran. in conſi. 61. & 157. in ſecunda parte. per doctri. Cy. in l. fi. ff. de hære. inſtit. item poterit probari exculpatio offenſi in mortis articulo. quia per eã tollitur dictum indicium: ut per Bal. in l. j. ulti. colum. in uerſi. pone, teſtator. nu. 13. C. cõmunia de lega. & Alexan. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Sylle. & in conſi. 30. ulti. col. in vij. uolu. & Marſi.

Marſil. in ſua praxi. in §. diligenter. nu. 200. Item poterit probari grauior inimicitia, quam habebat cum alio, probando etiã minas prolatas ab eo, & malam cõſuetudinẽ illius in demandãdo minas exequutioni, uel fugam illius, & alia indicia, ut magis reſultet ſuſpitio contra illum, quàm cõtra hunc: ex iſtis enim tollitur uel ſaltem eliditur dictum indicium. uide Afflict. in conſti. terminum uitæ. iiij. col. uerſic. iiij. fallit.

3 ¶ Et ſi aliquis inquiratur de homicidio, poterit probari, quòd mortuus nõ fuit ex uulnere: probando, quòd ſurrexit, & ambulauit: ſecundum Bar. in l. fin. ff. de ſicar. per glo. l. j. C. de emen. ſeruo. & per tex c. ij. de cleri. percuſſo. & eſt recurrendũ ad iudicium medicorũ. ut in l. ſi ſemel. C. de re mi. lib. xij. & in l. j. ff. de uen. inſpi. & per Ang. de Aret. in lib. male. in uerbo, & dictus Titius ex interuallo ex dicto. uul. mor. fuit. in princi. uerſi. ſi ex interuallo. Cepol. conſil. 41. incip. licet. in v. colum. & Ange. in l. quòd ſi nolit. §. qui mancipium. ff. de ædi. & Pet. de Anch. in conſi. 284. incip. iure ſtricto. & Bald. in l. j. iiij. colum. C. de ædi. actio. pro quo uidendus eſt Abb. in d. c. ij. de cleri. percuſſo. & Marſi. in praxi cri. §. & quia. nume. 16. cũ ſequentibus. Item poterit probari, quòd noluit adhibere medicũ. quia uidetur mortuus eſſe ſua culpa. ſecundũ Bald. in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi uir. per gloſ. ibi. ff. ſol. mat. quod dictum ibi ſummè no. Pau. de Caſt. & Alex. & Bal. in l. qui occidit. §. ſi. ff. ad l. Aquil. & in c. j. qui. mo. feu. amitti. & uolunt doc. in ca. ij. de cleri. percuſſo. pro qua parte facit etiam ſecundũ cum tex. in l. huic ſcripturæ. in §. j. & in l. itẽ Mela. §. Celſus. ff. ad l. Aquil. itẽ poterit probari, quòd adhibuit medicum imperitum, & inordinatè uixit comedendo res nociuas: & quòd noluit parere medicis: ſecundũ do. Fel. in c. preſbyterum. extra. de homi. uel ſi concubuit cum uxore, uel alia fœmina. item poterit probari, quòd ſe medicari fecit incantationibus: quo caſu uulnerans non tenetur de morte, ſi uulneratus moriatur. ſecundũ Soc. in conſi. 178. incip. prima aſpectu. ulti. col. pro quo facit text. l. j. §. ſed ſi obſtetrices. ff. de uar. & extrao. cogni. & refert & ſequitur Marſil. in praxi cri. in §. & quia. nu. 18. 19. & ſequen. quod nota pro curantibus ſe aqua incantata.

4 ¶ Et aduertas, ne decipiaris, quòd dato, quòd uulneratus diceret, ſe mori ſua culpa, hoc non ſufficit, niſi aliter apparuerit. ſecundum Marſil. ubi ſuprà. nu. 24. pro quo allegat c. ſi. extra. de ſucceſ. ab inte.

5 ¶ Itẽ poterit probari, quòd longo tempore poſt uulnus illatũ deceſsit, ad quod tempus non cõſueuerunt mortaliter uulnerati uitam extendere: & ꝙ ſemper proceſsit de bono in melius, & non de malo in peius. Item poterit probari, quòd receſſerunt accidẽtia mala: quia ceſſauit febris: & ꝙ percuſſus in operationibus naturalibus nõ impediebatur, nec in corpore ob illam percuſsionẽ grauabatur. ſic enim loquebatur, & ita ſanè intelligebat, ſicut homo non lethaliter percuſſus. ſunt enim hæc ſigna infallibilis ſalutis, ſi nõ perueniat noua culpa uulnerati. item poterit

terit probari mala cuſtodia uulnerati:ut quia non ſtetit in camera clauſus,ſed exiuit ad aërem,uel bibit uinum frequentando tabernas. Item poterit probari,quòd medici affirmabant,quòd erat extra periculum mortis. Itẽ poterit probari natura uulnerati robuſta & fortis, quę bene cuſtodita raro perit,quia dura textura raro,& difficulter ſoluitur:ut bene & eleganter hæc omnia cumulat Boër.in deciſio.121.
6 in ſecunda parte.¶Et ibi plus dicit, quòd pro parte fiſci plura poſſunt probari,ut uideatur percuſſus mortuus ex uulnere: & primò poteſt probari breuitas temporis,ut ſi intra triduum mortuus ſit à die illati uulneris:uel ſi infra longum tẽpus, ſi nunquàm côualuit,& indies acceſsit de malo in peius.item quòd continuò fuit in uulnerato perſeuerantia uomitus, febris,ac aliorũ accidentium ſignificantiũ mortem. Item,quòd uulnus erat adeò latum & profundum,ut cõmuniter iudicaretur mortale.Item poterit probari qualitas inſtrumenti,quòd nõ conſueuit leuẽ plagam inferre. Itẽ poterit probari,quòd continuò infirmus habuit dolorem,quia percuſſus fuit in neruis,unde prouenit ſpaſmus & mors.& eſt pulcherrima deciſio in hoc paſſu:uideatis
7 eam in facti cõtingentia.¶Itẽ poterit probari,quòd alius eũ uulnerauit,& exinaniuit poſt primũ uulnerantem.quia licet primus mortaliter uulneraſſet,nõ tenetur de occiſo, ſi alius poſteà uulnerauit & occidit:ut plene per Marſi.in l.nihil intereſt.nu.17. ff. de ſicar.& eſt tex.in l.item Mela.§.ſ.ff.ad l.Aquil. ſed in contrariũ eſt tex.in l.ita uulneratus.§.j.ff.eo.tit.pro cuius ſolutione uideatur Boër.in deciſione, de qua ſuprà.& Alber. de Roſa.in d.l.itẽ Mela.& quaſi omnes docto. uidentur concludere,ꝙ aut primus uulnerans adeò uulnerauit,ut impoſsibile foret uulneratum potuiſſe uiuere,& certum foret debuiſſe mori ſecundũ omnes regulas medicinæ & praxim,& eo caſu procedat id,quod dicitur in l.ita uulneratus:aut primũ uulnus poterat ſe habere ad mortẽ,& uitã,& procedat text.in l.item Mela:& ita aliàs pra-
8 cticaui Salerni.¶Et eſt aduertẽdũ, ꝙ etiã poſt ſententiã cõdẽnatoriã debent audiri,& admitti defenſiones reorum:& ubi cõſtiterit de innocentia,debet ſuperſederi à ſuperiori.ſecundũ Barto.in l.j.§.fi.ff.de quæſt.& ibi per Mar.in xv.col.uer. quinimò fortius.& firmat Innocẽ. quẽ ibi ſequuntur doc.in c.ſignificãtibus.in fin.de purga.uulgar.& uoluit Bald.ſequendo Inno.in l.unica
9 in ultima col. C. de confeſ. ¶Imò plus eſt ſciendũ,ꝙ ad defenſionem reorum iudex poteſt & debet teſtes ex officio ſuo examinare etiã à parte non productos:etiam ipſa parte nõ inſtante,nec poſtulãte.ſecundũ Bar.in l.j.§.fi.circa princi.ff. de quæſtio.& in l.ij.C.de abolitio. & eſt optimus tex.in l.ſi nõ defendantur.ff.de pœn.& in l.iiij.§. hoc autẽ iudiciũ.ff.de dam.infe.& in l.2. ij.col.C.de eden.& plenè per Mar. in praxi cri.in §. oportunè.nu.14.
10 ¶Item ad defenſam admittuntur teſtes nõ integri,& minus idonei. Specu.

Spec.in tit.de inquiſitione.§.j.uer. ſed nunquid reus.refert & ſequitur Ioan.de Ana.in cõſil.59.& uoluit in conſi.24.Alexan.incip. animaduerſis.13.col.in ij.lib. ¶INQVI. Ediſſere nobis domine Iudex,qualiter probetur quem cõmiſiſſe delictum homicidij ad ſui defenſionẽ. ¶IVDEX. Hæc eſt materia ſatis trita, & in pluribus locis tractata per doctores:ſed ut uotis ueſtris ſatisfaciam,aliqua ſummatim congeram. Sciendum itaq; eſt,quòd pluribus modis dicitur permiſſa defenſio.aliquãdo enim quis prouocatur uerbis iniurioſis: & tunc regulariter uerbis,& nõ facto eſt permiſſa defenſio.ſecundũ Spec.in titu.de accuſa.uer.quid ſi uocaui te latronẽ. & ſequitur Angel.in l.ut uim.ff.de iu.& iure.& ibi Iaſ.ſed quia multoties euenit,quòd facto quis ſe defendit,tunc licet excedat modum defenſionis,mitiùs tamẽ debet puniri.ſecundũ Ange.de Areti.in lib. maleſi.in uerbo,& uerba contumelioſa.& ſequitur Grãma.in cõſil.29. & in uoto 27.probando priùs iniuriam dictam clarè & particulariter: probando etiã,& articulando grauitatem illius iniuriæ in illis partibus:& quòd patientes illam iniuriã cõſtituuntur in maximo uituperio & dedecore,ut non minus tolerabile eis foret interfici.Item , quòd eſt talis iniuria,quę non uerbis,ſed facto tollitur.Item,quòd illis partibus pluris honor,quàm uita æſtimatur.item,quòd paſſus iniuriã eſt nobilis:uel aliàs bonæ uitæ,conditionis,& famæ.itẽ,quòd iniuria illa fuit dicta in loco publico coram nonnullis hominibus eiuſdem cõditionis,& melioris : adeò , quòd diſſimulari nõ poterat abſq; maximo dedecore.itẽ,quòd propter illam iniuriã adeò accenſus fuit calore iracundiæ,ut propalam uideretur non eſſe in plenitudine ſui intellectus:imò ut quid faceret,ignoraret.itẽ,quòd nullo dato interuallo fuit ſequuta percuſſio.itẽ,quòd prouocatus ipſe adeò ſolet ira accendi,ut cũ plurimum uelut furioſus ignoret penitus , quid faciat. iſtis enim probatis bene habet locum concluſio ſupradictorũ doctorum,& aliorum in hoc ſcribẽtium.

12 ¶Si autem offenſa fuerit realis & facti,& ſimiliter defenſio realis & facti fuerit(quæ regulariter eſt permiſſa cum moderamine inculpatæ tutelæ)ad hoc,ut cõcludenter deducatur & probetur,debet probari & articulari,quòd quis ſtabat neminem offendendo ſub protectione Dei,& Cæſ.ma.& Titius eũ inſultauit:uel uidit Titium uenientẽ ad ſe gladio euaginato, dicendo, quòd extraheret enſem,& ſimilia. uel,quòd deambulabat , & Titius eum inſequebatur uocando,ꝙ expectaret:uel etiã non uocando,ſed ueloci paſſu eũ inſequebatur enſe euaginato:uel ad latus,tamen cum uultu tincto , & cholericè , taliter quòd manifeſtè uidebatur uelle offendere illum.probãdo minas paulò antè factas de eo occidẽdo:& ꝙ erat ſolitus exequi,uel potens:itẽ, quòd ille erat robuſtus & fortior eo:itẽ,quòd ſi expectaſſet ſe percuti,interfectus foret : item,ꝙ non poterat euadere fugiendo,imò citius

tius interfectus fuiſſet.itē,quòd per fugam maximum dedecus cōſequutus eſſet:item, quòd in illis partibus eſt,& reputatur magna ignominia,aufugere:item,quòd ille prouocatus erat debilis,parū fortis,& nō armiger:itē,quòd erat adeò in diſcrimine uitæ cōſtitutus, uel adeò deangulatus,ut niſi extraxiſſet enſem,& ſe defendiſſet,occiſus fuiſſet adeò,ut id,quod factū eſt,nō ſit niſi ad neceſſariā defenſionē:item,ꝙ inſultatus fuit prior uulneratus:itē, quòd non ceſſabat,nec deſiſtebat inferre ictus,ſed ſemper perſeuerabat:item,quòd nō ſedata rixa,nec ceſſante inſultāte,fuit facta percuſſio per inſultatum:item,quòd inſultatus ipſe erat adeò accenſus calore iracundiæ,ut non eſſet in plenitudine ſui intellectus,& uideretur ignorare,quid ageret: item, quòd non habebat alium modum & formam euadendi mortem,niſi percutiendo inſultantem:item,quòd nō habebat aliud genus armorum:itē, quòd nō eſt ſcādaloſus & rixoſus, ſed homo pacificus & quietus, & bonæ uitæ,conditionis & famæ:& è cōtrario inſultās erat rixoſus,ſcādaloſus,& uir prauæ qualitatis & uitæ,ſolitus ſimilia & peiora perpetrare:& ſimilia,uel alia,prout facti qualitas exegerit:nec putes de neceſſitate omnia prædicta eſſe probanda,ſed plus & minus,ut qualitas facti requiret,hæc omnia colligūtur ex dictis Bar.in l.ſed etſi quēcunq;.ff.ad leg.Aquil.in prin.& Io. de Ana.in c.ſi perfodiēs.ulti.col.de homi.Barth.Cepo. cōſ.xxix.v.colū. pro quo eſt tex.in l.ſi percuſſorē.C. ad leg.Cor.de ſica.& in l.iij.§.arma ti.ff.de ui,& ui arma & Marſi.in l.j. nu.37.ff.ad leg.Cor.de ſica.& in cōſi.4.j.lib.nu.17.& conſi.25.nume.41. conſi. 21.nu.52. conſil.73.nume.44. & conſi.81.nu.12. conſi.65. nume.55. conſi.12.nu.12.cōſi.31.nu.27.cōſi.41. nume.15.& Bertran. cōſi 274. nu.4. Afflict.in conſti.pacis cultum. 19.colum.plenè per Carre.in praxi crimi.§.circa. nume. 95. cum pluribus ſequentibus.Iacob.de Noue.in praxi.ad defen.fol 23. nume.61.cum ſequen.Angel.de Are. in lib.male.in uerbo,& dictus Titius ſe defendēdo.Io.Mil in ſua praxi cri.fol.22.in glo.defendētem.nume.13 cum pluribus ſequentibus. Aymo. Grauet.
13 in conſi.179.j.lib.nu.8.& nu.7.¶ Vbi etiā plus dicit,quòd probatur defenſio per teſtes coniunctos, fœminas:& per præſumptiones.item teſtes deponētes per uerbū credo, plenè probant defenſionē.ſecundū Sali.& Bal.in l.ſolum.2.col. uerſi ex hoc nota.C.de teſti.Iaſ.in l.j.nu.25. ff.de re iudicata. Barto.conſilio 57. Marſi.in l.de minore.§ plurium.numero 65.ff.de quæſtioni.& in ſingu. 19.& uide Iacob.de Nouel.in praxi cri.ad defen.& quòd probetur defenſio per teſtes domeſticos,plenè per Pau.Grillā.in trac.de relaxa.carce.in iij.q.ubi dicit,quòd faciūt plenam probationem,niſi alia indicia reſiſtant:item,quòd dicitur probata defenſio,ſi percuſſus pugno oc-
14 ciderit percutientem.¶ Et ꝙ ſi duo dederūt fideiuſsionem inuicem de non offendēdo,& demum unus ab altero inſultatur, & ille inſultatus ſe defendēdo occidit inſultantem,

& exceſsit modum in ſe defendendo, an puniatur pœna contenta in fideiuſsione, an uerò de exceſſu tãtũ. uide Afflic. in deciſ. ſac. regii cõſi. nu. 206. incipiẽ. penes & apud acta. ubi refert fuiſſe deciſum, quòd non punitur pœna, de qua in fideiuſsione, ſed pro exceſſu tãtũ. & uide Corne. in cõſi. 274. nu. 4. j. lib. & in cõſi. 197. 2. lib. & conſi. 154. in 3. lib. & cõſ. 162. & 107. j. lib. & in conſi. 38. 2. lib. & conſil. 7. numero 15. j. lib. & conſi. 162. primo lib. in quibus locis latè de modo probãdi defenſionem, & quòd ſi duo inuicem ſe offenderunt, inter quos erat data fideiuſsio de uiuendo pacificè, & ignoratur uter prior percuſſerit, an ambo teneantur ad pœnam fideiuſsionis, uide Nic. Boër. in deciſ. 237. 2. parte.

15 ¶ Et eſt ſciendum, quòd aggreſſus & prius percuſſus, ſemper pręſumitur repercutere ad defenſionẽ: non autem ad uindictam: ut habetur in l. j. & ibi hoc uoluit Bal. C. de ſicar. uoluit Barto. in l. ſi ex plagiis. ff. ad leg. Aquil. & in l. ſed & ſi quemcũq;. ff. eod. titu. & Marſi. refert. & ſequitur in l. j. ff. de ſicar. nu. 45. ſed quòd ſi duo rixati fuerunt, quorum unus eſt occiſus, uter eorum debet præſumi, quòd fuerit aggreſſor: & multa pulchra in hac materia. uide Boë.

16 in deciſione 237. in 2. parte. ¶ Scias etiam, quòd moderamen inculpatæ tutelæ non conſideratur in rixa, ſi indeliberatè, & accenſus furore iracundiæ inſultatus exceſsit modum in ſe defendendo, quia nõ imputatur exceſſus eo caſu, quia primi motus nõ ſunt in poteſtate noſtra. ſecũdũ Afflic. in cõſti. aſperitatem. in vij. no. licet poſteà dicat totũ hoc reſidere in pectore iudicis.

17 & certè eſt aureũ uerbũ. ¶ Et nõ ſolũ eſt permiſſa defenſio pro ſeipſo: ſed etiam patri pro filio, & ecõtra: uxori pro uiro, & ecõtra: amaſio pro cõcubina, & ecõtra. ſecundũ Ang. in lib. male. in uerbo, & dictus Titius ſe defendẽdo. v. col. per totam.

18 ¶ Et ſi uis uidere plures modos ad excuſandũ quẽ à pœna ordinaria propter homicidium, uide Marſi. in d. l. j. ff. de ſica. Ia. de Nouel. in d. praxi cri. ad defen. fol. 16. nu. 32. cum ſequen. & Afflic. in cõſti. terminũ uitæ. quia intentio mea nõ eſt, hic inſerere omnes defenſiones iuris, ſed facti tantũ, ad inſtruẽdũ iudices tyrunculos.

19 ¶ Quia plura ſunt genera defenſionum. nam alia eſt iuris, alia facti: alia ciuilis, alia naturalis: alia, quæ reſpicit merita cauſæ, & actoris intentionem perimit, alia, quæ reſpicit proceſſum. ſecũdũ Bal. in l. j. col. 12. nu. 57. C. qui accu. non poſ. & in l. cũ mulier. ff. ſolu. mat. & Dec. in l. emancipatus. num. 4. C. de rep. bo. po. ego ſolum pro uiribus meis ponam modum defendẽdi per uiã

20 facti, & aliquando iuris. ¶ Et ad materiam defendendi quem à pœna mortis propter homicidium commiſſum baculo, & percuſsione facta ſpatulis, uide Marſi. in conſi. 7.

21 per totum. ¶ Et ad materiam defendendi quem à pœna homicidii commiſsi in perſonam eius, cum quo facta fuit pax & promiſsio de non offendendo, poſito, quòd erat bannitus, qui ex forma ſtatuti poterat offendi: uide Marſi. in conſi. 7.

22 per totum. ¶ F I S. Quòd ſi petantur

tur defenſiones per reum inquiſi-
tum,an iudex poſsit dicere, ꝙ cura
ſtat in ſe informando,& ſic perſe-
dere in dando eas? ¶I V D. Dicas,
quòd ſic,quia de iure primo fun-
datur intentio actoris, & fundata
intẽtione ipſius,reus admittitur ad
opponendum exceptiones ſuas,&
defenſiones probãdum:& nõ antè
l.ſi quidem.C.de exceptio.& l.exce
ptionem.de probatio.igitur primò
totaliter debet fundari intẽtio acto
ris,& ſic curiæ,per teſtes, antequã
reus audiatur in ſuis exceptionibus
& defenſionibus:ut etiam firmat &
arguit Guido de Suza.in tra.de in-
di.& tor.nu.62.& ſic poteſt licitè iu
dex denegare defenſiones, donec
fuerit effectualiter cõpleta informa
tio.ſed eſt aduertendũ,quòd in re-
gno eſt promulgata regia pragma-
tica,qua cauetur,ꝙ expeditio cauſę
criminalis nullatenus retardetur ꝑ-
textu teſtium nõ examinatorũ per
curiam:de qua mẽtionẽ facit Grã-
mat.deciſio. 2°.nu.6.licet loquatur
de repetitione teſtium:tamen eadẽ
23 uidetur ratio.¶Et ad materiã de-
fendendi occidentẽ bannitum in-
dultatum,nõ tamen cancellatum à
libro bannitorũ,uide Mar.in con-
24 ſil.10.per totũ.¶Et ad materiã ho-
micidij cõmiſsi in rixa à pluribus,
in caſu,quo neſcitur,à quo cõmiſ-
ſum fuerit,per eundem in cõſil.24.
25 conſil.25.¶Et ad materiam defen-
dendi inquiſitum de uulnere,cõtra
quem ſunt plures teſtes, uide per
eundem in cõſil.31.ubi multa pul-
chra circa reprobationem teſtium
26 examinatorũ.¶Et ad defendendũ
plures inquiſitos de pluribus uul-
neribus uni illatis in rixa,quũ neſci
tur à qb',& quę uulnera illata ſint,
ab unoquoque ipſorũ in ſpecie,ui-
de per Marſi.in con.34.& probatur
in conſti regni incip.lege pręſenti.
27 ¶Et eſt ſciendũ, ꝙ pauperi inquiſi-
to debet fieri acta & defenſiones
gratis:ut eſt tex.iuncta glo.in l.tam
demẽtis.C.de epiſco.audien.& illũ
tex. extendit ad actuarium Afflict.
in conſt.appellationũ tempora. in
v.not.uerſicu.rurſus. pro quo uide
Boër.in deciſio.325.2. lib.& Par.de
Put.in lib.ſynd.in uerbo,expẽſę. &
per Afflict.in cõſti.hi qui.xviij. not.
28 ¶Vlterius eſt aduertendũ, ꝙ quum
teſtimoniũ maſculorum pręferatur
teſtimonio mulierũ & fœminarum,
hoc eſt uerũ,niſi teſtimoniũ fœmi-
narum tendat in fauorẽ rei, & teſti
moniũ uirorũ in fauorem querulã-
tis.quia hoc caſu præfertur teſtimo
nium fœminarũ teſtimonio uirorũ.
uoluit Belen.in c.forus.de uerb.ſi-
gnifi.mouetur per gloſſ.ſingu.in c.
clerici.lxxxj.diſtin.& ſequitur Mar.
in l.unius.§.in ea cauſa.in fin.ff.de
quæſtio.nu.7.& ſequitur Gramma.
29 conſilio 45. numero 40. ¶Et eſt
aduertendum,quòd quum dubium
eſt,an quis interfecerit quem ani-
mo occidendi, an non,ſi conſtat,
quòd aliàs aliquẽ interfecerit,præ-
ſumptio reſultat,quòd animo occi
dendi illũ occidit:ut dixit ſingu.Gã
di.in tra.male.ſub rubrica.de homi-
ci.in ulti.col.uerſi.iſtud autem.& re
fert & ſequitur Marſi.in l.j. §. diuus
30 Adrianus.nume.39.ff. de ſicar.¶Eſt
etiam ſciendum,quòd adeò defen
ſionibus fauendum eſt,ut ſi duo cle
rici deponant uidiſſe Titiũ delictũ

committentem,& è cōtrario duo laici deponant eo tēpore Titium fuiſſe alibi,& ſic nō cōmiſiſſe delictum,preferri debeāt laici clericis, licet dignioribus.ſecundū glo.in c. clerici.81.diſtin.quam glo.ſequuntur communiter docto.& maxime Abbas in c.ex literis.de proba.in c. in noſtra.de teſt.And.Bar.in c.cùm teſtes.de teſti.col.3.Fran.de Are.in l.j.ff.de uerbo.oblig.§.eandem.Iaſ.
31 in l.ut uim.ff.de iuſt.& iur. ¶Itē eſt aduertendū,quòd ubi quis inquiritur de delicto,in defenſionibus ſuis ad eludendum & tollendū indicia, exiſtentia contra eum,poteſt probare negatiuā,coarctatam loco & tempore:uidelicet,quòd toto illo die fuit alibi:& quòd inde non diſceſſerit,nec diſcedere poterat, qn fuiſſet uiſus: ut plenè habetur per Bru.in tracta.de indi.& tor.in v.q. prin.& Affiict.in cōſti.ſi dāna clandeſtina.14.nota.in fi.plenè Bart.& Bal.in l.actor.C.de proba.Lanfra. in c.quoniā contra.de proba.Imo. & alij in l.in illa ſtipulatione.ff.de uerbo.oblig.Pau.de Caſt.& Alexā. in l.j.in prin.ff.quod qui ſ.iur.Feli. in c.ex tenore.de teſti.4.col. Corn.
32 conſi.299.3.lib.¶Illud etiam ſciendum eſt,quòd de iure cōmuni permittebatur inquiſito,ut poſſet facere interrogatoria teſtibus examinatis contra ipſum.l.ſi poſtulauerit.§. quæſtioni.ff.de adulte. & refert Angelus Are.in lib.male.in uerbo,fama publica.in 5.col.hodie autē de ſtylo omniū curiarum non dantur interrogatoria per inquiſitū,& eſt ratio,quia habet repulſam:ſolū autem dantur per fiſcum,qui non habet repulſam:licet ſtylus aliquarū curiarum ſit,quòd etiam per inquiſitum dantur interrogatoria:ut uidi ſeruari tempore meo in curia ba
33 roniæ Sileuti.¶ I N.Quòd ſi aliquis accuſatur,quòd uulnerauit Titium de menſe Maij,& probetur: & ex aduerſo probetur, quòd de menſe Maij erat bannitus,& ex forma ſtatuti licebat occidi,nec probatur,ꝙ erat bānitus ante uulnus, uel poſt, an debeat abſolui? ¶ F I S.Videtur quòd non debet abſolui, ſed condemnari,eò,quia exceptionē obſcurā propoſuit,nec probauit eam concludenter : ut l.alia parte.ff.de proba.& ita tenet Bal.in l.matrem. C.de proba.¶ I V.Sed contrariam opinionem tenuit Bar.in l.non ſolùm.§.ſed ut probari.ff.de no.ope. nuntia.quē ibi ſequuntur Imo.Rapha.& Ludo.per l.ij.C.de peti.hære.& ſequitur Ange.& ibi Augu.de Ari.& Bernar.in addi.in lib.maleſi. in uerbo,de anno præſenti.2.col.
34 ¶ Item eſt aduertendum , quòd ſi eſt probatum, delictū commiſſum eſſe per eum,qui habet dilucida interualla:& probetur in defenſionibus,quòd habet dilucida interualla, in dubio præſumitur feciſſe eo tempore,& nō tempore ſanæ mentis:niſi expreſsè probetur contrarium:quia antiquus furor transfert onus probādi in aduerſariū:ut no. in c.fi.de ſucce.ab inteſta.& firmat ac ſummè cōmendat ad liberandū amicum Ange.in lib.maleſi.in uerbo ſciēter & doloſe.3.col.& ibi uide, qua cautela debeat uti iudex, quando allegatur & probatur, quē
35 eſſe furioſum.¶Et ſi aliquis inquiratur

ratur de inſultu, poterit probari ad defenſam, quòd inſultās erat diſtās ab inſultato, & non propinquus: adeò, ut etiā ſi uoluiſſet eū uerberare, non potuiſſet: quia non dicitur, quem feciſſe inſultum, niſi adeò ſit propinquus inſultato, ut poſſet uerberare ipſum ſi uellet: ut aurea eſt doctri. Bal. in c. j. §. ſimiliter. quibus mo. feu. amitt. & refert & ſequitur Augu. de Ari. in lib. male. in uerbo. fecit inſultum. in prin. item poterit probari, quòd inſultans ibi ſtabat pro certis ſuis negotiis, nec ꝓgreſſus fuit à loco, in quo ſtabat, nec ſaltū fecit in eū, qui eſſe inſultus dicitur: ut l. fi. C. de Iudæ. & declarat Ange. de Areti. ubi ſupra. & dicitur tunc inſultum quis facere, quando promouet ſe de loco ad locum, & aggreditur. itē, quòd ibi ſtabat caſualiter, & nō data opera expectando inſultatū. item, quòd ibi ſolebat ſtare anteà per magnū ſpatium: & ſic de ſingulis: ut ſic probetur non eſſe præmeditatū inſultum: de quo per glo. & Moder. in cōſti. ſi quis in poſterum. in uerbo. quas pœnas & Afflict. & ibi text. in conſti. iuſticiarij nomen. in §. latrocinia. & Fran. de Are. in conſi. 34. Grāma. in uoto
36 15. & in deciſio. 17. ¶ F I S. Nunquid in crimine blaſphemiæ cadat defenſio, & quæ? & uidetur dicendum, ꝙ non: ut dicit Par. in uerbo, cōdēnatio. in c. an poteſtas. iij. col. ¶ I V. Dicas contrariū, quòd cadit defenſio. poteſt enim probari negatiua coarctata loco & tēpore, uel quòd calore iracundiæ blaſphemauit, uel aliter: ut conſiderat Grāma. in cōſi.
37 15. nu. 12. in criminalibus. ¶ Et ſi quis inquiratur in crimine adulterij, poteſt ſe defendere primò, ꝙ tranſactum eſt quinquenniū, quia quinquennio durat accuſatio de adulterio: ut l. ſi maritus. §. præſcriptione. ff. de adulter. quod eſt intelligendū ſecundū glo. & latè Sali. in l. adulte. C. de adulte. ut non procedat, quādo non potuit accuſari ratione ordinis, quia incepiſſet ab adultera: & ſic illa cauſa fuiſſet priùs finienda. item, quando non potuit accuſari, quia fuiſſet ab alio præuentus, qui fuerat præuaricatus. item, quando maritus nō potuit, quia in maiori magiſtratu eſſet conſtitutus, uel aliter reipublicæ abſens. item, quādo adulterium fuit per uim cōmiſſum. itē poteſt allegari & probari, quòd maritus deſtitit: ut ff. de adulter. l. j. §. j. Item poteſt allegari & probari, quòd adulter fuit abſolutus, quia amplius uxor accuſari nō poteſt. l. denuntiaſſe. §. fi. & no. glo. & Bart. ff. de adulter. quia abſolutoria facta de adulterio, prodeſt adulteræ. item poteſt allegari, ꝙ uir fuit author malorū morum: debet enim iudex inquirere, an maritus pudicè uiuēs, mulieri quoque colēdi bonos mores author fuerit. item poteſt allegari & probari, quòd maritus eius mores approbauit: ꝙ primo ꝓpter adulteriū eā expulit, & deinde reaſſumpſit. itē ꝙ maritus fuit leno, hæc omnia cumulat & cōgerit Angel. de Aret. in lib. maleſi. in uerbo. che me hai adulterata la mia dona. vj. col. aduerte, ꝙ in regno, ſi maritus deſiſtat, iudex ex officio poſsit procedere ad cōdemnationem: ut habetur per Afflict. in cōſti. legum

aſperitate,in quarto.& ulti.not.& u:de conſt.ſequẽ.incip. qui corã ſe ſpectante.qua cauetur,maritũ non poſſe de adulterio accuſare, ſi per-
38 mittat luxuriã. ¶Et ſi fortaſſe opponeretur, ꝙ matrimoniũ non tenuit propter aliquod iuſtũ impedimentu,& peteretur cauſam remitti ad eccleſiaſticũ,debet iudex ad effugiẽdas opiniones, ſi uiderit, ꝙ cõſtat de coitu,& ꝙ hoc allegatur per calũniã, ꝙ nullũ fuit matrimoniũ, quia ille uir ſuus erat cõſanguineus cũ quo non poterat eſſe matrimonium, uel erat cõpater, uel allegat aliud canonicũ impedimẽtũ, quod impedit matrimonium contrahi,& contractũ diſſoluit, poteſt ſtatuere opponenti terminũ,intra quẽ producere habeat ea,quæ uult probare coram epiſcopo, & ſi uiderit ea nõ obſtare, procedat ad ulteriora: ut plenè docuit Afflict.in cõſti.ma-
39 ieſtati noſtræ.2.&.3. col. ¶ Et ſi inquiratur de homicidio de nocte cõmiſſo, poteſt probari & articulari, quòd luna nõ lucebat,& obſcurum erat.nã tũc licet poſſit probari delictum fore cõmiſſum: nõ tamẽ poteſt probari per quẽ fuit cõmiſſum: ut eſt gl. ord.in l.ſi cũ exceptiõe.§. in hac actione. ff. quod me.cau. & ibi Bald. & refert & ſequitur Ange. in lib.maleſi. in uerbo,compa. di. inqui.inter deſen.

¶ Fiat publicatio proceſſus. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio proceſſus in criminalibus non eſt neceſſaria.*

2 *Publicatione facta teſtis ad offenſam non admittitur.*

3 *Publicatio debet fieri citatis inquiſito,accuſatore.*

IVDEX.

1 ELapſo termino dato ad probãdum ſolet ad petitionem inquiſiti, accuſatoris, uel fiſci,procedi ad actum publicationis proceſſus,cùm aliàs non ſit de neceſsitate:& ſi nõ petatur, etiã non facta publicatiõe proceſſus, poteſt procedi ad torturã: ut dixi in tertia parte tertię partis principalis:quocirca inoleuit practica generalis in rubrica exceptionũ peti publicationem fieri:audiri cũ aduocatis in diſcuſsione indiciorũ:& concedi repulſam gradatim,cõditionaliter,&
2 ſucceſsiue. ¶ Et eſt magni effectus publicationem fieri:quia licet poſſint recipi teſtes etiã facta publicatione ad defenſam ſuper nouis & antiquis iuribus:tamẽ ad offenſam non licet, niſi ſuper nouis iuribus & capitulis:ſecũdũ Sali.in l.fi.C.de quæſtio.in ultima col.quem refert & ſequitur Marſi.in ſua praxi cri. in
3 §.ſequens.nu.8. ¶Et debet fieri publicatio in cauſa citato inquiſito, uel de uolũtate ipſius præſentis & acceptãtis: & ſic etiam citato querulante.ſecũdũ Bal.in l.geſta. C. de re iudi.2.col.uerſic. quęro qualiter. aliàs non ualet.

¶ Cõcedatur repulſa.Rub.

SVMMARIVM.

1 *Repulſa eſt ſpecies defenſionis,& debet concedi,& debet etiam dari accuſato*

cuſatori.nume.1.

3 *Repulſantur teſtes ratione domeſtici-tatis cum offenſo.*

4 *Repulſa non conceditur in crimine blaſphemiæ,niſi ex capite inimicitiæ capitalis.*

5 *Repulſa non cōceditur in crimine læſæ maieſtatis,hæreſis, & aſſaſſinij, niſi ex capite inimicitiæ.*

6 *Repulſa qualiter ſit facienda.*

7 *Repulſæ ex quibus fieri poſſint.*

8 *Repulſari non debent teſtes in primis exceptionibus, & primo termino.*

9 *Repulſæ terminus,eſt medietas primi termini.*

10 *Repulſa eſt odioſa, & currit terminus de momento ad momentum.numero.11.17.*

11 *Repulſa non conceditur aduerſus ſcripturas.*

13 *Repulſa quando petatur.*

14 *Repulſari an poſſit teſtis per eū alias productus.*

15 *Repulſari nedum debent teſtes de uiſu,ſed etiam de fama.*

16 *Articuli continentes idem,uel de directo contrarij,admittūtur in repulſa.*

18 *Proteſtari debet inquiſitus cōtra teſtes,& eorum dicta.nu.24.*

19 *Repulſari poſſunt teſtes etiam ex præſumpta inimicitia.*

20 *Repulſantur teſtes quò ad dicta.*

21 *Repulſa repulſæ conceditur accuſatori.*

22 *Proteſtari debet obiiciens crimina contra teſtes, quòd non animo iniuriandi obiecit.*

23 *Repulſam ſi non petiit minor, an reſtituatur ad eam petendam.*

24 *Repulſari teſtes poſſunt,contra quos nihil obiecit reus tempore examinis, ex capite ignorantiæ.*

25 *Repulſati licet nō ſint teſtes,ſi tamen ex actis apparet de ipſorum inhabilitate,non faciunt fidem.*

26 *Accuſatus accuſatione pendente non eſt idoneus teſtis.*

27 *Laicus contra clericum non probat.*

28 *Repulſa debet fundari & referri ad tempus iuramenti.*

29 *Teſtes non ſunt idonei monachi.*

30 *Repulſa an poſſit continere idem,uel de directo contraria cum primis.*

IVDEX.

1 FActa autē publicatione in cauſa,& percūctato proceſſu,ſolet ut plurimum inſtari, & peti repulſa,quia ex defenſionibus factis non in totum uidentur indicia eliſa.quæ repulſa, quia eſt ſpecies defenſionis,eſt omnino cōcedenda:ut dixi in tertia parte tertiæ partis principalis,ubi dixi ad quid operetur repulſa & quomodo debeat fieri concludenter : & ad ibi dicta

2 me remitto. ¶ Et eſt notādū, quòd repulſa non ſolùm datur reo inquiſito:ſed etiam accuſatori aduerſus teſtes examinatos ad defenſionem rei:ut in c.in generalibus inquiſitionibus. & refert & ſequitur Par.de Put.in lib.ſyndi.in uerb.inquiſitio. in uerſicu.& aduerte. tamen nō datur fiſco,ubi proceditur per inquiſitionē.ſecundum eundem Par. ubi

3 ſuprà.¶ Item eſt aduertendū, quòd ſicut repulſantur teſtes ratione domeſticitatis cum accuſatore,quando proceditur ad querelam : pari modo repulſantur ratiōe dictæ domeſticitatis offenſi,quando proceditur per inquiſitionē. & eſt ratio, quia delictum per inquiſitionē nō alterat naturam ſuam,imò cùm iu-

dex ſubeat locũ accuſatoris, & inquiſitio ſuccedat loco accuſatoris, debet eſſe eiuſdem qualitatis & naturæ, cuius eſt accuſatio & accuſator:ut l.j.§.hæc actio.ff. ſiquis teſta.lib.eſſe iuſſ.fuer.& ita conſuluit Rapha Cuma.in cõſil.ſuo 27.incip. cum adeò.quem refert & ſequitur Bernar.de Landria in addi.ad Ang. in uerbo, hæc eſt quædam inquiſitio.in glo.locus & tẽpus.licet Ang. de Are.in lib.male.in uerbo,qui iu. ſta.ter.ad opp.uideatur ſentire con
4 trarium,ut ibi per eum.¶ Eſt etiam notandũ,quòd in crimine blaſphemiæ non conceditur repulſa,niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis.argu.l.famoſi. & l.in quæſtionibus.& quod ibi no.Bar.ff.ad l.Iul.maieſta.& dixit Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,condemnatio.in c.an poteſtas. iij.colũ.& Gramma.conſil.15.nu.12. & ibi ſentit Grãma.quòd blaſphemãs poteſt ſe defendere:ut dixi ſuprà in uerbo,recipiantur defenſiones.uide plene per Boër.in deciſio.
5 301.in 2.parte.¶ Item aduertendum eſt, quòd in crimine læſæ maieſtatis,& hæreſis non cõceditur repulſa,niſi ex capite inimicitiæ, non ex aliis capitulis. ratio eſt, quia in dictis criminibus admittuntur teſtes infames,& minores,& aliter inhabiles: & eorũ dicta faciũt legitimã indicium,ſecundũ Alexa.in cõſi.xj. incipi.circa primũ.2.col.primo uol. Bar.in l.famoſi.ff. ad l.Iul.maieſta. quod ſane intelligẽdum eſt,ut dixi ſuprà in uerbo, item committit cri-
6 men læſæ maieſtatis. ¶ Et qualiter & quomodo debeat fieri repulſa, uide,quæ dicam infrà in tertia parte tertiæ partis, ubi latè.& ultra ibi dicta uide Boër.in deciſio.121.in 2.
7 parte.¶ Et quæ poſſint opponi cõtra teſtes,& quæ non:uide Ang.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,qui iu.
8 ſta.ter.ad oppo.ubi multa.¶ Itẽ eſt aduertendũ,quòd in termino dato ad faciendas defenſiones,nõ poſſunt fieri exceptiões repulſatoriæ: niſi ex cauſa inimicitiæ capitalis:ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ inci.item ſeruat ipſa curia,quòd in exceptionibus:uel niſi renũtiauerit inquiſitus futuræ repulſę.& ita pra-
9 cticaui.¶ Itẽ eſt aduertendũ, ꝙ terminus ad repulſam, eſt medietas primi termini: ut habetur in prag.
10 curſu dilationum.¶ Item eſt aduertendum,quòd repulſa eſt odioſa,& currit terminus repulſæ de momẽto ad momentũ:adeo,ut teſtes debeãt citari,iurare, & examinari intra terminũ: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip.itẽ quòd facta.
11 ¶ Item eſt aduertendum, quòd nõ cõceditur repulſa cõtra ſcripturas: ſed bene poſſunt allegari falſæ: ut dicit ritus magnæ curiæ uicariæ incip.item ſeruat dicta curia nõ cõcedere.¶ Item eſt aduertẽdum, ꝙ repulſa ex capite inimicitiæ debet formari in ſpecie,&nõ in genere,& de multis aliis uide Iaſo.in l.j.C.de te-
12 ſta. ¶ Item aduertas, ꝙ licet ſuprà dixerim, terminũ ad repulſam currere de momento ad momentum, & quòd ſi non examinentur teſtes intra ipſum terminum, ulteriùs nõ examinentur:id tamen procedit & uerum eſt,niſi allegetur iuſta cauſa impedimenti:uerbi gratia,quia teſtes renuerunt examinari: & fuerit

peti

petitũ,ut cogerentur captis pignoribus,uel aliter mulctati. nam quia tunc apparet partem feciſſe, quicquid potuit pro propulſanda contumacia teſtium,& pro ipſis examinandis,non debet dici terminũ nõ debere reſtaurari.per text.l.de quibus diebus.in princi.ff.de condi.& demonſt.uel quia ſtetit, facto iudicis, quominus fuit examinatum in termino: uel ex alia iuſta cauſa: ut uoluit idem ritus ſuprà allegatus in
13 fine.¶ Item aduertẽdum eſt,quòd repulſa debet peti intra decẽ dies numerandos à die conſignatæ copiæ proceſſus:ut dicto ritu cauetur. ſed puto,quòd procedat in ciuilib. & nõ in criminalibus,ubi tractatur de uita hominis.ſed ad tollenda dubia inoleuit practica, ſemper peti repulſam,in rubrica exceptionum. quæ præſentãtur in defenſionibus reorum:& pro certo nunquam uidi ſeruari illum ritum de petendo repulſam intra decẽ dies,ut ſupra:ſed ſemper quòd petita,fuit indiſtinctè
14 conceſſa. ¶ Item eſt notandum,ꝙ licet inquiſitus ad ſuam defenſionẽ produxerit aliquem in teſtẽ,quem fiſcus reproducit eundem contra dictum producẽtem in eadem,uel alia cauſa, non poſsit regulariter eundem repulſare:tamẽ hoc eſt uerum & procedit,niſi uellet eum repulſare ex cauſa ꝓueniente ex parte fiſci uel accuſatoris nunc reproducentis contra ipſum inquiſitum prius eum teſtem producentẽ:uerbi gratia,ſi uult repulſare ex cauſa, quia familiaris,uel cõiũctus offenſi,uel accuſatoris ſit: uel ſi uult repulſare ratiõe ſubornationis factæ ex pòſt facto per fiſcum ad id deponẽdum, uel poteſt repulſare ratione criminis,ſed non prętextu infamiæ ciuilis:uel etiam poteſt reprobare quò ad dictũ ſuum,probando rem aliter ſe habere:uel probando eum falſum:ut pulchrè habetur per Inn.in c.cùm uenerabilis.de excep. nu.7.& Bal.in margar.in uerbo,teſtis.& prædicta maximè procedũt, quando ſunt diuerſæ cauſæ,ſeu capita,ſuper quibus deponit ad inſtãtiam inquiſiti,& fiſci.& uide omnino Capi.in deciſio.62.in cauſa illuſtriſsimi.ſed uide omnino Sali.in l. ſiquis teſtibus.C.de teſt.ubi etiam dicit,ꝙ põt repulſari ex cauſa,quæ non erat nota producẽti tunc temporis.item, ſi fiſcus uel querulator repulſauit,quãdo ille inqſitus produxit,poteſt ipſe ipſum repulſare,ſi fiſcus uel querulator contra ipſum reexaminat: ut ibi per Sali.ſed pleniſsimè uide Boër.in deciſio.245. ubi pleniùs,an ex cauſa antiqua,an de nouo ſuperuenienti. & dicit,ꝙ ſic:& ſi quem ſolum citaui in teſtẽ, poſtea nolo examinare,& expreſſè renuntio,an poſſum eũdem repulſare,& ad eum me remitto. ¶ Item 15
eſt aduertẽdum,quòd ſi contra aliquem ſunt teſtes de uiſu deponentes, & alij de fama publica,debent nedum repulſari illi, qui deponunt de uiſu, ſed etiam deponentes de fama publica:aliàs ſi nõ repulſarentur illi de fama publica,poſſet procedi ad torturam.ſecundum Iacob. Butri.ut refert Alber.in l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſti.refert & ſequitur cõſulendo Calca.in conſi.109.pe.col. & nouiſsime ſequitur Grammat.in

deciſio.ſac.con.Neapol.deciſio.34.
16 nu.54.¶ Item eſt aduertendũ,quòd licet non ſint admittendi articuli iidem,uel de directo contrarij articulis partis aduerſę:ut habetur in c. fraternitatis.iuncta glo.de teſti.tamen id nõ procedit in repulſa.quia ſi aliqs repulſauit teſtes à me productos, poſſum ego repulſare teſtes repulſatorios, & approbare meos per eoſdem articulos,uel de directo cõtrarios.ſecundum Capi.
17 in d.deciſio.62.¶ Item licet repulſa ſit odioſa, & terminus currat de momento ad momentum,ut ſuprà dixi:id tamen procedit & habet locum,quãdo repulſantur teſtes propter defectus, & crimina: ſecus ſi quò ad dicta probãdo idem,quod fuit probatũ in primis articulis,uel de directo cõtraria: ut uoluit idem Capit.ubi ſuprà.adeò,ut in eo caſu licet terminus ſit elapſus concedatur beneficium ſeu reintegratio termini.
18 ¶ Item eſt aduertendũ,quòd quando inquiſitus citatur ad uidendum iuramẽta teſtium,uel ipſi examinantur coram ipſo inquiſito,debet eſſe cautus,ut proteſtetur contra ipſorũ teſtium perſonas & eorum dicta,ne uideatur cõſentire:ut uoluit Sali.in d.l.ſiquis teſtibus.C. de teſti. & cautiùs debet ſe gerere in ſuo examine, quãdo interrogatur,quomodo reputet teſtes cõtra ſe examinatos, ut non approbet, quia nõ poteſt eos poſteà repulſare.adde Boër.in deci.321.in 2.parte in fi.& Bal.in conſi.316.uolu.4.inci.
19 præſuppoſito ſtatuto.¶ Item eſt aduertendum, quòd teſtis poteſt repulſari etiam ex præſumpta inimicitia.ſecundum doct.in c.per tuas. extrà.de ſimo.& Barto.in l.in quæſtionibus.ff.ad l.Iul.ma.& Lud.Roma.in l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.ma. & eſt tex.& ibi Abbas in ca.cum P. Mãconella.extrà, de accuſa.& per
20 Arno.in commentario. 136. ¶ Item eſt aduertẽdum,quòd teſtes repulſantur quò ad dicta hoc modo:ſi per curiam eſt probatum per teſtes me occidiſſe Titiũ tali die,in præſentia taliũ, poterit probari ad repulſam dictorum ipſorum teſtium, quòd erã abſens tota ea die: & ſic probando negatiuam coarctatam loco & tẽpore & ſimilibus modis: ut uoluit Salice.& Capi.ubi ſuprà.
21 ¶ Item eſt aduertendum,quòd accuſator in termino repulſæ poteſt per ſe examinatos teſtes approbare,& demum facta publicatione in repulſa,poteſt petere terminum ad repulſam repulſæ: in quo repulſare poterit teſtes examinatos ad repulſam, ad inſtantiam inquiſiti: in quo etiam termino inquiſitus ipſe ſuos teſtes approbet:ut habetur in c.in generalibus inquiſitionibus.&
22 dixi in principio. ¶ Item eſt aduertendum, quòd in exceptiõibus repulſatoriis criminoſis debet apponi proteſtatio,quod id,quod ponitur & excipitur,ſit nõ animo iniuriandi,ſed pro iuribus & defenſionibus inquiſiti,& nõ aliter nec alio modo.ſecundum Specul.in titulo. de accuſat.§.primo uerſicu.quod. & Bart.in l.eum.ff.de iniur.quẽ ſequitur Ludoui.de Roma.in l.finali. quod quiſ.iur.& plenè Boër.deciſio.245.in 2. parte, in fine.
23 ¶ Sed quòd ſi minor omiſit petere repulſam,

ſam, an reſtituatur in integrũ ad eã petendã? in hoc extat deciſio Cappe. Tolo. 53. quæ uoluit, ꝙ non. ſed Boër. in deci. 245. nu. 7. tenet oppoſitũ ſeruari, ubi cauſa minoris perderetur ex defectu repulſę non pe-
4 tita. ¶ Itẽ eſt aduertẽdũ, ꝙ licet ſuprà dixerim cautum debere eſſe inquiſitũ, quãdo interrogatur de conditione & qualitate teſtium, ut non approbet, ſed obiiciat: ſi tamẽ hoc non faciat ex capite ignorãtiæ, põt poſteà repulſare teſtes examinatos contra ſe: ut plenè habetur per Boër. in deciſ. 101. in 2. parte. nu. 12. quẽ omnino uideas in facti cõtingẽtia.
5 ¶ Item eſt aduertẽdum, quòd licet non ſint repulſati teſtes per repulſam ordinariam: ſi tamen ex actis cõſtet de eorum inhabilitate (puta, quia teſtes cõfeſsi ſunt ſe eſſe accuſatoris familiares, uel ex delicto fuiſſe punitos, uel aliter) tunc iudex poteſt & debet ex officio eos repellere, & eis non adhibere fidẽ: prout conſuluit Lau. Calca. in cõſil. 64. nu. 16. Barto. & Marſi. in l. maritus. ff. de quæſtio. In hoc caſu dicit Anto. de But. in ca. bonæ. vj. col. de electio. & in c. cùm dilectus. de cõſuetu. x. col. ꝙ illud procedit, ubi teſtes ſunt omnino inhabiles: puta, infames, iudæi, hæretici, & ſimiles: ſecus ſi non eſſent omnino inhabiles, qui tacito uel expreſſo conſenſu poſſunt habilitari: ut proxeneta, uel domeſticus aut cõſanguineus aduerſarij: & idem in ſimilibus, qui repellũtur nõ odio ipſorum teſtium, ut primi: ſed fauore partis: ut uoluit clariùs
26 Feli. in ca. intimauit. de teſti. ¶ Item ſciendum eſt, quòd accuſatus criminaliter, accuſatione pendente, non admittitur in teſtem cõtra alium in cauſa criminali. cap. fi. de teſti. & ibi doct. Spec. in titu. de teſte. §. j. uerſi. item pendente. & ibi Ioã. And. & Bal. in addi. & eſt ratio, quia ex pendentia huiuſmodi accuſationis agrauatur opinio accuſati, ut nõ dicatur integri ſtatus. fallit in criminibus exceptis, poſitis in allegato c. fi. per Sicul. poſt Spe. in tit. de ac-
27 cu. in fi. ¶ Item, ſi laicus teſtificatur cõtra clericum, repulſatur. c. de cætero. de teſti. fallit ſecundũ Abba. in d. c. de cætero. quãdo delictum fuit commiſſum, ubi non erat clericorũ copia. itẽ fallit, quando delictũ clerici eſſet notorium. tertio limitat, ut laici nõ admittantur contra clericũ ad plenã probationẽ: ad faciendum uero indiciũ, ut ſic ſaltẽ ſubiiciatur torturæ, admittuntur. item fallit in
28 criminibus exceptis. ¶ Item aduertas amãtiſsime lector: ut repulſam fundes ita & taliter, ut referatur ad tempus iuramenti. nam illud tẽpus eſt in cõſideratione, ut teſtis repellatur. l. j. & ibi Bar. C. de teſta. l. ſi arbiter. C. de ſenten. l. ad teſtiũ. §. conditione. qui teſta. fa. po. Ang. in conſi. pri. Specu. in titu. de teſte. §. j. col. x. uerſi. quid ſi teſtis erat teſtabilis:
29 & ibi Ioan. And. ¶ Item eſt ſciendũ, quòd in criminalibus non probant monachi aduerſus laicos: ut habetur in conſilio. 3. per Grammaticũ.
30 ¶ Item eſt aduertendũ, quòd licet in articulis repulſæ non poſsit poni idem, quod fuit poſitum uel articulatum in primis articulis, uel de directo contraria. per regiam prag. incip. contigit. ſæpe tame hoc non

non procedit in criminalibus.quia eo caſu, ex quo ſemper ad defenſam etiam uſque ad ſententiã poſſunt examinari teſtes ſuper nouis & ſuper ueteribus (ut dixi ſuprà in uerbo,recipiãtur defenſiones reorum)non poteſt dici impertinẽter id poni & articulari.bene tamen ex parte accuſatoris ꝓcedit illa prag. ut ſub ſpecie repulſæ non ponatur idem,uel de directo cõtraria.& eſt ratio,quia poſt publicationem nõ licet ad offenſam examinare: & ſi permitteretur ſub ſpecie repulſæ poni idem,uel de directo cõtrariũ, eſſet facere fraudem legi.

¶ Fiat citatio ad dicendum. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Citatio ad dicendum ſit facta publicatione in cauſa.*

IVDEX.

1 FActa uerò publicatione proceſſus tam in termino defenſiuo,quàm ad repulſam,quoties fuerit petita,debet expediri citatio dicto reo inqſito,& eius procuratori, ad dicẽdum quicquid dicere uóluerit,& ad diſcutiendũ ſuper indiciis exiſtentibus contra ipſum.ut late dicã in tertia parte tertiæ partis:& ibi etiam dicam,an ſit de ſubſtãria,ita,ut ſi omittatur,annulletur proceſſus. & aduertẽdum eſt,quòd ultra diſpoſitionem iuris communis in hoc habemus diſpoſitionem ritus magnę curiæ uicarię incip.item facta publicatione dictę repulſæ,&c.quo cauetur, ꝙ debet dari terminus quindecim dierum ad allegandum in iure.nec dicatur, quòd loquitur in ciuilibus,quia nõ diſtinguit:& etiam ſi in ciuili procederet,fortiùs tum certè in criminali,ubi de uita hominis agitur,&c.

¶ Rei indurati torqueantur. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Tortura quo ordine & qualiter debeat inferri.*

2 *Tortura an detur conuictis de crimine.nu.3.*

4 *Mandatarius nunquid poſſit torqueri,ut indicet mandantem, ſi dicat ſe proprio motu feciſſe:& ſi cum tortura confitetur quo ad ſe,poteſt abſq; aliis indiciis iterum torqueri,ut indicet mandantem.nu.5.*

6 *Torqueri an poſſit,ut cõfiteatur alia delicta,de quibus nulla extant indicia,ſi confeſſus fuerit ea, de quibus inculpabatur.*

7 *Torqueri qui non poſſunt,poſſunt tamen terreri,& duci ad chordam,& ſpoliari.*

8 *Tortura quid ſit.*

9 *Tortura chordæ eſt approbata.*

10 *Tortura non eſt paſſim danda cum aqua frigida.*

11 *Tortura non debet dari per noua genera tormentorum.*

12 *Tortura in quibus caſibus habeat locum in regno,& an habeat locum in furtu minimis.nu.13.*

14 *Serui poſſunt torqueri ab eorum dominis.*

15 *Appellatio à decreto de torquendo, quando admittenda ſit.*

16 *Tortura cum quo moderamine debeat dari.*

17 *Torturæ gradus quot ſint.*

18 *Tortus an dicatur, qui fuerit ligatus*

tus & aliquantiſper ſuſpenſione ſupra terram eleuatus.

19 *Tortura an etiam tempore feriato liceat inferri.*

20 *Minor quatuordecim annis an poſſit torqueri.*

21 *Senes an poſſint torqueri.*

IVDEX.

1 Quoties uerò ex defenſionibus reorũ nõ ſint ſublata, euacuata, uel eliſa indicia exiſtentia contra ipſos, & uiſum fuerit iudicibus debere ſubiici tormentis, tũc ductis ipſis corã iudicibus ad pedentondoli, & in locum torturæ, & ipſis reis delato iuramento de ueritate dicenda cõtra ſocios & auxiliatores delicti ſecundum practicã, quam docet Marſil. in ſua praxi cri. §. diligenter. nu. 66. in fine. & factis eiſdem pluribus interrogatoriis ſuper his, de quibus inquirũtur, ſequutisq; pluribus monitionibus, quòd dicere habeãt ueritatem: aliàs enim curiã nõ ualentem ueritatẽ habere, proceſſurã ad torturam eorum: & perſiſtentibus ipſis adhuc in duritia cordis, proferatur decretũ de torquendo: & eo lecto in præſentia ipſorũ reorum, mandetur ipſos ligari ad chordam: & ligati interrogentur ſigillatim de omnibus in proceſſu apparẽtibus, & de quibus ſunt indicia, moneanturq;, ut dicant ueritatẽ: & ſcribantur omnes reſponſiones & uerba, quas & quæ dixerint ipſi rei in tortura per extenſum. de his uerò, de quibus nulla ſunt indicia, coniecturæ, uel præſumptiones in proceſſu, non debẽt iudices particulariter & 3 diſtincte reos interrogare, ſi fecerunt tale quid: & an Lucius Titius tale quid fecerit cum eis. quia hoc eſſet ſuggerere. ſed debẽt ipſos interrogare generaliter non nominãdo certam perſonã: utputa, ſi commiſerunt alia: & ſi ſoli, an aſſociati: & cum quibus: & ſimilibus modis, ut docet Vlpia. iurecon. in l. j. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtio. & aduertant iudices, ut ad torturam deueniant ſeruatis & cõcurrentibus omnibus his, quæ latè diſſerui infrà in tertia tertiæ partis, ubi deſcripta ſunt omnia requiſita, quę debẽt interuenire ad hoc, ut ad torturam poſſit deueniri. ¶ Et quia ſuprà dixi, quòd debent fieri monitiones 2 reis inquiſitis, ut dicant ueritatem, aliàs curiam ipſos torturã non ualentẽ aliunde & aliter habere ueritatem: hoc dixi propter uerba Ang. de Are. in lib. malefi. in uerbo, fama publica. col. xviij. in fi. dum dat cautelam iudicibus uolẽtibus aliquos torquere, ut faciant ex actis apparere, quòd cũ non poſſet aliter haberi ueritas, deuentũ fuit ad torturam: licet iudicio meo hæc cautela non ſit nimis neceſſaria, cũ ex proceſſu, indiciis, & probationibus liquere dignoſcitur, nũ ueritas aliunde haberi ualuerit. nec uerba iudicum dicentiũ, aliter ueritatẽ haberi non poſſe, poſſunt operare, ut ſi cõtrarium ex actis cõſtiterit, quòd aliunde habuerunt ueritatẽ, id non ſit: & ſi ex actis apparet non plenè de delicto cõſtare, & aliunde ueritatem haberi nõ potuiſſe, fruſtratoria uidetur illa cautela: licet ego ut plurimum ea uſus fuerim. ¶ FIS. Sed nunquid uerum ſit indiſtincte, quòd

quòd ſi plenè cõſtat de delicto,nõ poſsit ad torturã deueniri.¶I V D. Tex.& ibi Barto.in l.edictum.ff.de quæſtio. dicit in ſubſidium inferri torturam,quãdo aliter ueritas haberi non poſſet:& ſequitur Angel. in lib.male.in uerbo,fama publica. col.xviij.in fi.& ſubdit,quòd aliter faciendo iudex tenetur in ſyndicatu.& idem uoluit Ang.in l.& ſi certus.ff.ad ſena.Sylle.ubi dicit,quòd malè faciunt aſſeſſores , ponendo reum ad torturam liquidato negotio:& quòd poſſent redargui tempore ſyndicatus. habent ergo remediũ aſſeſſores,ſi uolunt torquere liquidato negotio,ut torqueant reum,ut manifeſtet mandatores & complices.& hanc cauſam poſſunt captare,ut non redarguantur tempore ſyndicatus : ſecundũ eundem Ange.& hanc opinionẽ firmat Bal. in l.milites.C.de quæſtio.& ſequitur Aug.de Arim.in addi.ad Ange. in loco ſuprà allegato.Bal.in l.j.C. de iur.iuran.propter calum.dan.in fine dicit,quòd Cy.in l.obſeruare. C.quo.appe.nõ reci.dicebat,quòd malè faciunt iudices,quãdo habent certitudinem maleficij per probationes,ponendo reum ad torturã: cùm tortura regulariter non datur, niſi in defectum probationis. demum ſubdit ipſe Bal.per uerba formalia:ego credo,quòd iudices bene faciunt,quando habẽt plenariã certitudinẽ de maleficio,ſi obuiãt, ne appelletur per calumniã:& maxime in criminibus enormibus,in quibus licitum eſt iura tranſgredi: idem firmat ipſe in l.obſeruare.ſuprà allegata.ij.colũ. ubi referendo opi.Cyn.dicit hæc uerba:tu dic,ꝙ iudices bene faciunt,quia crimina patentia ſunt puniẽda,nec dari debet occaſio appellandi:quanquam, etiã ſi conſtaret de tortura,nõ eſſet prohibitum appellare.& nota hoc ultimum uerbum Bald.quia ſentit, quòd ſiquis in tortura eſſet cõfeſſus,& per probationes conuictus, poſſet nihilominus appellare.cuius contrariũ tenuit ibi And.Barba.in addi.Bald.& hanc ſecundã opinionem ſuprà firmatam nouiſsimè tenuit Grãma.in conſi.j.in criminalibus.Afflict.in cõſti.ſi dãna clandeſtina.in xij.nota. refert opiniones, & finaliter dicit hæc formalia uerba:ſi tamen iudex uellet ipſum tormentare,quando ueras probationes criminis habet contra eum,& ipſe criminoſus non uult ſponte cõfiteri delictum,ad effectũ,ut poſſet appellare & retardare exequutionem,credo,ꝙ Bald.in d.l.ij.C.quo. appella.& in d.l.j.C.de iura.calum. dicat,quòd ad effectũ,ut ſit conuictus & confeſſus , qui non auditur appellãs,ut d.l.ij.poſſet ipſum tormentare in criminibus enormibus, in quibus licet leges tranſgredi.ſecundũ Inno.in c.j.de cõſti.item in criminibus,ubi licet interrogari de ſociis & mandatoribus.& ita pertranſit cũ ij.opi.& ita etiam notauit Grãma.in uoto primo , ſubdẽs ita ex communi obſeruãtia obſeruari.& ſequitur Marſil.in l.j.ff.de quæſt.& uide Boër.in deciſio.16:.in prima parte.& teſtor Deum,quòd ita quotidie ſeruaui,& ſeruari uidi.
4 ¶F I S.Sed quòd ſi inquiritur contra aliquẽ,quòd de mandato Titij occidit

occidit Sempronium,qui de plano & ſponte cõfitetur,ſe occidiſſe quidẽ dictum Sempronium,ſed motu proprio,& nõ ad inſtantiam alicuius, nunquid poſsit torqueri,ut indicet mandantẽ?¶ I V D. Doc.in c.ad audientiã.de homi.& Bal.in c.j.§.iniuria.viij.col.de pa.iur.fir.& Alexã. in l.fi.ff.de quæſtio.& Bal.in l.quicunq;.C.de ſer.fugi.Cepo.caute.51. incip.uidemus. Par.in tra.ſyndic.in iij.char.j.col.& Marſil.in l.j.§.diuus Antonius.ff.de quæſt.nu.10.tangũt iſtam quæſtionem,an mandatarius poſsit excuſare mandantẽ,dicẽdo, ſe feciſſe motu proprio,& non ad inſtantiã alicuius:& finaliter cõcludũt,quòd poteſt excuſare,niſi aliæ coniecturæ reſiſtãt cõtra mandãtẽ, & in dubio præſumitur cõtra eũ:ut per Tho.Grã.cõſil.61.in fi.& ſic ex his poteris colligere ueritatẽ quæſtionis propoſitæ:ut ſi reſiſtũt coniecturæ & indicia dictæ excuſationi,& confeſsioni mãdatarij,poterit torqueri,non obſtãte,ꝙ confeſſus ſit,ut indicet mandantem.& ita teneo,ſaluo ſemper meliori iudicio. & uide Par.in uerbo,tortura,uerſi. quia ſæpe.in uer.an ſiquis mandauit Seio.& Cepol.caute.29.Alexan. poſt Bar.in l.pe.ff.de quæſtio. Tho.
5 Gramma.cõſi.63.in fin.¶Et ſi fortè mandatarius nõ ſponte,ſed cũ tormentis confeſſus fuerit delictũ quò ad ſe,poteſt abſq; aliis indiciis iterum torqueri,ut manifeſtet mandantẽ.ſecundũ Ang.in l.& ſi certus. ff.ad Sylle.& idem tenet Ange.de Are.in lib.male.in uerbo, Sempronium mãdatorẽ.ij.col.uerſi.& bene not.refert & ſequitur Philipp.Dec. in conſil.189.incipiẽ.lætatus ſum.& Ange.de Are.in eo.lib.in uerbo,fama publica.14.char.uer.quæro,aliquis.& Bal.in marga.in uerbo,confeſsio.Ludo.Bologni.in cõſi.viij.in iiij.col.in princ.& Bal.in l.non ideo minus.j.col.C.de accu.& Alex.poſt Bar.in l.repeti.ff.de quæſt.& Marſi. in praxi cri.§.diligenter.nume.155.
6 quæ omnia notes.¶F I S.Quòd ſi aliquis fuit tortus & confeſſus delictum,de quo impetebatur,an iterum poſsit torqueri,& interrogari de aliis delictis in genere,de quibus nulla extant indicia? ¶I V D. Gandi.in tit.de quæſtio.& tormẽt. uer.ſed quid de quæſtione,quę tota die occurrit.concludit, quòd de iuris ſubtilitate non poteſt interrogari:ſubdit tamẽ,quòd de generali conſuetudine Italiæ ſeruatur totũ contrarium:& iſta cõſuetudo adiuuari poteſt per l.non omnes. §.à barbaris.ff.de re militar.& l. congruit.ff.de offic.præſid.& idẽ tenet Odofre.in ſuo tra.de quæſtio.in xj. q.& idem tenet Ang.de Are.in lib. male.in uerbo,fama publica præcedente.in fi.& Cepol.conſi.39.nume.44.Cardi.in conſil.45. Alexan. conſil.52.3.lib.Bald.de Per.in tra.de indi.nu.5.Guido de Suzar.in tract. de indi.& tor.nume.56.& ibi Ludo. Bolo.Grammat.in deciſio.ſacri cõſilij Neapol. deciſio.48. nume.1.& per Marſi.in praxi cri.§.conſtante. nume.14.& licet prius de iure antiquo hoc ſolũ procederet in furto:tamen hodie indiſtinctè procedit in omnibus delictis : ut habetur per Grammati. in deciſio. 34.
7 nume.34. ¶ F I S C V S. Nunquid illi,

illi,qui nõ poſſunt torqueri de iure aliqua de cauſa,ſiue propter defectum indiciorũ,ſiue propter defectũ ætatis,uel aliter,poſsint ſpoliari,& ligari, & duci ad chordam? ¶I V D.In hoc Bald.in l.ij.C.quo. appella.nõ recipia.tenet,quòd ſic, per hæc uerba formalia:& nota,ꝙ licet nõ omnes,nec omni caſu poſſunt torqueri:poſſunt tamen terreri.quia uultus iudicis in talibus debet apparere terribilis.firmat & ſequitur Pau.Grilla.in trac.de quæſt. & tor.uer.quarto.nunc uidendum. ubi facit quinq; gradus torturæ:& territio, de qua ſuprà,eſt infirmus gradus.& firmat Par.de Put.in tra. ſyndi.in uerbo,tortura.uerſi.de repetitione torturæ ſcias in finalibus uerbis.hoc tamẽ uerum intelligas. quando ſatis, atq; ſatis urget aliqua præſumptio cõtra terrendum. adde Ioã.de Arno.ſingu.99.& uide Ange.in l.item apud Labeonem.§.
8 quæſtionem.ff.de iniur.¶Pro quo facit,quia tortura eſt inquiſitio,& indagatio ueritatis per tormenta corporis,& cordis dolorem : nuda ergo interrogatio & leuis territio abſq; corporis tormento,& cordis dolore,nõ dicitur quæſtio,nec tortura.d.l.itẽ apud Labeonẽ.§.quæſtionis.ff.de iniur.& §.quæſitum.& definit ita Azo.in ſumma de quæſtio.& omnes docto.criminaliſtæ.
9 ¶Et aduertas amantiſsime Fiſce, quòd tortura chordæ eſt magis in uſu & frequentior:imò in iure non reperitur aliud tormentum, quod quidem per ll.ponatur,niſi tormẽtum chordæ:ut eſt text.in l.nullus. C.ad l.Iul.maieſt.ut dicit Bonifa.in tit.quę debent præce.tor.& eſt notandum, quòd chorda ſubtilis infert magis dolorem,quàm tortura chordæ groſſæ:ut dicit Salic.in d.l. nullus.& Par.in uerbo, tortura.el
10 iij.uerſi.de repetitione.¶Et eſt aduertendũ,quòd quando datur tortura chordæ,non eſt paſsim & indiſtincte in quolibet caſu adhibenda aqua frigida in dorſo pendentis in tortura,niſi in caſibus enormibus:ut notabiliter dicit Par.à Pu.in lib.ſyndic.in uerbo,tortura.el iij.in
11 fi.uer.de repe.¶Illud etiam proximè ſcias,ut caueas nouum torturæ genus inuenire,& imponere reis, quod ſcindat carnes,niſi in grauibus:ut dixit Bal.in l.j.C.de his,qui ad liberta.perueu.ut refert idem Par.ubi ſuprà in d.uerbo,tortura.el
12 iij.uerſi.de repetitione.¶Et tu regnicola non admittas, ut tortura adhibeatur paſsim in omnibus caſibus:ſed in illis delictis,ubi uenit imponenda pœna ultra relegationem,non infra:ut eſt text.in c.tormenta.& refert Gram.nat.in conſil.15.& uoto 15.Math.de Afflict.in conſtit.in quæſtionibus.in viij.not. idem Afflic.& Iſer.in cõſti.ſi damna clãdeſtina.Par. in uerbo,tortura.el iij.uerſic.an in cauſa pecuniaria.& ideo nõ habet locum tortura in inſultu facto cum armis,& ui priuata,& percuſsionibus ſine armis,& ubi ueniret imponenda pœna publicationis bonorũ:ſecus in ui publica,& excogitato inſultu cũ turba,licet cum baculo.ſecundũ Tho. Grãma.uoto 15.& quæ ſint delicta, in quibus uenit imponenda pœna ultra relegationem, uide infrà in uerbo,

uerbo, pœnis debitis feriantur.

23 ¶FISCVS. Sed nunquid tortura habeat locum, ubi uenit imponenda pœna fuſtigationis: ut in atroci iniuria. l. ſi. ff. de iniur. & in furto infra auguſtalem. ſecundum te... in c. ad hoc quòd noſtrorū... uidebatur dicendum, quòd ſicut in indiuiduo decidit Par. in uerbo, tortura. uerſi. an in cauſa pecuniaria. ubi dicit, ꝙ in furtis, licet minimis, eſt locus torturæ. ¶IVD. Contrariā opinionē puto tenēdam ex mente Fran. Bru. in tra. de indi. & tor. in 2. parte. in 3. q. ubi dicit, quòd furtū in ... parua, dicitur delictū leue: & ſic nō habet locū tortura. & pēdet hæc quæſtio, an fuſtigatio ſit maior relegatione, & licet multi multa allegent: tamen poteſt induci doct. ri. Bar. in authē. de inceſt. nup. in prin. ubi maior pœna imponitur humili, quàm nobili inferēti iniuriā atrocem. ut l. f. ff. de iniur. ut humilis fuſtigetur, & nobilis relegetur. ergo fuſtigatio eſt maior relegatione. Thom. Gramma. in conſi. 57. tenet, quòd fuſtigatio nō eſt maior relegatione, ſed ſimilis: & per conſequens dicit, quòd in furto minimo non habet locum tortura, & reprehendit Par. tanquā ſine lege loquentem: non tamē aduertit ad dictam doctri. Bart. in d. l. fi. ff. de iniur. & idem dicit Io. de Ar no. in commentario. num. 31. & ita etiam tenet Moder. in d. c. ad hoc quòd noſtrorū.

24 ¶FISCVS. Nunquid ſerui poſsint torqueri per eorum dominos? ¶IV. Dicas ꝙ Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura. el. 3. uer. an dicto torti. v. col. uer. an dominus. tenet, quòd ſic. per l. & ſi certus. §. ſi appetitus. ff. ad Syllei. & ſequitur Capi. in deci. 126.

25 ¶FIS. Quid faciendū eſt, quādo appellatur à cōminata tortura, uel à decreto de torquēdo? ¶IV. Dicā de hoc in 3. parte tertiæ partis principalis, ubi uideas.

26 ¶FIS. Sed cū quo moderamine & qualiter debet ſe habere iudex in torquendo reū? ¶IV. In hoc aduertendum eſt, quòd non poteſt dari certa & determinata regula, cum totum hoc dependeat ex grauitate, uel leuitate delicti: ex qualitate indiciorum, nūquid leuia, an urgētia ſint: & an plura, an unicum: & ex qualitate torquendi, nūquid ſit robuſtus & fortis, an debilis, an delicatus: & an ſit minor, an maior: ſenex, an iuuenis: infirmus, an ſanus. quæ omnia bonus iudex conſideret in torquendo, ut innocentiæ, uel ſupplicio eum conſeruet indemnem: ut l. quæſtionis modus. ff. de quæſtionib. & ne damnet animam & corpus ſuum: ut etiam dicit Ange. de Are. in lib. maleſi. in uerbo, fama publica. in 7. q. ubi loquitur de tortura. pro quo etiā uide Gandin. in trac. de quæſtionibus & tor. & Io. An. in c. cum in cōtemplatione. de reg. iur. & Bal. in l. j. de con ſeſ. & Bal. in cōſi. 175. in fi. j. lib. quare conſulo, ut in tortura adhibeatur ampollecta, ut ſciatur quanto ſpatio quis pependerit in tortura: & redigatur in acta, quando erigitur ampollecta ipſa, & quando finē facit. nō enim debet tortura inferri per tres uel quatuor horas: imò rarò ultra horā: niſi in enormiſsimis, & cōſiderētur prædicta. Ariſt. enim in primo omniū problemate: quare

t magnæ

magnæ exuperãtiæ peſtiletes ſunt: quoniam(inquit)aut exceſſum,aut defectum faciũt. qua quidẽ re morbum conſiſtere certum eſt,idcirco non in immenſum quis torquendus eſt,ſed moderate:ne ſi acciderit,ut tortus in tortura moriatur, imputetur iudici,& ponatur in periculo,& præcipitio: quia teneretur tũc iudex,cum appareret egreſſum fuiſſe terminos & moderantiã tormentorum.ſecundum Cy.in l.iij.C. de adulter.quem refert & ſequitur Angel.in d.lib.malefi. in uerbo,fama publica præcc. antepenul.col.ũ. 17 in S.q.¶ Et eſt aduertendum, quòd quinque ſunt gradus tormẽtorum: ut deſcribit pulchrè Paul.Griilan.in ſuo tract.de quæſtio.& tortu.in 4. quæſtio. Primus gradus eſt territio illa,quam infert reo iudex ligando ipſum,& ducendo ad chordam,& minando torturam. & iſte primus gradus,ſecundum eum poteſt inferri quibuſlibet:etiam iis,quos de iure torqueri illicitum eſt:ut etiam ſuprà dixi.Secundus gradus torturæ eſt,cũ reus ligatus eleuatur modicum ſupra terram,& quaſi ad momẽtum detinetur eleuatus,& protinus deponitur,uel detinetur ſuſpẽſus ſpatio,quãto recitetur aue Maria:de quo 2.gradu dicam infrà diffuſius.Tertius gradus eſt,cũ reus ſuſpenſus in tortura detinetur,quãto ſpatio recitetur ſemel miſerere,uel bis,uel aliquantò diutius:abſq; tamen aliquo tractu,uel impulſione chordæ:& ad iſtum gradum, dicit ipſe,ꝙ iudex aſcendere debet quotieſcunq; reus eſt magis de crimine ſuſpectus,& indicia tendẽtia cõtra ipſum ſunt plenè probata:delictum tamẽ nõ eſt de atrocioribus. Quartus gradus torturæ eſt,quotieſcunq; reus poſt eleuationẽ diutius ſuſpenſus in tortura detinetur: uidelicet per quartã.tertiã, mediámue partẽ,uel duas tertias unius horæ, aut per integrã horã:ſecũdũ grauitatẽ criminis,ſuſpitionẽ rei,& uires indiciorũ,quandoq; in ipſo detentionis ſpatio adhibentur unus aut duo ictus ſeu tractus chordæ,quãdo indicia ſunt prægnãtia,& ſumus in delictis magis grauibus.Quint' & ultimus torturæ gradus eſt,quotieſcũq; poſt aliquã ſuſpẽſionis detentionẽ,& ictus,ſiue tractus chordę,ſi adhuc reus perſiſtit in negando,appẽdũtur pedibus ipſius põdera quædam:cuiuſmodi ſunt compedes ferrei,& ſimilia.& iſtud eſt ſæuiſſimũ genus tormẽti,quod perrarò iudex adhibere ſolet:& det ni ſi in certis caſibus, & criminibus atrociſsimis: ut eſt hæreſis,crimen læſæ maieſtatis, euerſionis ſtatus, & ſimilium.& non paſsim,& indiſtinctè in omnibus criminibus, & delictis,ut faciunt crudeles iudices hodierni, qui uerè ſitiunt ſanguinem humanum,& per immenſum cruciatum & dolorẽ coguntur nõnulli confiteri, quæ non fecerunt. at quid dicam de his?anima eorum ſepelietur in inferno, idcirco caue amãtiſsime lector,ne damnes animam tuã,& in ſyndicatu tenearis.
18 ¶ Et quod ſuprà dixi de ſecũdo gradu torturæ:quando quis fuit ligatus ad chordam,& parum eleuatus ſupra terram, & protinus dimiſſus, an dicatur tortura:Bald.in l.ij. C.quo-

C.quorũ appel.dicit,quòd non eſt tortura:ſicut leuis febricula, nõ eſt febris.Paul.Grillan.ubi ſuprà.uidetur tenere contrarium, & ibi dicit hęc formalia uerba:& ideo ego nũquam conſueui uenire ad gradum iſtum,niſi quando præcedunt indicia,& ſunt bene probata,tamẽ etſi ſint indicia aliquantulum remota à facto, quum perſona eſt uilis, & ignota,& ualde ſuſpecta de crimine,aut in reſponſionibus ſuis uariat,& aliæ ſuſpiciones præcedunt, poteſt deueniri ad iſtum gradum.

19 ¶ FISCVS. Sed nunquid tortura liceat inferri quocũque tempore etiam feriato in honorem Dei? ¶ IVDEX. In hoc paſſu allegatur text.l.nẽmo.C.de epiſco.audiẽ. & in l.prouinciarum.C.de fer.& eſt diſtinguendum pro ueritate deciſionis,quòd aut ſumus in delictis grauioribus,aut leuibus,primo caſu etiam die feriato in honorem Dei procedi poteſt:ut dictis ll.ſecundo caſu non poteſt procedi ad torturã die feriato.firmat expreſsè Fran.Bru.in tra.de indi.& tortu.in 2.parte.vj.q.nu.52.uerſi.quæro ulterius: & in hoc concordat c.regni inci.item prouiſa iuris ſanctio,&c.

20 ¶ FIS.Nunquid minor quatuordecim annis poſsit torqueri? ¶ IV. Dicas,quòd non:ſed debet ferula cædi:ut l.cùm ad Sylle.ff. ad ſena. Sylle.& refert & ſequitur Angel.in uerbo,fama publica.refert & ſequitur Brun.in trac.de indi.& tor.in 4. q.nu.16.ubi allegat l.de minore. in prin.& l.ex libero.ff. de quæſtio.& quòd poſsit ferula cędi,allegat tex. in l.impubes.ff. ad Sylle. & l.exci piũtur.in prin.ff.ad Syll.ſubdit Bru. quòd iſtud non habet locum in crimine læſæ maieſtatis,quia tum minor torqueri poteſt, per l.de minore.ff.de quęſtio.& ibi not. Marſ.ubi no.quòd minor in teſtem non examinatur per torturã,fallit in crimine læſæ maieſtatis,quia etiam cum tortura examinatur.adde quòd dicit Lud.Bolo.in addi.ad tra.Guido. de Suzar.in tra.de indi.& tormen. quòd hæc procedũt in minore maiore infante.ſecus eſt in infante:qa ille etiã ferula cędi non poteſt:nu.

21 11.ibi:in dictis additio.¶ Et an ſenes poſsint torqueri,uide infrà in tertia partę tertiæ partis.

TERTIA PARS.

¶ Et ſi cõfitebuntur. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio debet fieri coram iudice competenti.*
2 *Hæredi confitentis nocet confeſſio facta coram incompetenti.*
3 *Nullitas proueniẽs ex defectu iuriſdictionis inualidat confeſſionem.*
4 *Facta per iudicem incompetentem, pro non factis habentur.*
5 *Iudex recipiens confeſſionem, debet eſſe ordinarius,non delegatus.*
6 *Confeſſio debet fieri coram omnibus, ſi ſunt tres iudices.*
7 *Confeſſio debet fieri iudici pro tribunali ſedenti.& quid ſi non eſt facta in forma iudicij.nu.8.*
9 *Confeſſio facta coram iudice tacente,an dicatur iudicialis.*
10 *Teſtes examinari debẽt per iudicem, ut faciant indicium.*

11 Teſtis deponens falſum coram actua rio, non punitur.
12 Id dicitur fieri apud acta, quod ſit co ram iudice.
13 Obligatio recepta in abſentia iudi cis, non habet executionem paratam.
14 Iudice mandante actuario, quòd ali quid faciat, habetur ac ſi eſſet facti coram eo.
15 Confeſſio facta ſub ſpe gratiæ, non nocet.
16 Stuprum commiſſum per allectatio nes, an dicatur uiolentum.
17 Confeſſio facta per iram, non nocet. nume. 136.
18 Confeſſio extorta dolo aduerſarij an noceat.
19 Minoris confeſſio quomodo debeat fieri. nume. 19. uſque ad 27.
27 Mulier confitens an reſtituatur in integrum.
28 Furioſus & demens an poſſint con demnari.
29 Confeſſio facta per teſtem an ei no ceat, ut reo, poſteà inquiſito. nu. 32.
30 Confeſſio an noceat perempta in ſtantia.
31 Confeſſio incidenter facta, ad quid noceat.
33 Cōfeſſio debet eſſe uerisimilis, & de bet eſſe probabilis. nu. 34.
35 Delictum in genere eſſe commiſſum quando dicatur conſtare.
36 Confeſſio debet eſſe poſſibilis.
37 Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & inde mortuum eſſe, an noceat.
38 Confitens ſe alicui fregiſſe cranium, an, & quando noceat.
39 In confeſſione an debeat perſeuerari.
40 Sententia contra confeſſionem, quid operetur. nu. 41. 42. 43. 44.
45 Confeſſio debet eſſe cum cauſa.
46 Confeſſio debet eſſe ſimplex. & an in totum debeat acceptari. nu. 47.
48 Torqueri an poſſit confitens ſe occi diſſe ad ſui defenſionem, ut explicitè deponat.
49 Acceptari debet cōfeſſio per partem.
50 Reuocari an, & quando poſſit con feſſio. & an reuocata operetur. nu. 51. uſque ad nu. 56.
57 Confeſſio facta ex cauſa pietatis, an noceat.
58 Confeſſio an operetur, ubi liquet de innocentia.
59 Confeſſio debet eſſe clara, & non dubia.
60 Confeſſio debet fieri in loco ſolito iu diciorum, & non alibi.
61 Confeſſio debet fieri in loco iuriſdi ctionis, & non extra.
62 Confeſſio non debet fieri prope tor menta.
63 Ratificari debent confeſſata in tor mentis extra tormenta.
64 Terminus debet dari confeſſis ad probandum aduerſus confeſſionem.
65 Confeſſus ex inualido proceſſu con demnatur.
66 Appellari an poſſit per confeſſum.
67 Confeſſus etiam perempta inſtātia, condemnatur.
68 Confeſſio etiam non præcedentibus indiciis, ualida eſt.
69 Confeſſio producti in teſtem de cri mine cauſat, ut removeatur à promo tione.
70 Confeſſus dicitur manifeſtus delin quens.
71 Appellare an poſſit tertius pro con feſſo.
72 Defenſionibus an reus poſſit renun tiare.
73 Fideiuſſoribus an liberetur confeſ ſus. nu. 110.
74 Confeſſio corā in competente, quid operetur

operetur.nume.85.

75 *Confeſſio inducit notorium.*

76 *Confeſſio habet uim rei iudicatæ.*

77 *Confeſſio eſt pleniſſima probatio.*

78 *Confeſſio uulnerati, quòd non fuit uulneratus ab inquiſito, eſt indicium innocentiæ.*

79 *Hæres confeſſi, an, & quando teneatur.*

80 *Adulter & adultera confitẽtes ante coitum ſe contraxiſſe matrimonium, excuſantur.*

81 *Confeſſio operatur, ut procedatur ex officio, ubi alioqui non poſſet.*

82 *Confeſſus ſponte mitius punitur.*

83 *Confeſſio tollit præſumptionem iuris, & de iure.*

84 *Confeſſio facit haberi rem pro liquida.*

86 *Cõfeſſio iudicialis præſumitur uera, operatur etiam, quia facit, ut non requiratur infamia: item ſponte confeſſus aliquando non punitur.*

87 *Stante ſtatuto, quòd pœna minoretur ex confeſſione, qualiter debeat eſſe.nu.88.89.*

90 *Confeſſio an poſſit reuocari poſt ſententiam.*

91 *Teſtis in mortis articulo confitens ſe falſum teſtimoniũ dixiſſe, an probet.*

92 *Infamia an reſultet ex confeſſione.*

93 *Teſtatori an credatur, ſi confiteatur in teſtamento, ſe eſſe uſurarium.*

94 *Clericus an poſſit deponi, ſi confiteatur, quòd promiſit decem, ne accuſetur.*

95 *Surdus & mutus an poſſint confiteri.*

96 *Confeſſio facta corã ſyndico denunciante, an ualeat.*

97 *Procuratoris confeſſio in criminalibus, an noceat domino.*

98 *Confeſſio in criminalibus, an habeat exequutionem paratam.*

99 *Confitẽs ſe feciſſe plura furta eodem loco, diuerſis tamen temporibus, an debeat morti tradi.nu.100.*

101 *Confitens eſſe uera, quæ continentur in inquiſitione, ſeu in capitulo, quum contineat, quòd ſit inſignis latro, an debeat mori, ſi reuera non commiſit, niſi unicum furtum.*

102 *Confeſſio ſocij criminis, an, & quando noceat ſocius.nu.102.uſque ad nume.104.*

105 *Confitẽs ſe occidiſſe hominem, cuius nomen ignoratur, an damnari poſſit.*

106 *Confeſſio ſerui an noceat domino.*

107 *Confeſſio per tortum facta, an ualeat.*

108 *Confitens ſe adulteraſſe Bertam, an uideatur confiteri eã eſſe coniugatã.*

109 *Confeſſio trium latronum quid operetur.*

110 *Confeſſus delictum, an debeat liberari ſub fideiuſſoribus.*

111 *Confitens ſe uulneraſſe Titium, & ex dicto uulnere ipſum deceſſiſſe, ſi tamen conſtat de contrario, non nocet.*

112 *Statuto dictante, quòd reuelãti furtũ parcatur, an ſi eſt principalis, parcetur.*

113 *Confeſſus an poſſit obiicere de nullitate iudicij.*

114 *Confitens & reuocans confeſſionem an debeat torqueri.*

115 *Confiteri an dicatur dicens ſe condemnatum in ſupplicatione.*

116 *Confitens ſe cõmiſiſſe uſuras, an damnetur.*

117 *Confeſſio uſurarij, qua confitetur ſe extorſiſſe uſuras, an noceat fiſco, ſi ſit antè damnatus.*

118 *Confeſſio an noceat, ſi non conſtat de delicto.*

119 *Inquiritur contra aliquem ut ordinato*

natorem & mandatorem delicti, ſi is confitetur eſſe uerum, an poſſit condemnari.

110 *Verbum:uolo confiteri, an inducat confeſſionem.*

111 *Furtum committens Romæ, & captus alibi cu re furtiua,an puniatur.*

112 *Delictum ſi eſt commiſſum in medio duarũ ciuitatum,corã quo puniatur.*

113 *Clericus confitens ſe eſſe laicum, an ſibi noceat.*

114 *Confeſſio contra matrimonium, an noceat.*

115 *Confitens inſtrumentum uerum eſſe falſum,an præiudicet.*

116 *Confeſſio coniugis,in cuius fauorem lata eſt ſentẽtia diuortij,an ſufficiat ad eam retractandam.*

117 *Forıudicatus nulliter,an ſi confiteatur,ſibi noceat.*

118 *Confites ſe feciſſe homicidium,ſed ad ſui defenſionem,an ſufficiat ad condemnandum.*

119 *Confiteri an cẽſeatur recipiens literas ad ſe miſſas per aſſaſſinum.*

130 *Confeſſio an poſſit declarari.*

131 *Confeſſio ſyndici an probet delictũ commiſſum per ciuitatem.*

132 *Confitens ſe ſtupraſſe aliquam tanquam ſuam uxorem, an ſufficiat, ut ſtuprata uendicet eum in uirum.*

133 *Confitens ſe abſolutum ab excommunicatione,an cõfiteri uideatur ſe fuiſſe excommunicatum.*

134 *Confeſſio rei,nũquid noceat tertio.*

135 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe, an audiri debeat.*

136 *Confeſſio per iram facta,an noceat.*

137 *Confeſſio lamiarum & incantatricum,an ſufficiat ad eas condẽnandũ.*

138 *Confitens ſe alias in iudicio abiuraſſe hæreſim, an ex noua confeſſione poſſit damnari.*

139 *Hæreticus an ex ſola confeſſione poſſit condemnari.*

140 *Confeſſio incontinenti reuocata,an debeat de errore probari.*

141 *Confeſſio ærarij,an noceat fiſco.*

142 *Confeſſio facta in ciuili,an præiudicet in criminali.*

143 *Confeſſio facta præmiſſa negatiua, an ſufficiat ad condemnationem.*

144 *Confitẽs ſe corrupiſſe iudicẽ, quum iudex ſit abſolutus,an ſibi noceat ad condemnationem.*

145 *Compoſitione an inducatur cõfeſſio.*

146 *Mulieri confitenti ſe uirginem, an ſtetur.*

147 *Clerici confitentes delictum abſque accuſatore,puniuntur.*

148 *Confeſſio delicti aliquando probat clericum incorrigibilem.*

Diuiſio tertiæ partis principalis.

¶ IVD.Sequitur cõgruenti ordine iuxta promiſſa tertia pars principalis,quã diuido principaliter in quatuor partes:in prima tractabitur de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis:in ſecunda de extraiudicialibus:in tertia de confeſsionibus per torturã extortis:in quarta de confeſsionibus fictis.Quocirca ſequitur prima pars de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis.

PRimo igitur loco, ut diximus, de confeſsionibus iudicialibus ſpontaneis dicturi,ſciri oportere præmonemus, plura requiſita debere concurrere,ut confeſsio ualida ſit,& ſortiatur effectum. nam quædam requiruntur concernentia perſonam iudicis, confeſsionem recipientis:quædam perſo

perſonam confitentis:quædã temporis qualitatem:quædam qualitatem & formã cõfeſsionis: quædam locum,ubi fit:& quædã,quæ ſeruari debẽt per judicẽ habita ipſa cõfeſsione:quare de ipſis requiſitis primò dicemus: ſecũdò de effectibus ipſius confeſsionis:tertiò extrauagantes quæſtiones in materia ſparſim poſitas in unum colligemus:& hũc ordinem in qualibet parte noſtri tractatus ſeruabimus ¶ Atque
2 circa perſonã judicis cõfeſsionem recipientis,ſciendum eſt requiri,ut judex,coram quo confeſsio fiat, ſit judex competens,& habẽs iuriſdictionem,cùm aliàs ex mẽte omniũ doctorum diſtinguendum eſſet:aut eſt talis judex,cuius iuriſdictio nullo modo prorogari poteſt,ut clerici in laicum:aut eſt talis judex, qui licet ſit incompetens,tamen nõ eſt omnino incompetens:ſed eius iuriſdictio prorogabilis eſt.primo caſu omnes docto.es uidẽtur in hoc concurrere , quòd talis confeſsio, nec ad condemnationem , nec ad indicium ad torturam operatur:ſecundum Anto.de But.in c.at ſi clerici.de judi.4.col.uerſi.utrum autẽ. Bal.in c.cùm ſuper.de confeſsis.& Ange.in l.j.col.ultima.C.de confeſ. & in l.j.ff.eo.tit. Abba.in conſil.25. uolu.j.& docto.antiqui & moder. in l.magiſtratibus.ff.de iuriſdi.om. judi.& firmat Afflict.in conſtitu.ſi damna clandeſtina.nono not.uerſ. quarto quæro & latiùs,quàm alibi, per Boer.in deci.90.in prima parte. & licet dicat in curia ſeruari cõtrarium:tamen prædictam de iure atteſtatur eſſe communem opinionem. Secundo uerò caſu non operatur quoad condemnationem,ſed tantum ad torturam.ſecũdum Bal. Ange.Alexan.& cæteros doctores in d.l.magiſtratibus.& Angel.in l.j. C.de confeſ.& Feli.in d.c.at ſi clerici.& Bal.in l.clarum.C.de author. præſtan.& Afflic.ubi ſuprà.& Ange. de Are.in uerbo,comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum . & Bal.in l.unica.C.de cõfeſ.in penul. col.& Ludo.Roma.conſi.451.incip. quædam mulier.& plenè per Boer. ubi ſupra.illud tamen, quod faciat indicium,limitatur,ut non procedat,ſi fuerit confeſsio reuocata coram competenti.ſecundũ Bal.in d. l.unica.C.de cõfe.pen.col.& ſequitur Iaſ.in d.l.magiſtratib'.in 2.ſublimitatione.ſed Boẽr.in d.deciſio. in fine optime confutat. nam dicit ipſe:quod ſi hæc ſublimitatio eſſet uera , eſſet deſtruere ſupradictam communẽ opinionẽ: nam aut coram judice cõpetenti perſeueratur, aut negatur.primo caſu non eſt neceſſaria tortura, ſed damnatur: aut negatur,& tunc eſt neceſſaria tortura,& prout eſt cõmunis opinio, irrogatur,ergo nõ poteſt eſſe uera ſublimitatio prædicta,& ſic concludit,ꝙ etiã ſi reuocata eſſet irrogaretur tortura:& ita ſeruatur ſecundum eum.limitatur etiam,ut procedat cõcluſio ſupra firmata,ubi cõfeſsio eſſet uerſimilis. ſecũdũ Bal. in l.clarũ.C.de autho.præſtan.& ſequitur Iaſ.ubi ſupra,in 3.ſublimitatione.& tenet Bar.in d.l.magiſtratibus.& Canoni.in d.c.at ſi clerici.& Ab.in c.omn.de reſcr.& And.Barb. in add.Bal.in d.l.claru.debet etiam

concurrere ultra ueriſimilitudinē,
quòd ſit orta infamia aut ſuſpitio,
aliàs ſecus.ſecundum Ang.de Aret.
in lib.ma.in uerbo , comparēt dicti
inquiſiti.& conſil.10.& id uolebat
Bal.in d.l.clarum.& Innoc.in c.per
inquiſitionē. & ideo ſit cautus eius
aduocatus , ut reuocata dicta con-
feſsione,petat terminum,& in ter-
mino uerificet,quòd ex tali confeſ-
ſiōe nulla orta fuit ſuſpitio,nec in-
famia:ſed potius orta fuit fama , ꝙ
eſt erronea.limitatur etiam,ut pro-
cedat, ſi cōfeſsio fieret ad eundem
finem:ſecus , ſi ob aliam cauſam:ut
tenet Iaſon ubi ſuprà.in 4.ſublimi-
tatione.ſed Alexan.in d.l.magiſtra-
tibus.tenet cōtrarium,& dicit pro-
cedere dictā ſublimitationē,quādo
eſt ſententiatum contra confeſsio-
nem , quòd ſit facta nō ad eundem
finē.ſed Fran.Cur.ibi in addi.Alex.
defendit opinionē relatam per Iaſ.
uide omnino Franc.Are.in d.c.at ſi
2 clerici.& in conſi.26.in fi.colū. ¶ Et
ubi confeſsio facta coram incom-
petēti nocet alicui confitēti,noce-
tur etiā hæredi ipſius,ſi fuerit mor-
tuus antequā ad iudicem ſuum cō-
petētem remitteretur:ut dicit Ang.
in l.ij.ff.ui bono.rapto.quod eſt in-
telligendū,quando aliàs confeſsio
defuncti noceret hæredi : tamen ſi
bene inſpiciatur,Ang.nō uidetur fir
mare pedes ī hoc dicto:uideatis eū.
3 ¶ Et ad corroborationem prædicti
primi requiſiti,intellecti & limitati,
& ſublimitati facit , quia licet alias
confeſsio ſit tantę potentiæ,ut etiā
cōfeſſus ſuper inordinato proceſſu
poſsit condēnari.ſecundum Innoc.
quem omnes ſequuntur in æquali-
ter.c.quando.el.ij.de accu.& in ca.
per inquiſitionem.de electio.eſt ta
men uerum , niſi nullitas proueni-
ret ex defectu iuriſdictiōis iudicis.
nam eo caſu dicta confeſsio nō ua-
lidat proceſſum.ſecundum not.per
docto.in d.c.at ſi clerici.in princ.&
in c.olim.de reſcri.& ibi do.Abbas.
4 ¶Facit etiam,quia facta per iudicē
incompetentem,pro non factis ha
bentur.ſecundum Innocē.in c.pru-
dentiā.de offi.deleg.& habetur per
Bald.in margarita ſua.in uerbo,fa-
ctum . & per cōpetētem iudicem
5 non poſſunt haberi rata.¶Requiri-
tur ſecūdò,ut ſit iudex ordinarius,
nō delegatus.ſecundū Ang.in cōſi.
217.incip.in cauſa accuſatiōis pro-
ductę.quē ſequitur Hippo.à Marſi.
in practica.§.poſtquā . nu.14.quod
quidem intelligendum eſt de dele-
gato,habente limitatam poteſtatē
ad certos articulos cauſę ſeu actus.
nam tunc uerū eſt,ꝙ,quātuncunq;
adſit confeſsio , non poteſt uirtute
ipſius per ipſum iudicem delegatū
procedi ad condēnationem ex de-
ficientia iuriſdictionis:& ſic non ex
defectu ipſius confeſsionis . tamen
non negatur , quin ordinarius uir-
tute ipſius repetitę coram ſe poſsit
procedere ad condēnationem : ut
firmat idem Ang.in d.loco.& ſi ne-
gauerit coram ordinario cōfitens,
poterit per torturam cogi ad cōfi-
tendum,& perſiſtendum in confeſ-
6 ſione ſua. ¶ Requiritur tertiò,ut ſi
ſint tres iudices in cauſa deputati,
cōfeſsio fiat coram omnibus.aliàs
ſi fiat coram duobus , non ſortitur
effectum.ſecūdum Abba.in c.olim
ex literis.in fi.de reſcrip.& refert &
ſequitur

ſequitur Hipp.à Marſi.in conſil.81.
7 nu.35. ¶ Requiritur quartò, ut conſeſsio ſit facta coram iudice ſedēte pro tribunali: ut eſt doctri. Sali. in l. iubemus. C. de liber. cau. in fi. & tenet Bart. in l. prima. C. de confeſ. in princ. & habetur per glo. in c. dudū. el ij. in uerſic. reſponſionem. extrà. de elect. & Bal. in l. pe. in ij. no. C. de fideiu. & in addi. Spec. in titu. de cōfe. confeſsio iſta. & Alexā. in l. ſi cōfeſſus. de cuſt. reo. & Iaſon in l. magiſtratibus. 2. col. ff. de iur. om. iudic. ſequitur Mar. in l. de minore. §. plurimum quoque. nume. 11. ff. de quęſtio. & tenet etiam Bal. ibi: licet nō ita clare. & uidetur ita ſentire Affli. in cōſil. ſi dāna clādeſtina. in 9. not. dum dicit, quòd cōfeſsio facta corā iudice ſedēte pro tribunali abſque tortura, ſufficit ad condemnationē. & ſequitur idem Marſi. in practica crimi. in §. poſtquàm. numero 17. & idem ſequitur Boër. in deciſio. 90. nume. 8. in prima parte. & uidetur eſſe cōmunis opinio omnium doctor. uide Bald. in l. ictus fuſtium. ff.
8 de infa. ¶ Et ex his infertur, quòd confeſsio facta coram iudice non in forma iudicij, uel corā actuario cauſæ, abſente iudice: nō ſufficit ad condemnandum: ut dicunt præfati docto. in locis ſup. allega. & ſequitur Ro. cōſi. 8. & Fran. Bru. in tra. de indi. & tort. iij. q. in prima parte. nume. 17. & firmat Bal. in addit. Specu. in tit. de confeſ. uerſi. confeſsio. ſufficit tamen ad torturam: ut habetur in dictis locis. quod quidem limitatur, ut procedat, niſi fuerit reuocata: quia tunc non ſufficit ad torquendum: ut habetur per Petrū de Gera. in ſingu. 67. incip. ſcire debes. ubi dicit eſſe de hoc doctri. Bald. in l. j. pe. colum. C. de confeſ. adde ſup. dictis Tiraquel. in tract. de retra. §. 36. fol. 746. nu. 54. & 55. & an aliquid operetur, uide Bal. in l. ictus fuſtiū.
9 ff. de infa. ¶ Sed an confeſsio dicatur iudicialis facta corā iudice tacente: dicas, quòd ſic: ut eſt text. cū glo. in l. iuſiurandum, quod ex conuentione. §. j. in uerſi. obſtabit. ff. de iur. iuran. & uideas Bal. in l. interrogatam. C. de lib. cau. & uide Hippo. a Marſi. in l. j. ff. de quæſtio. 4. colū. uerſi. & hanc partem. & in l. ſi. C. de procu. & in l. de minore. §. plurimū. ff. de quæſtio. 2. col. uerſi. & facit gl.
10 ¶ Et ad corroborationē prædictorum de confeſsione facta coram actuario cauſæ, facit, quia ad hoc, ut teſtes examinati ad inquiſitionē faciāt indicium ad torturam, neceſſe eſt, quòd examinentur à iudice, nō per notarium actorū: ut colligitur ex cle. j. de offi. dele. & per Bal. in rubrica de contro. in uerſi. 2. colum. & habetur per Marſi. in pract. crimi. §. nunc uidendum. nu. 30. nam probationes faciendæ ſunt iudici. l. quinquaginta. ff. de probati. l. eos. & l. ſi quādo. C. de teſt. & l. j. C. de re. alie. non alienan. l. ij. C. ex quib. cau. maior. & plenè per Marſi. in l. j. ff. de quęſtio. in prin. nu. 16. uerſi. ſeptimò
11 requiritur. ¶ Item facit ad corroborationem præfatorum, quia teſtes deponentes falſum, dum examinātur coram actuario cauſæ, non puniuntur de falſo. ſecundum Bartol. in l. ſi quis legatum. ff. de fal. quem ſequitur Angel. in l. j. C. de ſepulch.
12 uiolato. ¶ Facit, quia id dicitur fieri

apud acta, quod apud iudicem fit, ſecudum Lucam de Pen.in l.inſtar.
13 de iur.fiſc.lib.x. ¶ Facit & notabile dictum Aſflict.in cõſtit.magiſtri camerarij.in 12.nota.quòd ſi recipiatur fideiuſsio extra locũ iudicij in domibus priuatarum perſonarum per tabellionẽ, uel obligatio in abſentia iudicis, ſi fideiuſſores poſteà negent, ſe fideiuſsiſſe, uel principales ſe obligaſſe, non erit ſtandum tabellionis ſcripturæ: quia eam facit ſine teſtibus & iudice ad cõtractus.& ſic nõ eſt ſcriptura publica: nec eſt ſcriptura penes acta, quia facta ſine præſentia iudicis eſt.facit etiam, quia color iudicij, & præſentia iudicis multa operantur: ut habetur per docto.in l.pacta nouiſsi. C.de pact.maximè per Iaſ.qui multa notabilia dicit.& ſequitur cõſulendo remiſsiuè Marſi.conſil.106.2. lib.nu.7.cum ſequen.& ex his claré apparet, illam dici cõfeſsionem iudicialem, quę fit coram iudicę, & in figura iudicij.i.iudice ipſo ſedente pro tribunali: non illa, quæ fit corã notario actorum.per illam gloſ.ſo-
14 lennem in d.l.iubemus. ¶ Quæ limitari poteſt iudicio meo: niſi iudex mandaret notario, ut illam ſcribat. quia cum iudex mandat, nõ eſt neceſſe, quòd poſtea ſit præſens.per ea, quę dicit Iaſon in l.Iudeamus.§. deferre.ff.de in lit.iur.licet poſſet dici, quòd prædicta limitatio procederet, quãdo confeſsio requireret ad ſuum robur ſolam præſentiã iudicis, & non figuram iudicij.quia tunc poteſt eſſe uerum, quòd præſentia iudicis, & mandatum à pari procederent.ſed quia in confeſsione requiritur figura iudicij, ut ſuprà demonſtraui: & ſic iudicem ſedere pro tribunali: ideo nimirum, ſi non ſufficit mandatum iudicis.ſed præcedẽtem limitationem uidetur tenere Marſi.in practica crim.§.poſtquàm.nume.17.& eam expreſſe tenet Angel.in l.unica.C.de cõfeſſ.& uidetur eam tenere Afflict.in deci-
15 ſio.245.¶ Requiritur quintò, ut iudex non ducat inquiſitum blandis uerbis, & promiſsionibus gratię ad confitendum: ſed quòd cõfeſsio ſit facta ſponte: quia confitens taliter, non poteſt ex tali confeſsione dãnari.ſecundum Ioan.de Imo.conſi. 109.incip.uiſa in quęſtio.quem uidi in fonte.& firmat Marſi.in practica cri.§.poſtquàm.nu.16.ubi ad corroborationem dictæ doctri.alia adducit.& idem ſequitur in l.ſiquis obreptiſerit.ff.de fal.contrariã autem opinionem nulla de prędictis mentione facta, tenet Afflict.in conſtit.inter cætera.in fine.ſed ſecundũ primam opinionem conſuluit idem Marſi.in conſi.14.in primo libro, in fine.& in conſi.12.nume.22.eodem lib.& ſequitur Par.lib.ſyn.in uerbo, torturæ.uer.ſequitur quæſtio.& in uerbo, aduertendum eſt.& Grama.in quæſtiõe tertia poſt ſuas deciſio.incipi.notabilis & pulchra.& firmat idem Marſi.in ſingul.201.incip.in confeſſum.& in ſingu.77.incipiẽ.malitiis hominum.& habetur in addi.ad Afflict.in d.conſtitu.inter cætera.& plene ac nouiſsimè per Carre.in ſua practi.in l.obſeruare curabis.in princi.numero.173.
16 ¶ Ad quorum corroborationẽ adducitur id, quod no.Afflict.in conſtitu.

ſtitu.ſiquis rapere.in ſecundo nota. in tertia quæſtio.ubi dicit,quòd ſtu prum uiolentũ punitur pœna mortis:nõ uiolentũ punitur medietate bonorum omnium.& ſtuprum uiolentum non tantũ dicitur, quando interuenit uis & uiolentia uera:ſed etiã,quãdo interueniũt blãda uerba,& allectamenta,ac doloſæ promiſsiões.& iſto caſu etiam punitur ſtuprũ pœna mortis: quia illa promiſsio & ſeductio eſt uis interpretatiua.ſic ergo in confeſsione facta blãdis uerbis & allectamentis iudicis,& promiſsionibus doloſis,non debet nocere:eò,q͂a uidetur extor-
27 ta per uim & uiolentiã.¶ Nam cõfeſsio debet manare ex propoſito. unde ſi aliquis confiteretur aliquid per iracũdiã,talis confeſsio nõ noceret.ſecũdũ Ioã.de Imol.in c.fi.de cõfe.& gl.in c.ex literis.in uerſi.admonita.de diuor.& Io.de Imo.in c. fi.de cõfeſ.& confeſsio extorta tot blãdis uerbis & doloſis promiſsionibus rectè intuẽti non põt dici ex ꝓpoſito manaſſe.uide infrà nu.136.
28 ¶ Vnũ tamẽ uidetur prædictis obſtare.nã habemus,ꝙ cõfeſsio iudicialis extorta etiã dolo aduerſarij, præiudicat.l.minor xxv.annis.ff.de mino.ſecũdũ glo.in uer.probata.& Bal.in l.de tutela.2.col.uer 2.oppo. C.de in inte.reſt.ſed Bal.ibi dicit,ꝙ interuenit ſola ſciẽtia aduerſarij ſine doli inductione ad fieri faciẽdũ illam confeſsionẽ falſam.ſed etiam põt dici pro ſolutione,ꝙ aliud eſt, quando interuenit dolus iudicis,à quo totaliter confeſsio ſubſtantiatur.circa confitẽtis porrò perſonã
29 plura alia requiruntur. ¶Et primò requiritur,ꝙ confeſsio fiat per habentem legitimam perſonam:& ſic per maiorem, uel minorem ſeruatis ſeruandis:ut dicit Angel.in lib. maleſi.in uerbo,comparẽt dicti inquiſiti,& confitentur totum.uerſic. necnon ſis bene cautus. & dicit ita uoluiſſe Cy.in l.clarum.C.de auth. præſtan.& Bart.in l.fi.§.pupillus.ff. de uerbo.obligat.& Sali.in l.j.C.de cõfeſ.& Gandi.in li.male.in rubrica.de aliquibus quæſtionibus uarijs in male.vj.colũ.uerſic.ſed quæritur.& Hippo.à Marſi.in pract.cri. §.nunc uidẽdum.& in §.expedita. & in §.poſtquã.& in l.j.in princi.& in §.ſiquis ultro.& in l.ſtatu liber. ff.de quæſtio.& in l.qui cædem.ff. de ſicar.& in conſi.9.& conſil.26.& conſi.48.& conſi.62.& conſil.130.& per Tho.Gramma.conſi.16.& conſi.60.fallit in crimine læſæ maieſtatis,& in atrocioribus:ut per Marſi. in d.conſil.9.& in l.de minore.ff.de quæſtio.& per Affiic.in conſtit.minorum iura.poſt docto.in d.l.clarum. & fuit deciſum in ſacro regio conſi.Neap.ut refert Afflic.in deciſio.208.quòd ſi facta cõfeſsione in iudi.abſq; curatore,minor ſe petat reſtitui in integrum aduerſus dictã confeſsionem tanquàm læſus, illa confeſsio nihil ipſi nocebit ex prædictis,& ex doctrina Ange.in l.certum.§.in pupillo.ff.de cõfe.& Alex. in l.nã & poſtea.§.ſi minor.9.col.ff. de iur.iurand.& in conſi.126.1.lib.j. col.inci.in cauſa appellationis.Sed quòd ſi non fuerit illi datus curator, ſed legitimè conſtitutus procurator an ualeat confeſsio?dicas, ꝙ ſicut per Marſi.in l.de minore. nu.56.

20 nu.56.ff.de quæſt.¶ Et ſit cautus iudex,ut ad uidẽdum iuramentũ minoris,faciat eius curatorem adeſſe:
21 ſecundũ Salic.in l.j.de confe. ¶ Sed pone,ꝙ minor ducitur ad torturã, ut torqueatur:qui uidẽs ſe torquẽdum eſſe,dicit:non torqueatis me, oĩa cõfitebor,& iuro me nõ uẽturũ cõtrà:an eiuſmodi cõfeſsio præiudicet ipſi minori.Bald.in l.j.C.de cõfe.uerſi.ſed pone.dicit,quòd nõ præiudicat, ne inducatur per indirectum renũtiatio iurium & defenſiõis.& ſequitur Ang in lib.male.in uerbo,comparent dicti inquiſiti,&
22 cõfitentur totũ. ¶ Sed quòd ſi minor negat,& propter ſuã negationẽ crimen creſcit,uel eius pœna ex forma ſtatuti, uel perdit beneficiũ confitẽtis,an reſtituatur,ut habeatur pro confeſſo:dicas,ꝙ ſic: ut eſt text.& ibi Bar.in l.ex cauſa.§.nunc uidendum.ff.de minor.& ſequitur
23 Ang.ubi ſuprà. ¶ Prædicta uerò nõ habẽt locũ,quãdo minor cõfitetur contra alium,ut teſtis.quia eo caſu etiamſi nõ interuenerit authoritas curatoris,ualet & tenet eius cõfeſſio.ut pulchre tenet Bald.in l.clarũ. C.de author.præſtan.cõcluſionem uerò principalem firmat etiã Boẽr. deciſio. 63. nu.vij.in prima parte.& habetur per Bertran.conſil.94.in 3.
24 lib.num.1. ¶ Et intantum ſunt uera prædicta,ut non ſolùm procedant & habeant locum in minore accuſato : ſed etiam accuſante : ut tunc etiam requiratur authoritas curatoris:ſecundum Bal.conſi.60.incip. factum ſic proponitur. 5. libr.& firmat, & ſequitur Hipp.à Marſi.in l. j.ff.de quæſtio.in princip.nume.18.

25 ¶ Item intantũ ſunt uera prædicta, ut non ſolũ procedant in confeſſione uera : ſed etiam ficta,uigore ſtatuti dictantis , quòd contumax habeatur pro confeſſo.nam eo caſu minor contumax nõ dato curatore,non poteſt puniri uirtute illius fictæ confeſsionis : ut habetur per Cepol.conſi.30.& 31.& Bald.in l.clarũ.C.de auto.præſtan.& ſequitur Marſil.in l.de minore. 63. ff. de quæſt.& Afflict.in conſti.minorum iura in v.not.& Nell.in tra.bannito.in prima q.primi tẽpo.& Boẽr. in deciſio.63.in prima parte.& Bal. in l.unica.C.de cõfe.uer.iuxta hoc quæro.qui uidetur tenere contrarium in adulto:& non in pupillo.& dicam pleniùs in quarta parte,ubi de confeſsionibus fictis tracta-
26 bitur.¶ Et non ſolũ requiritur datio curatoris , ut confeſsio ſit ualida: ſed etiam requiritur,nõ eodẽ momento, quo datur , curator autorizet ipſi minori.nam eſſet nullus ille actus propter breuitatem temporis.ex quo apparet,quòd in tali præſtatione autoritatis non proceſsit aliqua cauſæ cognitio , quæ debuit interuenire ad ualiditatem actus:ut habetur per Pet.de Anch. conſi.82.incip.uiſis diligenter actis. & habetur plenè per Hipp.à Marſi. in practica crim.§.nunc uidendum. nume.32.& ideo ſemper ante præſtationem autoritatis,facias apparere aliquem actum ſeparatim,in quo appareat fuiſſe informatũ curatorem de informatione & iuribus,& defenſionibus pupilli & minoris,& de meritis proceſſus,& ꝙ adhibita fuit cauſæ cognitio : quo facto

facto ſecurè poteſt præſtari autori-
27 tas.¶ Secundò requiritur ut ſi mulier in iudicio confiteatur delictū, de quo aliter non apparet, niſi per ipſius cōfeſsionem, ipſiusq; ſi interſit non eſſe confeſſum id, ac ob id petat ſe reſtitui in integrum aduerſus ſuam confeſsionem, non condemnetur uirtute dictæ cōfeſsionis: ſed concedatur ei reſtitutio in integrum. quia in hoc habebit beneficium minoris: ut notabiliter dicit Afflict. in cōſil. obſcuritatem. iij.
28 colū. in ij. q.¶ Tertiò requiritur, ut cōfitens nō ſit furioſus & demens: quia ex cōfeſsione nō poſſet damnari inſtar minoris: ut habetur per Specu. in titu. de confeſ. §. ſequitur. uerſi. 13. & plenè per Tho. Grāmat.
29 in conſi. 16.¶ Requiritur quartò, ut confeſsio fiat per reū criminis tanquam reum, & inquiſitum ut reum: aliàs ſi fieret per aliquem ut teſtē, & ſic repræſentantē aliam perſonā, non ſufficit ad cōdemnandum: ut dicit Cap. in deciſ. ſac. regij cōſil. 52. & Marſi. in cōſil. 115. nume. 3. ij. lib. & hæc de requiſitis circa perſonā cō-
30 fitentis.¶ Sunt etiā, quæ requiruntur circa qualitatem tēporis, ut dixi ſupra. atq; ut ea nunc perſequamur ſciendū eſt, quòd requiritur, ut confeſsio fiat tempore habili: aliàs ſi fieret tempore inhabili, uidelicet elapſo tēpore, dato & ſtatuto per leges uel ſtatutum ad inquirendū, cōfeſsio non noceret confitenti. ſecundū Bal. in c. j. de offic. deleg. pe. col. uerſi. pone, quod maleficium. & firmauit Soc. in conſil. 108. inci. ſuppoſito ſtatuto. in pen. col. poſt medium. & firmat Marſil. in practica cri. §. poſtquam. nume. 10. contrariā opinionem firmauit Bal. in l. properandum. iiij. col. C. de iud. ubi intrepide firmat, quòd etiam perempta inſtantia iuris cōmunis in criminalibus, uel ſtatutaria ſeu ſecundū cōſuetudinem loci, confeſſus delictū poteſt condemnari, quia nō petiit: confeſsio, & delictum eſt factū notorium. & ita tenet Marſil. ſibi contrarius cōſi. 46. nume. 18. refert & ſequitur Ange. in lib. male. in uerbo, inchoata & facta. & in uerbo, comparent dicti inquiſiti, & cōfitentur totum. quam doctrinā corroborauit pluribus mediis Marſil. in l. j. §. diuus Antonius. ff. de quæſt. iiij. col. & contrarium: & aliàs tenuit in d. l. j. nu. 69. ſequitur etiam doctri. Bald. Iaſ. in d. l. properandum. nume. 21. in iij. limitatione. & dicit ita teneri per Panor. in c. pe. in pe. col. de iudic. & faciunt ea, quæ not. Bart. in l. ſi confeſſus. cum ſuis concordantiis. ff. de cuſto. reo. quid uerò dicendū in iſta uariata quæſtione? ego pro nunc dicerē ad cōcordandas opiniones, quòd prima opinio loquitur, & habet locum iuxta terminos l. querellam. C. de fal. de tempore ſtatuto ipſi actioni, ſeu accuſationi, ſeu iuri inquirendi, quo elapſo præſcribitur illi iuri: ſequens uerò opinio loquitur ſimpliciter de tempore inſtantiæ iuxta terminū d. l. properandum. & ita loquuntur doct. in locis ſup. allega. ſi rectè inſpiciantur: & ſic nulla eſt inter eos contrarietas ſeu diuerſitas. Circa requiſita cōcernentia formam & qualitatem confeſsionis, notādum eſt, quòd plura requiruntur: & idem tenet etiam

ipſemet

ipſemet Bald.in l.quoniam aliàs.l. genero.ff.de his,qui no.infa.& Feli.in ca.ad aures.de præſcrip.& ibi Par.in fine.& idem uoluit Areti.in ca.cùm Pet.Manconella.de accuſa. colū.iiij.licet Roma.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Sylle.uoluerit contrariū,
31 quem reprobat Are.ubi ſupra.¶Et primò requiritur,ut confeſsio fiat principaliter, & non incidenter,ut cōfeſſus cōdemnari ualeat ad pœnam ordinariam delicti.ſecundum Barto.in l.ſi confeſſus ff.de cuſto. reo.& Ioan.de Imo.in c.ſi.pen.col. de confeſ.& Sali.in l.mercatem.C. de condi.ob turp.cauſ.& plene habetur per Marti.in l.j.§.diuus Antonius.ulti.colum.in princip. ff. de quæſtio.& in practica crimi.§.poſtquam.nume.9.& ita fuit deciſum in ſacro regio conſi.ut refert Afflic.in deciſi.176.operatur tamen dicta cōfeſsio ad inſtruendum iudicem,ut poſsit formare inquiſitionē:& nō, ut ex hac ſola poſsit condemnare. quia iudicium non erat ad hoc ordinatum:& ſic eſt ſine inſtantia.& proinde erit neceſſe,ut ſpecialiter inquiratur de illo delicto, de quo extat confeſsio: & detur illi copia defenſionis:& capituletur illa confeſsio facta.licet enim cōfeſsio incidenter facta non ſufficiat ad cōdemnandum:ſufficit tamē,ut condemnetur confitens ad intereſſe partis.ſecundū Ange.in l.infamem. ff.de pu.iu.& in l.ij.in fi.C.de edendo.& uidetur Bart.& Ange.in l.interdum.§.qui furē.de furt.& Ange. in l.ij.§.j.circa finē.ff.ui bo. rapto.
32 ¶Ad quorum corroborationē adducitur:quòd ſiquis examinatur ut teſtis,& cōfitetur aliquid,ac poſtea inquiritur,ut principalis de eo, quod confeſſus fuit ut teſtis, illa confeſsio ipſi non nocet: ut dicit Capiti.deciſio.52.& conſuluit Marſil.conſil.115.2.uolu.nume.30.
33 ¶Requiritur ſecundò, quòd confeſsio ipſa ſit uериſimilis:aliàs non nocet confitenti.ſecundū Bald.in l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cler.j. colum.& Petr.de Ancha.conſil.27. incip.uiſa inquiſitione formata cōtra Philippum.pro quo facit text.c. quia uerіſimile,de præſumptio.& l. nō eſt uerіſimile.ff.quod me.cau.& tex.l.ſi ita quis.uer.quod nemo ſanus diceret. ff. de euictіon.& pro hoc faciunt multa ſimilia.Mar.in l. j.nume.65.cum ſequen.ff. de quæ-
34 ſtio.¶Requiritur tertiò,quòd confeſsio ipſa ſit probabilis.& ſic ante omnia debet conſtare de corpore mortuo: & ſic de delicto in genere commiſſo.nam ſiquis confitetur ſe hominē occidiſſe,& poſtea proieciſſe in mare, non debet puniri,niſi de corpore mortuo cōſtet, ſaltem per famam.ſecundum Bald.in addi.Specu.in titu.de ſenten.18.colum.in fin.& idem etiam firmat idem Bal.in l.cum probatio. ff. de probatio. in ſuis addi. & in authen.ſed nouo iure.C. de fur.& faciunt dicta per Ange.in l.j.C.de confeſ.ubi ponit de illis Malandrinis, qui confeſsi ſunt, ſe occidiſſe plures mercatores peregrinos, & illos proieciſſe in mare uel flumen,an ſtandum ſit tali confeſsioni.& dicit,quòd inſpiciendum eſt, an mare uel flumen ſit prope.quia ſi eſt prope,eis nocebit:ſecus autem,ſi

tem,ſi non ſit prope.facit etiã pro prædictis doctrina Ange.de Areti. in lib.male.in uerbo,& ueſtem cæleſtem abſtulit.in vj.char.uer.quòd ſi quis confitetur.ubi dicit:quòd ſi quis confitetur ſe commiſiſſe plura furta diuerſis temporibus,huic cõfeſsioni ſtandum non eſt:quia talis confeſsio eſt generalis,cum nõ conſtet de rebus ſubtractis.& ideo iudex debet eſſe cautus,ne damnet corpus & animam ſuam:quia tales confeſsiones non debet ſimpliciter admittere:ſed debet eas uerificare inquantum poteſt, mittendo nuntium qui ueritatem, & quas ſe res furatum eſſe confeſſus eſt inquiſitus, inquirat: ita ut appareat, quæ diſtraxerit,quæ pignorauerit, & quæ penes ſe habeat:aliàs ſi hoc iudex non faceret,ſæpe innocentes condemnaret, ut firmat etiam Grammat.in deciſio.ij. nume.38.& Marſil. conſil.109.nume. 19.ij.lib.& conſil.8.nume.2.& cõſi.40.nume.6. & conſi.49.nume.11.& conſi.53.nume.3.& conſil. 76. nume.4.& conſil.120.nu.13.ij.lib.& conſi.14.nu.18. & cõſil.22.nume.9.& Franci.Bruno in tracta.de indic.& tormen.6.q.ij. partis.nume.8.& nume.20.uer.poſtremò quæro.& Par.à Put.in lib. ſyndic.in uerbo,cõfeſsio.& Grammat.conſil.37.nume.20.& conſil.22. & conſil.60.nu.2.& in deciſio.38.& Aymo.Graue.cõſi.124.nume.38.uidi omnino Aymo.Graue.cõſi.244. ij.lib.& conſil.260. eodem lib.uide Boër.in deciſio.164. nume.9.prima

35 parte. ¶Et an dicatur conſtare de furto commiſſo,ſi appareat de fractura capſæ uel alterius loci, non aliter conſtito,uide Marſil.in conſi.1.in prima parte.& Mar.cõſil.48.

36 nume.49.& 50. ¶Requiritur quartò,quòd confeſsio ipſa ſit poſsibilis:aliàs confitenti non præiudicaret:utputa,ſi reus cõfiteatur ſe occidiſſe hominem uiuentem adhuc. per text.l.inde Neratius.§. ſi quis hominẽ uiuum.ff.ad l.Aquil.& habetur in l.confeſsionibus.& in l.ſi is.ff.de interrog.actio.& hanc partem firmat do.Anto in c.ſignifica-

37 ſti. ij. colum. de homici. ¶Et pro prædictis facit:quòd ſi aliquis confitetur ſe uenenaſſe aliquẽ,& mortuum eſſe,ex hac confeſsione non debet condemnari.quia eſt impoſſibile,ut ſciatur,an mortuus ſit ex illo ueneno : ut latè habetur per Marſil.in l.j.§.præterea.ff.de ſicar. nu.37.& per Afflict.in conſtit.mala noxia.j.col.& dixi infrà in cõfeſsione extorta per torturam.nu.102.33.

38 q.¶Item facit : quia ſi quis fatetur ſe alicui fregiſſe capitis cranium,talis confeſsio non nocebit:quia impoſsibile eſt ſcitu,an quis percutiẽdo caput fregerit uerè cranium, quia an id ſit fractum, laborarunt medici periti pro curando uulnus, bis aut ter adhibita cãdela.ſecundũ do. Ant.in c.ſi.vj.col.uer.quæritur. extrà.de confe.& plenè per Mar.in

39 l.j.nu.62.ff.de quæſtio.¶Requiritur quintò,quòd talis cõfeſsio ſit perſeuerata:etiã,quòd ſit ſpontanea & iudicialis.ſecundũ Lud.Bolo.in addi.ad Guido.de Suzar.in tra.de indi.& tor.nu.46.ubi ex nonnullis iuribus & authoritatibus firmat hanc opinionem.& ante eum tenuit iſtã opinionẽ Ange.de Are.in lib.male.

in uerbo,

in uerbo,fama publica.pen.colũ.& per Cuma.conſi.137.& per Marſi.in practica cri.§.poſtquàm.in v.colũ. uerſic.addo ulterius.ſed cõtrariam opinionem tenet Bal.in l.unica.C. de confeſ.& in l.fi.C.de proba.& in l.additos.C.de epiſ.audien.& Fran. Bru.in trac.de indic.& tor.ij.parte. in vj.q.nume.21.ubi dicit,quòd uera,communis,& quaſi omniũ conclusio eſt,quòd cõfeſsio iudicialis ſpontanea unica ſufficit ad condẽnandum:licet inſuper dicat, quòd cauti aſſeſſores ſemper in arduis negotiis faciunt ſæpius repeti confeſsionem apud acta.ſecundũ Bal. in l.ij.C.de cuſto.reo.licet ipſe ex mente eiuſdem Bal.dicat poſteà,id eſſe uerum in cõfeſsione in tormẽtis facta:& quòd ita de generali cõſuetudine ſeruatur, diſtinguit tamẽ Bal.ibidem,cuius diſtinctionem ſequitur idem Fran.Bru.quòd quandoq; in confeſsione perſeueratur expreſsè per expreſſam cõfeſsionẽ factam apud acta,& tunc non eſt dubium,quin talis confeſſus ex ſola confeſsione facta poſsit damnari,ſecundũ omnes:quandoq; in cõfeſsione perſeueratur tacitè, quia non reuocatur talis cõfeſsio,& tũc aut emanauit ſponte,& ſufficit ad condemnandũ:aut metu tormentorum,& nõ ſufficit,ſed repetenda eſt: quandoq; in confeſsione non perſeueratur tacitè nec expreſsè, ſed reuocatur confeſsio,& tunc,ſi quidem ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione,admittitur reuocatio:ſed poteſt cogi confiteri: ergo fortiùs poteſt cogi perſeuerare in cõfeſsione:ſi autem nulla indicia apparent pro uel contra,uidetur,quòd iſta reuocatio ſponte facta non procedat,niſi error allegetur & probetur:uel ſtaret per iudicem,non per allegantẽ,quò minus probaretur.& quòd unica confeſsio etiam non ratificata, ſufficit ad condemnandum,tenet Marſi.in practica.§.quoniã.iij.col.& Imo.in conſil.109.refert hanc fore cõmunem opinionẽ,quòd non requiratur perſeueratio,ſed ſtatim confeſſus condemnandus ſit.ut per Tho. Grammat.cõſi.40.& per Marſi.ſingul.201.& per Gandi.in rubrica de quæſtio.& per Par.in lib.ſyndic.in uerbo, tortura.lo.primo.uerſi.officialis.in fi.& uerſi.an ex ſola confeſsione.& in uerbo, tortura.lo ij. uerſi.ſequitur quæſtio.& in uerbo, tortura.lo iij.uerſi.nunc uidendũ.& in uerſic.an ſtetur dicto torti.circa fi.& in uerſi.ratificatio.in fi.& plenè Carre.in l.obſeruare curabis.C. quorum appe.non recipiantur.nume.23.cum ſequen.& do.Guido de Suzar.in tract.de indi.& tor.nu.43.

40 ¶Requiritur ſextò,quòd cõtra talem confeſsionẽ non ſit aliàs ſententia lata,alias etiam ſi eſſet confeſsio ſpontanea,nõ noceret.ſecundum Innoc.in c.mulieri.de iureiur. refert & ſequitur Bald.in l.ſiquis in hoc genus.C.de epiſ.& cler.& ſequitur Marſi.in practica cri.§.poſtquàm.nume.11.& magis plenè: licet doct.præfati non allegent per eundem Innoc.in c.cũ uenerabilis. de excep.& ibi per Feli.an confeſſus & abſolutus poſsit alibi conueniri uirtute illius confeſsionis,uide Boër.in deciſio.289.nu.8.in ſecũda parte.

41 parte. ¶ Sed hic aduertendũ eſſe pu to, q̃a uidetur obſtare tex. l. qui ſeruum. ff. de interroga. actio. & habetur per Bal. in l. ij. C. qui. res iudi. nõ no. ubi colligitur, quòd ſi quis cõfeſſus ſe hominem occidiſſe, ſuſpẽſus fuerit, & poſt paucos dies uerus homicida captus planè falſus fuerit omnia, certè damnandus erit & hic ad mortem, ob dictam ſuam cõfeſsionem, ſi ergo uera eſſet ſimpliciter doctri. ſuprà relata, hic ſecundus confitens non deberet dãnari. quia uidetur, quòd aliàs ſit ſententiatum contra ipſius confeſsionem, nam apparet alium damnatum ad mortem ob illud delictum commiſſum per unum ſolum. & ſic proinde haberetur, ac ſi iſta 2. cõfeſſio reprobata eſſet per illam ſentẽtiam, & ſententiatũ eſſet contra eã.

42 ¶ Præterea ſi loquimur in uno eodemq́ue met confitente poſt ſentẽtiã, adhuc uidetur poſſe dici, quòd confeſsio ſua ipſi noceat, nõ obſtãte ſententia. nam habemus, quòd ſi quis ubi obtinuit ſententiam in ſui fauorẽ, cõfiteatur ueritatem, & retractetur dicta iam ſententia. ſecũdum Inno. in c. quia pleriq;. col. j. de immu. eccle. & Abb. & Ant. de But. in c. is qui fidem. de ſpon. & Abb, in c. quantò. de præſump. & in c. j. in fi. de cõceſ. præb. & Iaſ. in repetitione l. admonẽdi. col. 24. uerſic. ego inter alios. & in l. ſi duo. §. idem Iulianus. in ſexto notabi. ff. de iureiurando.

43 ¶ Præterea confeſsio poſt ſententiam eſt tanti uigoris & momẽti, ut licet cõfeſſus poſsit appellare poſt latam ſententiam, ſi condemnatus ſit ob dictam ſuam confeſsionem: tamen id non habeat locum in cõfitente poſt ſententiam, quia appellare non poteſt: ut per Bart. & alios in l. obſeruare curabis. C. quo. app. nõ reci. & traditur in l. nõ tãtũ. ff. de app. & in l. additos. C. de epi. aud. & Bar. in l. conſtitutiones. ff. de app. & Bal. in l. ut debitũ. C. de hære. act. & Philip. Fran. in c. cum ſpeciali. §. por ro. uer. ex prædictis no. 3. col. & plenè per Lud. Carre. in d. l. obſeruare.

44 nu. 35. in prin. ¶ Quare intelligere oportet dictum Iun. & intelligi debet ſecundum tex. in quo eius dictũ fundatur: uidelicet ex c. mulieri. de iureiuran. & ultra exemplum ibi traditum (ut intelligatur, quomodo procedat) pone caſum, quòd ſtante ſtatuto, quòd occidens bannitum habeat præmium, euenit, ut repertus fuerit quidam bãnitus occiſus, quem Titius aſſerit & cõfitetur occidiſſe, ut conſequatur præmiũ ſtatuti: uerum quia non probauit, niſi per ſuam cõfeſsionem iuratam, fuit determinatum & ſententiatum, nõ debere gaudere præmio ſtatuti, ex quo nõ ꝓbauit ſe occidiſſe ipſum: modo quia reperitur illum bannitum occiſum nõ fuiſſe legitimè bãnitum, & proinde non potuiſſe occidi: & ſic Titius impetitur ob dictam ſuam confeſsionem, & pretẽditur per fiſcum condemnari ad pœnam ordinariam delicti uirtute dictæ ſuæ confeſsionis, certè non poteſt, quia ſententiatum eſt contra dictam confeſsionem, & ratio eſt ſecundum Abba. in d. c. mulieri. nume. 10. quia curia non approbauit, nec recepit illam, & idcirco non poteſt ſuper illa ſe fundare, & cogere

u con-

cōfitentem ad eius obſeruantiam. & hoc modo intelligendo ceſſant omnia contraria, quæ licet ſint uera in ſe: tamen doctrinæ Innocen-
45 tii non obſtant. ¶ Requiritur ſeptimò, quòd cōfeſsio ſit roborata cauſa: nā aliàs, ſi eſt nuda, & nō coadiuuata aliis coniecturis & adminiculis, & nō adeſt cauſa legitima, ut ſuprà, non ſufficit ad condemnandū: ut conſuluit Pet. de Anc. in cōſil. 24. incipien. uiſa inquiſitione formata contra Philippinum. quem ſequitur Marſi. in practica crimi. §. poſtquā. num. 21. adde Marſi. in l. j. §. præterea. nume. 104. ff. de quæſtion. & Afflict. in conſtitu. uolumus. in 7. not. & eundem Marſi. in ſingula. 219. in-
46 cipiē. obligatio. ¶ Requiritur octauò, quòd confeſsio ſit ſimplex, ut ex ea quis ad mortem condemnari ualeat. nam licet Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libe. legat. uoluerit, q̄ cōfitens ſe occidiſſe hominem, tamen ad ſui defenſionē, & ſic qualificate, poteſt licitè condēnari ex illa ſua confeſsione: & poteſt iudex illam acceptare, quatenus confitetur ſe occidiſſe hominem, & reſpuere, quatenus confitetur ad defenſionē (cuius opinionē ſequitur Bal. in l. unica. C. de confeſ. xiiij. col. uerſicu. denuo quæro de quæſtione quotidiana. & in l. ſiquidem. C. de excep. licet contrarium uoluerit Salice. in d. l. unica. in uerſicu. 4. opponitur. & opi. Bar. ſequitur Ange. de Are. in lib. male. in uerbo, cōparent dicti inquiſiti, & partem cōfitentur, & partem negant. ubi dicit ſe uidiſſe ſeruari opinionem Barto. de qua quæſtione latius dicam inſrà) tamen ex tali confeſsione non ſimpliciter facta, ſed qualificata, nunquā poteſt cōdemnari ad mortem & pœnam ordinariam. ſecundum Panor. in c. auditis. de præſcri. pe. col. & ſequitur Iaſ. in l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. nu. 13. in fi. & Bertran. cōſi. 341. j. lib. & addo uidendū Abb. in c. afferte. extrà, de præſumptio. in 3. col. & habetur plenè per Thomam de Ferra. in caute. v. ubi plenè. & ſequitur Afflict. in conſti. terminum uitæ. in 7. q. & hæc intelligēda ſunt, nō aliter probata defenſione. & habetur per Marſi. in pract. cri. §. ſecūda quæſtio. nu. 14. & in §. poſtquā. nu. 23. & 24. & Grā. in conſi. 69. nu. 13. & Capi. in deciſi. 155. nume. 11.
47 ¶ Et ut plenius uideamus, an confeſsio qualificata ſit in totum acceptāda, an in partem: ſi, & quatenus, concluſiuè dicas, quòd aut contra qualitatem annexam adeſt præſumptio iuris, & tunc poteſt pro parte acceptari: ut ſi reus confiteatur ſe occidiſſe hominē ad ſui defenſionē, uel nō animo occidēdi: uel dixiſſe iniurias nō animo iniuriādi. nam iſtis caſibus ſtatur confeſsioni contra ſe: ut ff. de interroga. actio. l. de ætate. quatenus uerò dicit nō animo occidendi, uel ad ſui defenſionē occidiſſe, huic qualitati nō adhibetur fides: ut l. exēplo. C. de proba. tamen licet nō ſtetur, non propterea reiicitur, ut nō debeat admitti ad probandum confitens: ut eſt tex. glo. & alii in l. ſiquidem. C. de excep. & tenet Alexan. conſi. 20. nu. 22. 4. lib. & plenè per Marſi. in cōſi. 135. nu. 5. & cōſi. 136. nume. 28. & cōſi. 129. nume. 1. in 2. lib. nam etiam confeſſus

feſsis reis non denegantur legiti-
mæ defenſiones.l.ſi filius.§.exce-
ptionibus.ff.de interro.actio.& ibi
Bal.ad quas probandas reus debet
admitti.l.j.C.ad leg.Cor.de ſica.l.ſi
nō cōuitii.C.de iniur.& tunc non
ſit diſtinctio:an ſit unū capitulum,
an plura.ſecūdū Abb.in c.bonæ.el
ij.col.pe.de poſtu.præla.& Pet.Phi-
lip.Cor.cōſi.74.col.ij.in litera.i.in
3.uol.& tenet Io.Mi.in practica cri
minali.fol.70.nume.18.cum plurib.
ſequenti.aut contra illam qualitatē
nulla adeſt præſumptio iuris,& tūc
aut confeſsio continet unum capi-
tulum,aut plura.& primo caſu de-
bet tota acceptari,& nō poteſt di-
uidi:ut ſi reus confiteatur ſe promi
ſiſſe ſub cōditione,uel ſi dicat:uerū
eſt,quòd recepi à te decē quę mihi
debebas ex cauſa mutui.ſecundum
Abb.in d.c.bonę.& Bar.in l.Aurel.
§.idē quæſiit.ff.de liber.leg.ſecūdo
uerò caſu, quando continet plura
capitula,ut ſi dicatur:uerū eſt,quòd
mutuaſti mihi decem,ſed feciſti pa-
ctum de non petendo:& tūc poteſt
acceptari pro parte:& tenetur reus
probare pactum de non petendo:
aliàs condemnatur,ſecundum præ-
fatos docto.& prædictis adde And.
de Iſer.in cōſtitu.terminum uitæ.in
fi.& Ioā.Mil.in practi.cri.fol.71.nu.
33.cum pluri.ſequen.ubi aliter & la-
tiùs diſtinguit.& uide Ang.de Aret.
in lib.maleſi.in uerbo, comparent
dicti inquiſiti, & partem confiten-
tur, & partem negant. & ibi dicit,
quòd ſi confitetur quis factum,ſed
negatur qualitas,poteſt cōdemna-
ri,ſi non probetur qualitas.per no.
per Barto.in l.eum qui.in prin.ff.de
iur.iuran.& in l.ſi natus.ff.de accu-
ſa.& Ang.in l.denūtiaſſe.§.quid ta-
men.ff.de adulter.uide Alexand.in
conſi.87.pri.uol.nu.1.& quando di
cuntur plura capitula,uel unum,ui
de per Bart.in d.§.idē quæſiit.ff.de
libera.lega.& per Marſi.in §.poſt-
quam.nu.23. & 24.in practi.crimi.
48 ¶Sed ecce,cōfitetur quis ſe occi-
diſſe hominem,tamen ad ſui defen
ſionem,uel aliter,quæro an poſsit
torqueri,ut explicitè deponat. Bal.
in l.unica.xj.col.C.de confe.uerſic.
ſi tamē iudex.uidetur tenere,quòd
ſic.& idem tenet Lanfra.in c.quo-
niam cōtra.de pro.in uerbo,con-
feſsiones.uerſ.quęro iuxta pręmiſ-
ſa.& Thom.Grāma.in uol.2.nu.12.
& in uoto 24.licet Thomas Ferra.
in caute.v.tenuerit contrarium. &
idem cū Bald.uidetur firmare Ang.
Are.in li.male.in uerbo, comparēt
dicti inquiſiti,& partem cōfitentur
49 & partem negant. ¶Requiritur no
nò,quòd cōfeſsio ſit expreſsè acce
pta per querulantem,uel iudicē in-
quirētem.ita dixit Cy.& Salic.in l.
unica.vj.q.C.de confeſ.& Sali.in l.
iubemus.C.de libe.cau.& in l.gene
raliter.C.de non nu. pecu.& Alex.
conſi.xx.incip.in cauſa appellatio-
nis.4.lib.& refert ac ita conſuluit
Gramma.uo.xvij.nume.x.cum ſe-
quentibus.aliàs ſecūdum eum non
50 noceret cōfitenti.¶Requiritur de-
cimò,quòd confeſsio non ſit reuo
cata prætextu erroris,quia eo caſu
etiamſi confeſsio eſſet perſeuera-
ta, & allegaretur ante ſententiam
ipſam fuiſſe,& eſſe erroneam, non
debet procedi ad cōdēnationē:ſed
debet audiri, & dari terminus ad

probandum de errore, ut habetur
per Gandi.in lib. maleſi. in titu.de
quæſti.& tor.v.col.uerſi.ſed quid ſi
confeſſus.& per Salic.in l.ij.pe.col.
C.de cuſto.reo.& idem firmat Gui
do de Suzar.in trac.de tormen.xj.
col.uerſi.ſed quid de quæſtione.idẽ
firmat Bal.in l.fi.pri. col.C.de pro-
ba.& in l.in bonæ fidei.2.col.C.de
reb.cre.& Pe.de Anca.conſil.23.in-
cip.uiſa inquiſitione formata.& ple
nè per Marſi.in l.j.ff. de quæſtio.§.
fi.nu.89.& idem firmat Grãm.uoto
ſeptimo, ubi refert ita tenere And.
de Iſer.in conſti.ſi damna clandeſti
na.4.col.etiam in confeſsione iura
ta.& ita etiam firmat Gramma.uo-
to x.nu.33.cum ſequen.idem firma-
uit conſi.69.& Marſi.in practica.§.
quoniã.& quòd non obſtante iura
mento poſsit reuocari, concludit
Bal.in auth.iubemus.circa med.C.
de iudi.& in l.j.C.de confe.xv.col.
uerſi.ſed pone,minor.& Ludo.Ro-
ma.conſi.391.incip.ut præpoſita.cir
ca mediũ.& cõſuluit Marſ.cõſi.118.
nu.21.2.lib.& habetur per Cardina.
conſi.101.incip.in cauſa appellatio-
nis.& an confeſsio filij poſsit per
patrem uel aliã coniunctam perſo-
nam reuocari, uide gloſſ.in l.j.§.ſi
abſens.ff.ſi ex no.cau.& Bar.in l.cũ
filius,in prin.ff.de uerbo.obliga.&
plenè per Par.de Pu.in lib.ſyndi.in
uerbo,tortura.uerſi.ſequitur quæ-
ſtio quotidiana.v.col.& ad proban-
dum errorẽ confeſsionis admittun
tur conſanguinei illius confitentis.
ſecundũ Ange.in l.ſi is,cum quo.ff.
de cõſe.& ibi per Par.de Put.& ad-
de,ꝙ allegata erronea confeſsio-
ne per tormenta extorta, tempore
ratificationis, non poteſt procedi
ad torturam:ſed debet dari termi-
nus ad probandũ de errore:ut ple-
ne habetur per Grãma.in uoto ſe-
51 ptimo.¶Prædicta ſunt uera,niſi ul-
tra confeſsionem adeſſent indicia
indubitata,quæ coniuncta cũ con-
feſsione indubitabiliter indicant
ueritatem.ſecundũ Bal.in l.fi.ff.de
quæſtio.& Fran.Bru.in tra.de indi.
& tor.4.q.primæ partis.nu.4.nam
52 tunc nõ prodeſt reuocatio.¶Item
prædicta procedunt in uera cõfeſ-
ſione:ſecus eſt in ficta.nã in ea non
admittitur reuocatio prætextu er-
roris:ut latè proſequitur Hippo.à
Marſi.in d.l.pri.§.fi.ff. de quæſtio.
nu.93.& latiùs dicam in ultima par-
te,ubi de confeſsionibus fictis.
53 ¶Et an in cauſa appellationis poſ-
ſit reuocari confeſsio erronea:di-
cas,quòd ſic.ſecundũ Bal.in l.edita.
37.col.C.de edẽ.& Alex.in l.admo-
54 nendi.ff.de iure iuran.¶Et an pro-
bando rem aliter ſe habere, cõfeſ-
ſio dicatur erronea,per Phili. Cor.
conſi.261.incip. de duobus.4.lib.
55 ¶Et an confeſsio poſsit reuocari
poſt terminũ præfixum ad reuocan
dum. Ange.Are.inſtit.de actio.§.ſi
minus.dicit,quòd non:per Ro.per
Bar.in l.pri.ff.de cõfe.& in l.error.
de iur.& fa.igno.& Bart.Cepo.cau
te.149.& eſt glo.ſing.in c.ex literis.
in uerſi.admonita.de diuor. quam
allegat Bal.in l.cum precum.C.de
libe.cau.& per do.Iaſ.in d.l.error.
22.col.uerſi.ſecundo.princi.quæro.
56 ¶Et an confeſsio facta poſt ſenten
tiam poſsit reuocari: Bart.in l.non
fatetur.ij.col.ff.de confe.& in l.er-
ror.in princ.& ibi Bald.in ij. oppo.
& in

& in pri.col.uerſi. modò uenio ad ſecundam regulam.& in iij.q.C.de iur.& fa.igno.ubi Bart.dicit, quòd non,ſi eſt ſpontanea,uel ad interrogationē partis:ſecus,ſi ad poſitionem partis,quia reſtituitur in integrum:licet ibi Bal.aliàs dicat: quod etiam tenet Alex.poſt Bart.in l.j.in prin.de eo,per quem fa.erit.& ibi Fulgo.& Pau.de Caſt.& Panor. in c.ex parte.9. col.extra.de cōfeſsis.
57 uerſi.nunc ueniamus. ¶ Requiritur undecimò,quòd confeſsio nō fiat ex cauſa pietatis:ut,ſi pater uidens filium morti tradi uel torqueri,cōfiteatur.nā ſicut cōfeſsio facta metu tormentorū,nō nocet,niſi perſeueretur in ea:ita confeſsio facta ex cauſa pietatis , non prodeſt ad condemnandum,niſi perſeueretur. ſecundū Abb.in c.afferte.pri.col.de prǽſumptio.& refert & ſequitur do. Alexan.in apoſtill.ad Bar.in l.pri.§. diuus Seuerus.ff.de quæſtioni.ubi Marſi.in final.uerbis.& per eundē in practica criminali.§. quoniam. nume.39.& per Boer.in deciſio.166.
58 nume.8. prima parte. ¶ Requiritur duodecimò,quòd non liqueat de innocentia confitentis : cùm aliàs etiamſi cōfeſsio eſſet perſeuerata, non noceret.ſecundum Thomam
59 Grāma.in uoto ſeptimo. ¶ Requiritur decimotertiò , quòd confeſsio ſit clara & non dubia,quia ſi eſt dubia,interpretatur in fauorem rei.ſecundum do.Anto.in c.ex literis.el j.in fi.de ſponſa.quem refert & ſequitur Deci.conſi.118.incip.uiſo.in ultima col.& ſequitur Marſi.in practica criminali.§. poſtquam.nu.25.
60 ¶ Sunt etiam alia requiſita cōcernentia loci qualitatem,quę debent concurrere,ut ualida ſit confeſsio. Ac primò quidem,quòd fiat cōfeſſio coram iudice in loco ſolito iudiciorum,& non alibi:ſecundum Bal. in l.unica C.de confeſ.in.19. col.in princip.uerſi.quæro,nunquid confeſsio.ſed Angel.in d.l.in princi.dicit,quòd ſi fiat confeſsio coram iudice,& locus ſit honeſtus, & iudex non habeat determinatum tribunal,quòd confeſsio facta tenet. ſi uerò iudex habeat determinatum tribunal,erit idem,ſi confeſsio emanatur per modum uoluntariæ iuriſdictionis:ut,quia ſine interrogatione pars confitetur,uel cum interrogatione,ſed iudice non præcipiente,quòd reſponderet:ſi uerò emanatur per modum contenti oſæ iuriſdictionis, in duobus caſibus eſt idem:primò,quando non requirit plenam cauſæ cognitionem: ſecundò,quando emanatur ad ordinationem iudicij.in aliis uerò caſibus ſecundum eum ſemper requiritur, iudicem ſedere in loco maiorum, ad hoc,ut dicatur actus in iudicio factus ualidus.& ita etiam tenet Salice.ibi nu.7.bene tamen confeſsio facta in loco non ſolito ſufficit ad imponendam pœnam extraordinariam:ut conſuluit Marſi.in conſi.2. nu.28.&129.primo lib.& Marc.Anto.Blan.in repetitiōe l.fi.ff.de quęſtio.nume.212.cum ſequen.
61 ¶ Requiritur ſecundò,quòd confeſsio fiat in loco iuriſdictionis,nō extra. per not.in l.fi.ff.de iuriſdi.omnium iud. quod eſt uerum, niſi fuerit habita licentia à iudice illius loci ibi procedendi contra ſubditum , quia tunc

ualet confeſſio,per no.per Afflict.
in conſti.de quæſtionibus,quas pri
62 mo no.per illum text.¶Requiritur
tertiò,quòd confeſsio ipſa nõ fiat
in loco torturæ,in carceribus,& in
uinculis ,ſed ſolutis uinculis & cate
nis:opus eſt extra locum& aſpectũ
torturæ fiat,ut dicatur confeſsio iu
dicialis ſpontanea.aliàs nãque di-
ceretur metu torturæ facta,& re-
quireret perſeuerantiam ac ratifi-
cationẽ,ſicut quæ facta eſt in tor-
mẽtis,& quòd diceretur facta me-
tu tormẽtorum,ſi fieret prope tor-
menta.tenet Bart.in l.j.§.itẽ diuus
Seuerus.ff.de quæſt.ſed Ange.l.itẽ
apud Labeonem.§. quæſtionis. ff.
de iniur.dicit,quòd ſola ductio rei
ad torturam,& ad funem, eſt leuis
territio:ſed ductio & ligatio faciũt
uideri cõfeſsiõnem extortam me-
tu tormentorum.& ſic uidetur te-
nere contra Bar.Gandi.in tract.ma
le.in rubri.de quæſtio.& tor.dicit,
quòd ſufficit,quòd ſit quis ductus
ad chordam,etiamſi nõ fuerint liga
tæ manus poſt tergum,ut cõfeſsio
uideatur facta metu tormentorũ,
& ſic contra dictum Ang.& dictum
Gandi.ſequitur Aug.de Ari.in ad-
di.Areti.in uerbo , fama publica in
antepe.col.& idẽ,ut uidet̃,ſequitur
Bar.in l.nouiſsimè.ff. quod ſal. iu.
auto.& cum hac opin.tranſit Fran.
Bru.in li.de indi.& tor.in 2.parte.
ſecũ.q.in prin.ſequitur Mar.in pra
ctica criminali.§. expedita. nu.x.&
Guido de Suzar.in tract.de iudi.&
tor.nume.72.& ibi do.Ludo. Bolo.
in addi.dicit,quòd confeſsio in tor
mentis æquiparatur confeſsioni,
quæ fit ad pedem ipſius torturæ:
uerũ dicit:ſi fuerint ligatæ manus,
Pau.Grilla.in tra.de quęſtio.& tor.
in q.4.dicit , quòd confeſsio facta
in iſtis præparatoriis tormentorũ,
dicitur extorta metu tormentorũ,
& indiget ratificatione. ſequitur
Thoma.Grãma.cõſi.15.nu.7.cũ plu
ri.ſequen.ego tamen pro nunc li-
mitarem prædicta,ut procedant in
homine debili & infirmo,& formi-
doloſo.aliàs ſi fuerit robuſtus& nõ
meticuloſus,etiam non data perſe
uerantia, poſſet talis confitens in
loco torturę dãnari,nulla alia rati-
ficatione quęſita.pro hoc eſt,quod
dicunt docto.quòd ſi quis uere ſit
tortus ſed modicè,& ſit homo ro-
buſtus,confeſſus poteſt ex illa con-
feſsione dãnari,nulla data perſeue
rantia:ut dicit Bal.in l.j.C.de con-
feſ.& ſequitur Par.in uerbo,tortu-
ra.uerſi.an ex ſola confeſsione.&
ſequitur Grãma. uoto 6.nu.8.cum
aliis ſequent.quantò magis,ſi ſolũ-
modò timor ſit illatus per ductio-
nem ſolam ad locum torturæ?& in
hoc uide Guido.de Suzar.in tract.
de indi.& tor.nu.72. & ibi Ludoui.
Bolo.in addit.& inquantũ ſup.dixi
quòd confeſsio debet fieri ſolutis
uinculis & catenis, & extra carce-
res:Bal.in l.j.C.de cuſto.reo.dicit,
quòd ligatus manicis ferreis, dici-
tur torqueri,ſed confeſsio facta in
carceribus,in quibus non denegan
tur cibus & potus,nõ dicitur facta
metu tormentorum. ſecundũ eun-
dem Bal.in l.j.C.de cõfeſ.in 6.col.
& habetur plenè per Marſil.in pra-
ctica cri.§.attingam.à nu.20.uſque
ad 30.& contrariũ tenuit idẽ Marſi.
in.§. expedita.nu.x.cũ ſeq.& tenet
domi.

do. Guido de Suzar. in præalle. loco. nu. 72. nã dicit, quòd ſufficit probare ſolam detentionem, ut præſumatur facta metu tormentorum. & idem tenet Bal. in l. falſus. C. de fur. & idem ſequitur & firmat Cyn. in l. 2. quod met. cau. & uidetur firmare Par. à Put. in uerbo, tortura. uerſic. quia ſæpe. quidquid ſit pro nũc ad concordandum prædictas opiniones dicerẽ ex mente Bal. in d. l. j. C. de cuſto. reo. & l. j. C. de confe. in 6. colu. quòd aut fit in loco carceris confeſsio per confitentem exiſtentem in dicto loco carceris cum ferris aut cõpedibus, aut aliis ligaminibus, & tunc dicitur extorta metu tormẽtorũ: aut liber exiſtit in loco carceris, ſolutus uinculis & cathenis, & tunc non poteſt dici facta confeſsio metu tormẽtorum. aliàs ſequeretur incõueniens, ꝙ omnes confeſsiones reorum dicerentur metu tormentorũ extortæ: & non data perſeuerantia, non nocerent: cuius contrariũ quotidie uidemus. & hoc eſt uerum, ſi non denegatur ei cibus & potus, de omnibus uideatis d. Io. Mille. in pra. cri. fo. 106. nu. 3. cum ſeq. adde quod Bal. in d. l. unica. C. de cofeſ. 7. col. dicit quòd contraria procedũt, ubi quis confitetur in utilitatẽ carcerantis, idq; non in figura iudicij, aliàs ſecus: ad euitandum tamen euitanda, facias ſemper confiteri reũ extra carceres in loco publico, & extra locum &

63 aſpectũ torturæ. ¶ Et ex hoc inoleuit practica, qua quando duceretur reus ad ratificandũ confeſſa in tormẽtis, ſolet ſcribi: talis reus ductus ad ratificandum, ac conſtitutus coram tali iudice ſedente pro tribunali ad hũc actum, ſolutus uinculis & catenis extra locum & aſpectum torturæ, lecta prius eidem ſua depoſitione, eam ratificauit atque uerã faſſus eſt de uerbo ad uerbũ: ut eſt text. & ibi Afflict. in cõſti. humanitate, & docet Iacob. de Bel. uiſ. in pract. cri. in tit. de quæſtio. col. 15. & Marſi. in pract. §. quoniam. & Fran. Brun. in tra. de ind. & tor. 2. parte. 6. col. nu. 4. & Guido de Suzar. in tra. de indi. & tor. nu. 78. & ibi Ludoui.

64 Bolo. ¶ Viſo de requiſitis concernentibus perſonam iudicis, confitentis, loci, temporis qualitatem & formam, & qualitatem ipſius confeſsionis: ſequitur ut uideamus de requiſitis, quæ debent ſeruari per ipſum iudicem, habita ipſa confeſſione, ſeruatis omnibus prædictis. & primò reqritur, quòd iudex ipſe, habita cõfeſsione, ſtatuat ipſi cõfitenti terminũ ad ſe defendendum, ſi petatur, ſecundum Bal. in l. 2. C. ut intra cert. temp. cri. quæſt. termi. & idẽ tenet Are. in lib. male. in uerbo, qui iudex ſtatuit ter. ad corũ defen. & ibi uide apoſtillã Augu. & Afflict. in cõſti. ſuper incitionibus. 4. notat. 2. q. uerſi. aduerte. ſed intellige bene, quòd practica omnium criminaliſtarum eſt, quòd detur terminus prædictus, ſiue petatur, ſiue non: ut dicit idẽ Ang. ubi ſup. in prin. & tũc, ſi delinquens non probat aliquid aduerſus ſuam confeſsionẽ in termino ſibi dato, uidetur perſeuerare in cõfeſſ. delicti. ſecundum Afflict. in conſti. omnes noſtri. in 6. not. uide Sali. in l. ſi quis. nume. 7. C. de cuſto. reo. & quòd debet dari etiam non

petenti,firmat Par.à Pu.in lib.ſyndi.in uerbo, cōdemnatio.& firmat Marſi.in practica.§.nunc uidendū. per totum . quando reus inquiſitus eſt ignarus literarum,& qui neſciat ſe defendere:aliàs ſecus. ſed quòd debet dari ſimpliciter etiā non petenti,eſt text.in l.iij.§.ſi ad diem.ff. de re.mi.quem ad hunc effectū no. Bal.in l.unica C.de confe.x.colum. uerſi.denuo quæro de quæſti.quotidiana.ubi dicit,quòd iuris & moris eſt dari talem terminum ſponte confeſſo.ſed idem Bald.tenet contrarium,quòd non detur,niſi petēti.in l.nouerint.C.ut intra cer.ter. & Alexan.in addi.ad Bar.in l.unius. §.cogniturum.ff.de quæſtio.tenet, quòd detur etiam non petenti.& ibi Bar.uidetur ſentire contrarium. Afflic.in conſtitu.ſi damna clandeſtina.in 9.nota.uidetur uelle,quòd ſemper detur,etiam ſi nō petatur. & uidetur tenere Ang.in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.& Marſi. in practica.§.examinanda.in fine. & idē uidetur uelle Bald.in l.raptores.C.de epi.& cler.& Gandi.in titu.quid ſit agendum reo præſen.& non contu.uerſicu.ſed pone,quòd

65 accuſatus. ¶ Iſtis omnibus requiſitis concurrentibus ſciendum eſt, quòd confeſsio ipſa nonnulla ſpecialia habet, & maximos effectus parit. primò uerò,quòd confeſſus ſponte, etiam data nullitate proceſſus,& ex inualido proceſſu, poteſt damnari,ut tenet Pet.de Anch. in cle.j.de homi.& eſt tex.& ibi no. in c.j.de accuſa.lib.6.& refert ac ſequitur Ang.Are.in lib.male.in uerbo,fa.publica.in 5.colum.uerſic.aduertas.& idē tenet Ange.in l.ſi uacantia.lib.x.C.de bon.uacan.& cōſuluit Cepo.cōſil.66.incip.teneo.& Petr.de Ancha.conſi.23.& Ro.conſi.149.uel 167.& habetur per Ange. in l.denuntiaſſe.ff.de adul.nume.5. & in l.ſi quis.C.de cuſto.reo.nu.2. & ibi per Salic.in fi.& ita tenet Inno.in ca.qualiter & quando.el 2.de appel.& Salice.in l.2.colum.ultima. C.de cuſto.reo.& Bald.in l.unica.9. colum.uerſi.quæro.C.de confeſ.& Mattheſi.in nota.inci.nota pulchrā regulam.Ange.de Aret.in lib.male. in uerbo,comparent dicti inquiſiti & confitentur totum.& Angel.in l. j.ff.de confe.finali colum.& Marſi. in l.j.§.diuus Antoninus.nume.12. ff.de quæſtio.per Felin.plenè in ca. at ſi clerici.de indi.& in ca.qualiter & quando.de accuſat.el ſecundo.& Cap.in deciſio.179.& Gramma.cōſi.4.nu.27.& Marſi.conſil.46.nu.17. pri.lib.& conſi.48.nume.3.eo.lib.& Bertran.conſil.211.pri.lib.Feli.tamē in d.c.qualiter & quando.& in d.c. at ſi clerici.dicit limitandam hanc communem opinionem pluribus modis.primo, ut procedat in confeſsione ſimplici,non implicata, & conditionali.2.fallit,ſi reus impetitus,nec aliter uocatus, in ius ultro ſe offerat & cōfiteatur.tertio limitatur,niſi præſcriptū eſſet iuri inquirendi ex præſcriptione ſtatutoria. 4. limitatur, ut procedat, quando confeſsio eſt facta expreſſè:ſecus,ſi tacite.5.limitatur,niſi confeſsio fieret in iudicio nullo non principaliter,ſed incidenter per quādam cōſequentiam . ſexto limita,niſi confeſsio fieret in iudicio nullo ratione incom-

ue incompetentiæ iudicis.7.limita, niſi iudiciū eſſet nullū ratione præpoſterationis ordinis. 8.limita,niſi cōfeſsio fieret in iudicio nullo ꝓpter partium inhabilitatem.9.limita,niſi confeſsio eſſet facta per torturam non præcedentibus indiciis. alias limitationes uideas per te:ſed Marſi.uidetur tenere contra octauam limitationē in d.§.diuus Antoninus.& etiā uidetur tenere contra nonam limitationem : uide per eum . nos autem dicamus intelligi prædictam concluſionem concurrentibus omnibus prædictis requi-
66 ſitis.¶ Secundò operatur alium mirabilem effectū , ut ſi quis cōfeſſus ſponte.& cōdemnatus ex dicta cōfeſsione appellarit,iudex à quo nō tenetur deferre appellationem:ſed ſuam ſententiam mādare executioni poteſt appellatione non obſtante:ut eſt tex.& ibi not.Ioan.And.in c.Romana.§.ſi autem poſt ſententiam.lib.6.& ſequitur Bal.in l.unica. C.de confe.6.columna.uerſi.ſequitur uidere,quando confeſsio.& in l.j.colū.11.C.ne ex delict.defuncto. & Archid.in d.§.ſi autem.& Angel. in l.ij.C.quo.appel.non recipia.in princi.& plenè per Capel.Toloſa. deciſio.176.& per eundem Bal.in d. l.ij.C.quo.appel.non recipia.ij.col. uerſic.quæro,utrum in pecuniariis cauſis.prædicta tamen procedunt, & ſanè intelligi debēt, ubi confeſſus appellat, & nullam cauſam obfuſcantem ſuam confeſsionem, & per conſequēs condemnationem, allegat : aliàs ſi allegat erroneā ſuā confeſsionem,uel aliter cōtra eam dicit,admittitur appellatio.itē procedunt, niſi facta appellatione ſtatim ſit inhibitum per ſuperiorem: quia ſtante inhibitione,non poteſt procedi ad exequutionē. itē procedunt,ubi iudex à quo non detulerit appellationi,& eam admiſerit: aliàs ſi admiſerit ſtatim iuriſdictio eſt deuoluta ad ſuperiorem . item procedunt,ubi non ſteterit per 30. dies ad dandum apoſtolos inſtanter petitos.nam ex tūc caret omni iuriſdictione:ut dicit Bal.in d.l.pri. C.de confeſ.iudex uerò ad quē tenetur appellationem admittere . & interim examinare , an ſubſit iuſta cauſa appellandi , & impedire exequutionem.ſed iudex à quo,ut ſuprà dictum eſt,non tenetur admittere,ſi in appellatione nō fuit allegata cauſa : ut habetur plenè per
67 ſup.allegatos docto.¶ Tertiò operatur alium effectum,cùm non obſtante,quòd perempta ſit inſtātia, nihilominus poteſt confeſſus condemnari:ſicut plenè dixi ſup.in requiſitis cōcernentibus qualitatem
68 temporis. ¶ Quartò operatur.nam licet confeſsio extorta per torturā indiciis non præcedentibus nō ualeat,ut dicam in tertia parte:tamen cōfeſsio ſpontanea,etiam nō præcedentibus indiciis , ualet & tenet: ut eſt text.& ibi not.in ca.j.de accu. lib.6.& nota.Petr.de Ancara.in cle. prima.de homi.& firmat Angel.de Are.in lib.male.in uerbo,fama publica.in 5.colum,uerſi.aduertas ta-
69 men. ¶ Quintò operatur.nam ſi in una cauſa conſtat per cōfeſsionem alicuius producti in teſtem de crimine & eius inhabilitate , remouetur à promotione : ut dicit Abbas

in c.cum dilectus.4.char.uerſicu.ex prædictis infertur ad aliã quæſtionem.de ordi.cogni.& refert & ſequitur Afflict.in deciſio. 362. incip.
70 fuit lata.in iij.colum.mihi.¶ Sextò operatur.nam confeſſus cum iuramento delictum,dicitur manifeſtus delinquens : ut probatur in ca.cum olim.ad fi.ibi.manifeſtam , quæ uel per confeſsionem.extrà.de uerbo. ſigni.& in ca.fi.in fin.ibi.ſuper confeſsionem factam.extrà.de cohabi. cler.& mulie.& eſt text.in ca.ſuper quibuſdam.in prin.de uerbo.ſigni. & not.gloſ.in c.j.in uerbo,manifeſtos.de uſur.lib.6.& Spec.in titu.de noto.cri.§.iam de notorio.uerſicu. notorium iuris.& no.per Feder.de Sen.cõſi.8.& cõſi.6.& no.per doct. in c.ad noſtram.extrà.de iureiur.& in c.cũ diœceſi.extrà.de uſur.& per glo.& doct.2.q.j.de manifeſt.& per Bar.in l.iij.ff.de uſur.& per do.Lauren.de Rodul.in tracta.de uſur.qõ. 88.& per Cepo.conſi.58.numero.x.
71 ¶ Item ſeptimò operatur . nam licet tertius poſsit appellare pro cõdemnato capitaliter,etiam ipſo inuito:ut habetur in l.non tantum.ff. de appel.tamen iſtud fallit,quando talis reus condemnatus,ſponte cõfeſſus ſit crimen , & in confeſsione perſeuerauit.quia tunc non poterit appellare.ſecundũ Baldum poſt gl. in l.ictus fuſtium.in fin.ff.de his qui nota.infa.& in l.j.§.cùm urbem.ultima colum.de offic.præfect.urba. & Ange.in l.ſecunda.C.quo.appel. non re.& Feli.in capi.cùm ſuper.in prin.de re iudi.& habetur per Mar. in l.j.§.diuus Antoninus.4.colũ.ff.
72 de qõ. ¶ Octauò operatur.nã licet reus criminis regulariter nõ poſsit renuntiare ſuis defenſionibus uel termino defenſiõis:ut habetur per glo.& doct.in l.pactum inter hæredẽ.ff.de pact.& habetur per Iaſonẽ in l.iubemus.12.colum.C.de iudi.& Par.de Pu.in lib.ſyndi.char.30.in 4. colum.in ca.incip.an poteſtas,quæ miſit. tamen hoc non procedit in ſponte cõfeſſo.quia poteſt renuntiare defenſionibus:& talis renuntiatio ualet,& tenet,ſecundum Bal. in l.accuſatoribus.prima colum.C. de accuſat.& l.j.23.colũ.uerſi.ſuper quinto.C.qui accu.nõ po.& habetur per Marſi.in l.unius.§.cogniturum.12.colum.uerſic.fallit tamẽ iſta
73 cõcluſio.ff.de quæſti.¶ Nonò operatur . nam licet reus ſit fideiuſsionibus relaxandus , quando ueniret imponẽda pœna pecuniaria : tamẽ hoc nõ procedit,ſi ſponte cõfeſſus eſt delictum : quia tũc nõ relaxatur ſub fideiuſſoribus.ſecũdum Bald.in l.nullus.C.de exhibẽ.re.& ſequitur Aug.de Ari.in addi.ad tra.Ange.de Are.in uerbo,pro quibus Anto.fideiuſsit.in pri.addit.& idẽ dixit idẽ Ange.in libro.male.in uerbo,fama publica.in 9.char.uer.decimò quæro.& habetur per Marſi.in d.§.co-
74 gniturum.13.col.¶ Decimò operatur.nã licet cõfeſſus corã iudice incompetenti uigore illius cõfeſsionis,non poſsit condemnari:tamen eſt tantæ potẽtię,quòd eius uigore poteſt cogi ad perſiſtẽdum in dicta confeſsione coram iudice competenti.ſecundum Ange.in l.j.in fi.C. de confe.ubi agitur ad eundũ effectum,ut intelligit Capiti.deciſi.179. nume.5.cum ſequen.& habetur per

Afflict.

Afflict.in cõſtit.ſi damna clandeſti-
na.nono not.in quarta quæſtione.
& Angel.Aret.in libro male.in uer-
bo,comparent dicti inquiſiti & cõ-
fitentur totum.uerſi.& tene menti.
75 ¶ Vndecimò operatur alium effe-
ctum. nam per cõfeſsionem ſpon-
taneam,factam in iudicio, induci-
tur notoriũ:ut dicit Andr.& ſequi-
tur Afflict.in cõſt.ſi damna clande-
ſtina.in nono no.& probatur in ca.
ueſtimenta.de coha.cle.& mulie.
76 ¶ Duodecimò operatur, quia ha-
bet uim rei iudicatæ.ſecũdum Phi-
lip.Cor.cõſil.260.incip.uiſa.in 3.lib.
77 ¶ Decimotertiò operatur,quia eſt
pleniſsima probatio.ſecundũ Phi-
lip.Cor.cõſil.261.inci.de duobus.4.
78 lib.¶ Decimoquartò operatur mi-
rabilem effectum in fauorẽ inquiſi-
ti.nam ſiquis cõfitetur, ſe nõ fuiſſe
uulneratũ à Titio,non poterit Ti-
tius torqueri ex indiciis exiſtẽtibus
contra eum:quia habet indiciũ in-
nocentiæ pro ſe.ſecundum Alex.de
Imo.cõſi.primo. iij.lib.allegat Bal.
in l.j.ultima colũ.uerſic.pone teſta-
tor.C. communia de leg.allegat l.
Paulus.§.j.ff.de bon.quę libe.& fir-
mat Afflict.in conſtit.terminum ui-
79 tæ.8.q.uerſic.quibus adde.¶ Deci-
moquintò operatur.nã facit trãſire
actionem cõtra hæredes conuenti:
& ideo ſiquis cõfeſſus furtum mox
moriatur, eius hęredes poterũt cõ
ueniri ad rei reſtitutionem: ut dicit
not.Specu.in titu.de interrog.§.ij.
uerſicu.quid ſi is,qui confeſſus eſt.
nume.4.& in titu.de accuſa.§.pri-
mo.uerſicu.quid ſi latro.& ibi ple-
nè Ioan.Andr.in addit. & habetur
plene per Baldum in l.prima.C.ne
ex delict.defun.columna ſecũda.in
fin.uerſi.ſed hic dubitatur.ubi idem
dicit, quando pro crimine cõfeſſa-
to ueniret imponẽda pœna publi-
cationis bonorum.uide Angelũ de
Are.in lib.maleſi.in uerbo,& ueſtẽ
cœl.abſtu.uerſiculo,quid ſi fur cõ-
80 fiteatur. ¶ Decimoſextò operatur.
nam ſi adultera confitetur, ſe ante
coitum contraxiſſe matrimonium
cum adultero,dicta confeſsio libe-
rat eos à pœna, & legitimat prolẽ:
ut eſt gloſ.ſingu.in l.penul.C.de fi-
deiuſ.& ſequitur Bal.in l.eam quã.
ſeptima colum.uerſi.attẽde tamen.
C.de fideicommiſ.& in dicta l.pe-
nul.& ibi Docto.tamen idem Bald.
in l.quicunque.6.colum.uerſicu.ul-
terius uides.C.de furt. dicit,quòd
mulier hoc cõfitens eſt torquẽda,
& torqueri debet.& idem Bald.in l.
j.C.de col.deteg.dicit prædicta ue-
ra,ubi qualitas perſonarũ hoc ſua-
det,et indicia cõcurrũt:aliàs ſecus.
et uide ibi And.Barb.in addi.et pri-
mum dictum ſequitur idem Bald.in
l.unica.8.colum.uerſicu.quæro,fuit
quæſtio.C.de cõfe.adde Bart.Cep.
caute.83.et 88.adde Angel.Aret.in
uerbo,che me hai adulterata la mia
donna.uer.pone,quòd quidam iu-
uenis.et Afflict.in conſtit.ſiquis ra-
81 pere.in 5.quæſti.¶ Septimodecimò
operatur ſingularẽ effectum. nam
ſiquis confitetur crimen,de quo a-
liàs ſecundum formam iuris, uel
ſtatutorum,non poteſt per inquiſi-
tionem procedi, niſi ad querelam
partis: nihilominus ſtante confeſ-
ſiõe poteſt procedi, cùm delictum
fuit effectum notorium: et ſic non
eſt neceſſarius accuſator:ut in capi.
euidentia.

euidentia.extrà.de accuſa.& ibi no. & in l.ea quidem.C.de accuſa.& firmat Ang.Are.in lib.male.in uerbo, comparent dicti inquiſiti,& confitentur totum.uerſi.quæro,an confeſſus. & fuit ita determinatum in ſacro regio conſi.ut refert & teſtatur Afflict.deciſio.176.incip.quædã mulier uidua.& uide Panor.in ca.2. de cõfe.col.5.contrariũ tenet Ang. in l.ſi filius.ff.de inte.acti.per illum
82 text. ¶ Decimooctauò operatur alium mirabilem effectum,nam cõfeſſus ſponte mitiùs debet puniri: ut eſt gloſ.in c.ad hoc.uerſi.confeſſio.de ſimo.& 5.qõ.j.in ſumma.& 2. q.j.in premiſsis.uerſicu.ſua ſponte. facit l.j.C.ne tuto.uel cura.& Ioan. And.in cap.qualiter & quando.el 2. de accu.Barth.Cep.in l.ſponſio.de uerbo.ſigni.& tenet Panor.in c.per inquiſitionem.in fin.extrà.de elec. uide Ang.in l.nõ ſolùm.nume.8.ff. de procu.& firmat etiam Alber.de Ro.in l.j.§.quæſtiõe.ff.de quæſtio.
83 nume.3. ¶ Decimononò operatur. quia cõfeſsio tollit præſumptionẽ iuris,& de iure:ut nota.in auth.ſed iã neceſſe.C.de do.ante nup.quod eſt uerũ, niſi in cauſa matrimonij, in qua ſi mulier confitetur contra copulam, nihilominus præſumitur matrimonium copulatum.ca.ſuper eo.de eo,qui cogno.conſan.uxor. ſuæ.& Bartho.Cepo.in caute.12.
84 ¶ Vigeſimò operatur,quia facit rẽ liquidam, & habetur pro ueritate. ſecundum do.Pet.Philip.Cor.conſil.18.incip.principale.in litera.h.ij.
85 parte.¶ Vigeſimoprimò operatur, quia ſi fuerit facta coram iudice incompetenti, nocet hæredi: ſi confeſſus moriatur,antequam remitta tur ad iudicem ſuum cõpetentẽ.ſecundum Ange.in l.ij.ff.ui bo.ra.& Floria.in l. iudex.§.ſi dolo.ff.ad l. Aquil.Inno.in c.fi.in gl.ſua.in uer-
86 bo,aſſeruit.de ſucce.ab inteſt.¶ Vigeſimoſecundò operatur,quia con feſsio in iudicio facta,non præſumitur erronea,ſed uera.ſecundum Dy.in regula.quod ſemel.de regu. iur.in vj.& Bal.in addi.Spec.in titu. de poſitio.uerſi.confeſsio facta.Vigeſimotertiò operatur,quia quãdo formatur inquiſitio contra ſponte cõfeſſum,nõ requiritur,quòd præcedat infamia.ſecundũ Ange.in l.ſi uacantia.C.de bo.uac.lib.10.col.19. allegat no.in c.p.de accu.in vj.& refert & ſequitur Marſil.in pra.cri.§. conſtãte.num.20. Vigeſimoquartò operatur,quia licet corrumpẽs iudicem puniatur,& perdat cauſam, hoc tamen nõ procedit,ubi ſponte confitetur:quia ei parcitur.authen. nouo iure.C.de pœna iu.qui ma.& eſt gloſ.in l.j.§.ij.ff.de calum.Vigeſimoquintò operatur,quia licet cõ ſpirans, ut fractis carceribus euadat,puniatur:tamẽ ſi confitetur,& reuelat curiæ tractatũ,nõ punitur. l.in eo.ff.de cuſt.reo.Vigeſimoſextò operatur.nã licet non poſsit imponi pœna ordinaria clerico pro delicto,quando proceditur per uiã inquiſitionis:ut in ca.inquiſitionis. de accuſ.fallit tamen,ſi de crimine cõſtaret per cõfeſsionem.ſecundũ Inno.in c.qualiter.el ij.de accuſa.& plenè per Io.Bernard.Hiſpa.in pra. cri.in uerbo, confeſsionibus pro-
87 priis.¶ Viſis iam tandẽ requiſitis & effectibus iudicialis ſpontaneæ cõ-

feſsio

feſsionis,ut ſequar promiſſum ordinẽ,uideamus de aliquibus quæſtionibus extrauagantibus in materia.& quidem primò quęro,an ſtante ſtatuto, quod pœna minoretur per cõfeſsionẽ,& augeatur per negationem,qualis debeat eſſe confeſsio,ut ſic habeat locum præmiũ ſtatuti:Bal.in l.ea,quæ.poſt Bart.in ulti.col.C.de cõdi.inde.dicit,quòd debet eſſe ſimplex & pura:& ſi circa ſubſtantiã,qualitatẽ,circunſtantias,locum,uel tempus inueniatur negatio,nõ meretur præmiũ:ſed ſi negatio foret in aliquibus articulis & incidẽtibus ſeparatis à cauſa maleficij,non per hoc perditur beneficium ſtatuti.exemplũ,ſi ante cõfeſſionem dicitur,quòd locus non eſt de territorio:uel ſi cõfitens dicit ſe clericũ,etiamſi nõ probetur de clericatu:conſequitur beneficiũ ſtatuti.uide Feli.in c.de hoc.extrà.de ſi-
88 mo.¶ Sed quid ſi cõfitetur uulnus, ſed negatur,quòd eſt mortale, an conſequatur beneficiũ ſtatuti?idem Bal.ibi dicit,quòd nõ conſequitur. ſed quid ſi negat cicatricem remanſuram,an cõſequatur præmium.ibi Bal.putat,quòd ſic,eò,quia ſpectat
89 ad iudiciũ medicorum. ¶ Sed quid ſi primò confitetur,demum negat, uel econtrà,an habeat beneficium ſtatuti?idẽ Bal.ubi ſuprà,dicit,quòd non:eò,quia requiritur perſeuerantia.& de multis aliis circa materiã
90 iſtã uide per te do.Bal.ibi.¶ Secundò principaliter quæro,an confeſſio poſsit reuocari poſt latã ſententiã condẽnatoriã.Bart.in l.nõ fatetur.dicit,quòd poteſt reuocari beneficio reſtitutionis in integrũ.idẽ Bart.in l.error.C.de iur.& fa.igno. dicit,quòd poteſt reuocari, quando confeſsio facta eſt ad interrogationem aduerſarij:ſecus,ſi ſponte. quia non poteſt reuocari.Bald.ibidem j.col.uerſi.modò uenio ad ſecundã regulã.dicit,quòd ſi eſt maior,non reſtituitur.& ſi eſt minor, reſtituitur.& uide ibi Alexan.& Panor.in c.ex parte.ix.col.de confeſ. ſed quicquid ſit,procedunt prædicta in confeſsione in cauſis ciuilibus:ſecus tamen eſt in criminalibus.nã etiã poſt ſententiã cõfeſsio reuocatur prætextu erroris: & in cauſa appellationis admittitur ad probandũ de errore:ut habetur,ut dixi ſuprà ſub nu.52.& adde Ange.
91 in l.ſi debitori.nu.7.ff.de iudi.¶ Tertiò principaliter quæro,quòd ſi teſtis in mortis articulo confitetur ſe falſum teſtimonium tuliſſe:uel iudex ſe uenalem ſententiã,& contra ius dediſſe,an eis ſit credendũ?Bar. quem ſequitur Ange.in l.ſiquis in graui.§.ſiquis moriens.dicit,ꝙ nõ eſt eis credendũ,ut noceat aliis:puta producenti teſtem pro ſe,uel reportanti ſententiã in ſui fauorẽ.& plenè proſequitur Fran. Cur.conſil.70.incip.circa primum.in prin.& plenè proſequitur Iaſ.in l.iuſiurandum.§.procurator. ff.de iur.iuran. nu.24.& cõſuluit Ang.pro iſta parte in conſi.309.incip.pactũ eſt tale. pe.col.limitatur tamẽ præcedẽs dictum,ut dicit Iaſ.niſi duo iudices, qui tulerũt ſententiã,fuerint cõcordes in mortis articulo,ꝙ uenalem tulerunt ſententiã:licet id nõ procedat in duobus teſtibus:& ſequitur præcedens principale dictũ.in c.literas.

teras.de præſump.nu.2.& Bal.in authen.ſi dicatur.ij.col.C.de teſt.& in l.generaliter.& idem eſt in notario conficiēte falſum inſtrumentū,ſi cōfitetur falſum inſtrumentū fabricaſſe.ſecundū Spec.in ti.de inſtru.edi. §.poſtremo.uerſicu.ſed nunquid.
92 ¶ Quartò quæro,an confeſsio infamet,ubi ſententia nō infamat,nec infert infamiā.Ang.in l.quid ergo. §.ex cōpromiſſo.ff.de his,qui not. infa.dicit,quòd non.& idem firmat ibi glo.uide Bald.in l.ictus fuſtiū.ff. de infa.& an confeſsio in actione famoſa infamet,Bal.in l.quoniā.ff.
93 de infa.nu.9.¶ Quintò quæro,quòd ſi quis in teſtamento confitetur,ſe eſſe uſurariū,an per hoc eius teſtamentum irritetur & annulletur?& quid,ſi ita fuerit in iudicio confeſſus?Bal.in l.unica.C.de confeſ.ulti. col.uer.remanet unū dubiū.ubi dicit,quòd iſta confeſsio nō obligat neq; probat propter omnimodam eius incertitudinē:ſed in l.j.§.ſimiliq; modo.C.de Lati.liberta.tollen. §.ij.dicit,ꝙ ſiquis cōfitetur ſe uſurarium corpore,dicetur manifeſtus uſurarius.ſed primū dictum Bal.ſequitur Alex.in addi.ad Bar.in l.j.de fur.in addi.magna.in fin.dū allegat Bal.in l.j.de cōfeſ.& ſequitur Bal.in l.j.iij.col.uer.quidā cōfeſſus fuit.C.
94 de fal.cau.adie.lega. ¶ Sextò quæro,an confeſsio clerici uel epiſcopi accuſati de homicidio,ꝙ promiſit decem,ne accuſetur de homicidio, noceat,ut poſſet deponi.Io.And.in c.j.de accu.in vj.in nouella.dicit,ꝙ ſi fuit facta ante inſtitutam accuſationem,nō nocet.& Alex.in l.eius, qui.de iure fi.& per Bal.in c.j.§.in-
95 iuria.de pa.iura.firma. ¶ Septimò quæro,an confeſsio ſurdi & muti in criminalibus noceat.Bald.in l.j. vij.colū.C.de confe.dicit,ꝙ nocet. uide omnino Bal.ibi in contingen-
96 tia facti.¶ Octauò quæro,an cōfeſſio facta corā ſyndico denuntiante maleficium,noceat,ut ex ea poſſet damnari.dicas,ꝙ nō nocet ad condemnādū.ſecundū Sali.in l.ea quidē.xiiij.q.C.qui accu.nō po.& Ange.Are.in lib.male.in uerbo,ad de-
97 nuntiā.in vj.col.¶ Nonò quæro,an confeſsio procuratoris in criminalibus noceat principali:dicas,ꝙ nō, nā nō eſt uera confeſsio principalis,ſed ficta:ut dicit Panor.in c.per inquiſitionem.extrà.de elect.& ſic nō nocet.& Bal.in addi.Spe.in tit. de pro.j.colū.in fi.& uide in Cle.ij. de pro.& text.l.certè.de precar.& Alex.poſt Barto.in l.creditor.§.iuſſus.ff.de appel.& in l.certum.§.ſed an.ff.de confe.& Panor.in c.j.ut lit.
98 non cōte.¶ Decimò quæro,an cōfeſsio in criminalibus habeat exequutionē paratam,ut ſic ſine ſentētia poſsit exequi.dicas,ꝙ non : ſed expectatur ſententia.ſecūdū Inno. in c.quærenti.in gloſ.ſua.in uerbo, quadrimeſtre.uerſi.in criminali.de offic.dele.& Bar.in l.quoniam.ff.de infa.& Bal.in Margarita.in uerbo, confeſsio.uer.iij.ſecus eſt in ciuili. ſed And.in cōſtit.pœnā eorū.decidit,ꝙ in delictis,in quibus poteſt procedi ſine accuſatore,poteſt etiā ſine ſentētia cōfeſſus mitti ad ſupplicium.& tūc iudex debet notificare delinquenti,ꝙ mittit eū ad ſupplicium pro tali cauſa,ut poſsit de præcepto appellare.& uidi ſeruari

per

per iudices ſuperiores.cogitate.uide Par.de Put.in lib.ſyndic.in uerbo,tortura.uerſic.ſequitur quæſtio quotidiana.ij.col.ubi tenet contra And.de Iſer.& uide Grãma.deci.36.
199 nu.57.cum ſeq.¶ Vndecimò quęro, quòd ſi ſtat ſtatutũ,prout eſt in regno hodie,ꝙ pro tertio furto,licet minimo,quis debeat mori:& cõfitetur,ſe feciſſe plura furta eodẽ loco,diuerſis tamẽ tẽporibus,an debeat mori ex iſta confeſsione,quaſi plura furta fecerit.Bal.in authẽ.ſed nouo iure.iij.col.uer.itẽ quid ſi cõfitetur.C.de ſer.fugi.decidit, ꝙ ex quo illa uerba:diuerſis tẽporibus, ſunt obſcura(quia poteſt intelligi diuerſis temporibus cõtinuatis:ut no.ff.de actio.& obliga.l.nũquàm actiones)& pro cõfitente interpretatur in mitiorẽ partem : niſi dicatur in cõfeſsione cũ tẽporis interuallo:& ſic concludit,quòd nõ debet mori uirtute dictæ confeſsio-
200 nis.Boër.deci.210.ij parte.¶ Duodecimo quæro,quòd ſi fur cõfitetur ſe feciſſe plura furta diuerſis locis & temporibus,an uirtute dictæ confeſsionis debeat cõdẽnari.Bal. in authẽ.ſed nouo iure.col.iij.uer. ſed pone.C.de ſer.fugi.dicit,quòd nõ.quia confeſsio eſt generalis & incerta,cũ nõ cõſtet de rebus ſubtractis.& habetur per Ang.in l.certum.in prin.ff.de cõfe.& Pe.de Ancha.cõſi.22.& Gandi.in tit.de præſump.& indi.iudi.uer.aliud etiã no. & ideo debet cõſtare de rebus ſub-
201 tractis. ¶ Decimotertiò quæro,ꝙ ſi dantur capitula reo inquiſito de furto,& capitulatur eũ eſſe publicũ & inſignẽ latronẽ,& cõmiſiſſe unũ furtũ,q confitetur omnia & ſingula in capitulo contẽta,fuiſſe & eſſe uera,an noceat ad pœnam mortis,ſi furtũ nõ eſt ultra unciã?dicas,quòd nõ,licet confiteatur ſe eſſe inſignẽ & publicũ latronẽ:ex quo cõſtat cõtrariũ per eius depoſitionẽ,cũ non cõſtat,niſi de uno furto:ſecũdũ Ange.in cõſi.inci.proceditur p inqui-
202 ſitionẽ. ¶ Decimoquartò quæro, an,& quando cõfeſsio ſocij criminis probet contra alios:circa cuius quæſtionis deciſionẽ oportet uidere,an,& quãdo ſocius poſsit & debeat interrogari de ſocijs participibus,receptatoribus,& aliis.Bart.in l.repe.§.j.ff.de quæſt.diſtinguit:aut ſunt delicta, quæ principaliter in offenſam alicuius committũtur,& iſto caſu nõ põt interrogari:aut ſumus in delictis,quę principaliter in offenſam alicuius nõ cõmittuntur, ut:falſificare monetã,latrocinia cõmittere,& ſimilia:& iſto caſu interrogari poteſt:ut ibi per eũ.Sali.in l. fi.C.de accu.aliter diſtinguit:& reiecta diſtinctione Bart.quã reprobat rationibus,de q̃bus p eũ,diſtinguit autẽ ſic:aut ſocius eſt ſeruilis cõditionis,& tũc indiſtinctè interrogatur:aut liberę cõditionis:& tũc aut ſunt delicta,quæ nõ poſſunt cõmitti ſine ſocijs,& tũc nõ eſt licita interrogatio,niſi delictũ ſit contra ſalutẽ omniũ.p l.fi.C de male.& iſtã diſtin.uidetur ſentire & ſeq Alex.in l.repeti.ff.de quęſt.in addi.an qs ſit interrogãdus de ſocijs.& eã refert & ſequitur Bertrã.cõſ.32.j.li.fallit ſecũdũ Ang.de Are.in li.male.in uerbo,Semproniũ mãdatorẽ.j.co.uer. & bene no.ĩ crimine aſſaſſinij.Affli.

in

in conſtit.ſi damna clandeſtina.remittit ſe ad doctrinam Bar.& Alex. in d.l.repeti.16.col.& aliter non dicit:& dicit ipſe,ꝙ in criminibus,in quibus licita eſt interrogatio de ſociis,ſola confeſsio ſocij non facit ſufficiens indicium ad torturã,niſi alia præſumptio cõcurrat,uel aliud indicium.& dicit,ita ſe uidiſſe iudicari & practicari per ſapientes regni in crimine læſæ maieſtatis.licet aliter dixerit Angel.de ma.in uerbo,fama publi.uerſi.x.quæro.tamẽ opinio Afflict.cõmuniter obſeruatur:ut dicit Gramma.conſi.21.& uide pro hoc Par.de Pu.in lib.ſyndic. in uerbo,tortura.uerſi.an ſtetur dicto. & Marſil.in l.j.§.diuus Antonius.ij.colũ.uerſi.ſed dubium.Blan. in l.fi.nu.378.& Signore.conſil.209. & Calca.conſi.109.& Grammat.cõſil.21.determinat,quòd extra caſus poſitos per glo.in d.l.fi.C.de accu. ſocius non poteſt interrogari de ſociis.& uidetur ſequi diſtinctionẽ Bart.de qua ſuprà Gramma.ſimiliter conſi.37.nume.11.& cõſil.66.nume.5.& conſil.70.nu.7.& an ſocius criminis probet contra ſocium in furto,uide Grãma.conſi.59.ubi determinat,quòd non:ſed in latrocinio ſic.& ſic ex prædictis habes,an confeſsio ſocij probet.nam in caſibus exceptuatis probat, quò ad indicium. & licet in caſibus exceptuatis ſtetur dicto ſocij,ut ſuprà, id uerũ tamẽ tum intelligitur,quãdo ipſe ſocius aliàs non eſt infamis ex alio delicto.Gramma.cõſil.61.& plenè, an confeſsio ſocij criminis faciat indicium ad torturam,uide Marſil.in practica cri.§.diligenter. nu.59.& Boër.deciſio.319.ſecunda parte.& Fran.Bru.in trac.de indi.& tor.iij.colũ.j.partis. nume.18.& ibi. nume.24.ponit modum interrogãdi.nam dicit ipſe,ſi adeſt præſumptio aliqua cõtra illum,de quo interrogatur quis,poteſt fieri interrogatio in ſpecie: aliàs ſecus.quia debet interrogari generaliter.adde Ludo.& Guido.de Suzar.in tra.de indi.& tor.nu.50.& uide Grammat. deciſio.28.& ſciẽdum eſt,quòd etiã in criminibus exceptuatis,de quibus per glo.in l.fin.C.de accu.confeſsio ſocij criminis,non eſt ſufficiens indicium ad torturã:ut dixit Alex.conſi.475.incip.quoniã abunde.in fin.Ioan.de Imo.c.j.de confe. Marſi.ſingu.209.Gandi.in lib.male. ſub rubri.de quæſtionibus.iiij.col. in princi.uerſic.ſed quid ſi perſona. & do.Alex.conſil.69.incip.uiſa facti narratione.ij.lib.Fran.de Aret.in c. cum Pe.Manconella.vij.col.de accu.& adde,quòd in caſibus,in quibus creditur ſocio criminis,nõ creditur ei,niſi dictum ſuum fecerit in tormentis.ita ſingulariter dixit Rapha.Fulgu.conſil.173.incip.in cauſa inquiſitionis.j.col.ante fi.& Sali.in l.fin.colũ.ulti.uerſi.quæro nunc,an cum tormentis.C.de accu.& aduertendum eſt ſecundũ Marſil.in practica.§.diligenter.nu.63.cũ ſequen. quòd non creditur ſocio criminis, niſi iudex antequàm ponat ipſum ad torturam,deferat iuramentũ de ueritate dicẽda cõtra auxiliatores, fautores, participes,& receptatores.& nota ulterius,ꝙ ubi creditur ſocio criminis,id intelligitur,dũmodo nõ ſit infamis ex alio delicto:ut

no.Ang.in l.qui in iudicio.ff.de ac-
cu.ſequitur Ant.Corſ.in ſuis ſingu-
laribus.in uerbo,integer.& ita cō-
ſuluit Marſil.conſil. 74. 4. colum.1.
lib.& Gramma.uot.34.nu.5.& Grā
ma.conſi.21.per totum.& conſil.28.
& conſi.44.nu.1.& Afflic.in cōſti.ſi
damna clandeſtina.q.not.ultima,&
v.col.& Ang.de maleſi.in uerbo,fa
ma publica.col.4.& 5. uerſicu.quæ-
ro,an participes.& ibi Augu.& Ber
103 nar.in addi.¶ Et adde,quòd ſi ſo-
cius criminis alium nominat in ſo-
cium nō interrogatus,ſed ſponte,
non facit eius cōfeſſio aliquam fi-
dem,cū uidetur ſuſpecta ita:& qui-
dē pulchrè dixerūt Moder.Sene.in
tra.de indi.& tortu.2.char.2.colum.
uerſicu. qualis autem ſit modus.&
104 Gramma.conſi.21.nu.5. ¶Et ultrà
ſciendum eſt,ꝙ ſocius criminis nō
debet interrogari de ſocio in mate
ria furti:licet ſecus ſit in latrocinio:
conſuluit Gramma.conſil.17. num.
34.& Marſil.conſil.22.colum.4.pri-
mo uol.nec obſtat doctri.Bart.in l.
repeti.§ j ff.de quæſtio. dum dicit:
in crimine furti ſoci⁹ interrogatur.
quia dicunt præfati doct.doctrinā
Bart.debere intelligi in latrocinio:
ſecus in furto.ratio diuerſitatis eſt,
quia latrocinium communiter ſine
ſociis committi non poteſt.cùm la
trones dicantur, qui in ſtratis pu-
blicis aggrediuntur & diſrobant:
fures uerò, qui clàm furantur.
105 ¶Decimoquintò quęro,an ſi quis
cōfitetur ſe occidiſſe hominem,cu
ius nomen ignoratur,poſſit uirtu-
te dictæ confeſſionis damnari ad
mortem.Bal.in l.ſi cum excuſſione.
§.in hac.ff.quod me.cau.dicit,ꝙ ſi
conſtat de corpore mortuo, dam-
nari po.eſt.& idem uoluit Bal.in l.
data opera.colum.12.uerſ.ſed quid
ſi teſtis.C.qui accuſa.non poſſunt.
106 ¶Decimoſextò quæro,an confeſ-
ſio ſerui noceat domino:dic,ꝙ nō:
ut eſt tex.in l.j §.ſi ſerui quaſi.ff.de
quęſtionib.& ibi docto. tamen ſe-
cus eſt cōfeſſione ſerui facta de ſe:
quia talis confeſſio pręiudicat ſibi,
& nocet ipſi domino:niſi ipſe do-
minus contrarium probet.ita dixit
gl.in l.ij.in ij.gl.ff.ſi ex no.cau.aga.
quam gloſſ. ibi ſummè cōmendat
Barto.& ſcriben. ibidem & Marſil.
107 in d.§.ſi ſerui quaſi. ¶ Decimoſe-
ptimò quæro, an confeſſio facta
per delinquentem,qui aliàs tortus
fuerat ante confeſſionem,irritetur
per dictam torturam.dicas, quòd
nō.ſecūdum Ang.in l.cum te.C.de
his,quæ ui me.cau.geſt.num.20.ui-
de Matheſilan.in notabilibus ſuis.
108 not. 55. ¶ Decimooctauò quæro,
quòd ſi inquiritur contra aliquem
de adulterio commiſſo in perſo-
nam alicuius mulieris,& confitetur
ſe cognouiſſe carnaliter ipſam, an
uideatur cōfiteri illam eſſe uxorem
querulantis.Bar.in l.ſi cui.la.ij.ff.de
legat.1.dicit,quòd ſi confitetur ſim-
pliciter omnia contenta in accuſa-
tione ſeu inquiſitione eſſe uera,tūc
confeſſio refertur non ſolum ad
principale delictum, ſed etiam ad
qualitates facti:aut confitetur ſim-
pliciter ſe cognouiſſe illam mulie-
rem, & tunc uidetur confiteri fa-
ctum principale tantum,& nō qua-
litates.& ibi ſequitur Bald.Ang. de
Aret.in libro maleſic.in uerbo,cō-
parent dicti inquiſiti & confiten-

tur totum.dicit contra opinionem Bartol.in ſecundo caſu nonnullos doctores tenere: & etiam ipſe cōtrarium decidit,& dicit ſe cōſuluiſſe,& ibi plene habetur per Auguſtinum de Ari.& Bernar.de Landri. in additio. qui poſt multa uidetur ſequi opinio. Angel. in dicto loco
109 contra Bart. ¶ Decimononò quæro,an confeſsio trium latronum,& malefactorū ſigillatim habita operetur,ut ex ea poſsint nominati cō demnari.dicas,quòd ſic:ut eſt text. in cap.frequens,& ineffrenata.hoc tamen uerum eſt,ubi nominati per eos aliàs ſint leues perſonæ & infamatæ:ut eſt text.in cap.conſtitutionem diuæ memoriæ.& an prædicta procedant,quando illi tres latrones ſunt infames ex aliis delictis.dicas,quòd ſic: licet aliud ſit, quando opponuntur eis alii defectus,puta:minor ætas,& corruptela:ut dicit do.Pe.de Monteforte in. dicto cap.frequens, & ineffrenata.
110 per totum.¶ Vigeſimò quæro, an confeſſus delictum debeat liberari ſub fideiuſſoria cautione: dicas,ꝙ non:ut eſt text.in conſtitut.humanitate.& quòd ſi reuocatur confeſſio & allegatur erronea,an interim donec probetur de errore , debeat liberari?Petrus de Mōteforte in dicta cōſtitutione humanitate . decidit,quòd debet interim liberari:& intelligit ita demum procedere diſpoſitionem illius text.in conſt.humanitate.ſi pſeueratur in cōfeſsione tacita & expreſſa: aliàs ſi reuocatur,dicit ipſe,non procedere.
111 ¶ Vigeſimoprimò quæro, quòd ſi aliquis cōfitetur,ſe uulneraſſe Titium,& ex uulnere ipſum deceſsiſſe,cùm conſtet deceſsiſſe ex malo regimine,& uulnus nō fuiſſe mortale,an ex dicta cōfeſsione debeat ad mortem damnari?dicas , quòd non : ut plenè conſuluit Siguo.de Home.in conſtitu.155.incip.in proceſſu facto contra Petrolum.& cōſ. 163.incipien. factum ſic ſe habet.& eſt pulchrum conſilium in materia
112 confeſsionum . ¶ Vigeſimoſecundò quæro , pone : commiſſum eſt furtum , & fiunt proclamationes, quòd quicunque reuelauerit furtū, parcetur ipſi,ſi eſt de ſociis,& quidam qui uerè commiſit furtum,reuelauit,ac ſe commiſiſſe confeſſus fuit,an ſtante dicta proclamatione poſsit condemnari ex illa confeſſione?dicas,quòd ſic,non obſtante pacto in dictis proclamationibus facto:ut ſingula.dixit Vber.de Bob. in l.ſi pro fure.ff.de conditio.furti. & refert & ſequitur Hippol.de Marſil.ſingula.177.incipien. malitiis ho-
113 minum. ¶ Vigeſimotertiò quæro, an confeſſus poſsit obiicere de nullitate iudicii propter inhabilitatem & illegitimationē perſonarū querulantium.dicas, quòd ſic.ſecundum Bald.in l.fina.C.de fideicom.liber. 2.colum.& Felin.in cap.qualiter & quando.de accuſa. el.ij.§.licet autem.nume.11.& Marſil.in l.ſi quis. ff.de quæſtionib.2. colū.numero 9.
114 ¶ Vigeſimoquartò quæro,quòd ſi aliquis ſponte cōfeſſus reuocat ſuā confeſsionem,& non uult perſeuerare,an iſto caſu cogi poſsit per torturā ad perſeuerandū?uide de hac quæſtione Marſil.in pra.cri.§.quoniam.nu.18.uer.ulterius quæro.ubi habetur,

habetur,ꝙ ſic.Bald.in l.in bonæ fi-
dei.:.col.uer.item quæro,de cõfeſ-
ſione.C.de re.cre.& Alex.in l.unius
115 §.j.ff.de quæſti. ¶ Vigeſimoquintò
quæro,quòd ſi aliquis in ſupplica-
tione dicit,ſe condemnatũ,& ſup-
plicat pro gratia,an dicta cõfeſsio
ſibi noceat.dic,ꝙ ſi per ſupplicantẽ
probetur de ueritate,non nocebit
erronea cõfeſsio eidem.ſecundum
Bal.in l.ij.C.de erro.aduo.& ſequi-
tur Marſi.in l.qui ignorãs.ff.de fal.
116 nu.13.aliàs ei nocebit.¶ Vigeſimo-
ſextò quæro,quòd ſi aliquis confi-
tetur ſe cõmiſiſſe uſuras,an noceat
confitenti,ut cõdemnetur?dicas,ꝙ
non.ſecundũ Bal.in cõſi.95.incipiẽ.
Bectonus de Couo.lib.j.& plenius
per Aymo.Graue. conſi.48.nu.7.in
j.li.niſi aliter appareat de ueritate
uſurarum,& de cõtractibus uſura-
117 riis.¶ Vigeſimoſeptimò quæro,ꝙ
de confitente ſe extorſiſſe uſuras,ſi
tempore cõfeſsionis eſſet damna-
tus ad mortẽ,an fiſco noceat?Bald.
cõſil.476.inci.teſtamẽta. lib.v.dicit,
ꝙ præiudicat fiſco: licet ſit ſeruus
pœnæ,& teſtari nõ poſsit:nec præ-
ſumitur facta in fraudem,cũ nemo
præſumatur mori cũ mendacio.&
prædicta ſequitur cõſulẽdo Aymo.
Graue.in cõſi.158.in j.parte.nu.8.&
118 in cõſi.vj.nu.53.in ea.parte.¶ Vige-
moòctauò quæro,ꝙ ſi aliquis ſpõ-
te cõfeſſus eſt crimẽ,& tamẽ nõ cõ
ſtat de delicto in genere cõmiſſo,
an poſsit cõdẽnari uirtute illius cõ
feſsionis:uide Fran.Bru.in trac.de
indi.& tor.6.q.ij.partis princ.nu.11.
contrariũ poteſt attẽtari,& dici in
confeſsione clericorũ,quãdo non
eſt tale delictũ,pro quo deberent
tradi curiæ ſeculari.quia etiã ſi non
conſtat de delicto,dãnantur ſecun
dum Io.Bernar.Hiſpa.in pra.cano.
in uerbo,confeſsionibus propriis.
119 ¶ Vigeſimononò quæro,pone,ꝙ
quis inquiritur & impetitur tanquã
mãdato ordinator & tractator ho-
micidij,& is cõfitetur omnia con-
tenta in inquiſitione eſſe uera, an
ex tali cõfeſsione poſsit damnari?
dicas,quòd nõ.ſecundum Ange.in
conſi.22.quẽ refert & ſequitur Ber-
nard.de Lãdri.in addi.Ang.de Are.
in lib.male.in uerbo,comparent di
cti inquiſiti,& confitentur totum.
120 ¶ Trigeſimò quæro, quòd ſi ali-
quis dicat:uolo cõfiteri,an intelli-
gatur cõfiteri?Bald.in l.unica.C.de
cõfe.diſtinguit,& quò ad effectum
nõſtrũ dicit,ꝙ nõ uidetur cõfiteri.
121 ¶ Trigeſimopri.quęro,pone,ꝙ qs
cõmiſit furtũ Romę,deinde cum re
furtiua inuẽtus eſt in ciuitate Nea-
po.& ibi captus confeſſus fuit fur-
tum,an ibi poſsit puniri?Bal.in d.l.
unica.C.de cõſ.7.col.decidit,ꝙ ſic:
& ita fuit deciſum in ſacro regio
cõſ.ut teſtatur Capit.deci.104.inci.
in cauſa domini comitis Mõtellæ.
122 ¶ Trigeſimoſecũdò quæro:pone,
ꝙ in medio duarũ ciuitatũ eſt locus
quidã communis inter aliquos do
minos,& ibi cõmiſſum eſt delictũ,
coram quo iudice eſt faciẽda con-
feſsio,ut ex ea cõfitens poſsit dam
nari?Bal.in d.l.unica.C.de cõfeſ.in
7.col.in fine ponit quæſtionem,&
decidit,ꝙ ſi poteſt apparere aliqua
linea diſtinctiua territorij, ille iu-
dex cognoſcit,cuius eſt territoriũ:
& ſi non poteſt apparere,ille, qui
pręuenit,cognoſcit:& dicitũ pręue-

nire eo ipſo, quòd citat, ſecundum
123 eum. ¶ Trigeſimotertiò quæro, ꝙ ſi clericus propter homicidiũ commiſſum per eum, captus ſit, & confiteatur ſe eſſe laicum purum, an hæc confeſsio ei noceat? Bal. in l. unica. C. de confeſ. 9. col. decidit, quòd nõ
124 nocet. ¶ Trigeſimoquartò quęro, an confeſsio contra matrimonium noceat ad illud diſſoluendũ. dicas, quòd non, ſecundũ Inno. in cap. cũ dilecto. de accu. & Bal. in Margarita. uer. confeſsio. Spe. in tit. qui ma. accu. po. uerſi. ſi uero. fallit, quando probatio matrimonij fundatur in ſola confeſsione partis, & illa confeſsio eſt qualificata: ut plenè per Io. Anto. de ſan. Gem. in c. tua nos.
125 de ſpõſa. ¶ Trigeſimoquintò quęro: pone, quòd quis confitetur inſtrumentũ, quod eſt falſum, eſſe uerum, an poſsit poſtea per confitentem allegari falſum? dicas, quod ſi eſt falſum, non obſtante confeſsione poteſt allegari falſum: ut no. Bal. in l. alia. 2. colũ. uerſi. item addo di-
126 ctũ. C. de his, qui. ut indi. ¶ Trigeſimoſextò quæro, an cõfeſsio coniugis, in cuius fauorẽ lata eſt ſententia diuortij, ſufficiat ad retractandã ipſam ſententiam: dicas, quòd nõ: ut eſt tex. in c. conſanguinei. & ibi docto. de re iudica. uide Felin. in c.
127 cõſanguinei. de re iu. nu. pri. ¶ Trigeſimoſeptimò quæro: pone, quis fuit foriudicatus nulliter, an ſi captus confiteatur ſponte delictum, poſsit cõdemnari? dicas, quòd ſic. ſecundum Ange. in l. 2. ff. de libe. & poſt. ubi tradit cautelam. & ibi latè
128 per Alex. ¶ Trigeſimooctauò: ecce, quis confitetur ſe feciſſe homicidium, ſed ad ſui defenſionem, & non dicit neceſſariam, an ſibi præiudicet? dicas, quòd præiudicat, & uenit puniẽdus, quia debuerat adiungere ad ſui defenſionem neceſſariam, ut tradit Roma. ſing. 28. inci.
129 accuſatus. ¶ Trigeſimononò quæro, an uideatur cõfiteri ille, qui recepit literas ad ſe miſſas per aſſaſſinum, qualiter ad ſui inſtantiã commiſit homicidiũ, & ꝙ debeat mittere pecuniã: uide Matthesila. in nota. 22. incip. nota mirabilem modũ. & per doct. in l. filiusfamilias. ff. ad
130 Macedo. ¶ Quadrageſimò quęro, an confeſsio poſsit declarari & exponi per confitentem? dicas, quòd ſic: ut eſt tex. in c. dilecti. de accuſati. & ibi per Inno. Abb. & Feli. & ſequitur Bal. in margarita. in uerbo, confeſsi. idem Bal. in l. j. §. itẽ ſi uaſſallus. de cõtro. inueſti. 2. col. & Bal. in addi. Spec. in tit. de poſitio. 5. col. uer. poteſt quis interpretari. & in l. 2. in fi. C. de cuſto. reo. & in authen. contrà, qui propriam. C. de nõ nu. pecu. pe. col. in fi. & Alex. in cõſ. 356. inci. uiſo proceſſu inquiſitionis formatæ contra Antoniũ, ultima col. licet Bertran. in repertorio in uerbo, cõfeſsio. lo. ultimo teneat contrarium per doctri. Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de libera. legata. uide Alcia. in tract. de pręſumptio. 35. præſumptio. nu. 10. & Dec. con. 189. in 9. col. & conſil. 278. ulti.
131 col. ¶ Quadrageſimoprimò quæro, an confeſsio ſyndici probet delictum commiſſum per municipes, uel adminiſtratores ciuitatis, ut uideatur nocere ipſi ciuitati: uideatis Cor. in conſi. 224. in 4. lib. nu. 7. cum

132 ſeq. ¶ Quadrageſimoſecũdò quæro, quòd ſi aliquis confeſſus fuit ſe commiſiſſe ſtuprum cũ uirgine tan quam ſua uxore. & ſic etiã confeſſa fuit mulier, propter quod uir ille fuit abſolutus, modò mulier ſtuprata petit illum ſtupratorẽ in uirum, ille negat, quid iuris? uide Alber. de Roſa. in l. procurator. ff. de interroga. actio. ubi uidetur decidere in fa

133 uorem mulieris. uide eum. ¶ Quadrageſimotertiò quæro, nunquid ſi aliquis confitetur ſe fuiſſe abſolutum ab excommunicatione, uideatur confiteri ſe fuiſſe excommunicatum: uel ſi quis inquiſitus & interrogatus de homicidio, dicat ſe fuiſſe indultatum, an uideatur confiteri homicidium. Bart. in l. decẽ. 2. col. in fine. uer. ex his apparet. ff. de uer. obligat. & in l. j. in fine principij. ff. de noui ope. nuntia. dicit, quòd ſic.

134 ¶ Quadrageſimoquartò quæro, nunquid confeſsio rei noceat tertio comparenti in iudicio pro ſuo intereſſe ad ſui defenſionẽ. Bar. in l. ſi pro luſorio. §. j. 2. col. uerſi. quæro, quid ſi ille primus. ff. de appella. & Par. de Put. in lib. ſyndic. in uerbo, robbaria. dicunt quòd non nocet, uide Feli. in c. cauſam quæ. de teſti.

135 nu. 27. ¶ Et an tertius comparens pro ſuo intereſſe, in criminali debeat audiri? dicas quòd ſic: ut conſuluit Aymon. Grauet. in conſil. 58.

136 in pr. incip. accuſatur. ¶ Quadrageſimoquintò quæro, an confeſsio facta per irã noceat: dicas, quod nõ. ſecundum glo. ſingul. in c. ex literis. extrà. de diuor. & ſequitur Roma. ſingu. 108. incip. uolo commentari.

137 ¶ Quadrageſimoſextò, an iſtæ lamiæ & incantatrices uulgariter dictæ fatrochiare, poſsint ex ſola ſua confeſsione damnari, aliis non apparentibus. dicas, quòd ſic: ut habetur per do. Fran. Ponzini in trac. de lamiis. nu. 70. in ſeptima concluſio.

138 ¶ Quadrageſimoſeptimò quæro, quòd ſi aliquis cõfitetur ſe aliàs in iudicio abiuraſſe hæreſim in manibus alterius inquiſitoris, an ex noua confeſsione & relapſu poſsit dici plenè relapſus, ita, ut poſsit condemnari, & ſi non appareat de illa alia confeſsione. do. Franc. Ponzini in tract. de lam. in nu. 62. uerſic. ex quibus interro. dicit, quòd non poteſt condẽnari, quia nõ apparet de prima confeſsione, facta in manibus inquiſitoris: licet modò in 2. cõfeſsione ipſe dicat, aliàs ſe con-

139 feſſum. ¶ Quadrageſimooctauò quæro, an confitens hæreſim ex ſola confeſsione poſsit damnari. dicas, quòd ſic: ut dicit Bal. in l. ſi quis non dicã rapere. C. de epiſ. & cle. & dicit Fran. Ponzini in tract. de lam. nume. 52. uerſic. nec habet obſtare.

140 ¶ Quadrageſimononò quæro, quòd ſi confeſsio fuerit incõtinẽti reuocata, an debeat probari de errore? dicas, quòd glo. in c. fi. in uerbo, iuſta cauſa. de iureiuran. in 6. & Iaſ. in l. error. 2. col. C. de iur. & fact. igno. tenent, quòd non debet probari de errore. quod limitat Alexã. in cõſi. 92. inci. uiſo & opportuno. col. fi. lib. 5. & cõſi. 87. quãuis. eo. lib. niſi fuiſſet redacta in ſcripta. tunc enim debet probari de errore: ut habetur etiam per Alcia. in trac. de præſumptio. in præſumpto. 21. nu. 3.

141 ¶ Quinquageſimò quæro, an con-

feſsio officialis publici,utputa ærarij,theſaurarii,& receptoris fiſcalis noceat fiſco.dicas quòd ſic,ſi eſt diues:ſecus,ſi pauper.ſecundum Bal. poſt glo.in l.in contractibus.§. ſed quoniam.C.de non nu.pecu.in pri.
142 uerſi.quæro,an cōfeſsio. ¶Quinquageſimoprimò quæro, an confeſsio facta in cauſa ciuili, præiudicet in cauſa criminali.Inno.in c.per inquiſitionē.de electio.dicit, quòd ſic.quia contra confeſsionem propria nihil poteſt obiici.c.per tuas. de proba.contrarium ſentit glo.in c.expetētibus.l.diſtin.& facit,quod no.Bar.in l ſi cōfeſſus.ff.de cu.reo. Feli.in c.qualiter.el.2. nu.47.plenè tangit,& tandem dicit,quòd tunc nocet,quando eſt facta coram iudice cōmpetenti,orta iam ſuſpitione aut infamia.item,quando ſumus in eodem iudicio inter eaſdem perſonas:ſecus,ſi in alio iudicio.itē,quādo eſſet uera confeſsio:ſecus,ſi ficta.ſecundum Bal.in l.ſecunda.ultima col.C.de edendo.item,quando confeſsio facta,facta eſſet per principalem:ſecus, ſi per procuratorē,
143 uide eum in dicto loco. ¶Quinquageſimoſecundò quęro,an confeſsio facta præmiſſa negatiua, ſit ſufficiens ad condemnandum (ut ſi dicam:nego me commiſiſſe homicidium,& ſi cōſtiterit me commiſiſſe,dicam,me feciſſe ad mei defenſionem)dicas, quòd non. gloſſ.eſt not.in l.ſi quidem.in prin.C.de excep.& ibi not.Bal.& ſequitur Iaſ.in
144 §.itē ſi quis.inſti.de actio.¶Quinquageſimotertiò quæro:ecce quis accuſauit iudicem de corruptela, quia ipſi pecuniā dedit,&nō probauit:ſi iudex ſit abſolutus,an hic poſſit ex ſua confeſsione dānari?Bald. in auth.ſed nouo iure.C.de ſe.fu. concludit,quòd nō,quia iſta confeſsio fuit facta ad alium finem.& firmat Par.de Put.in li.ſyndi.in uer
145 bo,corruptio.¶Quinquageſimoquartò quæro, an ſoluens aliquid curiæ per uiam compoſitionis, uideatur fateri delictum.uide Par.de Put.in lib.ſyndic.in uerbo,compoſitio.uerſi.an officialis epiſcopi. ubi uidetur concludere,quòd nō,ſi eſt illicita ſolutio.uide Bal.in l.ea quę. ultima col.uer.ſed quid ſi non uult negare.C. de condic.inde.& Paul. de Caſtro conſil.220.incip.notandum,quòd.in fi.& quid de ſoluente aliquid animo euitandi inquiſitionem criminis,an inducatur confeſſio:uide Pau.de Caſtro in cōſi.pręalle.220.notandum, quòd adulterium.in fine.uide Paul.Grilla.in tra. de rela.carce.4.q.& quo ordine,& quomodo debeat fieri,ut non infamet.per eundē ibi.ubi dat pulchrū
146 modum. ¶Quinquageſimoquintò quæro,an confeſsio mulieris aſſerentis & confitentis ſe uirginem, ualeat.dicas,quòd ſi non eſt contra matrimonium,ualet & tenet.ſecundum do.Ant.& Hoſt.in c.atteſtationes.extrà de deſponſa.impu. & eam poteſt quandocunque reuocare tanquam erroneam & indeliberatam,etiam nō docto aliter de errore:quia ſatis eſt,quòd cōfeſsio emanauit in materia,in qua falli potuit,cùm interueniente nixu copulæ poteſt falli,an corruptio interuenerit,an non:& ſic an permanſerit uirgo, & ſic habetis limitationem

ad

ad ea,quæ dicuntur in c.ſi.de confeſ.& in l.error.C.de iu.& fac.igno. dum ibi dicitur,quòd cõfeſsio emanata in iudicio non poteſt reuocari,niſi docto de errore.quia procedunt prædicta,niſi confeſsio emanet in materia tali,in qua falli poteſt confitẽs,quia tunc poteſt reuocari indiſtinctè:niſi emanaſſet dicta confeſsio deliberatè.ſecũdum do. Anto.& Io.Anto.de ſan.Geor.in c. atteſtationes.extra de deſpõſa.im-
147 pu.¶Quinquageſimoſextò quæro,an clerici confitentes delictum abſque accuſatore puniantur: dic, quòd ſic.ſecundum Hoſtien.in c.2. de confeſ. ſequitur Ioã.Bernard.in pract.crimi.cano.in uerbo, confeſ-
148 ſionibus propriis.¶Quinquageſimoſeptimò quæro,an ex confeſsione clerici poſsit argui,quòd ſit incorrigibilis,dicas,quòd ſic:ex modo confitendi delictum,dicendo talia uerba,per quæ appareat non ſolùm non pœnitere delicto,ſed dolere,quòd delictum non fuit perfectè conſummatum,ut fuerat attentatum,& ſicut intenderat committere,ſecundum Cardi. in quodam cõſi.ut refert Feli.in c.Rhodulfus. 25.col.de reſcrip.& Ioan. Bernard. in practi.crimi..cano.in uerb.data incorrigibilitate.

SECVNDA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio extraiudicialis probatur per duos teſtes.*

2 *Teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali,debent eſſe conteſtes.*

3 *Argumentum de ciuili ad criminale,ualidum eſt.*

4 *Confeſsio extraiudicialis debet roborari cauſa.*

5 *Veriſimilis debet eſſe cõfeſsio extraiudicialis.*

6 *Indicia ad torturam debent eſſe ueriſimilia.*

7 *Confeſsio extraiudicialis debet eſſe probabilis & poſsibilis.*

8 *Indicium eſt demonſtratio ad detegendam ueritatem.*

9 *Confeſsio extraiudicialis non debet extorqueri per metum.*

10 *Confeſsio extraiudicialis non debet emanari per iram.*

11 *Teſtes deponentes confeſsionẽ extraiudicialem,debent examinari per iudicem.*

12 *Teſtes debẽt examinari parte citata ad uidendum iuramenta eorum.*

13 *Teſtes deponentes confeſsionẽ extraiudicialem,debent dicere,quo tẽpore.*

14 *Confeſsio extraiudicialis debet probari per teſtes,qui examinari debuerunt.*

15 *Teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento.*

16 *Teſtes ſuper confeſsione extraiudiciali,debent principaliter deponere ſuper ea.*

17 *Confeſsio extraiudicialis requiritur quòd non ſit eliſa ex contrariis probationibus.*

18 *Sententia contra confeſsionẽ extraiudicialem,quid operetur.*

19 *Delinquente uero apparente,nõ operatur confeſsio extraiudicialis.*

20 *Reuocata confeſsione extraiudiciali quid operetur.*

21 *Confeſsio extraiudicialis debet eſſe certa & clara.*

22 *Confeſſio extraiudicialis eſt ſufficiēs in iudiciũ ad torturam.*
23 *Pœna extraordinaria poteſt imponi ex confeſſione extraiudiciali.*
24 *Carcerari poteſt quis ex confeſſione extraiudiciali.*
25 *Confitēs extraiudicialiter poteſt priuari beneficiis.*
26 *Confeſſio extraiudicialis aliquando plene probat. & nu. 27. & 32.*
27 *Animus probatur ex confeſſione extraiudiciali.*
28 *Minor ſine curatore poteſt extraiudicialiter confiteri.*
29 *Confeſſio extraiudicialis facit, ut nō requiratur ratificatio dictorum in tormentis.*
30 *Teſtis extraiudicialiter confitens ſe ſcire factum, ſi id negat in iudicio, poteſt torqueri.*
31 *Confeſſio extraiudicialis quādo plenè probet.*
32 *Confeſſio extraiudicialis teſtis accuſati de falſo, quando operetur contra ipſum.*
33 *Notorium dicitur maleficium ex confeſſione extraiudiciali.*
34 *Confeſſio extraiudicialis non infamat.*
35 *Confeſſio extraiudicialis accuſatoris prodeſt reo.*
36 *Cōfeſſio extraiudicialis dicitur probatio probata.*

IVDEX.

SEquitur, ut uideamus ſecundo loco de confeſſionibus extraiudicialibus, poſtquam uidimus de confeſſionibus iudicialibus ſpontaneis. & primo uideamus de requiſitis ad cōfeſſio-
1 nem extraiudicialem. ¶ Et quidem requiritur primò, ut cōfeſſio extraiudicialis obſtet, quòd ꝓbetur per duos teſtes, cùm ſit indicium remotum: quo caſu duo teſtes requiruntur, ſecundum glo. l. fi. C. fami. erciſ. & ibi Bar. & idem Barto. in l. fi. ff. de
2 quæſtio colum. fi. ¶ Secūdò requiritur, quòd teſtes deponētes de tali cōfeſsione extraiudiciali, ſint conteſtes de loco, tēpore, & cauſa ſcientiæ: ut in dicta glo. & uoluit Baldus in l. j uerſi. quemlibet actum. C. de teſtibus. & Cynus in l. generaliter. C. de non numerata pecunia. & Innocentius in capit. per tuas. extra. de probationib. & Alexander conſi. 28. primo lib. & intantùm eſt uerũ illud, ut ſi unus teſtis deponat de una cōfeſsione facta in loco, alter in alio loco, uel alio tempore, non coniungantur, & ſint ſingulares: ut tenuit do. Anto. de But. in c. licet ex quadam. penul. colum. uerſic. & pro hoc deciditur quæſtio de teſt. allegat Cyn. in l. ij. C. de cōſuet. idē uoluit Anto. de But. in c. fi. antepenul. colum. de conſuetu. & Alex. in conſi. 72. pri. lib. iij. colum. & conſi. 67. iij. uolum. incip. uiſo proceſſu. & plenè habetur per Afflict. deciſio. 64. in-
3 cip. fuit deciſum. ¶ Et licet præfati doctor. loquātur in ciuilibus: tamē ualidum eſt argumentum de ciuili ad criminale. l. abſentē. ff. de pœn. Iaſon in l. magiſtratibus. colũ. 2. ff. de iuriſ. om. iu. quod adeò ꝓcedit, ut ſtatutum corrigēs in cauſa ciuili porrigatur ad criminale. ſecundum Are. in conſil. 105. colum. ij. & plenè Aymon. Crauc. conſi. 58. 1. lib. īcip.
4 accuſator. ¶ Tertiò requiritur, quòd nedum quis extra iudicium confiteatur

teatur

teatur delictum, ſed cōfiteatur etiā
cauſam, quare ad delictum prorupit: uel aliter de ea conſtet. aliàs ſi
cōfeſsio extraiudicialis ſit ſine cauſa, non operatur effectum per ea,
quæ dixi in cōfeſsione ſpontanea, in requiſitis concernentibus ſubſtantiam & qualitatem cōfeſsionis.
& proprie in materia extraiudicialis cōfeſsionis habetur per Cepol.
conſi. 2. colum. pe. & not. Bald. in l. clarū. C. de autho. prǽſtan. & firmat
Marcus Antonius Blanca. in repetitione l. ſi. ff. de quæſtio. nume. 207.
ubi inter alia dicit, quòd talis confeſsio debet eſſe ueriſimilis, & ſic,
quod habeat cauſam præexiſtentē, in qua conſiſtat honor, utilitas, uel
5 quid aliud ſimile. ¶ Quartò requiritur, quòd dicta cōfeſsio extraiudicialis nedum ſit ueriſimilis reſpectu cauſæ, ut ſuprà dictum eſt: ſed
etiam reſpectu loci, tēporis, & aliarum circunſtantiarū: ut probat optimis rationibus Marc. Anto. Blāca.
in d. l. ſi. nu. 20. in fine. & confirmatur per ea, quæ dixi ſuprà in materia confeſsionis iudicialis. & ideo
ſicut iudex debet modis omnibus uerificare cōfeſsionem iudicialem,
ut poſsit peruenire ad condemnationē uirtute ipſius: ita pari modo
debet, inquantùm poteſt, uerificare & reddere ueriſimilem confeſsionem extraiudicialē, ut ex ea poſsit
ad torturam peruenire, & non ita nimis propere & repentinè, habita
dicta confeſsione, torquere, ut ali-
6 qui minus docti intelligunt. ¶ Facit pro prædictis, quia in tortura debent præcedere ueriſimilia indicia,
ex quibus obiecto crimine reo, per
præſumptionē culpæ, animus iudicis informetur. l. conditionaliter. ff.
de quęſtio. & l. milites. §. oportet. & l. ſicut. C. de fal. & Bart. ibidem. item
indicia debēt eſſe legitima. l. j. ff. de qō. & l. milites. C. eo. titu. facit optimè ad prædicta not. doctri. Bal. in l.
non hoc. C. unde cogn. in ſi. dū po-
7 nit, quid ſit indicium. ¶ Requiritur quintò, quòd confeſsio extraiudicialis, ut operetur effectū ſuum, ſit
probabilis, & poſsibilis: intantùm, ut ſiquis extraiudicialiter confiteatur ſe occidiſſe hominē, debeat ſaltem per famam publicam conſtare
de corpore mortuo: uel ſi cōfiteatur ſe cōmiſiſſe furta, debeat conſtare de rebus ſubtractis: ſicut dicimus de confeſsione ſpontanea, ut
8 ſuprà dixi. ¶ Facit, quia indiciū eſt demonſtratio ſiue adminiculum ad
detegendam ueritatem. l. adulteri. de adulteriis. & in l. ſolent. de præſcriptis uerbis. & id, quod non eſt
poſsibile nec probabile, nō poteſt detegere ueritatem, nec poteſt eſſe
adminiculum ad eam detegēdam: & impoſsibile non obligat. ſecundum Speculator. in titulo de aduocat. §. iij. uerſi. ad euidentiam. & habetur in l. non dubium. C. de legib.
& in l. apud Iulianum. §. j. ff. de legatis primo. & in l. continuus. §. ſub
hoc. ff. de uerborum obligationib. adde Marſilium in l. prima. ff. de
quęſtio. numero. 62. cum ſequentib.
9 ¶ Requiritur ſextò, quòd talis confeſsio extraiudicialis non ſit extorta per metum, uel præcedentibus
minis uel perſuaſiōibus aduerſarij & ueri delinquētis, ut ſic ſe exonerare poſſet ab indiciis cōtra ſe exi-

ſtentibus.ſecundum Pari.de Puteo.
in libro ſyndicatus.in uerbo,Rob-
baria . & euenit in diebus meis in
terra ſancti Seuerini , dum ibi aſsi-
derem pro iudice in quodam ma-
leficio:ut quidam,qui occidiſſet ho
minem,induceret quendã pauper-
culum iuuenem ad confitendũ ex-
tra iudicium,ſe eſſe illum,qui occi-
10 diſſet.¶ Requiritur ſeptimò , quòd
talis confeſsio extraiudicialis non
ſit emanata per iracundiam,ſed ex
propoſito,& non per laſciuiam,ſi-
cut ſolet quandoq; fieri inter ami-
cos.argumento not.per Ioannẽ de
Imola,in c.finali.de confeſsio.nam
quod calore iracundiæ factum eſt,
ad pœnam nõ eſt trahendum.l.j.C.
ſiquis impera.male.& Alexan.con-
ſi.181.in cauſa angelorum.colum.ij.
uerſi.præterea.uolu.ij.& Hippo.de
Marſi.in practica. §. diligenter.nu-
me.36.faciunt ad corroborationem
præfatorum ea , quæ ſcribit Marſi.
Ant.Blan.in repe.l.fi.ff.de quæſtio.
num.183.in uerbo,minæ.quod qui-
dem bonus iudex ex qualitate per-
ſonæ & facti perpendere poteſt , &
ex uerisimilitudinibus,uel in uerisi-
militudinibus,& ex aliis circunſtan
11 tiis cõſiderandis per eum.¶ Requi-
ritur octauò,quòd teſtes deponen
tes de confeſsione extraiudiciali,
ſint examinati per iudicem,& non
per actuarium,uel alium examina-
torem. nam in cauſis criminalibus
iudex ipſe debet recipere & exami-
nare teſtes : nec notarius põt hoc
facere , niſi ex cauſa , ſine commiſ-
ſione iudicis:ut colligitur ex tex.in
Cle.prima.de offic.delega.& ibi gl.
& Bal.in rubrica.de cõtro . inueſti.
ij.colum.& tenent gloſſ.Bal.Pau.de
Caſt.& alij in l.hac conſultiſsima.§.
fin.uerſic.depoſitiones.C.de teſta-
ment.& Spec.per Marſi.in l.prima
12 nume.16.ff.de quæſtio. ¶ Requiri-
tur nonò,quòd teſtes ipſi ſint exa-
minati parte citata ad uidẽdum iu-
ramenta teſtium , & quòd ſit facta
conteſtatio litis.ſecundum Ang.de
Aret.in libro malefi.in uerbo,fama
publica.in ij.charta.uerſicu. quæro
qualiter probetur.allegat Bart.hoc
uolentem in l.fi.in fi.ff.de quæſtio.
& uoluit Sali.in l.fina.C.eod.titu.&
Bal.in l.iubemus.in iij.colum.uerſi.
item dixi.C.de proba.& Ang.in re-
pe.l.ſi uacantia.27.colum.C.de bo.
uacã.lib.x.& plenè per Marſi.in d.l.
j.num.7.2.colum.& in proprijs ter-
minis ita concludit Afflic.in conſti.
humanitate.in quinto no.uerſic.itẽ
13 quæro.¶ Requiritur decimò,quòd
confeſsio taliter probetur , ut non
ſolum dicatur , confeſſum eſſe ali-
quẽ,ſe occidiſſe:ſed etiam inſuper,
quo tempore,quo loco occiderit,
confeſſum eſſe : ut dicit Bald.in l.in
bonę fidei.C.de iureiuran.& latiùs
per Fran.Brun.in tracta.de indi.&
tor.in quæſtio.iij.primæ partis.nu-
mero.16.uerſicu.aduerte tamen.
14 ¶ Requiritur undecimò,ut confeſ-
ſio extraiudicialis non ſit probata
per teſtes,qui examinari nõ debue
runt.nam in quibus caſibus exami-
nati non faciunt indicium , in illis
caſibus deponẽtes de confeſsione
extraiudiciali,nõ probãt ad indiciũ
inducendũ: & per cõſequens con-
feſsio prædicta nihil operatur.ſunt
autẽ nõ pauci,qui nõ debẽt exami
nari propter reuerentiã,quæ debe-
tur

tur ab eis aliquibus perſonis:atque hi quidem non faciunt indicium,ſi examinati fuerint.ſecundũ Bar.in l. maritus.ff.de quæſtio. & probatur in l.j.§.diuus Antoninus. & §.Antoninus.ff.de quæſtio.ſunt rurſum, qui propter ætatẽ non debent examinari.nam examinati non faciunt indicium plenum, ſed qualequale: ut l.j.§.impubes.ff.ad Sylle.& not. gloſ.in l.talis.C.de his,qui.ut indi. ſecũdũ Bar.ibi.ſunt & tertij,qui nõ debẽt examinari,de quibus ad plenum per Bar.in d.l.maritus.& Bald. in l.cunctos populos.C.de ſumma tri.& fi.ca.Bal.& Sali.in l.ſeruos.C. de teſti.Abb.in ca.ex literis.in prin. de tranſa.Mar.Anto.Blan.in repe.l. ſi.ff.de quæſtio.num.344.cum pluri. ſe.Alex.conſil.24.incip.animaduerſis.in ſecunda col.in fi.ſecũdo uol. Marſilius in practi.§.diligenter.nume.141.Fran.Bru.in tract.de indi.& tor.in q.ij.primæ partis.nume.xj.cũ ſeq.item non debẽt eſſe teſtes,qui patiuntur plures defectus, quia eo caſu etiam in ſubſidium non admittuntur:ut conſuluit Soci.conſil.118. incip.uiſis.in antepe.colũ.& Barba. in conſi.lxv.incip.ſapienter.4.colũ. in 4.uol.& Marſi.in cõſil.102.incip. pauci ſunt.prima colũ.numero.xj. & xij.& Grãma.conſil.35.nume.34.

15 ¶ Item teſtes deponentes de confeſsione extraiudiciali, debent deponere cum iuramento:aliàs nõ faciunt plenum,ſed qualequale.ſecũdum Abbatẽ in c.cum olim.de dol.

16 & contu.¶ Requiritur duodecimò, quòd teſtes deponẽtes & probantes confeſsionem extraiudicialem, ſint principaliter examinati ſuper confeſsione extraiudiciali,& de ea tantùm deponant:aliàs ſi unus teſtis ubi depoſuit ſuper facto, ſimul deponat de confeſsione extraiudiciali eiuſdẽ facti,& iungatur cũ alio teſte ſimiliter deponente de confeſsione,nihil probat eius dictũ ſuper confeſsione prædicta,quia idẽ teſtis non poteſt facere plus,quàm ſemiplenam probationẽ: & ſic remanet dictum unius tantum teſtis, per quem nõ probatur confeſsio: ut conſuluit Alexã.in cõſi.152.in ultima col.in fi.in 5.uolu.& idẽ tenuit idem Alexand.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de lib.& poſt.refert & ſequitur excellẽs Tho.Grã.in deciſi.28.

17 nu.3.uide eũ.¶ Requiritur decimotertiò, quòd confeſsio prædicta nõ ſit eliſa ex contrariis indiciis & præſumptionibus. nam tunc non operetur effectũ ſuum,cùm indicia tollantur ex contrariis indiciis & præſumptionibus:ut dicit Barto.in l.fi. C.familiæ erc.& habetur plenè per Fran.Brunũ in trac.de indic.& tor. in 5.quæſti.primę partis per totam.

18 ¶ Requiritur decimoquartò,ut nõ ſit ſentẽtiatum contra talẽ confeſſionem,quia eo caſu non operaretur effectum:propter ea, quæ dixi

19 ſup.in prima parte.¶ Requiritur decimoquintò,ut nõ appareat de uero delinquẽte,quia ſi cõſtaret,con feſſio extraiudicialis nõ operaretur.per text.l.qui ſeruũ.ff.de interro.actio.& ita dixit Inno.in c.ſignificãtib.in fi.de purga. uulga.& plenè proſequitur Marſi.in l.prima.§. ſiquis ultro.ff.de quæſtio.nume.72.

20 cum ſequen. ¶ Requiritur decimoſextò, ut dicta confeſsio non ſit

reuocata per confitentẽ ante cœptum iudicium.ſecundum Feli.in c. at ſi clerici.de iudi.etſi Bald.in l.j.§. fina.C.de co.Iaſon in l.magiſtratibus.ff.de iuriſ.om.iudic.licet Deci. in d.c.at ſi clerici.impugnet iſtud dictum.de quo plenè per Blan.in d. repetitiõe l.fi.ff.de quæſtio.nu.209.

21 ubi plene. ¶ Requiritur decimoſeptimò,ut confeſsio prędicta extraiudicialis,ſit certa,clara,& non dubitata.quia aliàs interpretatur in fauorem rei:ut dixi ſup.in prima parte in requiſitis concernẽtibus qualitatem confeſsionis.Iſtis uerò omnibus concurrentibus,uidendũ reſtat de effectibus extraiudicialis cõ

22 feſsiõis.¶Et primò operatur,quia confeſsio extraiudicialis eſt tantæ potẽtiæ, ut faciat ſufficiens indiciũ ad torturam:ut habetur per gloſ.in uerbo,accuſato:i. in l.capite quinto.ff.de adul.& per Inno.in c.ſicut. extrà.de teſtib.& per Bart.& alios in l.quoniam.ff.de infa.& Alexã.& Soci.in l.magiſtratibus.& ibi Deci. & alij.ff.de iuriſ.om.iudic.Abbas & communiter canoniſtæ in c.at ſi clerici.de iud.& communiter ſequuntur omnes criminaliſtæ,ut habetur per Marſi. Anto.Blan.in repetitione l.fin.ff.de quæſtio.nu.204.quod eſt uerum pręterquàm in tribus caſibus:primo, ubi agitur de crimine ciuiliter, ſecundo niſi cõfeſsio fuerit reuocata:tertio, niſi confitẽs ſit clericus:quia requiritur infamia,ut dicit notabiliter Felin.in c.olim.de

23 reſcrip.in princi. ¶ Secundò operatur, ut talis confeſsio extraiudicialis,ſit ſufficiens ad imponendã pœnam extraordinariam. per Lictus fuſtium.ff.de infa.& conſuluit Ang. in conſil.x.incip.in cauſa.ij.colũ.& eſt tex.in c.quàm ſit graue.de exce. prælato.& firmat Par.de Put.in lib. ſyndic.char.69.uer.adde unum ſingulare.& firmat Hippo.de Marſi.in l.de minore.ff.de quæſtio.nume.53.

24 ¶ Tertiò operatur,ut taliter confitens poſsit detineri in carcere:ut ff. de cuſto.reo.in l.ſi confeſſus.& cõ

25 ſuluit Ange.in d.conſil.x.¶Quartò operatur,ut taliter confitens poſſit priuari beneficio eccleſiaſtico iam adepto:& etiam abſtinere debeat à ſuſcipiendo alia: ut not.Innoc.extrà.de elect.in c.per inquiſitionem.& cõſuluit Ange.ubi ſuprà. & plene per Oldra.conſi.292.incip. an negatio.& habetur per Alber. de Roſa.in l.quæro.ff.de ædil.edic.

26 ¶Quintò operatur mirabilẽ effectum,uidelicet plenã criminis probationem,quãdo ſtatutũ,& lex requirit probationem animi.& de facto conſtat exemplũ ſecundũ Ang. in d.conſil.x.ſi quis effugerit cũ eſſet citatus.ſed dubitatur an animo latitandi id fecerit,ſi probatur confeſsio extra iudicium facta,ꝙ animo latitandi aufugit.hæc confeſsio ſufficit ad condemnandũ:ut l.Fuſcinius. §. quid ſit latitare.ff.qui.ex

27 cau.in po.ca.¶ Et per huiuſmodi dictum notabile poteſt in terminis regiæ pragma.de ictu ſcopetti & baliſtæ decidi caſus,cũ euenerit.nã uos ſcitis,quòd emittens ictũ baliſtæ & ſcopetti,etiam ſi non ſit ſequutus alicuius læſionis effectus, punitur pœna mortis,ſi ad offendendum emiſerit.nam ſi cõſtat de ictu,& non de animo,ſed adeſt extraiu

traiudicialis cōfeſsio, quòd animo nocendi emiſit, punitur ad mortē. quod ipſum recolo aliàs me dixiſſe in quodam apparatu, quē feci in
28 dicta regia pragmati. ¶ Sextò operatur alium effectū. nam licet confeſsio iudicialis facta per minorem ſine curatore, non teneat: tamen ſi minor cōfeſſus fuerit extra iudiciū, facit indicium ad torturā: & operatur ſolitum effectū, licet fuerit facta abſq; curatore. ſecundum Bal. in c. clarū. C. de authori. præſtāda. & refert & ſequitur Fran. Brunus in tra. de indi. & tor. in iij. char. in iij. colū. uer. aliud indiciū. & Hipp. de Marſi. in l. de minore. in prin. nume. 51. uer. an hoc habeat locum. ff. de quæſt.
29 ¶ Septimò operatur alium effectū. nam quum cōfeſsio delicti in tormentis, egeat ratificatione & perſeuerantia, aliàſq; non noceat, fallit id, quādo ultimæ cōfeſsioni in tormentis, adeſt extraiudicialis. quoniam eo caſu nō requiritur ratificatio. ſecundū Innoc. in c. at ſi clerici. extrà. de iudic. & Feli. in ca. olim. v. colū. de præſcrip. & Par. in uerbo, tortura. lo primo. uer. quia ſæpe. & Iaſ. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdic. om. iudi. & Marſi. in prax. §. quoniā. uerſi. quæro, dixi ſuprà. & in ſingu. 500. incip. ſponſalia de futuro. Alex. poſt Barto. in l. capite quinto. ff. de adulte. & per Tho. Grāma. in conſil. 40. & Catre. in ſua practica. in
30 prin. nu. 48. & 49. ¶ Octauò operatur. nam ſi examinatur teſtis in iudicio de aliquo facto, an ſciat & interfuerit, & deponat, quòd non, & conſtet extraiudicialiter confeſſum fuiſſe ſe interfuiſſe facto, & ſcire: iſto caſu ex tali extraiudiciali confeſsione poteſt torqueri. per text. l. unius. §. teſtes. ff. de quæſtio. & refert & ſequitur Fran. Bru. in trac. de indic. & tortu. in iiii. q. ij. partis nu-
31 me. 1?. cū ſequentibus. ¶ Nonò operatur alium effectū. nam concurrentibus prædictis requiſitis, & cōcurrentibus uerisimilibus, puta: partis præſentia, & cauſæ expreſsio, & loci, nedum confeſsio extraiudicialis facit indicium ad torturā, ut ſuprà dictum eſt: ſed etiā ſufficit ad plenā probationem: ut præcisè cogi poſſit talis confitens, ut perſeueret in tortura, ut cōdēnetur. & hoc firmauit per multa iura & authoritates Tinda. in tra. de teſti. uaria. in vj. capitulo. & præcisè per text. l. quæro. §. fi. ff. de ædil. edict. & per text. in d. l. capite quinto. & firmat & ſequitur Marſi. in l. de minore. nu. 52. ff. de quæſtio. adde Capit. in deciſio. 179. & Feli. in c. olim. 8. limi. extrà. de reſcri. adde etiā, quòd quādo in confeſsione extraiudiciali interueniſſet iuramentū, tunc etiā præiudicat quò ad plenam probationē: ut dicunt Bald. & Ange. in l. generaliter. ulti. col. C. de non nu. pe. & Grammat. plenè in deciſio. 34. nu. 59. cum
32 ſeq. ¶ Decimò operatur aliū effectum. nam quum dicto teſtis extra iudicium nō ſtetur contra tertiū: & ſtetur dicto teſtis in iudicio facto potiùs, quàm extra iudicium, iſtud quidem eſt uerū, quò ad tertium, & in præiudicium tertij: ſed quò ad ipſum teſtem accuſatū de falſo, habet uim confeſsionis extraiudicialis, & ſufficit ad inquirendū de falſo: & ſi concurrunt uerisimilia, puta:

ta:partis præſentia, cauſæ expreſſio,& loci,ſufficit ad plenam probationem,ut poſsit de falſo puniri: ut notabiliter & ſubtiliter proſequitur Tinda.in tra.de teſti.ua.in c. vij.& viij.& tenuit & cõſuluit Alex. conſil.cxiii.incip. omiſsis non neceſſariis,dico,in primo lib.ubi dicit ex tali confeſsione poſſe teſtẽ tor-
33 queri. ¶ Vndecimò operatur alium effectum ſecundũ Alber.de Roſa.in l.quæro.ff.de ædil.edict. quia facit maleficium eſſe notoriũ:quod dicit probari ex tex.c.conſeruatores. extrà.de offi.deleg.adde quòd Feli.in ca.olim.de reſcrip.in iiij.fallen. nume.6.uidetur intelligere, quãdo talis confeſsio facta eſſet corã ma-
34 gna multitudine perſonarũ. ¶ Duodecimò operatur alium effectũ cõtrarium. quia confeſsio extraiudicialis non infamat.ſecundũ Alber. de Roſa.in l.j.C. de requi.re.nu.6.
35 ¶ Decimotertiò operatur aliũ effectum.nã confeſsio extraiudicialis accuſatoris uel inſtigatoris prodeſt reo & accuſato ad abſolutionem:ut dicit Bal.in c.j.colũ.ij.ff.de eo,per quem factũ eſt,& Gerar.in ſingu.55.& pulchrè Ludo.Roma.cõſil.67.inchoãn.Antonius accuſatus. col.ij.uer.vj.& tenet Boër.deci.90.
36 nume.5. ¶ Decimoquartò operatur. quia confeſsio licet extraiudicialis, dicitur probatio.ſecundũ Ange.de Aret.in §.omnium.vij.colũ.inſti.de actio.allegat Bald.in l.deo nobis. poſt princi.C.de epiſ.& cler.& Bar. in l. admonendi.ff.de iur.iuran.& ſequitur Marſi.in conſil.113.nume.22. in ſecũdo lib.Decimoquintò operatur.quia confeſſus extraiudicialiter non debet liberari ſub fideiuſſoria cautione in caſu, quo aliàs eſſet liberandus.ſecundũ Afflict.in conſtitu. humanitate. in princip.in prima fallentia.& in quinto nota. uerſicu.ſed quid ſi eſſet confeſſus.
37 ¶ Sed quæro,an confeſſus extra iudicium bis poſsit ex ea confeſsione condemnari.Bal.in l.cũ ſcimus. C.de agri.& cenſi.lib.xj.quem refert & ſequitur Ro.in l.nuda ratio. ff.de dona.Pau.de Caſt.in l.publici. in fin.ff.de po.& Feli.in ca.de hoc.
38 nume.3.de ſi.tenet,quòd ſic. ¶ Secundò quæro,an confeſsio extraiudicialis in pertinentibus ad ſalutem animæ, noceat & præiudicet plenè:dicas,quòd ſic.ſecundũ Bal. in l.j.iiij.colum.C.de fal.cau. adie. lega.quem refert & ſequitur Feli.in c.de hoc.de ſimo.nu.iiij.exemplificando in eo,qui extra iudicium cõfitetur,ſe eſſe uſurarium.

TERTIA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Indicia legitima debent præcedere confeſsionem extortam per torturã. nume.2.*
3 *Index habens liberum arbitrium nõ poteſt torqueri ſine indicijs.*
4 *Accuſatus nolens reſpõdere,poteſt torqueri.*
5 *Teſtis uarius quando torqueatur ſine indicijs.uſq; ad nume.7.*
7 *Cuſtos pecuniarum ſubtractarum an torqueatur ſine indicijs.*
8 *Contumax & bannitus abſq; aliis indicijs torqueri quando poſsit.uſq; ad nume.32.*

Inqui

9 *Inquiſitio non poteſt formari nõ præcedentibus indicijs.*

10 *Contumacia tunc demum facit indicium, ſi ritè & rectè proceſſit.*

11 *Tortura non poteſt inferri, non conſtito de delicto.*

12 *Tortura non poteſt dari, niſi conſtet de offendente.*

13 *Accuſator non admittitur ad accuſandum, ſi non habet indicia.*

31 *Confeſſio extorta ſine indicijs, an conualidetur ipſis ſuperuenientibus.*

33 *Confeſſus poteſt interrogari de alijs delictis, de quibus non extant indicia.*

34 *Tortus an dicatur, qui parum fuit altatus.*

35 *Cõfeſſio extorta per torturam abſq; indicijs, an conualidetur, ſi eſt uerificata per oculorum inſpectionem.*

36 *Confeſſio ex abrupto extorta coram uno iudice, ſi fuerit reuocata coram alio, an ſufficiat ad condemnandum.*

37 *Confeſſio territi ualet ſine indicijs.*

38 *Torqueri ſine indicijs in crimine læſæ maieſtatis an poſſit.*

39 *Lite conteſtata datur tortura.*

40 *Teſtes debent examinari parte citata ad uidendum iuramenta teſtium. nume.41.42.43.44.45.*

46 *Teſtes an poſſint ſemper repeti.*

47 *Teſtes debent examinari per iudicem.*

48 *Minor an & quando torqueatur, & quomodo. nu.40.*

50 *Appellatione interpoſita non poteſt ad torturam procedi.*

51 *Copia indiciorum debet dari torquendo.*

52 *Iudex debet recipere defenſiones reorum. nume.52. uſque ad nume.57. & per totum.*

58 *Publicatio debet fieri, ſi pĕtatur.*

59 *Repulſa eſt concedenda: & qualiter fiat. uſque ad nume.61.*

63 *Citari debet inquiſitus ad diſcutiendum ſuper indicijs.*

64 *Tortura infertur in crimine, pro quo infertur pœna ultra relegationem. nume.65.*

66 *Cumulatio delictorum an fiat, ut ſic habeat locum tortura, ubi alias non haberet locum.*

67 *Torqueri an quis poteſt, ſi nõ eſt diffamatus de alijs delictis.*

68 *Torqueri quis non poteſt ultra modum conſuetum. & 69. & 70.*

71 *Torqueri quis non poteſt ultra tertiam uicem.*

72 *Accuſator debet petere, ut accuſatus torqueatur.*

73 *Torqueri quis non debet die feriato.*

74 *Interloquutoria debet ferri ſuper illatione torturæ.*

75 *Mulier prægnans non poteſt torqueri.*

76 *Suggeſtio non debet fieri torquendo.*

77 *Confeſſio extorta ab illis perſonis, quæ non poſſunt torqueri, eſt inualida.*

78 *Repeti quando quis poteſt in tortura.*

79 *Iudex torquens debet habere merum imperium.*

80 *Confeſſio debet principaliter fieri, nõ incidenter. nume.95. & quæ alia requiruntur. nu.80.*

81 *Ratificari debet confeſſio facta in tortura. nume.81. & per totum. nume.83.*

84 *Reuocanti confeſſionem uelut erroneam, debet dari terminus.*

Qualitas

85 *Qualitas non confeſſata debet probari.*
86 *Confitens ſe uenenaſſe aliquem, & inde illum mortuum eſſe, nō ſibi praeiudicat.*
87 *Terminus ad faciendum defenſiones, debet confeſſo ſtatui.*
88 *Proceſſus debet eſſe ordinatus, ut cōfeſſio per torturam extorta, ualeat.*
89 *Confeſſus per torturā, dicitur ſponte confiteri.*
90 *Confeſſio per torturam, eſt ualidior ſpontanea.*
91 *Teſtes reprobati à iure, cum tortura probant.*
92 *Teſtis uarius cum tortura probat.*
93 *Confeſſio minoris in tortura, abſq; curatore ualet.*
94 *Confeſſio in tortura, etiam reuocata, probat ſemiplenè.*
95 *Confeſſio in tortura, dicitur uoluntaria.*
96 *Confeſſio in tortura coram incompetenti, perſeuerata coram competenti, ualet.*
97 *Confeſſus unum delictum in tortura, poteſt de alijs interrogari, etiamſi nō extant indicia.*
98 *Confeſſio reuocata concurrentibus alijs indicijs, nocet.*
99 *Confeſſus non appellat.*
100 *Confitens damnatur ex confeſſione.*
101 *Damnatus ad mortem, ſi inſontem dicat nominatum per ſe, an proſit.*
102 *Confitens ſe non commiſiſſe delictū, ſed fuiſſe autorem ad illud committendum, an damnetur.*
103 *Socius raptoris quomodo puniatur.*
104 *Confitens ſpōte delictum, & nō perſeuerans, an poſſit torqueri.*
105 *Torqueri an poſſit quis, ut manifeſtet mandantem.*
106 *Inquiſitus negans ſe commiſiſſe delictum, ſi poſtea conuictus dicat quidem ſe commiſiſſe, ſed feciſſe ad ſui defenſionem, an audiatur.*
107 *Torqueri an poſſit quis de libello infamatorio.*
108 *Torqueri an poſſit, qui noctu ades cuiuſpiam lapidibus impetijt.*
109 *Tortus qui tertiò confeſſus non ratificat, an iterum torqueatur.*
110 *Condemnari an poſſit, ſi quis conuictus adhuc tamen neget.*
111 *Tortura metus, an æquiparetur torturæ.*
112 *Confeſſio quæ dicatur extorta metu tortura. nu. 113.*
114 *Torqueri an poſſit confitens ſe combuſſiſſe ſcripturas.*
115 *Ratificatio an requiratur, ubi eſt plenè probatum delictum.*
116 *Confitens delictum, quod uere conſtat ipſum non commiſiſſe, quādo puniatur.*

IVDEX.

TErtio loco uidendum reſtat de confeſsionibus extortis per tormenta, uel metu tormentorū: & procedendo, ut procedere inchoaui: primo loco uideamus de requiſitis ad iſtam confeſsionem per torturā extortam: & quæ requiratur omnino, ut ſit efficax ad condemnandū: ſecundo loco de effectibus ipſius cōfeſsionis. ¶Primò ergo requiritur, quòd confeſsio per torturā extorta, ad hoc, ut ex ea poſsit ſequi condēnatio, ſit taliter extorta, ut legitima indicia appareat præceſsiſſe, antequàm deuentum ſit ad torturā: aliàs nullius eſt ualoris & momēti ad condemnandum, etiamſi ſit ratificata apud tribunalia ita uoluit gloſ. in l. pe ff. de quæſtio.

quæſt.quam ſequuntur Bart.& cõmuniter alii.& Ang.in l.j.C.de cõfeſ.& Gandi.in tracta.male.ſub rubrica.de quæſt.& tor.in vj.col.uer. item pone, ꝙ quidã.& Pe.de Anch. in Cle.j.de ho.& Salic.in l.j. ultima colum.C.de cuſt.reor.per id,quod habetur per Inno.& alios in cap.j. quod me.cau.& plenè per Marſ.in l.j.ff.de quæſt.nume.24.cum ſeq.

2 ¶Et intantum prædicta procedũt, ut etiam habeant locum in crimine læſæ maieſtatis:in quo iudex nõ poteſt reum ſubiicere tormentis ſine indiciis.ſecũdum tex.nota.& ibi gl. Cy.Bald.& Sali.in l.ſi quis alicui.C. ad leg.Iul.ma.& uoluit Ang.de Are. in lib.malefic.in uerbo,che hai tradito la tua patria.in primis uerbis. & habetur plenè per Marſi.in repe. l.ſi.de pro.& in l.de minore.in princip.ff.de quæſt.& Bru.in trac.de indi.& tormen.in v.q.2.partis.num.6. cum ſeq.

3 ¶Item procedẽt prędicta, etiam ſi iudex habeat liberum arbitrium in criminalibus. quoniã nec tunc poterit torquere ſine indiciis: aliàs teneretur in ſyndicatu.ſecũdũ Pau.de Elea.in cap.grauis.extrà de depo.& Alex.in l.filiusfamilias.in v. apoſtill.ff.de dona.& per cõſequẽs ſi torqueretur quis in prædictis caſibus,& confiteretur, confeſsio illa erit inanis & uacua.

4 ¶Limitantur prædicta,quando inquiſitus nollet reſpõdere inquiſitioni.quia tũc iuſſus reſpõdere,& factis eidẽ debitis monitionibus,ſi eſt præſens,etiam nullis pręcedẽtibus indiciis torquebitur:nõ ad eruendam cõfeſsionẽ, ſed ad eruendam reſponſionem affirmatiuam uel negatiuam, ut ipſi melius uidebitur.ſecũdũ Bald.in l. accuſationem.C.qui accu.nõ poſſ. in ult.col.quem ſequitur Bru.in tra. de indi.& tor.in v.q.2. partis.nu.4. quorũ doctrina approbata fuit in ſacro regio conſil.Neapo.ut refert Capi.in deciſio.145.inchoãti:in cauſa cuiuſdam accuſati.quo caſu ſi ſequatur confeſsio , licet extorta uideatur ſine indiciis : tamen efficax erit & ualida.quam quidem concluſionem ſane intelligo,ut procedat, quãdo inquiſitus uel accuſatus interrogatus ſup facto ſubſtãtiali,uidelicet an cõmiſit tale delictũ,uel homicidiũ,nõ uult reſpondere,uel nõ dat reſpõſum affirmatiuum uel negatiuũ.nõ autẽ intelligo, quãdo nõ reſpõdet aliis interrogatoriis ſibi factis,cõcernentibus qualitates ſeu circũſtantias,& nõ factum principale:& ita uidẽtur innuere præfati doctor.dũ dicũt,quãdo nõ reſpõdet accuſationi ſeu inquiſitioni.intelligo etiã prædicta ꝓcedere,quãdo cõſtat delictũ eſſe cõmiſſum in genere:ſed nõ cõſtat de delinquẽte.intelligo etiã prædicta procedere in his perſonis,quæ habẽt legitimã perſonã ſtãdi in iudicio:aliàs ſi eſſet minor,uel alius,debet interrogari & moneri,ut reſpondeat, dato ei curatore.itẽ prædicta procedũt, niſi forte habuerit aliquam legitimã cauſam nõ reſpondẽdi.& eſt ratio huius deciſionis, quòd uidetur contẽnere iudicẽ:& efficitur contumax taliter,ut ratione illius contẽptus & cõtumaciæ poſsit cogi,ut certum reſpõdeat:ut dicit Bart.in l. de ætate.§. qui tacuit.& §.ſequen. ff.de interrogato. actio.aliàs cùm

ego practicaſſem iſtam limitationẽ tribus uicibus in terra ſancti Seuerini,fuit mihi oppoſitũ,ꝙ nõ poterat torqueri nõ reſpõdens interrogationibus iudicis:ex quo inquiſitus non tenetur reſpõdere poſitionibus curiæ criminoſis:& per cõſequẽs nõ põt dici inobediẽs:ut di- 6
cit Bal.in l.j.C.quomo.& quãdo iu. & in l.ij.§.quod obſeruari.C.de iu- 7
ra.calũ.& in l.ij.C.de edẽ.& ubiq; per doct.& qui hæc dicebat, erat magnus leguleius:ego aũt dicebã, quòd quidẽ uerũ ſit quẽ nõ teneri reſpõdere poſitionibus datis à parte parti ad releuãdũ eum ab onere probãdi:ſed interrogationibus iudicis ex eius officio factis compelli reſpõdere & teneri.quia non interrogat ponẽdo,ſed inueſtigandi cauſa ueritatem interrogãdo,quod facere põt:ut dicit idẽ Bal.in d.§.qđ obſeruari.& idẽ tenet Philip.Frã in c.ij.de cõfeſ.in 6.& melius Bal.in l. 2.C.de exhi.re.& in l.ſi accuſatoribus.C.de accu.& Bar.in l.iiij.§.hoc autem iudicium.ff. de dam.infect. & Albe.de Roſa.in d.§.quod obſer uari.& eſt text.& ibi Bar.in l.de mi- 8
nore.§.plurimũ quoque.ff.de quęſtio.& in l.diuus.ff. de cuſto.reo.& Archi.in §.quod dicitur.22.q.2.ubi dicit,quòd reus à iudice interrogatus an deliquerit,reſpondere tenetur ueritatem, etiamſi tractaretur de periculo mortis,ex quo per uiã inſtitutam eſt interrogatus,& adde Abba. in c.cum ſuper.de confeſ.ad fi.& Ioan. Bernardi.in pract.crimi. canonica.in uerbo,promotor ſeu
5 fiſcalis.¶ Secundò limitantur prædicta,ut procedant, quando quis torquetur ad eruendam confeſsionem contra ſe:ſecus, ſi torquetur ad eruendam confeſsionem cõtra alium,ut teſtes.quia eo caſu etiam non præcedẽtibus indiciis torquetur:quod quomodo procedat, dixi ſuprà in uerbo,itẽ capiat informationẽ.¶ Sed ut poſsit torqueri teſtis,requiritur,ut cõuincatur, quòd interfuit,ut dixi ſupra. ¶ Tertiò limitantur prædicta,ut nõ procedãt in cuſtodibus pecuniarũ, uel aliarum rerũ furto ſubtractarum,quia ut indicent fures,ſine aliis indiciis torqueri poſſunt:& confeſsio eorũ ualida erit.ſecundum Bar.per illum tex.in l.j.in 4.not.ff.de offi.præfe. uigi.& in l.j.in fin.ff.de fur.ad uer. nau.caupo.& ſta.& Ioã. de Imo.in conſil.2. in caſu propoſito.& not. Bart.uerò in conſi.18. ſtatutum uicem uc.col.pen.Ange.de Are.in li. malefi.in uerbo,ueſtẽ cœleſtẽ.col. 4.uer.& etiam tu iudex aduertas. quod dictũ ſequitur Philipp.Deci. in conſi.473.& hoc eſt uerum,ſi ueriſimiliter potuerunt habere notitiã:prout per Ange.& Ber.in addit. ubi ſuprà.¶ Quartò limitantur prędicta,ut nõ procedant in bannito & contumace,qui ex ſolis bãno & contumacia nullis præcedentibus indiciis torqueri poterit:& ſi tortus cõfitetur,eius cõfeſsio ualida erit. ſecundum Nicol.de Matta:& poſt eum Bal.in l.j.in 3.col.C.de hæred. inſti.quos refert & ſequitur Fran. Bru.in trac.de ind.& tort.in 35.col. in princ.uerſi.addo alium caſum.& Marſ.in l.j.ff.de quæſtio.nu.3.& Nicol.Boer.in deciſio.167.nu.5.in prima parte & Marſi.in pra.cri.§.diligenter.

genter.ego autem ſemper dubitaui de iſta cōmuni concluſione doctorum,& adhuc dubito.
9 ¶Inquiſitio porrò nō poteſt formari non præcedentibus indiciis:& formata aliter,nō tenet, & ipſo iure eſt nulla. ſecundum Fulgo.in conſi.107.inci. ſuper eo.2.3.col.& in conſi.149.incip.in cauſa inquiſitionis formatæ. poſt prin.& Cuma.in cōſil.155.inci. ad primū.poſt prin.de quo etiā per Marſi.in praxi cri.§.conſtante.nu. 33.ergo non poteſt citari ſuper inquiſitiōe nulla:& citato ſic aliquo, & facto cōtumace,cōntumacia nō
10 debet ſubeſſe.¶Nam cōtumacia & bannū faciunt tunc demū indicium ad torturam,quando rite & rectè præceſſerunt omnia,& ſeruatis ſeruādis emanata ſunt,& quādo emanata ſunt ſuper in quæſtione ualida:aliàs autē non ſortiuntur effectum:cùm nulla & inualida nō ſint in conſideratione,& nullum operentur effectū:ut l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.l.nō putauit.§.nō quæuis.ff.de bo.poſſ.contra tab.& in propriis terminis cōſuluit Mar.
11 in con.117.nu.51.in 2.lib.¶Præterea ad torturam deueniri nō poteſt nō conſtito de delicto.l.j.§.illud autem.ff.ad Sylle.& ibi Bar.& Tācre. de Cor.in cōpe.ſua.in 17.q.Bart.& Ludo.Ro.in l.fin.pri.col.ff.de quęſtio.& Bar.in l.j.ff.de teſta.milita.& plenè Marſi.praxi cri.§.j.& in propriis terminis de cōtumacia & banno ita arguit & firmat Boēr.in deciſio.ſup.alle.nu.5.de quo per Aymo. Gra.in conſi.244.in 2.lib.& conſil.
12 260.eo.lib.¶Præterea nōne habemus quòd ad hoc,ut inquiſitio ualida formetur,neceſſe eſt ꝙ cōſtet de offendente,ſaltem per ſigna?ut, quia claudus, cæcus,uel aliter:maximè,quando proceditur cōtra abſentem,ut in caſu noſtro:ut plenè habetur per Marſi.in praxi cri.in d. §.pri.nu.17.nec cōſtare poteſt, niſi capiatur informatio:& capi nō poteſt informatio de offendēte, quia probentur indicia cōtra eum:& ſic nō uidetur poſſe dari caſum,in quo procedat concluſio ſuprà formata.
13 ¶Præterea nonne habemus,quòd accuſator nō admittitur ad accuſandum,ſi nō habet probationes paratas?ſecundū Specu.in tit.de aduo. §.1.uerſi.facta autē.& in tit.de accuſa.§.j.uſque ad uer.cū autem.& ſic,ſi non admittitur accuſatio, minimè conceditur citatio contra accuſatorē,non exiſtentibus aliqbus indiciis cōtra eū,nec capta aliquali informatiōe.ex quibus omnibus apud me ſatis redditur dubitabilis prædicta cōmunis cōcluſio doctorum,quā Boēri.ubi ſuprà,dicebat.
14 ¶In uno uerò caſu procedere opinionē & concluſionē ſuprà firmatā admittendum eſt, quādo uidelicet captæ ſunt informationes,& ipſis mediantibus proceſſum eſt ad faciēdū inquiſitū cōtumacē,& demū perditæ ſunt informationes, & remāſerunt cōtumacia & bannū:quo caſu poteſt deueniri ad torturā ex
15 ſolis bāno & contuma.¶Sed dicat quidquid uelit Boēri.pro ſaluatione cōmunis cōcluſionis ſuprà formatę,adhuc tamen remanet dubia prępoſita:& perditio informatiōis nō reddit ualidā cōtumaciā & bannum, ubi nō cōcurrent:bus prędi-

ctis apparent inualida illi iudici,qui
nunc habet torquere reum.quare
ipſemet recedit à dicta ſaluatione,
& illo etiam caſu tenet requiri exa
minationé teſtium de nouo ſuper
delicto:& debere audiri ipſum cō-
tumacem ſuper ipſis bāno & con-
tumacia,& teſtibus de nouo exami
nandis.quid ergo dicendum in iſta
utili & ſubtili quę & male explicata
16 per doct. ¶ Ego ſanè pro tenui fa-
cultate mea dicerem,forma rema-
nentem dictā communē cōcluſio-
nem:quòd ex ſolis contumacia &
bāno quis poſsit torqueri nō præ-
cedentibus aliis indiciis, pluribus
17 modis eſſe limitandā.¶ Et primò li
mitatur,ut procedat,quādo cōſtat
delictum eſſe commiſſum in gene-
18 re.per ſup.allegata.¶ Secundò limi
tatur prædicta cōcluſio, ut proce-
dat,quando rite & rectè proceſſe-
runt bannum & cōtumacia ſeruatis
de iure ſeruandis,& ſeruata conſue
tudine loci,uel diſpoſitione ſtatuti:
ita ut aliqua nullitas cōtumaciæ &
banni nō poſsit impingi:quod eſt,
quando aliqua ex cauſa citatio eſt
19 inualida. ¶ Quia uitiata citatione,
nō tenet proceſſus in contumaciā
factus.ſecundū Bal.in aut.ſi omnes.
C.ut ſe ab hæ.abſti.& Afflic.in cō-
ſtitu. cauſas.in 5.not.in fi.defectus
enim citationis eſt defectus iuris
naturalis:ut in cle.paſtoralis.de re
iu.& Alexā.in l.iuſte poſsidet.ff. de
acquir.poſ.& ideo actus iudiciales
nulli,nullum producunt effectum:
ut dixit Bal.in l.j.C.ne ex deli.de.&
ſic citatio minus legitime facta,ha-
betur pro nulla:dixit Bald.in l.pro-
perandum.§. & ſiquidem.2.col.C.
de iud.poſt Inno.quem ipſe allegat
in c.pręterea.de dilatio.& ſic uiden
dum eſt ante omnia,nū ſeruata ſint
omnia requiſita per conſtit.citatio
nis literæ,& edictorum:& num alia
requiſita & ſolennia ſeruata ſint in
ipſis contumacia & banno. atque
hæc quidem circunſpectus iudex
proſpicere debet,antequam ad tor
turam deueniat,debet etiam cōſi-
derari qualitas delicti:& an pro eo
poſsit habere locū tortura,an nō:
& an inquiſitio ſit ualida,an inuali-
da ex aliqua cauſa.p alle.per Marſi.
20 in conſil.ſup.alle.117. ¶ Tertiò li-
mitatur,ut procedat non ita indi-
ſtinctè non præcedētibus indiciis:
ſed ita demū,ſi cōſtat de delinquē-
te per aliquas coniecturas,& præ-
ſumptiones,licet nō graues,& per
aliqualē informationē:& licet non
ſint plena & perfecta indicia,tamē
ſint talia ut ex iis animus iudicis
meritò moueri poſsit ad expedien-
dam citationē:& hoc ex ſuprà alle-
gatis.ſed in hoc Afflic.in cōſti.pœ-
nam corū.in 12.no,uidetur tenere,
quòd non ſit neceſſe,quòd aliter
conſtet de delicto:ſed ſufficiat, ut
conſtet de contumacia & bāno,ut
quis poſsit foriudicari,& tātò qui-
dem magis torqueri.& ſic ex dicto
ipſius uidetur ſuſtineri poſſe præce
dens concluſio,ſed dicat quicquid
uelit Afflict.nos alia ſequi docet ra
tio. quia ſi eius dictū eſt uerum,&
debet intelligi,dūmodò contuma-
cia & bannū rite & rectè proceſſe-
rint,nō poteſt tamen eſſe,niſi con-
currentibus prædictis,ut ſuprà latè
diſſerui:ſi uero dicamus eius dictū
non eſſe uerum,prout contra eum
tenuit

tenuit Iaſon.in l.omnes populi.12. col.ff.de iuſt.& iur. quatenus dicit, quòd quis ex ſola contumacia non poteſt occidi, habemus intentum
21 noſtrũ.¶ Quartò limitatur,ut procedat facta litis cõteſtatione,& audito contumace in ſuis iuribus,& defenſiõibus:ut ſentit Boer.in deciſio.163.nu.5.in ptima parte.& uoluit Carre.in praxi.cri.in repetitione l.obſeruare.C.quo.appe.ſed nõ obſeruant iudices ſupetiores.& uidetur uelle Afflict.in cõſti.pœnam eorum.in 3.notabil.inquantũ uult, quòd cõtumax poteſt ſe defendere,& etiã opponere, quòd accuſatio uel inquiſitio non procedit,uel
22 probare ſuã innocẽtiam.¶ Quintò limitatur,ut non procedat,quando conſtat de innocentia contumacis & banniti,uel apparent indicia innocẽtiæ fortiora.nã ſicut alia indicia tolluntur per contraria indicia, & cõtrarias probationes:ita & bannũ:ut p Bal.in l.obſeruare curabis. C.quo.appel.ibi in tex.de uiſu.quẽ
23 ſequit Carre.ubi ſup.¶ Sextò limitatur,ut nõ procedat in clerico cõtumace & bãnito,contra quẽ non poteſt procedi ad torturã ex qbuſuis indiciis,niſi aliàs ſit infamis: ut tenet Abbas Antiquus in c.grauis. extrà.de depoſ.quẽ ſequitur Abb. Sic.in c.cũ in cõtẽplatione.de reg. iur.& plenè in propriis terminis firmat Boër.in deciſio. ſup.alleg.163.
24 ¶ Septimò limitatur,ut non procedat in contumace & bannito intra duos menſes à die contumaciæ & bannitionis comparẽte,qui nec in bonis,nec iu perſona offendi poteſt infra dictum tempus. per text.
25 in cõſti.clementiæ.¶ Octauò limitatur,ut nõ procedat,quãdo comparet ſponte,prius impetrata ſecuritate ab eo iudice,corã quo comparet iuxta terminos cõſti.clementiæ.in 2.caſu.
25 ¶ Nono limitatur, ut procedat,quando cõtumax & bannitus captus eſt ab eo iudice, qui eum contumacẽ & bannitum fecit: non autem,ſi ab alio iudice captus eſt:& hoc ex doctri. Affli.in conſti. humanitate.in 13.not.uer.ſed iuxta præmiſſa quæro.ubi ponit quęſtionem de eo,qui cõtumax eſt in una curia:& demum capitur ab alia, & affert tum fideiuſſoriã cautionem de ſtando iuri,& petit ſe liberari:& ei opponitur,quòd non debet admitti,quia ꝙ contumax.in alia curia,finaliter ipſe dicit diſtinguẽdo, quòd aut una curia dependet ab alia,uel dependent ab eodem rege:ut eſt magna curia & iuſtitiarius regius,uel alius regius officialis:& tunc contumacia habet uires etiam in alia curia,ita,ut non habeat locum fideiuſsio:aut ſunt diuerſæ curiæ omnino:& eo caſu contumacia non habet uires in alia curia,ut nõ admittatur ad oblatã fideiuſſoriam cautionem:& ſic eo caſu minimè poteſt procedi ad torturã:quod eſt
27 notãdũ,& alibi nõ inuenies.¶ Decimò limitatur,ut procedat in uero contumace,& ſic incitato perſonaliter:non autẽ in ficto cõtumace,& ſic in citato domi.ſecundũ Grammat.in conſi.45.nu.25.cũ ſequẽ.ſed intelligerem hãc limitationẽ procedere de iure cõmuni:non autem de iute conſti. regni:ſecundũ quas conſtitutiones non ſit diſtinctio,

an quis ſit perſonaliter citatus,an domi,dummodo ſit citatus ſeruata forma conſti.citationis literæ:ut plenè proſequitur Carre.in l.obſeruare curabis.C.quo.appella.nõ recipiant.nume.59.uerſi.ſextus caſus.
28 ¶ Vndecimò limitatur,ut non procedat,quãdo extat ſtylus uel ritus in curia,q non procedatur ad citationem,niſi capta informatione,& conſtito: quia tunc ſi aliter fieret, contumacia eſſet nulla. & ex hoc infertur,quòd in magna curia uicaria, ubi eſt talis ritus, præcedens concluſio docto.omnino nõ procederet.quia cùm in aliquo actu requiritur aliqua qualitas,neceſſe eſt, prius de ipſa qualitate ut cõſtet:ut dicit Ang.in l.j.§.ſi quis neget.ff. quẽadmo.teſt.aperiã.ſequitur Ale.
29 conſi.82.2. col.j.lib. ¶ Duodecimò limitatur,ut nõ procedat in omnibus perſonis,ſed habita ratione ad qualitatẽ perſonarum:ut ſi eſt aliqua perſona,quæ ex cauſa neceſſaria,iuſta,& excuſabili,ſe abſentauerit:uel potuerit coniecturari, quòd ſe abſentauerit:& non metu delicti:ut ſi eſt aliquis mercator,q cõtinuò ſolet accedere per nundinas huc illuc:uel ſi eſt aliquis nobilis in dignitate cõſtitutus,illũ uerisimile eſt,ſe abſentaſſe ex cauſa probabili & neceſſaria:uel ſi eſt ſcholaris,qui receſsit à ſtudio,ut proficiſceretur in patriam:& ſic de ſingulis.nam in talibus dicta cõcluſio doctorũ non procederet,ut etiam dicunt Nico. de Matta.& Bal.in d.l.j.C.de hære. inſti.& ita per plura firmat Blãd.in repetitione l.fin.ff.de quæſtio.nu-
30 me.293.¶ Decimotertiò limitatur, ut non procedat, quãdo accuſator uel iudex inquirens dedit cauſam fugę:ut qa armata manu inſequuti fuerunt reũ ante citationẽ:& quãdo ab ipſis proceſſerunt minæ & comminationes,ſe ipſum torturæ ſubiecturos uel male tractaturos, uel quia officialis eſſet nimis ſeuerus & ſolitus de facto procedere ad carcerationem & torturam:ut pulchrè uoluit Pet.de Anc.in cõſ.409. probata tanta ſæuitia. & ſequitur Grãma.in conſi.j.poſt deciſio. nu.
31 21.¶ Decimoquartò uidetur limitari poſſe in minore.per ea,quę dixit Paul.de Caſtro in l.ubi exigitur.in fine prin.ff.de edẽdo.& Baldus,& Angel.& Alex.in l.2.j.col.ff.ſi quis in ius uoca.non ier.& domi.Phi.de Peru.in c.Nicola.in ultima colum. de appellatio.&ex his remanet ex-
32 pedita penè quæſtio. ¶ Sciendum tamen eſt,quòd intantum eſt uerũ iſtud ,quòd confeſsio extorta per torturam non præcedentibus indiciis eſt nullius efficaciæ & momenti,ut dicta confeſsio non conualidetur ſuperuenientibus ex poſt facto indiciis:ut eſt gloſſ.ſingu.& ibi notat Barto.in l.maritus.ff.de quęſtio.& ſequitur Bald.in l.fi.C.de ac cuſa.& Ludo.de Ro.in conſi.167.& Bru.in tracta.de indi.& tortu.in 5.
33 q.2.partis.nume.47.¶ Illud tamen omittendum nõ eſſe cenſeo,quòd licet confeſ.extorta nõ pręcedentibus indiciis nõ ualeat:tamẽ ſi cõfeſſio facta fuit in tortura de aliquibus delictis,de quibus extabãt indicia, poterit interrogari & torqueri de aliis delictis in genere:licet de eis aliqua indicia nõ extarẽt.& hoc de gene

generali conſuetudine Italiæ:ut dicit Ang.de Are.in lib.malefi.in uerbo,fama publica.in finalibus uerbis.idē tenet Odof.in ſuo tract.de quæſtio.q.11.incip.quid de quęſtione quotidiana.idē ſequitur Cep.in cōſi.40.in viij.col.& firmat Lud.Bolo.in addi.ad Guido.de Suza.in tracta.de tor.fol.3.uer.quid ſi perſona inculpata.& ita refert ſeruari Gramma.in deciſi.34.nu.34.cum ſeq.& in deciſi.48.& dicit nedum procedere in furtis,ſed in omnibus delictis.& ita dicit ſeruari per magnam curiā uicariam.& ſi ſequatur cōfeſsio,ualida erit,licet nō ad cōdēnandum. quia indecēter.ut ſuprà dixi in cōfeſsione ſpōtanea.

34 ¶ Vlterius ſciēdum eſt circa huiuſmodi primū dictum & requiſitum, quòd ſi tortura fuit modica:ut quia parum altatus ſupra terram quis confitetur:& homo nō infirmus,ſed robuſtus tortus,& demum cum interuallo tēporis ratificat & expreſsè perſeuerat in confeſsione,etiamſi legitima indicia nō præceſſerint,cōfeſsio ipſa ualet & tenet: ut magiſtraliter firmat Par.de Put.in lib.ſyndic.in uerbo,tortura.c.an ſola cōfeſsione. & idem Amod.in lib.ſing.fol.8.uerſic. item tenetur.& conſuluit Marſil.in conſi.80.in j.lib.qui cuncta regit.& conſi.103.j.lib.in præſenti caſu inquiſitionis.iij.col.& firmat Gramma.in deciſio.34.nu.55. cum ſequē. & ità dicit uidiſſe ſeruari in magna curia uicaria.ſed uide ad hæc Alex. conſi.47.1.colū.iiij.lib. & cōſi.99.& 98.in iij.lib.& Pau.Grillan.in tra. de quæſtio.& tort.uerſi. quattro. nunc uidendum.nu.4.& Bald.in l.obſeruare.C.quorum app.non recipian. uerſi.quero quid ſi quis.& ibi Ant. Barba.in additio.& uide ea,quæ dicit Marſi. in l.j.ff. de quæſtio.num. 42.cum ſequen.ubi idem operatur tortura, quòd metus torturæ, ut confeſsio infringatur extorta per torturam non præcedentibus indiciis. cogitate ſuper prædictis in facti contingentia.

35 ¶ Item adeò ſunt uera prædicta:quòd confeſsio extorta per torturam non præcedētibus indiciis eſt inualida, ut ſi aliqs tortus leuato uelo,& ex abrupto,& nullis præcedentibus indiciis confiteatur,ſe occidiſſe hominē,& illi intuliſſe tria uulnera,& cum ſepeliiſſe in horto ſuo,etiamſi ea cōfeſsione audita iudex mittat militē ad dictū hortū, & ibi ille inueniat cadauer ſepultū cū tribus uulneribus, ſicut ipſe tortus dixerat,iudex illico nō poſsit eum cōdęnare ad mortē ex dicta cōfeſsione:etiam ſic uerificata per oculorū inſpectionē.atq; idcirco id,ꝙ extorta fuit nullis pręcedētibus indiciis. quinimò debet ipſum iudex abſoluere ab inſtantia ſeu obſeruatione iudicii,& tum demum inchoare nouā inquiſitionē & proceſſum:& ſic tandē ipſum punire:ut latè ꝓſequitur Marſi.in praxi cri.in §.ſecūda quæſtio.per totū §.

36 ¶ Sex iuxta prædicta quæro.ꝙ ſi tortus ab aliquo poteſtate prædito nō ſeruatis ſeruandis,ſed leuato uelo & indiciis non præcedentibus confeſſus ſit,ac poſtea ab illo remiſſus ad alium iudicem ſuperiorē examinanti illi & interrogāti, nū uera eſſet illa cōfeſsio,quā in tortura fecit corā priore præſide,reſpōderit

ueram eſſe,an uigore talis cõfeſsio nis poſsit condẽnari.dubium facit, quia pri.loco fuit tortus indebitè & minus iuſtè:unde quicquid poſtea ſequitur,uidetur fieri metu torturæ.ſecũdũ gl.in l.pe.ff.de q.hanc quęſtionẽ tangit Marſi.in praxi cri. in §.occurrit.per totũ.& poſt multa diſtinguit ſic: aut iſte reus erat homo rudis & idiota,ac ignarus literarũ:& tunc uidetur,ꝙ ſecũda cõfeſsio facta coram illo iudice ſuperiore ipſi nõ noceat:nec etiam prima.per glo.in d.l.pe.quia ipſe reus uidetur hoc dixiſſe uigore torturæ præcedentis , & timore,ne iterum torqueatur . aut erat homo ſagax practicus & expertus,qui ueriſimiliter poterat ſcire , ꝙ poteſtas eum nõ torqueret,niſi haberet ſufficiẽtia indicia:& tunc talis cõfeſsio ſecũdo loco facta ei noceret,quia nõ uidetur illam feciſſe metu torturæ: uel ſi per ſecundũ iudicẽ fuiſſet reo dictũ , ꝙ nõ deberet timere de aliqua tortura : ſed ꝙ deberet dicere ueritatẽ:& iſto caſu ipſi noceret talis ſecũda confeſsio.aut ecõtrà fuit dictũ,& non nocet:ut latè habetur per eũ.ad prædicta facit,quòd dicit Grãma.in cõſil.xl.nu.14.ubi tenet, ꝙ confeſsio ſponte ratificata extra torturã,licet primo loco fuiſſet extorta per torturam legitimis indiciis nõ præcedẽtibus , nocet & tenet:maximè,ſi eſt iurata.& pro prædictis facit notabilis doctri.Bald.in l.unica.C.de cõfe.in v.col.in iij.oppo.ubi ait:ꝙ ſi tortus fuit quis non præcedẽtib.indiciis : ſi poſtea perſeuerat expreſſè in publico,ualida eſt cõfeſsio:& dicitur no.in gl.d.l.j. & in l.diuus.ff.de qõ.ſed cõtra Bal. tenuit Roma.in cõſil.167.incip.Antonius accuſatus .& circa pręd icta uide Par.de Put.in tra.ſyndi.in uerbo,tortura.uerſi.an ex ſola confeſſiõe.ubi uidetur uelle ſuſtinere opinionem Bal.ubi ſuprà.& uide Paul. Grilla.in tra.de qõ.& tort.uerſic.4.

37 nũc uidẽdũ. ¶ Non omitto,ꝙ licet cõfeſsio torti nõ præcedẽtibus indiciis ſit inualida:tamẽ cõfeſsio territi & etiã cõfitẽtis apud chordã ualeat & teneat.quoniã licet nõ ꝑcedẽtib.indiciis minimè qs torqueatur,terreri tamen poteſt & duci ad chordã:& ualet confeſsio.ſecundũ Bal.in l.ij.C.quo.appel.nõ recipia. & dixi ſuprà in uerbo , rei indurati

38 torqueantur. ¶ Item eſt ſciendũ,ꝙ etiã in crimine læſæ maieſtatis cõfeſsio extorta nõ præcedẽtibus legitimis indiciis etiã ratificata , non tenet:ut ſatis abũdè ꝓſequitur cõſulendo Marſi.in cõſi.46.nu.14.in j. lib.& cõſi.t4.nu.20.eo.uolu.& cõſi. 18.nu.7.eo.lib.&per Frã.Bru.in tra. de indi.& tor.in q.v.ij.partis.nu.49.

39 ¶ Secũdò principaliter requiritur, ꝙ lis ſit cõteſtata.ſecundũ Bar.in l. ſi adulterium cum inceſtu.per illum text.ff.de adulter.quem refert & ſequitur do:Alex.in l.j.ff.de quæſtio. & ibi Marſi.nu.14.& Bru.in trac.de indi.& tor.in v.q.ij.partis.& ſequitur Afflic.in cõſti.ſi dãna clandeſtina.in nono notabi.aliàs confeſsio inde extorta nõ ualet:ut docet pręd icta Hippo.à Marſi.in praxi cri.§. poſtquã.& §.nũc uidẽdũ.per totũ.

40 ¶ Tertiò requiritur,quòd facta litis conteſtatione & dato termi.ad probãdum,teſtes examinati ad informatio

formationem curiæ, repetantur & examinētur parte citata ad uidendum iuramenta teſtium: aliàs non probarent.ac de hoc plenè dixi in uerbo,& demum repetantur teſtes curiæ.& quòd aliter non probarēt, dixit multùm notabiliter Angel.de Are.in lib.male.in uerbo,fama publica.ij.char.uerſicu.quęro qualiter probetur,& Barto.in l.fi.ff.de quæſtio.& uoluit Sal.in l.fi.in fi.C.eo.& Bal.in l.iubemus.3.col.uerſicu.item dixi.C.de proba.& Ange.in repe l. ſi uacātia.27.col.C.de bo.uacā.lib. x.plenè Marſi.in l.prima.ff.de quęſtio.2.colum.nu 7.& uide Afflict.in conſtitu.humanitate.& in conſtit ſi dāna clandeſtina.& Bru.in tract.de indi & tor.in ij.q.primæ partis nu.

41 9.& x.¶ Limitantur prædicta duo in diſrobatoribus ſtratarū inſignibus,incēdiariis, uiolentis,raptoribus,& committentibus grauia crimina:qui omnes laborant infamia. nā in iſtis ex proceſſu informatiuo proceditur ad torturam ex pręeminentia magnæ curiæ uicariæ:ut teſtatur Afflic.in deciſio.351.incip.fuit dubitatum.quæ præeminētia qualiter intelligatur,uideatur Grāmat. in uoto 3.per totum.ubi plenè.

42 ¶ Sed aduertedum eſt,ꝙ nō ſolùm prædicta habent locum ex pręeminētia magnæ curiæ uicarię:ſed etiā ex diſpoſitione iuris communis:ut uoluit Hippo. de Marſi.in l.j.ff.de quæſtio.nu.37.& 38.& 39.& hoc dicit uelle Guido de Suzar.in tracta. male.ſub rubrica,qualiter fit inquiſitio.in prin.& Gādi.in libro male. ſub rubrica,quomodo cognoſcatur de male.per inquiſitionē.in uerbo, facta & completa.& uoluit Grāma. prædicta referens in dicto uoto 3. & iudex torquens aliquem ex proceſſu informatiuo in caſu arduo, erit excuſatus.ſecundū Alex.in cōſil.65.in primo lib.& in conſil.41.ij. uolu.incipi.habita ſuper contētis.

43 ¶ Sublimitatur etiam prædicta tertia limitatio inquantùm dixi,quòd teſtes debent repeti parte citata,ut non procedat in crimine læſæ maieſtatis: quia etiam ſi nō ſint repetiti parte citata,tamen probant.ſecundum Marſi.in l.de unoquoque. ff.de re iudica.& Felin.in c.quoniā. de probat.& Capi.in deciſio.127.

44 ¶ Et idem dicit procedere in crimine aſſaſsinij.ſecundum Archi.in c.j. de homi.in vj.& ſequitur Gemi.ibi in §.fi.& do.Feli.in c.quoniam frequenter.in pe.col.ut lite non cōteſta.idem tenet Hoſtien.Lap.& Philip.Frā.ibidē.& Grā.in cōſi.40.nume.8.tamē Feli.in c.in nomine domini.in 5.limi.de teſt.& Grā.uoto 11.tenēt cōtrariū.ſed pro pri.opi.facit,ꝙ crimē aſſaſsinatus æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, ſecūdū Marſi.in conſi.19.& Gramma.uoto ij. ſed in crimine læſæ maieſtatis probant:ergo ita etiā dicēdum eſt in crimine aſſaſsinatus æquiparato

45 crimini lęſæ maieſtatis.¶ Vnum tamen non puto omittendum in iſta materia: quòd licet teſtes recepti parte non citata non faciant indicium,tamē faciūt aliquod argumētum & præſumptionē:ut dicit Grāma.in d.deci.34.nu.33.

46 ¶ Sed iuxta prædicta quęro,an ſemper & omni tēpore poſsint teſtes repeti parte citata:dicas,ꝙ nō, quia poſt quàm

pronuntiatum eſt in cauſa,nõ poſſunt repeti,ut dicit Grãma.in deciſio.28.& poſt concluſionem minimè:& ſic poſt citationẽ ad dicẽdũ: ut dicit Capit.in deciſio,35.incip.in cauſa magiſtri Antonini.& dixi ſuprà.& uideatur Affli.in cõſt.terminum uitę.in uerſic.ſextò quæro.ubi diſtinguit,an ad inſtantiã partis,an ex officio procedatur.uide eum.

47 ¶ Quartò requiritur, quòd teſtes repetendi & examinandi nõ ſolùm examinẽtur parte citata,ſed etiam requiritur, quòd examinentur per ipſum iudicem,& non per ſolũ notarium actorũ:aliàs non probarẽt: & per conſequens,ſi uigore eorum fuerit ad torturã proceſſum, & extorta confeſsio, ipſa eſſet inualida: niſi fuerint examinati ex cauſa, & cum cõmiſsione iudicis:ut eſt text. in clemẽ.j.de offi.delega.& ibi hoc uoluit clariùs gl.& Bald.in rubri.de cõtro.inuc.2.col.& plenè proſequitur Marſi.in l.j.ff.de qõ.in prin.nume.16.uerſicu.ſeptimò requiritur.

48 ¶ Quintò requiritur,quòd ſi eſt minor torquẽdus,iudex det ipſi curatorẽ:aliàs ꝓceſſus eſt nullus, nulla etiam cõfeſsio inde ſequuta:ut dixi etiam ſuprà in cõfeſsiõe ſpõtanea. & not.Ang.Arct.in lib.male.in uerbo,cõparent dicti inquiſiti,& confitẽtur totum.& plene dixit Marſi. in l.de minore.ff.de quæſtio.& Par. de Puteo.in tracta.ſyndi.in uerbo, tortura.uerſi.an confeſsio adulti.& idem Marſi.in l.j.ff.de quæſtio.nume.17.uer.octauò requiritur.at nõ ſimiliter curator debet authorari minori,quãdo torquetur,ut ſic reſpondeat,quia nec debet intereſſe: ut habetur per do.Lanfra.in c.quoniã cõtra.in uerſi.cõfeſsiões.extrà. de proba.& per Bar.in l.minor xxv. annis omiſſam.ff.de minor.& ſequitur idem Marſi.in l.de minore nume.55.ff.de quæſtio.

49 ¶ Vbi plus ſubdit:ꝙ ſi non fuit datus curator, ſed cõſtitutus ꝓcurator legitimè,proceſſus ualet & tenet.& hoc dicit ꝓbari ex doctri.Bal.in l.cùm & minores.per illum text.iij.no.C.ſi aduer.

50 rem iudi. ¶ Sextò requiritur,ꝙ confeſsio non ſit extorta per torturam poſt appellationẽ legitimè interpoſitã,quia eſſet nulla ſentẽtia quando à decreto de torquendo eſſet appellatum:& ſtatim facta appellatione ligantur manus iudicis non expectata inhibitoria:ut eſt doctri. Ang.in lib.male.in uerbo,fama publica.uerſi.aduertas tamẽ.& habetur in c.regni.ſi iuſtè.circa quod eſt aduertẽdum:quòd d.c.dicit,ſi iuſtè quis appellauerit,recipiatur appellatio ante adhibitam torturã.ergo à contrario ſenſu, ſi iniuſta eſt appellatio,poteſt iudex non recipere appellationem,& ea non obſtante procedere ad torturam:quod puto eſſe quãdo oĩa rite & rectè proceſſerunt,qa datæ fuerũt defenſiones: & repulſa conceſſis,[redacted] petita:& publicatus proceſſus:& auditus reus in omnibus ſuis iuribus cũ eius procuratore legitimè cõſtituto:& indicia nõ ſunt euacuata per defenſiones:& ſufficientia ſunt ad inferẽda torturã,& nõ leuia:& moderatè fuit tortus: & ſic non haberet,de quo cõqueri poſſet:imò indiciũ uidetur potius fieri ad dilatãdũ,quàm alia ex cauſa,& hũc intellectum

lectum ad dictum capi.ſenſit Seba. Neapo.in d.c.licet nō ita declaret, ſed ſuccincte dicat. & hūc eundem intellectum ſenſit ad dictum c. Ludo.Carre.in repetitione l.obſeruare curabis.num.188.4.col.mouetur per gloſ.in l.ij.C.de epi.audien.ubi dicitur in textu, ꝙ clericus fruſtratorie appellās,punitur certa pœna. dicit glo.ꝙ ſi appellatio non tenet, nō eſt in pœna. ego autē cōfirmo hāc eandem opinionē ex aliis infrà dicendis.nā ubi calūnia eſt euidēs, iudex ex officio pōt ipſam repellere.gloſ.in l.ſiquis cū maior.§.ſi patris.de bo.quæ liber.Feli.in c.dilecti.de iu.imò eo caſu iudex nō debet admittere proponētem: & minimè ſi contigerit appellari de ipſa appellatiōe,curare debet.ſecūdum Imol.in c.poſt electionē:de conce. præbē.& in ca.ſuper eo.de appel.& Abb.in ca.nullus.de præſumptio.& ideo dixit Iacob.Butri.in l.ij.C.de ſal.ꝙ ubi iudex uidet aliquid fieri ad procraſtinādum litem,debet ex officio occurrere:& idē uoluit Pau. de Caſtr.in l.properādū.2.col.C.de iudi.& Bal.in c.quoniā cōtra.in antepe.col.extrà.de probat.prout refert & ſequitur Feli.in c.paſtoralis. §.quia uerò.de offic.dele.dicit,ꝙ ſi homicida inſtat ad defenſam,ut res protrahatur, debet homicida ipſe interfici, & poſteà inquiri:quantò magis hæc procedūt in tortura? ad cognoſcēdum, an iuſta ſit appellatio,an iniuſta,ſufficiūt cōſiderationes ſuprà dictæ:quas cōſideret iudex,& bene percūtetur ꝓceſſum: & ſi dubitat, an in ꝓceſſu adſit aliquod grauamen nec ne, admittat appellationem: ſi uerò eſt ſecurus, omnia rite & rectè proceſſiſſe, & ꝙ nihil deeſt de prædictis, quin omnia ſint ſeruata, reiecta appellatione ſecure procedat.quæ omnia notes,quia nullibi inuenies ita latè examinata hāc quæſtionē:& poſſet tibi facere ingentē honorē,ut mihi in facti contingētia aliàs fecit,dum eſſem auditor generalis olim P.Salerni.

51 ¶ Septimò requiritur,ꝙ antequàm quis torqueatur, detur ipſi torquēdo copia indiciorū cū termino cōpetenti ad ſe defendendū.ſecundum Ange.de Are.in ſuo opere malefic.in uerbo,fama publica.in j. char.uerſi.& bene no.& in eo.uerbo,uerſicu.item aduertas.& uoluit Gādi.in lib.malefi.in rubrica incip. nūquid torquēdus ſit audiēdus.refert & ſequitur Marſ.in l.j.ff.de qō. in tertio requiſito.nu.8.Afflict.autē in conſtit.ſi dāna claudeſtina.nono nota.plenè diſputat,& finaliter cōcludit,ꝙ tam de iure regni, quàm cōmuni danda eſt copia repertorū inquiſito, antequàm torqueatur: quòd dicit non procedere,quando crimē eſt notoriū, quia eo caſu nō datur copia repertorū.itē dicit non ꝓcedere,ubi teſtes ſunt examinati ex officio,nō ad denuntiā ſeu querelā ſuper infamia de crimine:dicit tamē poſtea,ꝙ in magna curia uicaria uidit ſeruari,ꝙ copia repertorū nō detur,niſi datis defenſiōib.& repetitis teſtibus examinatis citata parte ad uidendū iuramenta teſtiū, & ita dicit fuiſſe deciſum in ſacro regio conſil.Capi.in deciſio.lxxiiij. incip.in cauſa Franciſci de Serino. & an danda ſit etiam inquiſito non petente,

petente,uide ſuprà in uerbo,detur copia capitulorũ.& adde,ꝙ intantùm debet dari copia capitulorum, ut ſi non ſit data,confeſsio extorta nõ ſit alicuius momẽti futura.ſecũdum do.Pet.de Mon.ſor.in c.tor-
52 menta.nu.2.¶ Octauò requiritur,ꝙ iudex recipiat & audiat defenſiões rei:& per ipſum nõ ſtet,quò minus eas recipiat:aliàs quicquid inde ſequitur, nõ ualet:nec ad cõdemnationẽ deueniri poteſt.ſecundũ Ange.in l.pactum inter hæredem.ff.de pact.pro quo allegat tex in l.iij.§.ſi ad diẽ.ff.de re mi.& latius per Ange.in trac.male.in uerbo,qui iudex ſtatuit terminũ.nam iudex prętextu alicuius liberi arbitrij,nõ põt denegare defenſiões reo.ſecundũ Alex. in cõſi.65.incip.habita ſuper cõtentis.ij.colũ.j.uolu.& idẽ dixit Pet.de Anch.in cõſil.166.incip.uiſis diligẽter.& firmat Marſi.in praxi crimi.§.
53 conſtante.nu.26.cũ ſequen.¶ Et intantũ ſunt uera prędicta,ut & princeps non poſsit in cauſa criminali, tollere defenſiones inquiſito:ut in ſpecie uoluit And.de Iſer.in cõſtitu. regni.item dura & dira.& idẽ in c.j. in uerſi.bona committentiũ.in tit. quę ſint rega.& uoluit And.de Iſer. in cõſti.regni.proſequẽtes.& habetur plenius in uoto xxx.per Gram.
54 ¶ Imò nõ ſolũ iudex debet recipere defenſiones productas & producendas à reo:ſed etiã ex officio ſuo debet quęrere defenſiones rei.l.ſi non defendantur.ff.de pœn.uolũt docto.in l.j.§.fina ff.de quæſtio.& domi. Alexand.in conſil.476.incip. pulchre reſpondet.in fin.& Angel. in conſilio.38.incip.factum tale eſt: Chriſtophorus Petri.ult.col.ante ff. & Cuma.in cõſil.124.incip.uiſis denunciationibus.in ij.colũ.& Marſi. in praxi cri.§.nunc uidendũ.nu.7.
55 ¶ Item intantũ ſunt uera prædicta, ut ſi inquiſitus ſit adeò pauper,ut non poſsit ſe defendere,iudex debeat prouidere,ut gratis fiant acta, & recipiantur defenſiones.text.eſt iuncta gloſ.in l.tam de mẽtis.C.de epiſc.audien.& illum text.extendit ad actuariũ Affli.in conſtit.appellationum tẽpora.in v.no.uerſi.rurſus.& ponit Par.à Put.in lib.ſyndic. in uerbo,expenſæ.& Afflic.in cõſti. hi,qui.in xviij.not.& plenè Boér.in deciſi.325.in ſecundo lib.ubi etiam dicit,quòd accuſator,ſi proceditur ad querelã:uel fiſcus,ſi procedirur ex officio,debet prouidere de expenſis circa uictũ inquiſito paupe-
56 ri:& ut poſsit ſe defendere.¶ Item adeò ſunt uera prædicta,ut debeãt recipi & admitti defenſiones reorum,etiã facta publicatione tam ſuper nouis,quàm antiquis capitulis. ſecundũ Sali.in l.fi.C.de quæſtio.in ulti.col.& Marſil.in pra.§.ſequens. per totum.& in l.j.§.ſi quis ultro.ff. de quæſtio.& fuit deciſum in ſacro regio conſi.Neapo.ut refert Capi. in deciſio.lxxxj.incip.in cauſa hominum.ubi etiã poſtquàm concluſum in cauſa ſit,licitum eſt in criminalibus examinare ad defenſam:licet in criminalibus non conclud-
57 tur.¶ Itẽ adeò prędicta procedunt, ut inquiſitus non poſsit defenſionibus renuntiare:& ſi renunciat,talis renuntiatio etiã iuramento firmata,non tenet.ſecundũ glo.ordi. in l.pactum inter hæredẽ.ff.de pac. & glo.

& gloſ.in l.cuſtodias.ff.de pu.iud.& uoluit Bald.in authen.iubemus.C. de iudi.& Bar.in d.l.pactum.& plene per Feli.in ca.cum uenillent.in iii.colum.extrà.de teſtib.in quo dicit id non procedere in nouem caſibus:primo in confeſſo ſponte:ſecundo quãdo renunciatur his,quę ſunt de apicibus iuris & ſtatutorũ, & non de iure gentiũ:tertio ſi tacitè reuuntiat permittendo labi terminum ſtatutum:quarto in latrone famoſo:quinto ſi notoriũ eſt,nullã defenſionem cõpetere poſſe:ſexto ſi reus captus eſt in fragrãti crimine:ſeptimo ſi reus renuntiat exceptionibus declinatoriis : octauo ſi renuntiat per cõcluſioné in cauſa: nono ubi pœna nõ eſt corporalis: quos caſus proſequere:ut per Mar. in praxi cri.§.examinanda.per to-
58 tum.¶ Nonò requiritur , ſi examinatis & receptis defenſionibus reorum, petatur publicatio pro parte ipſorũ,quod ſiat:aliàs ſi non petatur,poteſt ea non facta procedi ad torturam.ſecundũ Bru.in tracta.de indic.& tor.in ſecũda parte.in v.q. nu.49.& Afflict.in conſtitu.ſi damna clandeſtina.& Par.de Put.in lib. ſyndica.in uerbo,tortura.lo iij.uer. ſequitur quæſtio.in fin.& Carre.in ſua praxi.in l.obſeruare curabis,nu me.188.C. quo.appel.recipian.licet Barto.in d.§.reus.dicat procedere, quãdo proceditur ex officio,& nõ
59 ad inſtantiam partis.¶ Decimò requiritur,ꝙ ſi petatur repulſa per inquiſitum,concedatur.quia eſt ſpecies defenſionis:ut uoluit Barto.in extraua.ad reprimẽdum.in uerbo, & figura iudicij.& habetur per Afflict.in deciſio.251.incip.bis fuit dubitatum in duabus cauſis,& ſuprà fuit demonſtratum.adde Afflict.in conſtitu.ſi quis in poſterũ.in x.not. & in conſtitu.peſsimam.in octauo not.& Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.uer.& an ſi quis dixerit.ij.colum.ſed in hoc aduertendum eſſe puto,quòd licet non cõcedatur repulſa,uideatur tamẽ poſſe dici,quòd ex hoc non inualidetur confeſsio : cũ habeamus,quòd teſtes repulſati,licet non ad condemnationem:tamen ad torturam bene ſufficiant:ut uoluit glo.in l.fi. C.de his,qui.ut indi.& habetur per Gramma.in conſi.j.& Lud.in cõſil. ccccl j.incip.quædam mulier.ij.col. & Bald.in l.cunctos populos C.de ſum.tri.& fi.catho.& Fran.Brun.in trac.indic.& tor.iij.colum.& ſequitur Grãmat.in uo.25.ergo uidetur, quòd conceſſa nõ operatur,ut reus non torqueatur.& ſic ſi non cõceditur,nõ debet operari nullitatem confeſsionis ſequuturæ ex tortura: cùm etiã concedi nõ debeat illud, quod conceſſum non releuat.ſed prædicta puto procedere,quando teſtibus obiicitur infamia,uel paupertas,uel alius defectus,qui in totum nõ eneruat dicta ipſorum:nõ autem,quãdo obiicitur inimicitia, uel inhabilitas,aut corruptio , aut falſitas,aut alius defectus:quo pro bato dicta ipſorum totaliter inualidantur.& ita intelligo procedere illud decimum requiſitum.uide tamen omnino Abba.in c.cum in iuuentute.de pręſumptio.& in c.qualiter & quando.extrà.de accuſa.& an & quando teſtes infames infamia

mia iuris, uel facti admittantur in teſtes, an non, pleniùs quàm alibi per Afflict.in conſtitu.patarenorū. in viij.nota.& uide Gramma.in deciſio.xj.nume.9. cum ſequētibus.&
60 in deciſio.85.& 86.¶Illud proximè ſciendum eſt, quòd repulſa teſtium criminoſorum, debet continere omnes circunſtantias, quibus debet eſſe formata accuſatio, uel inquiſitio. ſecundū Barto.in l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſtib.& Angel.ab Areti.in lib.male.in uerbo, qui iu.ſtatuit ter. ad oppo.con.pro.in fi.Lud.de Ro. in cōſi.250.& Boër.in deciſi.cccxxj. ſecunda parte.licet Bald.in l.edita. C.de eden.in repeti.Padua.tenuerit cōtrarium.in viij.col.uer.oppo. & in authē.ſi dicatur.C.de teſt.in fi. & ad hoc, ut probent teſtes deponentes in repulſa, neceſſe eſt, quòd deponant ſe nō eſſe teſtes criminoſos.& ita tenetur communiter ab aliis:ut plenè per Grammat.in de-
61 ciſio.xj.incip.dum in noua.¶Cæterùm repulſa teſtiū ad hoc, ut ineptè non proponatur, neceſſe eſt, quòd in ſpecie proponantur defectus, & non in genere:uidelicet nō dicendum eſt, quòd ſunt infames, adulteri, fures, & homicidæ: ſed debent proponi ſigillatim cauſæ infamiæ & ſimiliū.per text.in c.præſentium. extrà.de teſti.§.teſtes.in uerbo, ſigillatim.in vj.& idem tenet Bal.in l. j.C.de teſta.ij.q.& Ludo.Ro.in cōſil.ccxc.incip.in caſu propoſitæ cōſultationis.gloſſ.in cle.conſtitutionem.in uerbo, circunſtantiarum.de elect.Pau.de Caſt.in conſi.27.incip. uiſa appellatione.ij.col.facit, quod notabiliter uoluit Bald.in l.turpia. poſt gloſ.& Bart.ibi.de lega.j.facit, quod not.Bald.in l.ſi quis teſtibus. ad fi.de teſt.& Gramma.in deci.34.
62 nume.49.¶Itē repulſa debet referri ad conditionē teſtis, quæ eſt ſecundū tempus teſtimonij: non ad eam, quæ in præteritū fuit.& ideo ſi quis repulſat teſtes propter aliqua delicta in præteritū, & probatur bona fama de præſenti eorundem teſtium, talis repulſa nihil obſtat:& ita in particulari conſuluit Ange.in cōſil.cccix.j.& ij.colum.& Soc.in conſil.54.in iij.lib.ij.colum. uerſi.item & tertiò.& eſt aduertendum, quòd duo teſtes non ſufficiūt ad probandū quem eſſe bonæ uel malæ famæ.ſecundū Ang.in authē. quomodo opor.epiſ.§.quarta.uer. nota cū lex.adde tamen, quòd unū fecit me dubitare, quia dicit Spec. in titu.de teſt.§.j.nu.80.in fi.ꝙ olim criminoſus, præſumitur & hodie criminoſus.l.quiſquis.C. ad l.Iuli.ma. & ultimò opponitur de c.fin.extrà. de præſump.ubi quilibet præſumitur bonus.& ibi Ioan.And.reſpondet in addi.Specu.illud eſſe uerum, quod dicitur in d.c.fi.quādo nō cōſtat, quòd aliàs fuiſſet criminoſus: & ita poſtea reperi Feli.in d.c.fi.limitantē d.c.fi.ut nō procedat, quādo probatur aliàs fuiſſe criminoſum.quia criminoſitas illa præſumitur perdurare, niſi probetur ſublata:ut ibi per eum nu.15.uerſic.fallit quarto & ultimò.tamen ſi bene cōſiderentur dicta Ang.& Soc.procedunt, quando ex aduerſo probatur de bona fama ipſorū teſtium.dicta Spe.intelligo, quādo probatur criminoſitas in præteritum, & ex aduerſo

uerſo non probatur bona fama.& ſic concordando opiniones, bene procedunt dicta doctorũ.uide Iaſ. in l.j.C.de teſta.nu.9.ubi refert cõ-
63 ſil.Ange.¶Vndecimò requiritur,ꝙ facta publicatione in cauſa,& conceſſa repulſa,& elapſo termino dato ad percunctandũ,citetur inquiſitus,& eius procurator ad diſcutiendum indicia,& ad dicendũ cauſam,quare non debeat ex indiciis contra ſe exiſtentibus, torqueri:& ad hæc debet ſtatui cõpetens terminus:ut eſt tex.& ibi hoc no.Bar. in l.cuſtodias.de pu.iu.licet ſi non interueniſſet hæc citatio,nec auditi fuiſſent procuratores & aduocati,non ex hoc inualidetur confeſſio.ſecundũ Bar.ubi ſuprà.arg.eius, quod no.in l.j.C.de ſentẽ.aduer.ſi.
64 la.¶Duodecimò requiritur,ꝙ cõfeſſio extorta per torturam,ſit extorta ex delicto,pro quo uenit imponenda pœna ultra relegationẽ, & non infra.quia aliàs non poteſt quis torqueri:& per conſequens ſi tortus cõfiteatur,eius cõfeſſio nõ obſtabit:ut eſt tex.in c.tormenta.& latè diſpu. Grãmat.in cõſil.15.& uoto 15.& Afflic.in cõſti.in quæſtionibus.in viij.not.& in conſtit.ſi dãna clandeſtina.& Par.de Pu.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.lo iij.uer.an
65 in cauſa pecuniaria.¶Et quæ ſint delicta,pro quibus ueniat impomẽda pœna ultra relegationem,dicã infrà in uerbo,pœnis debitis ferian
66 tur.¶Sed pone,quòd quis cõmiſit plura delicta,quorum nullũ ſua natura eſt tale,ut pro eo habeat locum tortura,ſed cumulatis omnibus bene habet locum,an eo caſu habeat locum tortura?Philip.Cor. in conſi.ccxvij.in primo lib.conſuluit,quòd nõ:cùm uniuſcuiuſq; natura inſpiciatur,& nõ omnium cu-
67 mulatio. ¶Tertiodecimò requiritur,quòd cõfeſsio per torturam ſit extorta ab eo,contra quẽ erãt indicia,& qui erat lenis uitæ,& diffamatus de aliis delictis:ut in c.regni incipien.tormentis.& dicit And.de Iſer.in conſtitu.ſi dãna clandeſtina. quod fallit ſecundũ eum,quãdo cõtra tortum fuerat examinatus unus teſtis omni exceptione maior de uiſo,qui non fuerat reprobatus:& firmat Gramma.in cõſil.15.nume.5.
68 ¶Quartodecimò requiritur,quòd tortus & confeſſus,non ſit tortus ultra modum conſuetũ,& per nouas ſpecies tormentorũ.quia tunc confeſsio ſequuta, eſſet inualida. quia in torquendo attendẽdus eſt modus conſuetus.ſecundũ Cy.Bal. & Sali.in l.Gracchus.C.de adulter. per l.ſed an ultro.ff.de nego.geſt.& iudicabitur, modum conſuetũ excedere ex qualitate tormenti,conditione perſonæ, & conſuetudine loci.ſecundũ Par.de Put.in lib. ſyndica.in uerbo, tortura.uerſicu. an ſi officialis aliquem tormentauit,qui mortuus eſt.& ideo iudex non debet ſcindere carnes torquẽdi, ut confiteatur.ſecundum Bald. in l.penul.de eme.propin.& in prędicto caſu etiam punietur iudex:
69 ut ibi per Par.ubi ſuprà.¶Et ideò malè faciunt iudices, qui paſsim in omnibus caſibus, quando torquent aliquem, in pedibus imponunt magna pondera,uel adhibent aquam frigidam in dorſo pendentis

tis in tortura:quia hæc non niſi in grauiſsimis criminibus fieri poſ. ſunt.ſecundũ Par.de Pu.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.lo.iij.in fine
70 uer.ſi de repetitione.¶Et quod peius eſt,inueniunt noua genera tormentorum,ut ſcindãt carnes:ut eſt tormentum polletri.nam hæc non niſi in grauibus fieri poſſunt.ſecundum Bald.in l.j.C.de his qui ad lib. perue.refert Par.in dic.uerbo,tor-
71 tura lo.iij.uiſo de repetitio.¶Decimoquintò requiritur,quòd non ſit tortus quis ultra tertiã uicem:& ob id confeſſus,quòd eſſet immoderatè tortus,nullũ ſibi periculum crearit.ſecundũ Pau.de Ca.in cõſil.197. incip.uiſa inquiſitione.circa fi.& ſequitur Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,tortura.in c.uiſo de repeti-
72 tione torturæ.¶Decimoſextò requiritur,quòd antequàm quis torqueatur,accuſator petat torqueri: aliàs accuſatore non petente nec requirente,iudex nõ debet procedere ad torturã.ſecundũ Bal.in c.j. §.iudices.iij.colũ. de pa.iur.fir. ſed Bal.non dicit,quòd nõ poteſt torqueri:ſed dicit,quòd iudex non tenetur torquere:quæ ſunt diuerſa. imò ſtatim ac quis aliquem accuſat,& dat indicia,uidetur interpel-
73 lare,ut torqueatur.¶Decimoſeptimò requiritur,quòd non ſit illata tortura die feriato,idq; ob honorem Dei:quia confeſsio inualidabitur.& hoc eſt uerũ in crimiuibus leuibus & non ita grauibus.ſecundum Brun.in tract.de indi.& tor.in ſecunda parte.v.q.nu.52.uerſi.quæro ulterius.& uidetur decidi per tex.in l.nemo.C.de epiſc.audien.& in l.prouinciarum.C.de fer.& concordat c.regni.incip.idem prouiſa
74 iuris ſanctio.¶Decimooctauò requiritur,quòd antequàm quis torqueatur,pronuncietur per iudicem fore torquendũ.ſecundũ Bru.in ſæpe allegato tra.in ix.charta.iiij.col.
75 ¶Decimononò requiritur,ꝙ non extorqueatur confeſsio à muliere prægnante per torturam.quia eſſet nullius ualoris.nec intra 40. dies, quibus ex puerperio decumbit.ſecundum Bart.in l.prægnantis.ff.de pœn.poſt gloſ.& Ioan.de Ana.in c. intelleximus.ij.& iij.colum.de his, qui fi.occi.& Bald.in l.imperator. ff.de ſta.ho.& firmat Marſil.in l.1.ff. de quæſtio.uerſic.nonò requiritur. v.colum.nume.19.ubi idẽ obſeruari dicit etiã poſt 40.dies,ſi nõ poſſet reperiri nutrix puero,ne pereat.
76 ¶Vigeſimò requiritur,quòd cõfeſſio nõ ſit extorta per ſuggeſtionẽ: utputa, factis interrogatoriis, an Seius homicidiũ fecerit:& ſimilia. quia id eſſet ſuggerere.per text.& ibi Bart.in l.j.§.qui quæſtionẽ.ff.de quæſtio.debet enim in genere interrogari.ſecundũ Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo, fama publica. uerſic.uideamus de tortura.in ulti. colũ.& Ludo.Bolo.in addi.ad Guido.de Suza.in tract.de indi.& tor-
77 men.nume.23.¶Vigeſimoprimò requiritur,quòd non ſit extorta confeſsio à perſonis, quæ regulariter prohibētur torqueri:quia eſſet inualida.& regulariter omnes poſſunt torqueri,ſiue liberi,ſiue ſerui, ſiue maſculi,ſiue fœminæ, ſiue patresfamilias,ſiue filiifamilias:niſi expreſsè reperiatur prohibitũ.l.unius §.j.&

§.j.& in l.Labeo.ff.de quæſtio.& latiſsime proſequitur Bru.in tract.de indi.& tor.in 4. q.principali.& Ange.de maleſi.in uerbo,ſama publica.uerſicu. uideamus de tortura.6. q.

78 ¶ Vigeſimoſecundò requiritur ſi confeſsio extorta ſit per repetitionem torturæ,quòd repetitio iſta rite & rectè proceſſerit,& in caſu pmiſſo à iure.& ideo uidēdū erit,nū tortura repeti poterat in eo caſu. nam tortura ut repeti poſsit ſecundum Bar.in l.unius.§.j.ff.de quæſt. requiritur,quòd noua ſuperueniāt indicia.ſed poſteà idem Barto.ibidem diſtinguit,quòd aut cōtra tortum erant,& ſunt urgentiora & euidentiora indicia,& poteſt quæſtio repeti:aut erant & ſunt leuia indicia contra eum,& iſto caſu non poteſt.ita tenendum dicit, licet aliter eius doctri.referatur per Angelum in lib.malefic.in uerbo,fama publica.in uerſicu.tertiò quçro.ubi finaliter dicit:caueas iudex,ut nō repetas tormēta,niſi ſuperuenerint noua indicia.Saiic.in l.ij. C. de cuſto. reo.in fine refert opinionem Bart. in d.l.unius.prout ego retuli . & ſe confirmat cum dicta opinione Bar. ut conſideretur qualitas indiciorū: & ita dicit in practica ſeruari.Bal.in l.milites.C.de quæſtio.in ij.colum. refert Cyn.& Odof.& concludit,ꝙ aut quis fuit ſufficienter tortus , & non adſunt noua indicia,& nō poteſt repeti:aut non fuit ſufficienter tortus,& poteſt repeti.Gādi.in tit. de quæſt & tor.4.col.dicit hæc formalia uerba cōcluſiuè:tu tamen dic ſecundum do.Odof. ꝙ non poteſt repeti ſine nouis indiciis : qualia erunt c.ut,quia tortus dixit,nullum cubaſſe ſecū ea nocte in illa domo, ubi maleficium fuit commiſſum,& poſteà per teſtes probetur contrariū,uel aliud ſimile.& hæc eſt cōmunis opinio aliorū doctorū. aſſeſſores tamē honoris auidi,hoc nō ſeruant:imò quotidie quæſtiones repetunt ſine nouis indiciis , quouſque de impetitis criminibus ueritas eruatur.quia poſſunt defenſari per l.in corpore.ut ui.ſine quoquo ſuffragio.§.oportet.ibi: iudices torquebunt fures & non ceſſabunt: conſideret autem iudex in quçſtione repetenda,quomodo tortus in animi & corporis fortitudine perdurauerit.& ſic,ut uides,refert cōmunem opinionem doctorū eſſe, quòd non repetatur,niſi ut ſuprà: tamen dicit de conſuetudine aliud ſeruari.& ſic poteſt potius Gādin. allegari pro cōtraria opinione.ſed cōſidera,ꝙ in uerſiculo ſequēti uidetur uelle,quòd adſint noua indicia:ſed illud intelligo de iure:aliud in practica,ut ipſe dicit.& quòd nō poſsit repeti tortura ſine nouis indiciis,tenuit Augu.de Ari.in addit. Ange.in loco ſuprà allegato . & idē ibidem concludit Bernard.Par. de Put.in tracta.ſyndica.in uerbo,tortura.uerſicu.de repetitione torturç ſcias.poſt relatas hinc inde opiniones dicit hæc uerba formalia:& ſic erit arbitrarium:quod quidē de repetitione torturæ,& hoc cōmuniter obſeruatur:quia quando iudici uidebitur,ꝙ nō ſit ſufficiēter tortus prima uice, habita conſideratione robuſtitatis torti,& tolerātiæ tormentorum , eius debilitatis , indi-

ciorum uehementiæ uel ipſorum debilitatis, & immanitatis delicti, ac etiã loci torturæ: an uidelicet tractus fuerint dati à loco multũ alto, an humili: & an fuerit parum altatus. quia tũc reperitur tortura quaſi prima non fuiſſet integra: uel ſi iudex dicat non plus pro hodie, &. det cautelam, ꝙ proteſtetur & interloquatur, quod intendit pro tũc ſuperſedere in tortura iam data nõ ꝑfectè, ſed leui modo, & ipſam repetere, ſi & quoties opus fuerit: & non aliter quàm ad indagãdam ueritatem. & ita in effectu reſidet. Afflic. in conſtitu. ſi damna clãdeſtina. dicit hæc formalia uerba: & ego uidi obſeruatũ à bonis iudicibus, ꝙ ſufficienter tortus, non torquetur iterum ſine nouis indiciis. & dicitur ſufficienter tortus ſecundum qualitatem perſonæ ipſius torti. & indicia prꝺhabita, & totum hoc, eſt in arbitrio iudicis, ut ſuprà dictum eſt. Marſil. in l. repeti. ff. de quæſtionib. nume. 5. in fine dicit hæc formalia uerba concludendo: & finaliter hęc eſt communis omnium opinio, ꝙ leuiter tortus poteſt repeti in tormentis, ut ſufficienter torqueatur: ſed ſi fuerit ſufficienter tortus, & nihil dixerit, tunc non poterunt repeti tormẽta, niſi ſuperuenerint noua indicia fortiora primis: & ita ſeruãdũ eſt in practica. quia iſta opinio eſt æquior & ſuſtentabilior, & magis iuri conſona. & ita reſidet. & quando dicantur noua indicia, uide Angel. de Are. in libro maleſic. in uerbo, ſuprà allega. Franc. Brun. in tracta. de indi. & tortu. in 5. q. nu. 58. ubi plenè uideas Boer. in deciſio. 167. nume. 9. prima parte. Guido de Suza. & ibi Ludo. Bolo. in additio. in tracta. de indi. & tor. numero 57.

79 ¶ Vigeſimotertiò requiritur, ꝙ cõfeſſio extorta & habita per torturã, ſit extorta mediãte illata tortura ꝑ habentem merum imperium. quia poteſtas torquendi, eſt meri imperii: ut l. defenſores. C. de defen. ciui. & tenet Gulie. de Cun. in l. imperium. ff. de iuriſdic. om. iud. & Marſi. in l. pe. nu. 5. ff. de quæſti. & ideo locum tenens poteſtatis, & ſimplex aſſeſſor, nõ ꝑoſſunt torquere.

80 ¶ Vigeſimoquartò requiritur, ꝙ cõfeſſio fiat principaliter de delicto, de quo inquiritur, & non incidente, ut confitens poſſit damnari pœna ordinaria. ſecundum Bar. in l. ſi cõfeſſus. ff. de cuſto. reo. & Innoc. in c. fi. pe. colum. de confeſ. & Marſi. l. in l. repeti. nu. 24. ff. de quæſtio. & in l. j. ff. eo. circa fi.

81 ¶ Vigeſimoquintò requiritur, ꝙ confeſſio facta in tormentis, ratificetur extra locum & aſpectũ torturæ in publico teſtimonio. ſecundum praxim, quam tradit Iacob. de Belui. in praxi cri. in ti. de quęſtio. colum. 15. & ad longum per Marſil. in praxi crimi. §. quoniam. & Fran. Brunus in tracta. de indi. & tor. ſecunda parte. ſexta quæſtione. numero 4. & Guido de Suza. in tracta. de tor. nu. 78. & ibi Ludo. Bologni. in additio.

82 ¶ Vnum tamẽ ſcias, quòd ratificatio confeſſatorum in tormentis, non requiritur, ubi ultra confeſſionem adeſt confeſſio extraiudicialis præcedens iſtã confeſſionem. ſecundum Ioan. de Imo. in c. at ſi clerici. de iudic. & Felin. in c. olim. quinta colum. de reſcript. &

Iaſon

Iaſon, in l. magiſtratibus. ff. de iuriſ. om. iudic. ſecunda colum. & Marſil. in praxi cri. §. quoniam. numero 38.
83 ¶ Item licet confeſsio extorta per torturam, abſque ratificatione ſit inutilis, ut ſupra dixi: tamen hæc uera ſunt, quãdo tortura fuit magna, ſecus autem, ſi leuis & modica, & tortus fuiſſet robuſtus. nam tunc ualebit talis confeſsio abſque alia perſeuerantia, ex quo cenſetur ſpõtanea & non tortura extorta: ut per Barto. in l. j. §. diuus. & §. ſi quis ultro. & in l. penulti. ff. de quæſtionibus. & Bald. in l. prima. C. de confeſ. & Par. de Puteo in tractatu ſyndica. in uerbo, tortura. lo primo. uerſiculo. an ex ſola confeſsione. & in uerbo, tortura. uerſiculo uiſo de repetitione. & Bal. in l. 2. C. quorum
84 appella. & Gramma. in uol. 6. ¶ Vigeſimoſextò requiritur, ſi confeſsio etiam iurata & ratificata, fuerit allegata erronea, ꝙ detur terminus ad probandum de errore, & admittatur reuocatio: & interim non debet exequi: ut plene habetur per Gra. in uoto 7. & in uoto decimo. allegat Andr. in conſtitutione, ſi dãna clandeſtina. & habetur per Marſi. in l. j. §. ſi. 18. col. ff. de quæſt. & Tho. Gram. in conſi. 69. & Marſi. in praxi §. quoniam. & Iaſon. in l. magiſtratibus. ff. de iur. omnium iudicũ. & in l. error. C. de iur. & facti igno. & Par. s in uerbo, confeſsio. & in uerbo, tortura. lo. tertio. uerſicu. ſequitur quæſtio quotidiana. Tho. Gram-
85 ma. in conſ. 40. ¶ Vigeſimoſeptimò requiritur, ſiquis confitetur aliquod delictũ, quod reqritur ad ſui probationem & uerificationem ue rificari aliquã probabilitatẽ, ut puniri poſſet, quòd expreſsè confiteatur illã qualitatem, uel confiteatur generaliter omnia contenta in accuſatione uel inquiſitione, quia tũc uidetur cõfiteri omnes qualitates. exemplũ: ſi inquiritur de adulterio cõmiſſo cum Berta uxore Titij, & confitetur reus ſe cognouiſſe Bertam, nõ ſufficit iſta cõfeſsio ad cõdẽnandũ: niſi probetur, ꝙ Berta ſit uxor Titij. nã cõfitendo ſimpliciter ſe cognouiſſe Bertã, nõ uidetur cõfiteri matrimoniũ inter Bertã & Titium: & ſic debet probari illa qualitas, uel quòd confiteatur expreſsè in genere uel in ſpecie, ut ſup. dictã qualitatẽ: ut tradit Bar. in l. ſi cui. §. j. ff. de lega. primo. ſed de ueritate huius dicti uide Ang. de Are. in lib. maleſi. in uerbo, cõparent dicti inquiſiti, & confitentur totum. & ibi Bernar. de Lan. in addi. & Augu. de Ari. ibi. & Marſi. in l. lege Cornelia. §. conſtitutum. ff. ad l. Cor. de ſicar.
86 ¶ Vigeſimooctauò requirit̃, ſiquis cõfitetur ſe uenenaſſe aliquẽ, & ex eo illũ mortuũ eſſe, quod probetur per alias probationes, & per expertos & ſigna, quòd ille talis ex ueneno mortuus fuerit: aliàs iſta confeſſio ſola non ſufficit ad cõdemnandum: & eſt ratio, quia talis confeſſio eſt impoſsibilis, quia ſi reus cõfitetur ex ueneno per ſe dato, mortuum eſſe, confitetur illud, quod eſt ipſi impoſsibile ſcitu: uidelicet ꝙ ille mortuus ſit ex illo ueneno. nã impoſsibile eſt idiotis ſcire operationem, quã facit res in corpore. ſecundum Alex. in conſi. 339. incip. in cauſa inquiſitionis formatę. pri. col.

& firmat ac ſequitur Marſi.in l.j.§. præterea.nu.37.ff.de ſicar.& Afflic. in conſti.mala noxia.pri.col.& dixi
87 ſuprà. ¶ Vigeſimononò requiritur quòd iudex ſtatuat terminum confeſſo ad faciendũ omnes defenſiones aduerſus illã cõfeſsionẽ:ut latè docet Afflict.in cõſti.ſuper inciſio-
88 nibus.4.nota.¶ Trigeſimò requiritur,ꝙ dicta cõfeſsio non ſit fundata ſuper inordinato& nullo proceſſu.quia nõ poteſt uirtute ipſius procedi ad condẽnationem:ſecus, quando cõfeſsio eſſet ſpontanea. quia eo caſu ex ea cõfitens dãnari poteſt:ut dicit Ange.de Aret.in lib. malefic. in uerbo,fama publica.in uerſi.& aduertas tamen.& habetur plenè per Felin.in c.at ſi clerici.extrà.de iudi.Iſtis autem omnibus requiſitis cõcurrentibus plures effe-
89 ctus operatur dicta confeſsio.¶ Et primò operatur.quia ut per torturã habita ſit,tamen licitè iudex poteſt ſcribi facere,ꝙ ſponte reus confeſſus fuit:& nec notarius,nec ipſe incidunt in falſum:ſecus, quando nõ concurrẽtibus prædictis habita fuit. ſed tamẽ Ang.& Imol.in l.q in aliena.§.fi.ff.de acqui.hære.& no.Ang. de Are.in lib.ma.in uerbo, cõparẽt dicti inquiſiti,& cõfitentur totum. in fi.& eſt hoc uerũ dato aliquo interuallo inter cõfeſsionẽ & tormẽta,quod relinquitur iudicãtis arbitrio.ſecundũ Alex.in cõſi.j.in 3.lib.
90 ¶ Secũdò operatur, quia ualidior eſt cõfeſsio cũ tormentis,quàm ſine:ut habetur ĩ auth.de teſt.§.j.ſed pro ueritate huius d.Bar. quem ſequitur Marſi.in l.j.ff.de quæſti.§.j. facit tres caſus. primus caſus eſt, quando quis torquetur in ſe tantũ: & tunc ualidior eſt confeſsio ſpontanea,quàm cũ tormentis:ut in d. §.j.& in §.diuus.ea.l.ſecundus eſt, quando quis de alio interrogatur: & tunc eſt ualidior illa,quæ fit cum tormentis.quandoq; quis torquetur in ſe & in aliũ:& tunc debilior eſt cõfeſsio, quæ fit cũ tormentis,
91 quàm quæ ſine tormẽtis. ¶ Tertiò operatur, ꝙ in quibus caſibus teſtes reprobati à iure, examinati ſine tortura nõ probant, in iis cum tortura bene probãt:ut habeẽ per Innoc.glo.in c.cùm P.de accuſa.& per Alex.in cõſ.xj.in pri.lib.& Mar. in l.ex libero.nu.8.ff. de quæſtio.& hoc ubi ſpecialiter inductum eſt,ꝙ tales teſtes reprobati admittantur.
92 ¶ Quartò operatur.nã licet cõfeſſio & depoſitio teſtis uarij ſeu conuicti de mendacio, nullum operetur effectum.ſecũdũ Inno.in c.præterea.de teſti.cogen.& do.Anto.in c.cũ in tua.ulti.col.de teſti.& Ang. in conſi.275.incip.quædam domina Margareta.& Alex.in cõſi.364.inci. in cauſa appellationis.in v.col.tamen ſi tortus perſiſtit in ſua cõfeſſione pri.erit ualida dicta cõfeſsio: ut habetur in l.ex libero.& ibi glo. & Bart.ff.de quæſtio.& per Inno.& alios in c.cum in contemplatione. de regu.iuris.per Dy.in regula.ſine culpa.de regu.iur.& Cy.in l.fi.C.de quæſtio. Bald.in l.iij.C. ad l.Iul. de adulter. Sali.in l.nullus.C.de teſti. de quibus uideas Bar.in l.quicquid aſtringendæ.ff.de uerbo.obliga. &
93 Grãma.in conſi,33.nu.3. ¶ Quintò operatur.nã licet confeſsio ſpontanea minoris non ualeat, niſi ſit facta

facta in præſentia curatoris:tamen facta in tormentis etiã abſque pręſentia curatoris,ualet & tenet:dũmodò in principio cauſæ ei datus fuerit curator,& adhibita fuerit cauſæ cognitio.ut habetur per Bal.in l.
94 clarũ C.de auth.præſtan. ¶ Sextò operatur.nã confeſsio facta in tor. etiã ſi fuerit reuocata,probat ſemiplenè.ſecundũ Bal.in l.bonæ fidei. ij.col.uerſi.itẽ quæro de confeſsione.C.de re.cre.& Alexã.in l.j.§.diuus.ff. de quæſtio. & habetur per Panor.in c.ex literis.extrà.de cõfeſ. iij.col.uerſicu.nota unum caſum.& ꝙ ſi reuocans dicat ſe erraſſe & cõfeſſum fuiſſe dolore tormẽtorũ,an debeat ei dari terminus ad probãdum de errore, antequã torqueatur?dic,quòd ſic.ſecundũ Grãma.
95 uoto vij.¶ Septimò operatur.quia licet facta ſit tormentis adhibitis: tamen dicitur confeſsio uoluntaria,licet non ſpontanea.ſecundum Bald.in c.j.§. iniuria.viij.col. uerſi. quæro,utrũ ſemel tortus.de pa.iur. fir.& Flo.in l.de ætate.§.j.de inter. actio.& Bart.Cepo.in l.ſponſio.ff.
96 de uerb.ſigni. ¶ Octauò operatur. quia licet fuerit facta coram iudice incõpetenti,tamen ſi perſeueratur corã iudice cõpetenti,ualet & tenet.ſecundũ Cardi.in cle.prima.§. ij.de hære.& cogitur in ea perſeuerare coram competẽti:ut habetur
97 in prima parte.nu.xj.ubi dixi.¶ Nonò operatur.quia ſi cõfeſſus fuerit quis in tortura aliqua delicta, de quibus indicia extiterãt, poteſt interrogari & torqueri de aliis delictis in genere,de quibus nulla apparent indicia: & hoc de generali conſuetudine Italiæ.ſecundũ Ang. in tra.male.in uerbo,fama publica. in finalibus uerbis.& recolo dixiſſe ſuprà in uerbo,rei indurati torqueã
98 tur.¶ Decimò operatur.quia licet confeſsio ipſa reuocetur,tamen ſi omnia prædicta requiſita concurrant:& maximè,ſi concurrant indicia ſufficientia,& talia,quę indubitabiliter indicant ueritatem cõiuncta confeſsione ipſa,ſecundũ Bal.in l.fi.C.de proba.non prodeſt dicta reuocatio:ſed condẽnari poteſt,ſi non probetur contrarium per reuocantem. & proſequitur Gram-
99 ma.in deciſio.62.per totã. ¶ Vndecimò operatur.quia ſtante confeſſione prædicta & concurrentibus indiciis coadiuuãtibus ipſam confeſsionẽ,confeſſus ipſe appellare non poteſt.ſecundũ Bal.in l.cũ non ſolùm.§. neceſsitate.C.de bo.quæ lib.in.4.col.per text.in c.Romana. §.ſi autem.de appel.in vj.& ſequi-
100 tur Grã.in deciſio.72.nu.5.¶ Duodecimò operatur,ut ex ea cõfeſsione poſsit confitens damnari:ut habetur in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſt.reo. & extrà.de confe.c.cũ ſuper.& latè firmat Fran. Brun.in tra.de indi.& tor.in 6.q.2.partis.nu.29.in uerbo, poſtremò quæro. operatur etiam multos alios effectus,quos operatur confeſsio iudicialis,de quibus uide ſuprà. Sequitur ut uideamus de aliquibus quęſtionibus uariis in
101 materia.¶ Et primò quæro, quòd ſi confitens in tortura & extra torturam, ꝙ Titius fuit ſuus ſocius ad committendum tale homicidiũ uel delictum,poſteà condemnatus ad mortẽ,apud furcas dixit:reuoco

confeſsionem,quò ad illũ ſocium,
& quòd falſò eum inculpaui confi-
teor:an ex hoc illa cõfeſsio redda-
tur inanis,quò ad illum nominatũ?
hanc quæſtionẽ ponit Marſi.in pra
xi cri. §.reſtat.& finaliter decidit,ꝙ
talis reuocatio nihil prodeſt illi no
minato,quando ultra confeſsionẽ
torti adeſſet aliquod aliud indiciũ
corroborans dictã confeſsionem.
Gramma.in uoto xj.nu.18.uidetur
tenere talem reuocationẽ indiffe-
renter ualere,& prodeſſe nomina-
to. ſed adde,quòd intentio Grãm.
rectè intuenti uelle uideatur con-
cordatiam cum diſtinctione Marſi.
quod apparet, quia in repertorio,
in uerbo,cõdemnatus.dicit, quòd
quando condemnatus,dum duci-
tur ad furcas, exculpat eos, quos
inculpauit, ualet talis exculpatio:
dummodò alia non appareant ue-
rificata.& allegat d.uo.11.uide And.
de Iſer.in cõſti.ſi damna clandeſti-
na.ubi dicit,quòd relinquitur arbi-
trio iudicantis,qui debet conſidera
re,an aliquo procurante fuerit fa-
102 cta illa reuocatio.¶ Secundò quæ-
ro:pone,quòd commiſſum eſt ali-
quod delictum,quod nõ poteſt ſci
ri à quo cõmiſſum ſit,quod in ma-
gna aliqua multitudine admiſſum
ſit,unus uerò captus de illis,qui in-
teruenerant, & tortus confitetur,
ſe non cõmiſiſſe illud delictum,ſed
fuiſſe autorem & principalem ad
coadiuuandũ illos homines ad ali-
quid faciendũ,quod erat de gene-
re prohibitorũ:an hic ex hac con-
feſsione puniatur?Marſi.in repe.l.
uni.C.de rap.uirgi. nume.79.uerſi.
& tene menti,dicit, quòd ſic,alios
doctores in hoc citãs ita tenentes.
103 ¶ Tertiò quæro:ecce quis inqui-
ritur de raptu mulieris, & ſeruatis
ſeruãdis fuit tortus & cõfeſſus,ſe
nõ rapuiſſe,ſed fuiſſe ĩ ſocietate ra-
ptoris:an ex hoc poterit puniri de
raptu,alio nõ conſtito?dicas,quòd
non.ſecundum eundem Marſi.ubi
ſuprà.nu.81.in 6.char.alios docto-
104 res adducentẽ ita tenere.¶ Quar
tò quæro: ecce inquiſitus ſponte
confeſſus eſt delictũ, pòſt uerò ad
tribunal ductus nõ uult illud rati-
ficare: an cogi poſsit per torturã?
Marſi. in praxi cri.§.quoniam. nu.
18.diſtinguit,quòd aut iſte cõfeſſus
eſt maior 25.annis:aut minor. pri-
mo caſu ſi confeſſus fuit in iudicio,
& habet confeſsio ſua requiſita,ut
diximus in prima parte,& non eſt
opus alia ratificatione, ſed poteſt
condemnari:aut cõfeſſus fuit extra
iudicium,& tunc non poterit con-
demnari:ſed operatur, ut diximus
ſup.in 2.parte.ſecundo caſu etiam ſi
confeſſus fuerit ſponte cum auto-
ritate curatoris,nõ poteritdefiniti-
uè condẽmnari,niſi ratificauerit &
105 approbauerit. ¶ Quintò quæro:
ecce aliquis cõfitetur delictũ con-
tra ſe ſponte uel per torturam:an
poſsit ſine nouis indiciis torqueri,
ut manifeſtet mandantem?dicas,ꝙ
ſic.ſecundum Ange.in l.& ſi certus.
ff.ad Sylle.& idem tenet Angel.in
lib.male.in uerbo,Semproniũ man
datorem.2.col.& Deci.in conſi.189.
106 incipiẽ.lætatus ſum.6.col.¶ Sextò
quæro:ecce quis inquiſitus de ho-
micidio ſemper negauit, tandem
uerò ex indiciis cõtra eum exiſten-
tibus tortus confeſſus eſt, ſe illud

quidē delictum patraſſe, attamen ad ſui defenſionem, idque offert probare: an admitti debeat ad id probandum, nec ne? And. de Iſer. & Afflict. in conſtit. terminū uitæ. in 7. quę dicunt, quod licet aliud dicāt iudices ſitiētes ſanguinem humanum: liceatque ſe remittant ad dicta per eos in tit. de contro. inueſt. §. item ſi uaſſallus. & tenet hic Luc. Pen. in l. profeſsio. C. de mu. patri.

107 lib. xj. ¶ Septimò quæro, an inquiſitus de libello infamatorio: puta, quia fecit libellum infamatorium contra honorem alicuius, & ipſum poſuit in locis publicis: ſi apparent indicia ad torturam, de hoc poſsit torqueri? iſtum caſum habui de facto Salerni, quo tempore ibi eram iudex in perſonam cuiuſdam mulieris, quæ per ſuum filium minorem ſcribi fecit, ſe dictāte plures libellos infamatorios contra quendā, quē honeſtatis cauſa nō nomino, ꝙ eius uidelicet ſoror eſſet ſtuprata, & de alijs infamijs: & ſatis dubitaui, an poſſet torqueri: & ſaluo, ſemper meliori cōſilio, dico, quòd totum hoc in eo pendet, ut inſpiciatur, quòd crimen poſitum ſit in libello ipſo famoſo, nam ſi eſt tale delictum, ut ſi uerum eſſet, pro eo ueniret imponenda pœna ultra relegationem contra nominatum in tali libello: tum ſi author libelli nō docuerit uerum eſſe id crimen, punitur ipſe pœna illa, qua puniretur ille nominatus: & ſic haberet locū tortura: aliàs ſi imponeretur pœna pro eo crimine ibi nominato infra relegationem, non haberet locum tortura: ut eſt text. iuncta glo. & ibi not. Salice. in l. unica. C. de famo. libe. quæ omnia notes in actu pra-

108 ctico. ¶ Octauò quæro, an poſsit torqueri ille, qui domum alicuius ſaxis impetierit de nocte. hoc dices dependere ex qualitate pœnæ, qua ueniret plectendus faciens talem impetitionem: & cùm hic caſus de facto eueniſſet in terra Sancti Seuerini, quo tempore ibi eram iudex, uolui caſum reperire, & reperi text. in l. ſi ſtatua. ff. de iniur. ponentē in indiuiduo caſum, quòd actio iniuriarum competit: & ſic tortura

109 non habet locum. ¶ Nono quęro, quòd ſi aliquis tortus fuit & confeſſus, deinde non perſeuerans in ratificatione iterum torquetur, & confitetur: in ratificatione uerò iterum negat: & denuo tortus confitetur, & in ratificatione negat, quid ſit faciendum. iſtam quæſtionem poſuit do. Par. de Put. in lib. ſyndica. in uerbo, tortura. & dicit ſe habuiſſe de facto, & per ſententiam eūdem liberaſſe. de quo per Boër. in deci-

110 ſio. 16. in 2. parte. ¶ Decimò quæro quòd ſi tortus quis perſeuerat in negando, & contra eum apparēt nonnullæ probationes apparentes ex proceſſu, & tortus eſt citra prę-iudicium probatorum: an poſsit condemnari, quum negauerit. & licet Barth. Cepo. conſi. 32. incip. ruſtici Vicentini. teneat, quòd non: tamen contrarium eſt uerius. per caſum ſingularem in l. qui ſententiam. C. de pœn. quem dicit ad hoc eſſe ſingularem Alexan. in l. unius. §. reus. ff. de quæſtio. & Ludoui. in l. 1. §. hoc reſcriptum. ff. ad Sylleia. & Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortu-

tortura.lo ulti.in c.quidam latro fa moſus.prima col.& plenè Grāmat. in conſi.12.nu.24.& de pœna extraordinaria & ordinaria, uide ibidē.

111 ¶ Vndecimò quæro, an metus torturæ, & ipſa tortura, æquiparentur ad hoc, ut cōfeſsio facta indiciis nō præcedentibus, non teneat, ſi facta fuit metu torturæ: dicas, ꝙ ſic.ſecūdum Bal.in l.interpoſitas.C.de trā. circa fi.quem ibi ſequuntur docto. & Alexand.iu l.prima.§.diuus.ff.de quæſtio.& Bal.in l.maximè.ff.quod fal.tu.autor.& Mar.in l.j.ff.de quæ-

112 ſtio.nu.42. ¶ Et quæ dicatur confeſsio metu torturæ extorta, relinquitur arbitrio iudicis.ſecūdū Bart. in d.l.interpoſitas. prima colum.in uerbo, ulterius no.& Ange.Aret.in lib.male.in uerbo, fama publica.in fi.Alex.in l.j.§.diuus.ff.de quæſtio. Cy.& Salice.in l.ij.C.de custo.reo.

113 ¶ Sed an confeſsio facta per eum, qui fuit ſpoliatus, ut torqueretur, ſed nō ligatus, dicatur metu torturę extorta? Nico.de Neapo.in l.nouiſsimè.ff.de eo, quod fal.tuto.autho.dicit, ꝙ nō: ſed Sali.in l.ii.C.de custo.reo.tenet oppoſitum.& idem tenet Cardi.in cle.pri.§.ij.de hære. dicēs, ꝙ nuditas est tormentum, ſicut ieiunatio.Bar.in l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quęſtio.dicit, ꝙ tunc dicitur facta metu torturæ, quādo est facta adhibitis tormentis: uel facta prope tormenta, aliquo ligato, & præcedentibus minis de torquendo.non autem quælibet leuis territio facit uideri cōfeſsionem ipſam, factam formidine tormētorum: ſed requiritur, quòd ſit poſitus in tormētis: uel ductus ad ea.item ſi eſſet poſitus in carceribus, in quibus fame periret.ſola enim ductio ad funem, eſt leuis territio: ſed ductio & ligatio bene faciunt uideri confeſſionem extortam metu tormentorum.ſecundum Ang.in l.item apud Labeonem.§.quamuis.ff.de iniur. & dixit Bald.in l.prima.C.de custo. reo.quòd ligatus manicis ferreis dicitur torqueri.confeſsio autē facta in carceribus, in quibus non denegatur cibus & potus, nō dicitur facta metu tormentorum.ſecundum Bal.in l.prima.C.de confeſ.vj.colū. ſed Gandi.in lib.maleſi.in rubrica, de quæſtio.& tor.dicit: ſufficit, ſi ſit quis ductus ad chordam, etiam ſi non ſint ligatæ manus à tergo, ut confeſsio uideatur facta metu tormentorum.& ſic cōtra dictum Ange.in d.§.quæſtionis.& dictū Gandi.ſequitur Augu.de Ari.in addi.ad Ang.in uerbo, fama publica.in antepe.col.& idem uidetur ſequi Bar. in l.nouiſsimè.ff.quod fal.tuto.autho.ubi dicit ſufficere duci & ſpoliari ante torturam: licet non ſit ligatus: & cum hac opinione tranſit Fran.Bru.in tracta.de indi.& tor.in ſecunda parte ſecundæ quæſtio.in princ.ſequitur Marſi.in praxi cri.§. expedita.nume.10.licet ibi teneat, quòd confeſsio facta in carcere, dicitur facta metu tormentorum: & quòd ſufficiat probari ſolam detentionem, ut præſumatur facta metu tormentorum: & tenet Guido de Suzar.in tract.de indi.et tortu.nume.72.& ibi Ludo.in addit.dicit, ꝙ confeſsio in ipſis tormentis æquiparatur confeſsioni, quæ ſit ad pedem torturæ cum ligantur manus,

& terror incutitur à iudice ſemper dicente, quòd ſi non confiteatur ſubiiciendus ſit torturæ. nam talis confeſsio, niſi detur perſeuerantia & ratificatio, nõ ſufficit ad condẽnandum. Pau. Grilla. in tra. de quæſtio. & tor. in 4. qõ. dicit, quòd confeſsio facta in iſtis præparatoriis tormẽtorum, dicitur extorta metu tormentorum, & indiget ratificatione: & ſequitur Thom. Gramma. in conſil. xv. numero. 7. ego pro nũc limitarem omnia prædicta, ut procedant in homine debili & infirmo ac ruſtico: ſecus erit, ſi eſt homo robuſtus & ſagax, quia tunc ualet cõfeſsio nulla alia data perſeuerantia & ratificatione: quia ſi uere ſit tortus idq; modicè, & eſt homo robuſtus, & confitetur, confeſsio ipſius ualet & tenet, etiam non data perſeuerantia & ratificatione: ut dicit Bal. in l. j. C. de cõfe. & ſequitur Par. de Put. in lib. ſyndi. in uerbo, tortura. uerſic. an ex ſola confeſsione. & ſequitur Grãma. in uoto v. nu. 5. cũ aliis ſequẽtib. quãto igitur magis, ſi

114 ſolus terror ſit illatus. ¶ Duodecimò quæro: põne, quis confitetur ſe cõbuſsiſſe ſcripturas: an poſsit torqueri, ut confiteatur, qua de cauſa combuſſerit? dicas, quòd ſic: ut con ſuluit Bal. in conſil. 223. in quarto libro. & refert & ſequitur Bernar. de Landria. in addi. ad quæſtionẽ, quã tangit Ange. de Are. in uerbo, falſario dilacerante, cõburente, uel ce-

115 lante literas alienas. ¶ Decimotertiò quæro, an cõfeſsio requirat ratificationẽ, ubi facta eſt in tormentis, ſi plenè eſt probatum delictum per capturam perſonæ in fragranti crimine. dicas, quòd non. per text. in l. qui ſententiam. & ibi docto. C. de pœn. & plenè per Thom. Grammatica. in deciſio. 36. numero 60.

116 ¶ Decimoquartò quæro, quòd ſi aliquis cõfitetur ſe commiſiſſe delictum, quod reuerà conſtat ipſum nõ commiſiſſe, an puniatur? dicas, quòd non: niſi mendaciter aliquis confiteretur ſperans ex tali mẽdacio impetrare gratiã & utilitatem: ut ſiquis diceret ſe occidiſſe bannitum, peteretq; præmium iuxta formam ſtatuti exiſtentis in regno (ſicut ſperabat cõſequi filius Amalachiæ confitẽdo mendaciter ſe Saulem interfeciſſe, qui loco gratiæ & utilitatis reportauit mortem) ac ſi uere eum interfeciſſet. & in contingentia facti ita fuit deciſum in ciuitate Pariſiorum: ut refert & concludit Guliel. bene. in capit. Rainutius. in uerbo, mortuo itaque teſtatore. el primo. numero. 341. & eſt notanda hæc doctrina.

QVARTA PARS tertiæ partis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax de iure communi an habeatur pro confeſſo.*

2 *Statutum, quod contumax habeatur pro confeſſo, an ualeat: & quomodo intelligatur: & an in quolibet contumace. nu. 3.*

4 *Citatus non auditur, ſi allegat ad ſuã notitiam non perueniſſe citationem domi factam.*

5 *Exceptio, quæ à principio poterat inualidare cotumaciam, inualidat confeſſionem.*

6 *Confeſſio ficta debet fundari ſuper ualido proceſſu.*

7 Minor uel mulier pro confeſſis haberi non poſſunt ex contumacia. & nume. 8.

9 Qualitas debet probari aliter, quàm ex confeſſione ficta.

10 Citatus extra territorium citantis, non poteſt pro confeſſo haberi.

11 Citari an quis poſſit ratione delicti extra territorium.

12 Interloquutoria debet ferri, quę haberi pro confeſſo.

13 Hæredi an noceat ficta confeſſio.

14 Confeſſio ficta operatur effectum, ubi fundata eſt inquiſitio ſuper crimine puniibili.

15 Confeſſio ficta non ſufficit, niſi conſtet de delicto, & conuincatur.

16 Citari quis debet pro tribus citationibus, ut habeatur pro confeſſo.

17 Confeſſio ficta reprobata contrariis probationibus, non operatur.

18 Reuocari an poſſit cõfeſſio ficta prætextu erroris.

19 Contumacia & bannum debent ritè & rectè procedere, ut operentur.

20 Contumacia debet accuſari per partem.

21 Contumax habẽs legitimam cauſam non comparendi, an excuſetur.

22 Confeſſio ficta in uno capitulo, in eo tantùm operatur.

23 Contumacia cõtracta in uno iudicio, an operetur in alio.

24 Contumax an dicatur, coram iudice incompetenti non comparens.

25 Confeſſio ficta debet eſſe probabilis, ueriſimilis, & poſſibilis.

26 Innocentia apparente non operatur ficta confeſſio.

27 Defenſor pro abſente, an, & quando poſſit comparere.

28 Confeſſio ficta dicitur liquidiſſima probatio.

29 Confeſſio ficta æquiualet ueræ confeſſioni. & numero 30.

31 Confeſſio ficta habetur pro ficta cõdemnatione.

32 Confeſſus fictè poteſt condẽnari, etiã poſt peremptam inſtantiam.

33 Sententia contra fictam confeſſionẽ, non ualet.

34 Notoriũ reſultat ex ficta confeſſione.

35 Appellare an poſſit habitus pro confeſſo.

36 Infamis an ſit habitus pro confeſſo.

37 Fideiuſſori de uiuendo pacifice, an noceat confeſſio ficta principalis.

38 Confeſſio ficta an probet uerè delictum.

39 Confeſſio non operatur, ubi non poterat inquiri.

40 Confeſſio ficta an extendatur ad intereſſe partis.

41 Statutum loquens de uero malefactore, an habeat locum in habito pro confeſſo.

42 Confeſſio ficta an noceat in alia cauſa.

43 Confeſſio ficta an noceat alteri.

44 Bona dãnatorum ex ficta contumacia, an fiſco uendicentur.

45 Carceratus pro ſpeciali inquiſitione fractis carceribus fugiens, habetur pro confeſſo. & num. 46.

47 Aufugiens de carcere aperto, an puniatur.

48 Aufugiens ſciſſis ianuis, an habeatur pro confeſſo.

49 Aufugere tentantes, an pro confeſſis habeantur.

50 Carceratus ex illegitima cauſa, aufugiens non habetur pro confeſſo.

51 Carcerari non poteſt quis ab eo, qui non habet altam iuriſdictionem.

52 Ordo iuris in carcerando debet ſeruari.

Confeſſio

53 *Confeßio ficta an operetur, ſi fuerit iudex incompetens, qui in carcerem coniecit.*
54 *Confeßio ficta an operetur in alio iudicio.*
55 *Aufugiens ex cauſa iuſta, an habeatur pro confeßo.*
56 *Aufugiẽs de carcere, ut habeatur pro confeßo, debet ſcire cauſam ſuæ captiuitatis.*
57 *Iudex non debet dare cauſam fugæ.*
58 *Carcer debet eſſe publicus.*
59 *Aufugiens culpa cuſtodis, an habeatur pro confeſſo.*
60 *Inquiſitio debet ualida formari, ut fugiens a carcere habeatur pro confeßo.*
61 *Minor aufugiens ex carcere, an habeatur pro confeßo.*
62 *Qualitas debet aliter conſtare, quam per fictam confeßionem.*
63 *Interloquutoria debet ferri, quem haberi pro confeßo.*
64 *Perquiſitio debet fieri per locum carceris, unde aufugerunt carcerati.*
65 *Confeßio reſultans ex fuga carceratorum, debet eſſe uerisimilis.*
66 *Innocentes aufugientes à carcere, non poßunt haberi pro confeßis.*
67 *Delictum eſſe commißum in genere debet probari, ut confeßio reſultans ex fuga carceratorum, operetur.*
68 *Confeßio reſultans ex fuga carceratorum, operatur idem, quod uera.*
69 *Confeßus fictè non appellat.*
70 *Accuſatus ſeipſum interficiens, habetur pro confeßo: & quomodo procedat. & nu. 71. & 72.*
73 *Bona ſeipſum interficientis, applicantur fiſco.*
74 *Attentans ſe interficere, an puniatur.*
75 *Inteſtabilis efficitur occidens ſeipſum, uel attentans.*
76 *Heredi ſe interficientis, nocet ficta confeßio.*
77 *Dona non uendicantur fiſco, niſi lata ſententia.*
78 *Hæredes ſeipſum occidẽtis quid probare debeant ad defenſionem, ne bona confiſcentur.*
79 *Corrumpens ſuum delatorem, habetur pro confeßo. & 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86.*
87 *Confeßio ficta reſultans ex corrumpente ſuum delatorẽ, facit, ut poßit puniri.*
88 *Et etiam infamat.*
89 *Appellare non poteſt habitus pro confeßo, quòd corrupit ſuum delatorem.*
90 *Teſtis, qui depoſuit falſum, ſi citatus non comparet, habetur pro confeßo: & quomodo procedat. numero 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. uſque ad finem.*

IVDEX.

SEquitur, ut uideamus iuxta propoſitum ordinẽ de confeſsionibus fictis: & pri. uidendũ eſt, quomodo & qualiter inducatur ficta cõfeſsio: ſecũdò, quę requirantur ad ſubſtantiam ipſius, ut debitũ ſortiatur effectũ: tertiò, de aliquib. quæſtionibus uariis in materia, & de effectib ipſius.

1 ¶ Circa primum ſciendum eſt, ꝙ de iure cõmuni nunquã cõtumax habetur pro cõfeſſo in criminalibus. ſecundum Bal. in l. j. col. ij. uerſi. oppo. quòd cõtumax. C. quo. & quando iudi. & Baldus poſt glo. in l. ij. §. diuus.

diuus.ff.de iur.fiſ.& Oldr.cõſil.64. & Bar.in l.quæſtiõis.la.ij.ff.de quęſtio.ſed omnino uide Marſi.in cõſil.49.ubi uidetur uelle, ꝙ etiam de iure cõmuni cautum eſt, ꝙ contumax habeatur pro confeſſo:allegat tex.in c.decernimus.& in c.abſens. iij.q.9.& in c.rurſus.ix.qõ.ij.& l.iij. C.de aſſeſſo.& in auth.qua in prouincia.uerſi.quia contumacia eius. C.ubi de cri.agi opor.& l.ſenatus. §.diuus.ff.de iur.fi.& uoluit Specu. in titu.de accu.§.fi.in 4.parte j.col. ſed tu uideas Afflict.in cõſtit.pœnã eorum.in v.not.quicquid tamẽ ſit, uerum eſt, ꝙ regulariter de iure cõ muni nunquam quis habetur pro cõfeſſo in criminalibus ſub prætextu ſolius contumaciæ:ſed bene in multis partibus Italiæ per ſtatuta terrarum prouidetur. Et in hoc eſt uidendum, an tale ſtatutum ualeat, an nõ:& certè ſic:ut tenet Io.Andr. in c.ueritatis.de do.& cõtu.& Bal. in uſi.feu.in tit.de pa.iur.fir.§.iniuria. ad quod allegat l.Gallus.§.& quid ſi tantum.de lib.& poſth.& gl. quam dicit non eſſe alibi, in l.locorũ.C.de omni agro deſer.lib.xj.ubi dicit, quòd talis contumacia eſt ficta probatio.& habetur plenè per Nel.in tra.bannitorum.in ſuo præ-
3 ludio.¶ Sed occurrit dubium, an dictum ſtatutum intelligatur & procedat in quolibet cõtumace: uidelicet, ficto, & uero.nam, ut ſcitis, dupliciter contrahitur contumacia:fictè, & uerè. fictè uerò dicitur contumax, quotieſcunque quis citatus domi non comparet, nec fuit perſonaliter inuentus.ſecundum Bart. in l.diuus. ſecunda colum.uerſicu. nota, quòd hic glo.de in inte.reſtit. poſt glo.ibi.& in l.fi.iiij.col.uerſi.fictus contumax eſt.eo.tit.& aliquãdo quis eſt fictus contumax apparenter & exiſtenter:ut quando citatus eſt domi, & citatio ipſi non innotuit apertè.ſecundũ Bar.in d.l.fi. iiij.col.in uerſi.iiij.quidã eſt fictus. de in integ.reſti.& aliquando fictè apparenter & uerè exiſtẽter:ut quã do citatus non fuit perſonaliter inuentus, ſed citatio ipſi innotuit, & non uenit.ſecundũ Bart.in d.l.fi.pe. colum.uerſi.quidã eſt fictus.contumacia autem uera cõtrahitur pluribus modis:primo, ſi quis citatus perſonaliter non comparet.ſecundum Bar.in l.j.C.quo.appe.non recipian.item dicitur uerus cõtumax, qui citatus dixit:nolo uenire.ſecundum glo.in uer.contumacia.& docto.in l.conſentaneum.C.quomodo, & quãdo iud.& ibi per Bart.iij. col.uer.ulteriùs oppo.& Barto.in l. ex conſenſu.§.fi.circa princi.uerſic. quæro, quis eſt uerus contumax.ff. de appel.& pleniùs, quàm alibi per Maria.Soc.in trac.de cita.in articu. xxvij.nu.28.cum pluri.ſequen.& per Bal.in l.falſus.iiij.colum.uer.aduerte ſicut uerus.C.de fur.& in l.tres. j.colũ.uerſi.modò quæro.C.quo.& quando iu.& Bar.in l.finita.§.Iulianus.uerſi.quæro, ſi iſte citatus.ff.de dam.infec.& in l.fi.iiij.col.in princi. uerſic.pro huius declaratione.ff.de in inte.reſtit.& procedit, ſiue id dixerit nuntio citanti, ſiue iudici in iudicio.ſecundũ Barto.in l.diuus.in princi.uer.ex quo not.ff.de reſti.in inte.item dicitur uerus contumax, qui citatus fugit nihil dicens.ſecundum

dum Bal.in l.falſus.iiij.colum.uerſi. aduerte ſicut.C.de fur.itē uerus cō tumax dicitur ille,ad cuius notitiā peruenit citatio.ſecundū Angel.in conſi.216.& cōtumax uerus aliquā-do dicitur apparēter & exiſtenter, ut eſt ille,qui citatus dixit:nolo ue-nire,& non uenit ſine iuſta cauſa: uel nihil dixit,& non uenit.aliquā-do dicitur apparenter & nō exiſtē-ter,ut eſt ille,qui citatus dixit:no-lo uenire:ſed mutato propoſito cū ueniſſet ad iudicium,fuit impedi- 4 tus dolo aduerſarij,uel aliquo caſu ſine culpa ſua.ſecundū Barto.in l.fi. pe.colum.uer.redeo ad primum.ff. de in inte.reſti.modò redeundo ad propoſitum dubium reperio Cor. in conſil.97.nume.5.4.lib.mouentē quæſtionem:& dicit,quòd tale ſta- 5 tutum nō extenditur ad citatū do-mi:& ſic non ad fictum cōtumacē. quia eſt ſtatutum exorbitās,& con tra rationem,& pœnale:& non ex-tenditur ad caſum fictū.per l.iij.§. hæc uerba.ff.de neg.geſt.& ibi Bar. & in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& not.Ioan.And.in c.fi.de con-ſue.& Bald.in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.& Pet.de Ancha.in repetitione c.canonum ſtatuta.de cōſtit.xiij.q. principali.colum.86.pro quibus fa-ciunt ea,quæ cōſuluit Ange.in cō-ſil.195.de quibus meminit Alexā.in l.ait prætor.§.hæc uerba.ff.de neg. geſt.quòd ſtatutū loquens de con-tumace,intelligi debeat de uero cō tumace:nō autem de ficto.propter 6 quæ dicta Grammat.in cōſi.45.nu-me.26.conſuluit,quòd dicta Nico. de Matta.& Bal.in l.fi.de hære.in-ſtitu.quòd cōtumax ex ſolo ban-no & contumacia poſſit torqueri, non procedunt in ficto cōtumace: & ſic citato domi:ſed in citato per-ſonaliter:& ſic uero contumace.& an hæc procedant in regno,in quo uidemus quotidie procedi ad ſen-tentiam foriudicationis ex ficta cō tumacia:& ſic ex citatione domi fa cta,cogitetis.Nello.in trac.banni-to.in tertia parte primi tempōris. in tertia quæſt.decidit,quòd de cō ſuetudine ſufficit citatio ad domū: & ſic ficta contumacia.¶ Vnum ta-men eſt ſciendum,quòd in regno non auditur citatus domi,quoties allegat ad ſuam notitiā non per-ueniſſe citationem:licet aliud ſit de iure:ut eſt text.in cōſtitu.citationis literæ.& ibi nota.Afflict.in primo not.in fi.uer.an autem.¶ Viſo quo-modo inducatur ficta cōfeſsio,ui-dendum reſtat,quæ requirantur,ut debitum ſortiatur effectū:& primò requiritur,quòd cōtra eam non ſit oppoſita aliqua exceptio, quæ ſi fuiſſet oppoſita à principio ante bannum,ipſe bannitus non fuiſſet compulſus iudicium ſuſcipere.nam non debet exequi,ſed audiri:& iu-dex declarabit iudicium & bānum nullū:ita ſingulariter dixit Bar.in l. nō uidetur.quæ eſt l.iij.in fi.ff.de iu quod dictū refert & ſequitur Nell. in tra.bannito.in ſecūda parte pri-mi temporis.in ij.q.in fi.& latiſsi-mè proſequitur Marſil.in practica cri.§.examinanda.nu.27.uerſ.octa-uò alia ratione.¶ Secundò requiri tur,quòd ſit fundata ſuper proceſſu ualido,& ſic præcedat inquiſitio ua lida,& in caſu permiſſo: aliàs non ſortitur effectum.text.eſt,& ibi hoc not.

not.Bal.in l.ſi filius.la ij.ff.de intro ro.actio.facit text.in l.ſed ſi ſine.§. ſed ſi ſeruus.eo.titu.& illum text.in d.l.ſi filius. ad hoc allegat Roma. conſil.224.incip.iſta captura.prima colum.& plures cócordantias allegat Marſil.in practica crimina.§. poſtquàm.nume.56.& not.Bal.in l. ij.§.quòd ſi actori.ulti.colum.uerſi. ulterius no.C.de iura.calum.& per Feli.in c.cùm dilecti.de reſcri.quia confeſsio ficta non tollit ineptitudinem proceſſus.uide Ange.Are.in lib.male.in uerbo,qui iudex uidés. uide Guliel.Bene.in repe.c.Raynutius.in uerbo,mortuo itaq; teſtatore.el prima.nume.160.cum pluribus ſequé.ubi multa.¶ Tertio re-
7 quiritur,quòd ille,qui eſt bannitus & effectus contumax,ut poſsit pro confeſſo haberi,non ſit mulier,minor,uel ruſticus:qui niſi ſint in dolo expreſſo,non in præſumpto,ut eſt contumacia,nó poſſunt haberi pro confeſsis.ſecundú Paul.de Ca. in l.ubi exigitur.ff.de edé.pro quo faciút optimè dicta per Bal.Ang.& Alexá.in l.ij.j.colum.ff.ſi quis in ius uoc.non ier.idé expreſse dixit Philipp.de Peruſ.in c.Nicolao.in ulti. colú.extrà.de appel.ubi refert hoc uoluiſſe Bal.& Ange.in d.l.ubi exigitur.ff.de eden. refert & ſequitur Marſil.in practica cri.§.poſtquàm. nu.60.ſed quid in adulto?uide Bal. in l.unica.colum.xvj.C.de confe.in uerſic.iuxta hoc quæro.& habetur per Bal.in l.clarum.C.de auto.præſtan.& per Cepol.conſil.30.& 31.& Marſi.in l.de minore.in prin.nu.63. ff.de quæſtio.& decidit Affli.in cóſtitu.minorum iura.in v.nota.uide

Boër.deciſio.63.in prima parte.adde,quòd cótrarium uidetur ſentire Nell.in tracta.bannito.in prima quæſt.primi temporis.qui tandem poſteà dicit ualere bannú,& cótumaciam,& confeſsioné inde ortá: licet ſubiaceat beneficio reſtitutio-
8 nis in integrum.¶ Sed iuxta prædicta quæro,ſi citatur infans, furioſus,minor,uel quiuis alius,qui licitè & iure permittéte deliquerit,an opponi poſsit,& audiatur,& impediatur contumacia,& bánum?idem Nell.in tracta.bánito.in ij.q.primi temporis decidit,quòd ſicut ubi dicit
9 ſe pluries uidiſſe ita ſeruari.¶ Quartò requiritur,quòd cóſtet aliter de qualitatibus aggrauantibus delictú ratione perſonæ,uel aliter,uel etiá ad qualitatem perſonæ,in qua delinquitur.quia ficta confeſsio operatur quò ad delicta principaliter, non quò ad qualitates:ita not.Pet. de Ancha.in cóſi.408.probata tanta uiri ſæuitia.uerſi.quartò ponderandú,motus per l.aut facta.§.ſunt perſonæ.ff.de pœn.& firmat Marſi. in practica cri.§.poſtquam. nu.62. & habetur per Angel.conſil.146.& Pet.de Anch.cóſi.392.in Chriſti nomine probata certi iuris ſcientia.& Alexá.in l.abſentem.ff.de pœn.ſed Bald.contrà in l.ij.§.quòd ſi actor. ad fi.de iur.calum.& uide Bald.in l. iij.uerſi.ſed quid ſi nó.C.de fid.inſtru.uide ad hoc Guliel.Bene.in repeti.ca.Raynutius.in uerbo, mor-
10 tuo itaq; teſtatore.nu.168.¶ Quintò requiritur,quòd citetur exiſtens in territorio iudicis citantis:ſecus, ſi citatur delinquens exiſtens extra territorium bannientis,& citatur à

iudice

iudice loci delicti.nam hoc caſu ipſe non comparens,non habebitur pro confeſſo,uirtute contumaciæ modo prædicto contractæ.ſecundum domi.Anto.in cap.propoſuiſti.ij.colum.extrà. de fo.competen.refert & ſequitur do.Catal.in tracta.ſyndica.uerſi.553.incip.adde, & tene menti perpetuò,& ſecundum hoc conſuluit Marſil.in conſil.82.incip.ſcientiarum omniũ largitor.ix.chart. ideo cautela eſt, ut in cuius iudicis territorio degit,ab illo citetur.ſecundum Marſil.in dic. practica.§.poſtquam.nume.65. dixi ſuprà in uerbo,citentur uerbaliter.

11 ¶Sed an citari poſsit quis ratione delicti extra territorium cõmiſsi? Ioan.And.in c.Roma.§.contrahentes. de for.competen.libr.vj.tenet, quòd ſic,etiam nõ requirendo iudicem per,hortamur;& talis citatio afficit citatum.ſequuntur Iaco. de Aret.& Cyn.in l.fin.ff.de iuriſdi. om.iud.& Ioan.Mona.in d.§.contrahentes.ſed Afflict.in conſtit.edictorum.j.notab. dicit, quòd hæc

12 opinio non eſt tuta. ¶Sextò, quò ad hoc,ut quis habeatur pro confeſſo, non requiritur ſola contumacia: ſed ultrà requiritur, quòd iudex ſuper tali cõtumacia interloquatur,ipſum haberi pro confeſſo ſtante contumacia:aliàs ſi procederet iudex ad ſententiã condemnatoriam uirtute dictæ confeſsionis, non facta dicta interloquutoria & declaratione, malè faceret.ſecundum domi.Anto.in ca.cùm dilecti. de dol.& contu.5.colum.uerſi.ultimò aduerte.& in ca.cùm dilecti.de electio.& uidetur tenere ita Barto. in l.ij.§.quòd ſi actor.C.de iura.calum.& Pau.de Caſt.in conſil.33.incipien.ſuper primo.& Ang.de Arc. in libro maleſi.in uerbo,qui iudex uidens.in 5.char.uerſic.ſtatutum dicit.& Marſil.in §.poſtquam.nu.37. quem omnino uideas.& uide Bald. in l.unica. C.de confeſ. colum.xx. uer.ſed nunquid.& Corne.in conſi.264.incipiẽ.inſurgit.in litera,e.in tertia parte.& Bar.in l.eius,qui delatorem.in princi.in ſi.primæ colũ. uerſi.aduertendum tamẽ.de iure ſi. & Pet.de Ancha.in conſi.in Chriſti nomine dicendum eſt,dictam appellationem.& Bald.in l.j.in prima colum.uerſi.quæris Ioan.Mo.C.de pœn.iu.qui ma.iudi.& Pau.de Caſt. conſi.xxxj.& uide Afflict.in conſtit. pœnam eorum.v. colũ.v.neg.& in

13 iiij.not.uerſicu.ſed hic quæro.¶Septimò requiritur, quòd uiuat ille, qui reputatus fuit contumax;aliàs illa ficta cõfeſsio non nocebit hæredi,ſi antequàm ſuper dicta confeſsione ſit pronũtiatũ,decedat cõtumax: ut dixit Bartol.in l.j.§.ſed hæc conſti.ff.de calum.& in l.eius, qui delatorem.ff.de iure ſiſ.& in l. ij.§.quòd ſi actor.C.de iura.calum. in fin.& Bal.in l.j.iij.colum.uer.ſed dubitatur.C.ne ex delict.defuncto.

14 ¶Octauò requiritur ad hoc,ut cõtumax habeatur pro confeſſo,& illa ficta confeſsio operetur effectũ, quòd ſit fundata inquiſitio ſuper crimine,& quòd ſit punibile crimẽ, aliàs eſt impoſsibile,quòd fiat cõdemnatio.ſecundum Bald.in l.ij.§. ꝙ ſi actor.circa fi.C.de iura.calum.

pro qui

pro quibus optimè faciũt dicta per eundem Bal.in addi.Specu.in tit.de accu.in prima parte.v.col.uerſic.&
15 nota,quòd ubi libellus.¶Nonò requiritur,quòd ultra contumaciam conſtet de delicto,& cõuincantur: aliàs nõ ualet bannum,nec condẽnatio,nec confeſsio:ut probat tex. l.raptores.C.de epiſco.& cler.poſt princi.in uerbo,cõuicti.& ita dixit Specu.& ibi Ioan.And.poſt eum.in tit.de accuſa.in quarta parte.§.fi.9. colũ.uerſi.ſed pone,an fuit accuſatus.& idem tenet Oldra.cõſi.61.incip.hic agitur.& plenè habetur per Marſil.in practica cri.§.poſtquàm. nume.48.ſed iſtud nõ tenet Afflict. in conſti.pœnã eorum.in xii.requiſito.item requiritur,quòd illud delictum poterat cadere & concurrere in illũ,qui de eo inquiritur:aliàs ſi in perſonam illius cadere nõ poterat,non poteſt haberi pro cõfeſſo:ut per Guiliel.Bene.in c.Raynutius.in uerbo,mortuo itaq; teſtato re.nu.169.uerſi.ſextò aduertere de-
16 bet. ¶Decimò requiritur ad hoc, ut cõtumax habeatur pro cõfeſſo, & confeſsio illa ſortiatur effectum, quòd ille ſit citatus tribus citationibus:aliàs non ſufficit una pro omnibus,propter magnum præiudicium, quod inde ſequitur.ſecundũ Bal.in l.receptitia.ante fi.C.de cõſtit.pecu.quẽ refert & ſequitur do. Catal.in lib.ſyndica.uerſi.55?.incip. adde & tene mente perpetuò.adde Afflic.in conſti.pœnam eorũ.in iiij. not.uer.iterum quæro.ubi dicit nõ
17 ſeruari in regno. ¶Vndecimò requiritur,quòd non ſit reprobata talis cõfeſsio ficta contrariis probationibus:ſecundũ Bal.in l.error.ult. colum.uerſi.utrum confeſsio.C.de iur.& fact.igno.niſi ſtatutum ultrà procederet,quòd nõ poſsit probari cõtrarium:ut eſt in regno in forjudicatione:uel niſi confeſsio ficta eſſet fundata ſuper uero, licet ibi quò ad iſtud,aliter dicat idem Bal. & habetur per Bar.in l.abſentem.in ulti.colum.ff.de pœn.in l. cũ filiis. ulti.colũ.uer.pro hoc,quia confeſſio.ff.de uerbo.obliga.Bal.& Paul. de Caſt.in l.ij.C.qui teſta.fa.po.& in l.ij.§.quòd ſi actor.C.de iura.calum.& in addi.Spec.in titu.de poſitio.iiii.colum.uer.qui non uult reſpondere.& iſtud procedit ante ſententiam:nõ poſt.ſecundũ Bald.ubi ſuprà.& in l.j.ij.colum.in fi.uerſicu. modò dubitatur.C.ne ex delict.defuncto.& in l.iubemus nulli.§.ſanè. el.j.ij.colum.uerſi.quædam eſt pœna tacitæ confeſsionis.C.de ſacroſanct.eccle.& do.Petr.Philipp.Cor. conſi.283.inchoã.in præſenti.in litera.c.in tertia parte.uide Bal.in l.cõtra negãtem.ulti.colum.C.de non num.pecu.& Spec.in tit.de accuſa. uerſi.ſed pone.& Bal.in l.ita demũ. in fi.C.de procura.uide Afflic.in cõſtitu.pœnam eorũ.iiij.not.uerſic.& eſt ſciendũ.adde Corn.in cõſil.194. primo lib.& conſil.45.tertio libro.
18 ¶Duodecimò requiritur,quòd talis confeſsio ficta,non ſit reuocata prætextu erroris,quia probato errore,poteſt reuocari.ſecundũ Ioã. And.in addi.Spec.in tit.de depoſi. §.nonò tangendũ.uerſic.uerùm in addi.incipiẽ.uidi dubitare.& But.in c.fi.de confe.& Ludo.de Ro.in ſingu.in uerbo,confeſsio erronea.ſed

contra

contrariam opinionem tenuit Bal. in l.ſeruum quoq;.§.publicè intereſt.3.colum.in fin.ff.de procura.ubi dicit ita communiter ſeruari.& idē uoluit in addi.Specul.in tit.de app. ſecunda colum.uerſi.an fictè confeſſus.& Io.Andr.in addi.Specul.in tit.de iura.calum.& idē dicit Franc. de Aret.in conſil.147.ſecunda colū. incipien.uiſa conſultatione.ſed primam opinionem tenet Fran. Aret. in d.cōſil.idē uoluit Io.de Imo.in l. creditor.§.iuſſus.de appel.& uidetur caſus in terminis in l.2.C.qui teſtamē.facere poſſunt. iuncta l.fi.de bonis eorū,qui mor.ſibi cōſci.& ita determinat Ange.in d.l.2.in lectura Paduana.& idem tenet.Bal.in l.error.in ultima columna.C.de iur.& facti igno.& in l.ita demum.in ultima quæſtione.C.de procur.& plenius,quàm alibi per Marſi.in l.j.§. ſi quis ultro.in antepe.& pen.colū. ff.de quęſt.adde Afflic.in cōſti.pœnam eorum.in 4.not.uerſi.an autē

19 poſt ſentētiam. ¶Decimotertiò requiritur,quòd bannum & cōtumacia ritè & rectè proceſſerint,& ſint ualida: aliàs cōfeſsio reſultans ex dictis banno,& cōtumacia nullis, nō ſortitur effectū:ut declarat Bal. in l.error.ultima colum. C. de iur. & facti igno.& habetur per Bart.in l.abſentem.ff.de pœn.uide Afflic.in conſtitut.pœnam eorum.in quinta columna.in tertio requiſito cū ſequentibus.uide Guliel. Bene.in c. Rainutius.in uerbo,mortuo itaque teſtatore.el primo.numero 160.cū

20 ſequentibus. ¶Decimoquartò requiritur, quòd contumacia ſit accuſata per partem:aliàs non nocet: & per conſequens confeſsio ex ea deſcendens.ſecundum Baldum in l. properandum. §. & ſiquidem. prima columna.uerſic.nota etiam. C. de iudi.& in l.penultima.§. primo. ſecunda columna.uerſi.ſed quidam debent.C.ad Trebel.& Bart.in l.2. penul.colum.ff.ſi quis in ius uoca. non ier.ſed contrariam opinionem tenet Bal.in l.ſi tutor.C.de interdi. ma.præſuppoſito dicto ſtatuto, ꝙ cōtumax habeatur pro confeſſo.& per Alexā.in l.abſentem.de pœn.& Bar.in l.inter.ff.de pub.iud.& adde, qd' Afflic.in cōſti.pœnā eorū.5.col. uerſi.quartò requiritur.dicit,ꝙ de generali cōſuetudine Italiæ debet

21 accuſari cōtumacia. ¶Decimoquintò requiritur,quòd contumax non habuerit iuſtam cauſam non cōparendi.quia aliàs nō habebitur pro cōfeſſo.ſecundū Io.in l.ſeruū quoque.§.publici.ff.de procu.& Bal.in c.j.ult.col.uerſi.utrum recedens de iud.Et ſic ſi fuit quis effectus cōtumax,quū fuit coactus aufugere, ꝙ habuit iuſtam cauſam non comparendi,non poteſt haberi pro cōfeſſo.ſecundū Guliel. Bene.in repe.c. Rainutius.in uerbo,mortuo itaque teſtatore.el primo. nu.165.ubi ple-

22 nè.¶Decimoſextò requiritur, antequàm poſsit haberi qs pro cōfeſſo,ut in omnibus operetur effectū confeſsio ipſa:aliàs ſi in uno capitulo tantū operatur,nō operatur,niſi in eo:nō in totum : ut habetur per Bald.in l.ij.§. quòd ſi actor.in fin. C.de iuramen.calumniæ.& in l.generali.§.ſed iuramento.prima colum.uerſi.deinde no.C.de re.cred. allegat no. per Innocen.in c.conſuluit.

ſuluit.de offi.delega.& habetur per Corne. conſil. 300. in tertia parte.
23 ¶ Decimoſeptimò requiritur,quòd dicta ficta confeſsio ſit facta,& reſultet ex cōtumaciis & banno,cōtractis in eo iudicio,ubi ipſa exequi prætenditur:& ubi eſt ſtatutū nam aliàs nō operatur effectum.text.eſt ſecundū unam lecturā in l.ij.§.diuus.ff.de iure fiſci.idem tenet Bar. in l.eius,qui.in fi.princip.eod.titu. uide per Bald.in l.ij ultima colum. uerſi.ſed iuxta prædicta quęruntur. C.de eden.& Pet.Philip.Cor.in cōſi.215.incip.uidetur.in litera,a.in 3. parte.& uide etiam Io.de Imo.in c.
24 de his.de accuſa. ¶ Decimooctauò requiritur,quòd ſit reputatus cōtumax per iudicem competentem,ut uigore ſtatuti & contumaciæ prædictæ habeatur pro confeſſo:ſecus, ſi à iudice incompetenti:ſicut dicimus in confeſsione uera,ut dixi in prima parte.& tenet Afflict.in cōſtitutio.pœnam eorum.4.col.uerſi. 2.requiritur.& nō debet plus operari fictio,quàm ueritas. facit,quia dum ſtatutum facit mentionem de contumace,intelligitur de ritè cōtumace.ſecundū Bar in l.4.§.cōdēnatum.ad fi.ff.de re iud.& in l.non putauit.§.nō quæuis.ff.de cōtrata. & cōtumax condēnatus per iudicē incompetētē,etiam ſi capiatur per illum,poteſt ſe tueri ex nullitate ꝓceſſus,ſecundū Bal.in auth.generaliter.ij.col.in prin.C.de epiſ.& cler. & dixit Bal.in l.ſi quis ex conſenſu. 3.colum.uerſi deinde not.C.de epi. audiē.quòd citatus per iudicem incōpetētē,ſi nō cōparet & ſit cōtumax,& ob contumaciam iudex illum ponat in banno , ex hoc non debet timere . quia acta ſunt nulla facta coram iudice incompetenti: & ex illa contumacia non oritur aliquis pœnæ effectus.& in hoc addo uidendum Gramma.in conſi.j. poſt regias deciſiones.nec contumax uidetur prorogare iuriſdictionem.ſecundum Inno.in c.innotuit. circa medium.de eo,qui fur.or.fuſſe.& Bal.in l.ſi quis ex conſenſu.3. colum.uerſicu.deinde no.C.de epi. audien.& per Bal.in l.j.de iuriſ.om. iud.& optimè facit dictum Bal.in c. j.de iu.quòd qui non tenetur cōparere,non poteſt haberi pro con-
25 feſſo uirtute contumaciæ. ¶ Decimononò requiritur,quòd ipſa cōfeſsio reſultans ex contumacia,uigore ſtatuti ſit probabilis,uerisimilis,& poſsibilis:ſicut diximus in cōfeſsione uera & ſpontanea in prima parte.quia confeſsio ficta non operatur plus,quàm confeſsio uera.ſecundum Bal.in conſi.incip.do. Cyn.de Bononia.& Pau.de Caſt.in cōſi.141.& uide Hippo.de Marſi.in conſi.49.& Bal.in l.fi.§.fi.uerſi. ulti. no.C.de iura.calum.debet etiā cōcurrere,quòd uerè conſtet delictū eſſe commiſſum: ut per Guliel.Bene.in repe.c.Rainutius.in uerb.mortuo itaque teſtatore.el j. nume.162.
26 ¶ Vigeſimò requiritur,ꝙ nō cōſtet iudici habitum pro cōfeſſo eſſe innocentē,q.a cōfeſsio nō operaretur ad ipſum cōfitentem condēnandū. ſecundū Alexā.in l.abſentem.ff. de pœn.& Bald.in l.ij.§.penulti. C.de iuramento calum.& Afflic.in conſtitutio.pœnam eorum . 10. colum.2. not.in fin.uide hic Guliel. Bene.in c.Rai-

c.Rainutius.in uerbo,mortuo itaq;
27 teſtatore.el j.nu.164.¶Sed nũquid
præſuppoſito dicto ſtatuto de cõ-
tumace habendo pro cõfeſſo,poſ-
ſit defenſor pro abſenti compare-
re,& allegare eius innocentiam:&
dicas,quòd ſic ſecundum Anto.de
But.in c.ueniens.de accu.& ad lon
gum conſuluit domi. Maria.Soc.in
quodam ſuo conſi.inſerto in uolu-
mine tracta.in trac.de excuſa.& ibi
ſequitur Anton.de Cana.& conſu-
luit ibi quidam domi.Thomas do-
ctius in quodam ſuo conſi.ibidẽm
28 inſerto. ¶Viſo de requiſitis,ſequi-
tur ut uideamus de eius effectibus.
& primò operatur,quia ficta con-
feſsio dicitur liquidiſsima proba-
tio.no.in l.manifeſte.ſecundũ Alex.
ibi de iureiurando.uide multa per
Guliel.Bene.in repe.c.Rainutius.in
uerbo, mortuo itaq; teſtatore.el j.
29 nu. 169. & 170.cũ ſequẽ. ¶Secundò
operatur,quia cõfeſsio ficta,& à le
ge præſumpta,æquiualet cõfeſsio-
ni ueræ,factæ in iudicio,& præſen-
te parte.ſecundũ Bal.in l.ſi tutor.C.
30 de inter.matri. ¶Tertiò operatur
ficta confeſsio idẽ, quod uera.ſe-
cundum Bal.in conſi.dominus Cy.
de Bo.& non operatur plus.ſecun-
31 dum Pau.de Ca.in cõſ.141.¶Quar-
tò operatur,quia ficta cõfeſsio re-
ſultans ex cõtumacia,habetur pro
ficta condemnatione.ſecundũ Pet.
Philipp.Cor.in conſil.55.in litera,g.
in quarta parte.licet in multis diſ-
ferat:ut per Angel.de Areti.in lib.
male.in uerbo,qui iu.ri.quòd non
32 co.iu.quòd bãni.vj.colum.¶Quin-
tò operatur,quia habitus pro con-
feſſo poteſt condemnari,etiã poſt
peremptam inſtantiam.ſecundum
Ioan.Andre.in c.fin.de con.& Pet.
de Anca.in cõſi.2.eod.tit.& Alex.in
33 l.abſentem.de pœn. ¶Sextò ope-
ratur,quia nõ ualet ſententia con-
tra iſtam factam confeſsionem.ſe-
cundum Bal.in l.error.C.de iur.&
fact.igno.& Alexan.in l.abſentem.
34 ff.de pœnis. ¶Septimò operatur,
quia ex tali confeſsione reſultat no
torium.ſecundum Bal.& Alexã.ubi
ſuprà.uide ad hoc Guliel.Benedict.
in c. Raynutius.in uerbo,mortuo
itaque teſtatore.el primo.num.122.
35 ¶Octauò operatur,quia cõtumax
habitus pro confeſſo,non appellat.
ſecundum Pet.de Vbal.in conſi.in
Chriſti nomine,amen.& Petrus de
Anc.in c.canonum ſtatuta.37.char.
de conſti.contrariũ uidetur tenere
Bald.in l.ita demum.ad fi.uerſi.re-
ſtat uidere.C.de procur.& Paul.de
Caſtro in conſi.31.not.poſt gloſ.&
doct.in l.2.§.quòd ſi actor.C.de iu-
ra.calũ.facit etiã glo.in cle.cauſam.
de electio.& probatur in l.diuus.ſe
cundum lectu.Azon.& ibi per Bar.
in prima col.uerſi.trãſeamus ergo.
ff.de in integ.reſti.& Bar.in l.ſi.pe-
nul.col.uerſi. ubicunque dixi.de in
integ.reſt.Nell.in tract.bannito.in
4. parte primi temporis arguit ad
partes: tandem diſtinguit,quòd ſi
ſtatutum dictat quem ex contuma
cia haberi pro cõfeſſo & conuicto,
tunc nõ poteſt appellari.per l.2.C.
quo.appe.nõ recipian.ſi uerò ſta-
tutum dictat tantum haberi pro
confeſſo,tunc aut eſt uerus contu-
max (ſecundum ea,quæ habentur
in l.properãdum.§.ſin autem reus.
C.de iudi.& l.j.C.quo.appella.& l.

ad peremptorium.de iudi.)& non
poteſt appellari,non ex ui confeſ-
ſionis inductæ:ſed ex natura ueræ
contumaciæ. fallit hoc in duobus
caſibus:primus eſt,ſi ueuerit adhuc
iudice pro tribunali ſedente.ff.de
in integ.reſti.l.diuus.ſecundus,ſi ex
forma ſtatuti reſeruatur etiam poſt
latam ſententiam aliquod tempus
ad purgandum moram ſeu contu-
maciam:ut l.2.C.ſi pen.appe. mor.
inter.ſi autem non eſt uerus contu-
max,ut regulariter eſt non citatus
perſonaliter,tunc aut iudex & ultra
contumaciam examinauit teſtes,&
tanquã confeſſus & conuictus non
appellat.l.2.C.quo.appe.aut ex ſo-
la contumacia condemnauit,& po
terit appellare: non ea ratione,ꝗ
ſit multa,quia non eſt ſimpliciter,
uerùm & cui incumbat onus pro-
bandi in cauſa appellationis, iudici
ne inquirenti an accuſatori,an ipſi
habito pro confeſſo: uide ibi per
Nel.in 2.q.hodie autem in regno in
materia foriudicationis non appel-
latur,ſed tantum de nullitate dici-
tur:ut habetur in conſti.pœnam eo
36 rum.& ibi per docto.moder.¶ Viſo
de effectibus & requiſitis,reſtat ui-
dere de aliquibus quæſtionibus ua
riis in materia:& primò quæro, an
habitus pro confeſſo , ſit infamis:
Bald.in l.ſi tutor.C.de inter.ma.di-
cit,quòd non eſt infamis.& Bal.in
l.etiam.C.de furt.& in l.cùm mu-
lier.20.col.uerſi.ad ſecundũ dubiũ.
ſolu.ma.uide Bar.& Alexã.plenius
in l.ictus fuſtium.de infa.& do.Phi-
lip.Corn.in conſi.55.in litera,f.in 4,
parte.& in conſil.42.in primo lib.
nu.6.& uide Bald.in addi.Specu. in
tit.de.ſenten.uerſi.an condemnati.
& Ang.de Areti.in lib.male.in uer-
bo,qui iudex uidens.uide Nellum
in tra.bãni.in 3.parte primi tempo-
ris.in 49. quæſt.uide Bal.in l.quo-
37 niam.ff.de his,qui not.infam.¶ Se-
cundò quæro,an ficta cõfeſsio no-
ceat non ſolũ principali, ſed etiam
fideiuſſori de uiuendo pacificè,&
de nõ offendendo:dicas,quòd nõ.
ſecundum Pet.Philipp.Cor.in con-
ſil.22.incip. quanquã.in litera, d. in
38 tertia parte.¶ Tertiò quæro,an fi
cta confeſsio probet uerè delictũ.
Ange.de Are.in lib.male.in uerbo,
qui iudex uidens.dicit, quòd non:
& ideo infert, quòd ſi unus nota-
rius eſt dãnatus de falſo ex confeſ-
ſione uera,uel,quia conuictus,nun
quam poteſt inſtrumenta confice-
re:quod ſecus eſt in fictè confeſſo:
ut ibi per eum.uide Nell.in tracta.
banni.in tertia parte primi tempo-
39 ris.in 51.quęſt.¶ Quartò quæro:po
ne,quòd per ſtatutũ uel per leges
cauetur,ut de aliquo delicto non
inquiratur, & aliquis inquiſitus,&
citatus non cõparet,& effectus eſt
contumax,an habeatur pro cõfeſ-
ſo,ut ſic poſſet poſtea condẽnari.
dicas,quòd quãdoque ex proceſſu
conſtat illud nõ eſſe maleficium,&
tunc nõ poteſt procedi ad cõdem-
nationẽ:quandoque cõſtat inqui-
ſitum ſe poſſe tueri aduerſus illud
delictum,ut nõ teneatur:eſt tamen
delictũ,& tunc poteſt condemnari:
ut plenius proſequitur Nell.in tra-
cta.bannito.in 3.parte primi tem-
40 poris.in 6.q. ¶ Quintò quæro,an
ficta confeſsio operetur etiam,ut
uideatur extendi ad intereſſe par-
tis,

tis,& pœnam ciuilem ei applican-
dam:dicas,quòd nõ,ſecundũ Pet.
de Anca.in cõſi.409.& refert & ſe-
quitur Bernar.de Lãdri.in addi.ad
Ang.de Are.in lib.male.in uerbo.
qui iudex uidens.in addi.incip. ua-
let.uide Cor.in conſi.300.in 3.lib.
41 ¶ Sextò quæro,an ſtatutũ loquens
de uero malefactore, habeat locũ
in condẽnato de maleficio,& ha-
bito pro cõfeſſo propter contuma
-ciam ex fortuna ſtatuti. Bal.in cõſi.
194.in 2.parte cõſuluit,quòd ſic:ſed
contrariũ conſuluit Corn.in conſi.
42 42.in j.li.nu.4.& 5.¶ Septimò quę
ro,an ficta confeſsio noceat ficte
confitenti in alia cauſa:dicas, quòd
non:ut cõſuluit Cor.in conſi.300.
in 3.parte nu.3.circa.& in conſi.97.
43 nu.6.4.lib.¶ Octauò quæro,an fi-
cta confeſsio noceat alteri , quàm
confitenti:dicas,ꝙ non.l.eius, qui
delatorẽ.& ibi per Bar.ff.de iur.fiſ.
44 & Cor.in d.cõſi.97.Nonò quæro,
an bona dãnatorum ad mortẽ,ra-
tione fictæ cõtumaciæ,& ex forma
ſtatuti,publicentur.dicas,quòd nõ.
ſecundũ Bal.in l.data opera.C.qui
accu.non po.& conſuluit Corne.in
45 conſi.42.in pri.lib.nu.5. ¶ Viſo por
rò de cõfeſsione ficta,quæ induci-
tur per ſtatutũ ex cõtumacia, ſequi
tur,ut uideamus de confeſsione fi-
cta,quæ reſultat contra carceratũ
aufugientem ex carceribus cũ fra-
cto carcere.& facta cõſpiratione,
& primò requiritur, ut talis carce-
ratus aufugiens habeatur pro con-
feſſo,quòd ſit carceratus pro ſpe-
ciali inquiſitione. ſecundum Bal.in
conſi.32.in 3.lib.incip.primus quæ-
ſtionis articulus.& refert & ſequi-
tur Par.de Pu.in lib.ſyndi.in uerbo,
carceratus.uerſicu.qualiter autem.
46 ¶ Secundò requiritur ſecundum
Par.de Put.in tractatu præ.ubi ſu-
prà.quòd fugerit fracto carcere,&
facta conſpiratione.& idem uoluit
47 Boer.in deciſi.215.in j.par. ¶ Ter-
tiò requiritur , quòd non exiuerit
oſtio carceris aperto.quia tunc nõ
habebitur pro confeſſo.ſecundum
Ang.in l.uerùm poſt medium.ff.de
fur.& ibi Boer.nu.14.niſi ruptis &
fractis cõpedibus exiuerit per oſtiũ
apertum.quia tunc perinde habe-
tur , ac ſi effracto muro fugiſſet.
48 Boer.ubi ſuprà.¶ Verũ ſi quis fue-
rit traditus & poſitus nõ in carceri-
bus,ſed in domo alicuius ſeruien-
tis curiæ in aliqua camera cum ia-
nuis clauſis ſub claui , & ille ſciſſa
ianua aufugiat,habebitur etiã pro
confeſſo.ſecundum Iaco. Butri.in l.
ſuccurritur.ff.ex qui.cau.maio.quę
ibi refert & ſequitur Alber.dicens
ita uidiſſe de facto determinari.&
idem Felin.in c.nullus.in 4.fallen.
uerſi.item hanc fallentiam.de præ-
ſumptio.& Guido Pa.in quęſtio-
ne 253.& pleniſsimè Boër.ubi ſu-
49 prà.nu.15. ¶ Quartò requiritur,ꝙ
ad hoc,ut fugientes à carcere ha-
beantur pro cõfeſsis,ultra prędicta
requiratur aliud:uidelicet,quòd ue
rè fugerint & fregerint carceres, &
ad effectũ perduxerint cõſpiratio-
nem:ſecus,ſi attentauerint aufuge-
re facta conſpiratione:non tamen
fugerint & ad effectũ perduxerint:
puta, quia detecta fuit , uel aliter.
nam licet puniantur pro motu iu-
dicis:non tamen habẽtur pro con-
feſsis. & iſte eſt caſus d.l. in eos,

quando nõ perfecerunt fugam:nõ tamen dicta l.in eos.determinat & probat iſtud quartũ requiſitum:ſed bene text.in l.j.de effracto.ſecundũ Alber.in d.l.in eos.& ita tenuit Raine.de Forli.ibi.& Ange.ibidem in uerſi.& nota hanc legẽ.& ita intellexit dictam l. Rapha. Cuma.in conſi.105.incip.caſus talis eſt.& Feli.in c.nullus.de præſum.col.j.uerſi. fallit in eo.& ita intellexit Boër.in ſæpe allegata deciſio.debet tamen iudex,qui habet pro cõfeſſo dictũ fugientem,habere conſideratioñẽ, an culpa uel negligentia cuſtodis
50 aufugerit. ¶ Quintò requiritur, ꝙ ille carceratus fugiens modo prædicto,fuerit carceratus ex cauſa iuſta & legitima: aliàs ſi aufugerit,non habebitur pro confeſſo : ut uoluit Bart.in l.uis eius.quem ibi Sali.ſequitur.C.de proba.& Alex.in l.ſed eximendi.§. ſi quis.circa fin.& ibi Iaco.de ſanct.Geor.nu.3.ff.ne quis eum,qui in ius uo.& Alex.cõſi.241. nume.vij.lib.vj.& Iacob.de ſancto Georgio in l.prima.de ſer.fugiti.& Par.de Put.in li.ſyndi.in uerbo,car
51 cer.uerſ.qualiter autẽ.in fi.¶ Sextò requiritur, quòd fuerit carceratus ab habente iuriſdictionem altam: aliàs non poſſet incarcerari:& per conſequens ipſe aufugiens nõ habebitur pro confeſſo.ſecundũ Pau. de Caſt.in l. cum proponas.C. de bo.autho.iu.poſſ.& habetur plenè
52 per Boër.ubi ſuprà.nu.34. ¶ Septimò requiritur,quòd ſit ſeruatus ordo iuris in carcerando aliquẽ:aliàs ſi non ſeruetur ordo iuris, etſi fugerit fracto carcere & facta cõſpiratione,non habebitur pro cõfeſſo.ſecundum Ioan.Andr.& Gemi. in c.dilecto.de ſenten.excõ.in 6.& Ang.in l.j.ff.ne quis eum,qui in ius uo.& Ang.de Are.in §.quadrupli. inſti.de acti.de quo per Marſi.in §. attingam.nu.43.in praxi crimina.&
Bal.in conſi.40.in iſta captura.uol.
53 j.& Boër.ubi ſuprà.nu.34. ¶ Octauò requiritur, quòd ille,qui tenebat carceratum illum aufugiẽtem, fuerit iudex competens illius carcerati:aliàs illa fuga non faciet confeſsionem talẽ,ex qua poſſet condemnari : nec plus debet operari cõfeſsio iſta ficta,quàm uera & ſpõte facta.ergo etiã in iſta confeſsione facta debet ſeruari id,quod dixi in pri.parte in j.requiſito.indicium tamen credo quòd faciet,ut uera
54 facit,ut ibi dixi.¶ Nonò requiritur, quòd dicta confeſsio ſit facta in eo iudicio,ubi poſtea prætenditur uirtute illius procedi:ſecus,ſi in alio iudicio:puta,quòd carceratus fugerit ab eo iudice,qui uirtute illius fugæ,& fictæ confeſsionis uult procedere:ſecus,ſi in alio iudicio.per ea, quæ dixi ſuprà in confeſsione ficta uigore contumaciæ ex ſtatuto, in decimoſeptimo requiſito. numero 23.cogita tamen in dicto nono re
55 quiſito.¶ Decimò requiritur,ꝙ nõ fugerit iuſta de cauſa:puta timore ignis uel aquæ imminentis:ut latè per Boër.in dicta deciſione de cuius ueritate me remitto ad eum.
56 ¶ Vndecimò requiritur,quòd ille aufugiens,ut habeatur pro confeſſo,ſciuerit ſuam cauſam capturæ & carcerationis,uel uериſimiliter ſcire potuerit : puta , quia fuit expoſita querela,uel examinatus ſuper delicto:

cto:uel aliter ex proceſſu potuerit
apparere,quòd habuerit notitiam:
aliàs non poterit haberi pro con-
feſſo:cùm id , quod ignorat, uerè
confiteri non poteſt:imò nec fictè:
& confeſsio debet cadere ſuper cer
to.l.j.C.ut omnes tã ciuiles, quàm
criminales.& in authenti.ut iu. ſine
quo ſuffra.§. neceſsitas. & format
Bal.in dicto conſil.32.in 3.lib.quod
eſt ſatis notãdum. & aliàs fuit ma-
gna controuerſia in ciuitate Saler-
ni,quo tẽpore ibi pro iudice aſside
bam:& non reperio ab alio tam cla
57 rè tactum.cogitate. ¶Duodecimò
requiritur, ꝙ iudex non dederit
cauſam fugæ aliqua de cauſa.quia
tunc puto eũ non haberi pro con-
feſſo.per ea,quæ conſuluit Pet.de
Anca.in conſi. 409.probata tãta ſæ
uitia.& habetur per Grammati.in
conſilio primo poſt deciſio.ſac.re-
58 conſi. ¶Decimotertiò requiritur,
quòd carcer, unde fugit, ſit publi-
cus:ſecus,ſi priuatus.ſecundum Lu
doui.Ponta.in l.admonen.ff.de iur.
iura.& Alexander in l.capite quin-
to.in fin.ff.de adulte.quia eo caſu
non habebitur pro confeſſo , niſi,
59 ut ſuprà dixi in numero 42.¶De-
cimoquartò requiritur, quòd non
culpa uel negligentia cuſtodis au-
fugerit.per tex.in l.j.ff.de effracto.
& dixi ſuprà in numero 43.in fin.
60 ¶Decimoquintò requiritur,quòd
ad hoc,ut habeatur pro confeſſo,
& dicta ficta cõfeſsio debitum ſor-
tiatur effectum , præceſſerit inqui-
ſitio ualida , & in caſu permiſſo:
aliàs non ſortiretur effectum. per
ea,quæ dixi in 2.requiſito confeſ-
ſionis inductæ per ſtatutum ſuprà
61 numero 81.¶Decimoſextò requi-
ritur,ut talis ficta confeſsio ſortia-
tur effectum,quòd talis aufugiens
non ſit mulier,minor, uel perſona
ruſtica.quia nõ poſſent haberi pro
confeſsis , niſi ſint in dolo expreſ-
ſo , non in præſumpto.per ea,quæ
dicta ſunt ſuprà numero nono,in
tertio requiſito.ſed poteſt dici cõ-
trarium , quia in caſu propoſito
talia committendo ſunt in dolo
62 expreſſo. ¶Decimoſeptimò puto
dicendum , quòd debeat conſtare
aliter de qualitatibus delicti aggra
uantibus eum.quia non credo eum
haberi pro confeſſo qualitatibus
non manifeſtis , per ea , quæ dixi
ſuprà in quarto requiſito cõfeſsio-
nis p cõtumaciã uigore ſtatuti, nu.
63 10.¶Decimooctauò requiritur , ꝙ
iudex interloquatur ipſum haberi
pro confeſſo. per ea , quæ dixi in
ſexto requiſito confeſsionis uigo-
re contumaciæ. & tenet Boer.in
deciſione ſæpius allegata,numero
64 uigeſimoſecundo.¶Decimononò
requiritur, quòd fiat perquiſitio
per locum carceris,& uocetur per
tubicines.non inuento autem fiat
citatio contra eum ad dicendum
cauſam , quare non debeat pro
confeſſo haberi & reputari:ut te-
net Boer.in dicta deciſione nu.22.
& hæc eſt generalis practica & ob-
ſeruantia totius Italiæ,& omnium
65 curiarum. ¶ Vigeſimò requiritur,
quòd ipſa confeſsio reſultans ex
fuga carcerati , ſit probabilis, ue-
riſimilis, & poſsibilis , ut ſortiatur
effectũ condẽnationis.per ea,quæ

dixi ſuprà in decimonono requiſito cōfeſsionis inductæ per ſtatutū
66 ſub nu.25. ¶ Vigeſimoptimò requiritur, quòd non cōſtet iudici de innocentia habiti pro cōfeſſo, quia ſi cōſtaret uirtute dictæ cōfeſsionis, nō poſſet procedere ad condēnationem. per dicta ſuprà in uigeſimo requiſito cōfeſsionis habitæ ex forma ſtatuti ſub nu.26. ¶ Vigeſimoſecundò requiritur, quòd cōſtet de delicto in genere cōmiſſo. per text. in l.ſi is.ff.de confeſ.& in propriis terminis uoluit Alber.in d.l.in eos.
68 uerſic.aut eſt innocēs. ¶ Viſo de requiſitis, uideamus de effectibus: & pri. operatur ea, quæ operatur uera confeſsio facta ore proprio: ut eſt gloſ.in ca.nullus.de præſumptio.& ibi Bal.& Alber.in d.l.in eos.in fin.
69 ¶ Secundò operatur, quia fictè cōfeſſus, nō appellat: ut pbat Alber. de Roſa.in d.l.in eos.in fine. æquipatando talem fictam confeſsionē confeſsioni ueræ, in qua nō appellatur: ergo ubi in confeſsione uera appellatur, uidetur debere admitti appellatio: ſed pro reſolutione uidēda ſunt ea, quæ dixi ſuprà in hac
70 ultima parte.in nu.34. ¶ Viſo de cōfeſsiōe ficta, quæ inducitur propter fracturam carcerum, uidendum reſtat de confeſsione ficta, quę reſultat ex morte illius, qui ſe interemit metu ſupplicij: ut habetur in toto titulo de bo.eo.qui mo.ſibi conſci. & uidendum eſt pri.de requiſitis: & pri. requiritur ad hoc, ut ille, qui ſeipſum occidit, habeatur pro cōfeſſo, quòd ſit accuſatus de crimine, uel ſit deprehenſus, quia eo caſu præſumitur ſe occidiſſe metu ſupplicij, & habebitur pro cōfeſſo: aliàs ſi nec accuſatus nec deprehenſus ſe occiderit, non habebitur pro confeſſo: ut l.iij.ff.de bon.eo.qui mor. ſi.cōſci.& iſtud primū requiſitū uidetur approbare Bal.& gloſ.in l.ij. C.qui teſta.facere po.ſed ibi Alex. tenet cōtrariū.& id cōtrarium cōmuniter tenetur, quādo fiſcus probat, quòd nō aliquo dolore, ſed ob conſciētiam criminis ſe interemit: & tenendo contrarium reſpondet ad l.fi.ff.de bo.eo. quia loquitur ſecundum eū in caſu dubio, quando dubium eſt, an ſe interemerit conſciētia criminis, an aliquo dolore: quia tūc fit illa diſtinctio, an fuerit accuſatus, & præſumitur ob cōſciētiam criminis: an non fuerit accuſatus, & tunc ſecus. ſed opinionē Bal. aliàs defendebat do.Ioan.de Vica. de Salerno.& adducebat text.in l.j. C.de bo.eo. ponderādo illum text. ibi. eorum demum. dictio enim demum, eſt reſtrictiua: ut in l.ita demum.C.de procura.& l.ea demum. C.de colla.& deinde ſubdit: delati admiſsiq; criminis: & ſic pondera illam dictionem copulāq;, quia recipit concurſum utriuſq; copulati. l. ſi hæredi plures.ff.de condi.inſti. ut ſit ſenſus: eorum dūtaxat bona uendicantur, qui conſcientia metúque criminis delati & admiſsi, ſibi manus intulerint: & ſic requiritur, quod ſit delatus & crimen admiſſum. cogitādum eſt. multa de hoc uide copioſsimè per Guliel.Benedi.in cap. Rainutius.in uerbo, mortuo itaque teſtatore. el.j.num.41. cum pluribus
71 ſequenti. ¶ Secundò requiritur, quod nō poſsit præſumi alia iuſta cauſa, qua

qua mediante potuiſſet ille ſe occi-
déſmoueri ad ſe interimédū,quàm
metus ſupplicij. ſic ubi pater occi-
dit filium,ſe quoque occidit,uide-
tur potius hoc feciſſe propter do-
lorem mortis filij,quàm metu ſup-
plicij:ut ꝓbat text.in d.l.iij.§.ſiquis
autem tædio.ff.de bo.eo.qui mor.
72 ¶ Tertiò requiritur, quòd fuerit
accuſatus uel deprehenſus pro eo
delicto, pro quo ueniebat impo-
nenda pœna mortis uel deporta-
tionis: non aliàs: ut probat etiam
tex.d.l.iij.§.ut auté diuus Pius. cum
ſeq. & an requiratur, quòd ſit tale
delictū, quod numeretur inter cri-
mina publica.uide pleniſsimè Alex.
73 in l.ij.C.qui te.fa.po.¶ Iſtis cōcur-
rentibus operatur primò dicta cō-
feſsio confiſcationem bonorum:ut
habetur in d.l.iij.intellige ubi eſſet
tale delictū,pro quo ſi ueniret con
demnandus,eius bona publicaren-
tur:aliàs ſecus:ut dicit Bar.in l.iij.§.
de illo.in fi.per auth.damnatorum.
74 C.de bo.dāna. ¶ Secundò opera-
tur,quia ſi talis accuſatus uel depre
henſus ſe occidere uoluerit,& non
perfecerit,quia detentus fuit ab ho
minibus, nihilominus debet puni-
ri,non obſtante,quòd non perfece
rit:ut in d.l.iij.probatur.§.ſic auté.
75 ¶ Tertio operatur, qa efficitur in-
teſtabilis:ut eſt text.in l.ij.C.qui te-
ſta.face.poſſ.iuxta l.eius, qui.ff.de
teſt.bene facit l.fi.poſt prin.in uer-
bo,uelut confeſſo.ff.de bo.eorum,
76 qui ſibi.mor.conſci.¶ Quartò ope-
ratur, quia licet aliàs ficta cōfeſsio
alicuius non noceat hæredi ſuo.l.
eius,qui delatorem.in princi.& ibi
not.Bar.ff.de iur fiſ.qui text.ad hoc
ſing.eſt,ſecundum Bal.in l.ij.in ulti.
colum.C.de eden.& ſecūdum Imo.
in l.qui à latronibus.§.j.ff.de teſta.
tamen hoc fallit, ubi talis confeſsio
reſultaret ex eo, quòd quis ſe occi-
77 dat,ut ſuprà.¶ Sed quæro,an in ca-
ſu iſto requiratur ſententia, ut ha-
beat locum confiſcatio bonorum:
uide Bar.in l.fi.ff.de bo.eo. ꝗ mor.
ſibi cōſci.& per Cy.in l.ij.C.q teſt.
facere poſ.& Sali.in l.j.C.de bo.eo.
78 qui mor.ſibi cōſci.¶ Secundò quæ-
ro,qualiter probēt hæredes occiſi,
quòd accuſatus ſe non occidit ob
conſciētiam criminis.uideatis ple-
nèper Cy.in d.l.ij.& ibi Bart.in d.l.
79 fin.& per Salice.in d.l.j.¶ Habetur
etiam pro confeſſo ille,qui delato-
rem ſuum corrupit:& hoc procedit
in cauſis fiſcalib.per text.l.eius,qui
delatorem.ff.de iur.fiſ. & etiam in
cauſis criminalibus, ubi non uenit
imponenda pœna ſanguinis: & ſic,
ubi à iure non eſt permiſſa tranſa-
ctio.per text.in l.in omnibus.ff.de
præuericator. & ut talis ficta con-
80 feſsio operetur effectum. ¶ Primò
requiritur, quòd per pecuniam ſit
facta corruptio: non ſi per pactum
gratuitum: quia paciſcendo nō in-
telligitur reus fateri delictum.l.in
fiſci.ff.de iure fiſ.l.furti.§.pactus.ff.
de infa.niſi in caſibus ſpecialibus:
ut no.in l.quoniam.ff.de infami.
81 ¶ Secundò requiritur,quòd nō fiat
iuſſu iudicis,quia nō haberetur pro
82 cōfeſ.l.furti.§.iuſſu.ff.de infa.¶ Ter
tiò requiritur,quòd tranſactio ipſa
fiat per ipſum accuſatum cum cor-
ruptione:non, ſi fiat per notarium
ſtipulantem nomine omniū, quo-
rum intereſt,quia non habetur pro

confeſſo accuſatus.ſecundũ Alberi.
83 in l.tranſigere.C.de tranſa.¶ Quartò requiritur,quòd non ſit facta cũ proteſtatione: quòd eam facit ut culpabilis, ſed pro euitandis ſumptibus & expẽſis litis.ſecundũ do. Alexan.in d.l. tranſigere.quem ſequitur Veronenſis in caute.240.
84 ¶ Quintò requiritur, quòd aliter non conſtet de innocẽtia corrumpentis,quia ſi cõſtat de innocẽtia, illa ficta confeſsio ipſi non præiudicabit:ut eſt glo.notabilis in d.l.in omnibus intelligas iſtud quintum requiſitum, quomodo cõſtaret de calumnia accuſatotis uera & manifeſta: aliàs ſi accuſatus uellet probare,quòd nõ commiſerit delictũ, de quo accuſatur, hoc non ſufficeret,ut ualeret trãſactio:ut declarat Alber.in l.tranſigere.in prin.3.colũ. & ſequitur Claud. de Seile.ibi.an autem operetur confeſsio, ut non admittatur ad probanda de innocẽtia. cogitate & uidete ſupra nu.26.
85 Sextò requiritur,quòd ſit facta corruptio & tranſactio in caſu nõ permiſſo à iure. cenſetur autem permiſſa quò ad tres effectus: primus eſt,quia non imponitur pœna,quæ aliàs imponitur corrũpenti accuſatorem.iuxta tex.l.imperatoris.ff.de iure fi.Secundus,quia non habetur pro confeſſo.tertius,quia iſte amplius accuſare ex nouo proceſſu poſſet.l.iij.§.ſi is.ff.de ſepul.uio.iũcta l.qui deſtitit.ff.ad Turpi.declarat Barto.in l.maritus.§.ſi negauerit.ff.de adulte.& Iaſon in d.l.tran-
86 ſigere.nu.ij. ¶ Septimò requiritur, quòd tranſactio & corruptio fiant in delicto adhuc committendo:ſecus, ſi fiant in delicto omittendo, quia licite põt fieri, quando nõ eſt caſus, in quo ueniat pœna ſanguinis:& non habebitur pro confeſſo tranſigens:ut eſt gloſ.nota.in l.ij.ff. ad Sylle.quam ſequitur Cyn.& Iaſ. in l.trãſigere.ſuprà allegata.& Bal. in pen.columna.alia uerò requiſita poteritis per uos colligere ex ſuprà dictis in materia fictæ cõfeſsionis.
87 ¶ Iſtis uerò requiſitis cõcurrentib. primò operatur, ut ex ea poſsit quis condemnari:ut declarant do-
88 ctor.in locis ſup.allegatis.¶ Secundò operatur, nam dicta ficta confeſsio infamat.l.quoniam.ff.de infami.& habetur per doctor.in locis
89 ſuprà allegatis. ¶ Tertiò operatur, quia condemnatus non poſſet appellare, quia habetur pro confeſſo & conuicto: ut probatur ex dictis duabus ll.in omnibus. & eius, qui delatorẽ.per ea,quæ dicit Nel. in tra bannito.in quarta parte pri.
90 temporis.¶ Habetur etiam pro cõfeſſo teſtis examinatus & deponẽs falſum,ſi poſtea citatus non cõparuit & effectus fuerit contumax: ut dictat regia pragma.incip.teſtẽ falſum.ſed ad hoc,ut procedat, plura
91 requiruntur.¶ Primò quidẽ requiritur, quòd præcedat accuſatio uel inquiſitio contra teſtem de falſitate,& ſi præceſſerit accuſatio,poteſt teſtis ipſe ex confeſsione ſua reſultante ex contumacia, condemnari uera pœna falſi & ordinaria:ſecus, ſi proceditur per inquiſitionẽ,quia puniretur pœna extraotdinaria.ſecundum formam l.nullum.C.de teſtibus.& per glo.ibi.& in l.quẽ falſa.ff.eo.titu.& tenet Angel.in auth.

de teſti.

de teſti. §.& licet.iij.colum.colla.7.
& habetur per Ioan.Pa.in ſumma.
in materia iuramenti.uerſic.& falſi-
tate.& per Bal.in l.neganda.C.qui
accuſa.non poſ.& ſequitur Ioan.de
Firmo . in ſuo aureo repertor. in
uerbo , falſi pœna . ubi refert ſe ita
obtinuiſſe in ciuitate ſua in primo
anno ſui doctoratus: & dicit eſſe
notandum ad ſtatuta punientia te-
92 ſtes de falſo. ¶ Secundò requiritur,
quòd teſtis fuerit examinatus in
iudicio,& fuerit iuratus. ſecundum
Bal.& Ange.in l.j.C.de ſepul.uiola.
licet aliter uoluerit Bart.in l.ſi quis
legatum.ff.de fal.contra quē etiam
tenet Sali.in d.l.j.& Lanfran.in ca.
quoniam contra.uerſi.teſtes.uerſi.
ſolet dubitari.extrà.de pro.& Ang.
Are.in lib.maleſi.in uerbo,falſario.
& Bald.in l.iuriſiurandi.in fin.C.de
teſti.licet aliter ſit, quando alia de
cauſa dictum teſtis non ualeat, ut
93 ibi per dictos doctores. ¶ Tertiò
requiritur,quòd ex actis & ꝓceſſu
conſtet & appareat de falſitate,uel
ex facie ipſius depoſitionis,uel ali-
ter: aliàs non procederet id quod
dicitur in d.pragma.per ea,quæ di-
cit Barto.in l.Fulcinius.§.qui hoc.
ex qui.cau.in po.ea.& in l.diuus.de
94 re iudic.¶ Quartò requiritur,quòd
teſtes ſint examinati coram iudice,
non corā actuario cauſæ:aliàs non
punientur de falſo,ſecundum Bart.
in l.ſi quis legatum.ff.de fal.quem
ſequitur Ange.in l.j.C.de ſepul.uio.
95 ¶ Quintò requiritur , quòd teſtes
depoſuerint per uerbum affirma-
tiuum , & non per uerbum , credo:
quia non punientur.argumē.l.nam
& ſi ſub côditione.§.rumpendo.de
inoffic.teſta . & plenè habetur per
Tinda.in tracta.de repro.teſt.in c.
96 quinto.in fin.¶ Sextò requiritur,ꝙ
ſcienter appareat eos dixiſſe côtra
ueritatē,quia falſum nihil aliud eſt,
quàm mutatio ueritatis ſcienter fa
cta,ſecūdum Azon.in ſumma titul.
de fal.allegat text.in auth.de inſtru.
cau.in principio.& habetur per Ho
ſtien.in ſumma . extra.de crimi.fal.
& plenè habetur per Mar.in rubri-
97 ca.de fal.in principio. ¶ Et ideo ſi
teſtis ductus iuſta credulitate,depo
nat aliquid affirmando id eſſe ue-
rum,credens eſſe uerum,licet ueri-
tas ſit in contrarium,non tamē erit
falſarius , nec punietur de falſo : ut
habetur per Marſi.in dicto loco.
98 ¶ Sed contrarium uidetur poſſe di-
ci , quia affirmans pro certo id de
quo non erat certus , præſumitur
dolo affirmaſſe , ſi poſtea reperia-
tur contrarium:quia nô debet eſſe
facilis ad temerariam aſſertionem.
ſed hoc eſt uerum , dummodò tale
mendacium ſit ei proficuum & uti-
le:aliàs ſecus.ſecundum Feli.in ca.
ſi autem.extrà.de reſcript.prima &
ſecunda columna.& probatur in l.
eleganter. §. idem Pomponius . &
ibi Bartolus.ff.de dolo.& quis po-
teſt mentiri ſine dolo . ſecundum
Alexan.in l.quid ſit falſum.ff.de fal.
& Moder.in l.quis ſit fugitiuus.§.
idem Celſus.ff.de ędi.edic.& habe-
tur plenè per Marſi.in conſilio 77.
99 ſecundo libro. ¶ Septimò requiri-
tur,quòd doloſè teſtes dixerint fal-
ſum:ut probat tex.in dicta pragma.
& plenè per Marſil.in dicta rubri-
100 ca.ff.de fal.¶ Et ex hoc infert An-
gel.in authē.de teſti.§.licet. ſecun-
da colum

da columna.quem refert Marſi.ubi ſuprà. quòd ſi quis errore ductus deponit cõtrarium eius,quod primò depoſuit,tũc nullatenus debet
101 puniri. ¶ Octauò requiritur,quòd nõ ſit homo ruſticus,ſimplex,groſſus,parum oculatus,& ingenioſus, quia non punietur de falſo.ſecundum Marſi.in d.cõſi.77.ſecũdo lib.
102 ¶ Nonò requiritur, quòd falſitas commiſſa per teſtes,alteri noceat, uel poſsit nocere.ſecundum glo.& doctor. in l.diuus Adrianus. ff. de fal.& glo.in c.quãto.in gl.pe.extra, de iur.iura.& Bar.& Imo.in l.1s,qui in omnibus.ff.de fal.& Ang.de Are. in lib.malefi.in uerbo, falſario.ſecũ da colum.& Alexan.cõſi.70.numero j.in primo lib.& Sali.& doct.in l.damus.C.de fal.& Marſi.in conſi. tertio, ſecũdo lib.nume. 17.cum ſequen.& in cõſi.120.nume.24.ſecundo lib.& firmat Marſi.conſi.70.nume.13.cum ſequen.& Soci.cõſi.114. j.lib.& cõſi.112.colum.9.primo lib. diſtinguit:aut falſitas eſt commiſſa in aliquo actu habente ſuam eſſentiam & formã in genere ſuo:& niſi fuiſſet detecta falſitas,nocuiſſet uel ad plenam probationem,uel ad aliquam præſumptionem:& tunc talis falſitas uenit punienda:& ita intelligit text.in l.damus. C. de fal.aut committitur falſitas in aliquo actu: puta,ſcriptura,uel atteſtatione, & deficiunt in forma,circa ſubſtantialia:& tunc dicit, quòd magis communis opinio eſt in l.ſiquis legatum.ff.de fal.quòd talis falſitas non punitur:aut dictũ teſtis eſt falſum, tamen id quod deponit teſtis, ſiue eſſet uerum ſiue falſum,nõ poterat aliquod præiudicium generare: & talis falſitas nõ nocet.adde Grãma.in deciſio.ij.nu.28.& deciſio.27. nume.5.& ſi dictum teſtis eſt nullum,licet docto.dicant teſtem non puniri de falſo, intelligitur id de pœna ordinaria:nõ autem de pœna extraordinaria: ut plenè per Marſil.in l.j.§.præterea.ff.de ſicar.
103 nu.29. ¶ Decimò requiritur,quòd teſtes depoſuerint falſum in articulis cauſæ productis ab una partium eos producente,& de eo quod cõtinetur in ipſis articulis,ut puniantur pœna ordinaria:ſecus ſi depoſuerint extra articulos.quia tũc extraordinariè punientur:ut latè habetur per Grammat.in deciſio.27.
104 nume.3.cum ſequen. ¶ Vndecimò requiritur,quòd teſtes deponãt ſuper eo falſum,in quo conſiſtit ſubſtantia negotij,propter quod principaliter examinantur: ſecus ſi ſuper aliis.quia eo caſu ſi mentiãtur, non ex hoc dicuntur falſum depoſuiſſe,nec de falſo poterunt puniri, ſed extra ordinem arbitrio iudicis punientur:ut uoluit Iaco.Butri.in l. Lucius.ff.de infami.& idem ibi tenet Angel.in ij.colum. & ſequitur Ange.in conſil.194.incip.uiſis proceſsibus.ij.colum.& pleniſsimè per Gramma.in deciſio.43.incipiẽ.Lucianus de Santis.uide Marſil.in l.j. §.præterea.nume.31. ff. de ſicar.
105 ¶ Duodecimò requiritur, ꝙ non ſit falſitas,quæ reſultat ex dictis teſtium utriuſq; partis deponentium contraria inter ſe.quia hæc nõ dicetur falſitas,ſed potius repugnantia:& nemo ipſorum de falſo punietur:ut ſequitur latiſsimè Grammat.

106 mat.in deciſi.lx.per totum. ¶ Decimotertiò requiritur,quòd citentur cum inſertione earum depoſitionum,quæ prætēduntur falſæ:ut dictat text.in d.pragma.teſtem fal-
107 ſum. ¶ Decimoquartò requiritur, quòd in ultimo peremptorio citationis non appareat aliquem comparuiſſe ad eos teſtes excuſandum: ut habetur in d.pragma.teſtem fal-
108 ſum. ¶ Decimoquintò requiritur, quòd teſtis habitus pro confeſſo, uirtute contumaciæ fateatur id, quod depoſuit in iudicio:& nō negetur id dixiſſe:aliàs ſi diceret aliter dixiſſe,quàm ſit ſcriptum , non punietur de falſo uirtute dictæ confeſsionis.ſecundū Barto.in l.ſi quis legatum.pe.q.ff.de fal.& Specul.in titu.de teſt.§.j.uerſic.quid ſi teſtis. Feli.in c.ad audientiam.de præſcri. Abba.in c.cùm cauſam.de teſt.& in c.cum autem.eo.titu.& idem tenet Specu.in tit.de teſt.§.j.uerſi.pone, ecce iudex.& in tit.de inſtru.edi.§. reſtat.uerſi.ſed quid ſi unus.& Grāmat.conſi.20.nume.11.& cōſi.47.in princi.& Thom.Ferra.in cautе.26.
109 ¶ Decimoſextò requiritur , quòd dicta cōfeſsio non ſit reprobata cōtrariis probationibus.per ea , quæ dixi ſuprà in undecimo requiſito.
110 ¶ Decimoſeptimò requiritur , ꝙ cōtumacia ritè & rectè proceſſerit per ea quæ dixi ſuprà in materia fictæ cōfeſsionis per ſtatutū in deci-
111 motertio requiſito. ¶ Viſo poſtremò de requiſitis,ſequitur uidere de effectibus:& primò operatur condemnationē ipſius ad pœnam falſi:
112 ut dictat tex.in dicta pragma. ¶ Secundò operatur:quia dictum ipſius habetur pro non dicto : ut not.in l.j.& ibi Cyn.C.qui accuſa.non po. & per Salice.in l.damus.C.de falſi. eſſet modò uidendū de multis aliis effectibus , & aliquibus uariis in materia:ſed quia lata eſt materia & clara,me remitto ad doctores in locis ſuis ordinariis.eſſet etiam uidendum de pluribus aliis caſibus, in quibus per leges communes ex contumacia & aliis modis reſultat ficta confeſsio:ſed quia reperio me impeditum aliis negotiis,relinquēda hoc tempore cenſeo.

QVARTA PARS
principalis.

¶ Pœnis debitis feriantur. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Condemnari debent inquiſiti,ſi confeſſi uel conuicti uidebuntur.nu.101.*
2 *Pœna an & quando poſsit minui.*
3 *Pœna ordinaria non poteſt imponi, ubi non eſt ſeruatus ordo in procedendo.*
4 *Condemnādo ad mortem debet dari facultas,ut poſsit confiteri de peccatis ſuis.*
5 *Sententia condemnatoria ad mortē naturalem,an ſtatim poſsit exequi.*
6 *Appellatio in criminalibus, an , & quando exequutionem retardet.*
7 *Sententia condemnatoria ad mortē, ex quibus differatur.*
8 *Pœna capitalis,quæ intelligatur.*
9 *Congregans armatos , an puniatur de portatione armorum,& de congregatione.*
10 *Statutum puniens uulnerantem , an comprehendat inſequentem , & ſeipſum caſu aliquo uulnerantem.*

Condem

11 Condemnatum iniuſtè etiam clerici poſſunt eripere de manibus familiæ.
12 Sententia eſt ferenda cum tarditate, & non præcipitanter.
13 Iudex propter nimiam ſæuitiam poteſt iuriſdictione priuari.
14 Abſoluere ſanctius eſt, quàm cōdemnare.
15 Punitus per unum iudicem, non poteſt per alium puniri.
16 Vulneratus poteſt agere ad intereſſe contra uulnerantem, & pro iniuria, licet uulnerans fuerit ſemel punitus.
17 Minor non punitur pœna ordinaria.
18 Miniſtrum iuſtitiæ ſi non habet iudex, poteſt cogere uilem aliquam perſonam, ut illud officiū faciat.
19 Poteſt quis per ſententiam condemnari, ut carnifex ſit.
20 Seruus priuati poteſt capi & cogi, ut faciat officium carnificis.
21 Miniſter iuſtitiæ ut quis ſit, poteſt condonari pœna mortis.
22 Defendēs ſi exceſſit modum in ſe defendendo, quomodo puniatur.
23 Fideiuſſorem dantes inuicem de non offendendo, ſi ſe offendunt, an teneantur ad pœnam fideiuſſionis & ordinariam delicti.
24 Hæres fideiuſſ. de non offendendo, an teneatur ad pœnam.
25 Pœna mitiori debet plecti delinquens magno dolore.
26 Pœna mortis nullus debet plecti in caſu incertitudinis.
27 Pater occidens filium committentem unam de cauſis ingratitudinis, nō punitur pœna mortis.
28 Pœna mortis non habet locum, niſi ubi concurrit dolus.
29 Pœna alteratur in plus uel minus ſecundum qualitatem perſonarum. nume. 30.
31 Homicidium caſuale quomodo puniatur.
32 Animus occidendi non præſumitur in percutiente baculo.
33 Percuſſio lapide facta, qualiter puniatur.
34 Homicidium commiſſum manu uacua, qualiter puniatur.
35 Pœna minoratur propter multitudinem delinquentium.
36 Qua pœna puniantur, qui armati ab aliquo quid exigunt.
37 Percutiens pomo enſis non punitur pœna mortis.
38 Percutiens baſtono, qualiter puniatur.
39 Pœna infamiæ impoſita per ſtatutum, alteratur in plus in infami.
40 Pœnarum duplicatio, non habet locum in amputatione manus.
41 Pœnarum duplicatio, quæ habet locum in offendente officialem regium, non habet locum, ſi offendatur officialis non commorans in curia regis.
42 Vulnerans non letaliter, quando poſſit ad pœnam pecuniariam damnari.
43 Pœnæ ſolutio facta per unum, non liberat uerum delinquentem.
44 Puniri an quis poſſit de delicto alibi commiſſo.
45 Probatio dubia in abſoluendo prodeſt.
46 Pœnæ ultra relegationem quæ ſint.
47 Pœna mortis naturalis quādo intelligatur impoſita.
48 Pœna capitalis quando intelligatur impoſita.
49 Punitus per eccleſiaſticum, an poſſit puniri per ſecularem. nume. 101.
50 Proijciens lapidem de nocte, an puniatur pœna mortis.

Blaſphe

51 *Blaſphemans coram iudice pro tribunali ſedente reum, poteſt pecuniariter puniri.*
52 *Pœna conſueta & non inſolita debet imponi.nu.89.*
53 *Sententia an poſſit ferri pro abſente liquidata cauſa.*
54 *Sententia in criminalibus, quando tranſeat in rem iudicatam.*
55 *Sententia in criminalibus poteſt ferri, etiam abſente accuſatore.*
56 *Sententia lata per iudices eccleſiaſticos, an debeat per iudices ſecularis ſtatim exequutioni demandari. & 57.*
58 *Sententia ſuper infamia in una cauſa, nocet in alia.*
59 *Pœna mitior imponitur, ubi quis cōdemnatur ex præſumptionibus.*
60 *Pœna arbitraria imponitur, ubi non reperitur ſtatuta.*
61 *Pœna pecuniaria, in quibus, & quādo ſit maior corporali.*
62 *Qua pœna puniantur illi, qui ligant homines ne cognoſcant uxores ſuas.*
63 *Abortum ut aliqua faciat, qui dederit poculum, qualiter puniatur.*
64 *Pœna, qua puniatur, qui dat medicamentum mulieri ad eam ingrauidandum, ſed illa moriatur.*
65 *Abortum medicamentis faciens mulier, qua pœna puniatur.*
66 *Mulier, quæ accepit medicamenta, ne conciperet, qua pœna puniatur.*
67 *Pœna, qua puniatur ille, qui aliquem rixantem cum fratre ſuo ſuperueniēs forte occidit.*
68 *Sententia capitalis quādo poſſit exequi pendente dilatione.*
69 *Frater ſciens tractatum de occidendo fratre, ſi non reuelat, qualiter puniatur.*
70 *Auxiliator qua pœna puniatur. & an puniatur etiam pœna pacis ruptæ inter offenſum & offendentem.nu.71.*
72 *Fur debet cōdemnari ad reſtitutionem rei.*
73 *Appellari an tertiò liceat in criminalibus.*
74 *Accuſatio non continens tempus, an conualidetur, ſi probatur in proceſſu.*
75 *Sentētia abſolutoria poteſt ferri diebus feriatis. & quid de condemnatoria.nu.76.*
77 *Abſolutionis reorum forma.*
78 *Exequutio ſententiæ capitalis eſt facienda in locis publicis.*
79 *Mortuus an poſſit ſuſpendi.*
80 *Anatomia ut fieri poſſit, an iudex poſſit tradere cadauer ſuſpenſi.*
81 *Sententia lata fiſco non audito eſt nulla.*
82 *Fiſcus an poſſit appellare.nu.83.84.*
85 *Citatio an fiat ad ſententiam audiendam in criminalibus.*
86 *Sententia poteſt ferri, etiā nulla parte inſtante, in criminalibus.*
87 *Aſſeſſor non poteſt in criminalibus abſente iudice ſententiam dicere.*
88 *Sententia in criminalibus debet cōtinere cauſam.*
100 *Exequutio ſententiæ per quem debeat fieri deſerta appellatione.*
101 *Exequutio ſententiæ capitalis nō eſt facienda in diebus feriatis.*

IVDEX.

1 Formato tandē proceſſu, auditoq; reo inquiſito in iure & in facto, ut ſuprà dictum eſt, receptiſq; defenſionibus ipſius, ac omnibus ſeruatis, ut particulariter demōſtraui: uiſo inſuper per iudices proceſſu, eoq; bene & fideliter percunctato in omnibus partibus tam

tam

tam fiſci intentionẽ concernentibus,quàm reorũ inquiſitorũ(tenetur enim & punitur iudex,ſi omiſit punire criminoſos : uel ſi puniuit, quãdo nõ debuit,uel ſi plus puniuit:ut l.iij.in fi.C.ne ſan.bap.reite.) debet iudex ſua ſententia condemnare reos inquiſitos ad pœnas à iure ſtatutas,ſi confeſsi uel conuicti
2 uidebuntur.¶Et licet ex cauſa iudicibus permiſſum reperiatur,ut poſſint minorare pœnam à legibus ſtatutam:id tamẽ procedere ſciendũ eſt in caſibus,in quibus ex officio proceditur:ſecus autem,quãdo ad querelam proceditur.ſecundũ Hoſtien.in c.in archiepiſcopatu,de raptor.quem refert & ſequitur Bal.in marga.in uerbo,pœna.in ij.colum. uer.pœna legalis.& ſequitur Marſi. in ſua praxi cri.in §.conſtante.nume.84.quod intelligẽdũ puto,quãdo cauſa,ex qua iudex uult minorare pœnam,non eſt approbata à iure,ut ex ea poſsit & debeat minorari pœna : aliàs cogetur etiam, quando proceditur ad querelã,minorare.uidete Marſil.in l.j.§.diuus Adrianus.ff.de ſicar.in princip.ubi plura.& quãdo recedit à pœna ordinaria, an debeat inſeri cauſa in ſentẽtia.quare ab ea recedatur,uide Ang.de malefi.in uerbo,quas ſi
3 non ſoluerit.¶Et eſt aduertendum per iudices,ut ſit ſeruatus ordo in procedendo contra delinquentes. quia ſi cõtrarium facientes grauarint reos inquiſitos,non poterunt pœna ordinaria ipſos condẽnare, ſed pœna extraordinaria & mitiori.ſecundũ Bal.in marga.in uerbo, pœna.in ulti.colum.in uerbo , pœna ordinaria.& ſequitur ſimpliciter Marſil.in d.§.conſtante.nume.100. quod eſt intelligendũ regulariter: ſecus in certis caſibus , in quibus ordo eſt ordinem non ſeruare,ut
4 aliàs dixi.¶Et ſi ſententia cõdemnatoria ad mortẽ erit proferenda per iudices,debent ſeruari ea,quæ poſuit & docuit Marſil.in ſua praxi cri.in §. quoniam .nu. 51. ut pridie quàm ſentẽtia feratur,reo cõdẽnãdo ad mortẽ iudicetur quò ſe bene diſponat,& cõfiteatur peccata ſua uiris religioſis,ab iiſq; confortetur ad patiẽtiã.eo autẽ ſic facto,poſtri dieq; eo ducto ad tribunal iuſtitiæ, iudice pro tribunali ſedente,debet proferri ſententia condemnatoria: ea autẽ lecta ſtatim tradendus reus eſt carnifici ad ipſam exequendam: atq; exequutione facta faciẽda eſt
5 relatio in acta.¶Nec mireris,quòd dixi,ſtatim eſſe exequendã ſententiam capitalẽ:quia licet ſit difficultas in puncto iuris:nunquid nõ expectatis decem diebus,intra quos poteſt appellari,ſit exequenda ſententia,quãdo non eſt appellatũ per ipſum cõdemnatum,uel alium eius nomine:in quo puncto Guliel.de Cu.Petr.& Bald.in l.addictos.C.de epi.audien.tenuerunt,quòd poteſt. & idẽ uidetur tenere Bart.in l.non tantũ.ff.de appe.& Dy.in dictis locis allegatis.Ioã.de Ana.in d.l.non tantũ.idem Bart.in l.qui ultimo.in fin.ff.de pœn. tenet contrarium.& Imo.in d.l.non tantũ.& hanc partẽ negatiuã ſequuntur nõnulli.tamen ut hæc ſecunda opinio ſit uerior:de conſuetudine ſeruatur contrarium. quia etiã ante decem dies,quando

pro

ro parte condemnati non eſt ap-
ellatum,ducitur ipſe ad ſuppliciū.
pro hac parte eſt bon.text.in di-
.l.addictos. & quòd ita ſerue-
r de conſuetudine,uidetur tene-
Alber.de Roſa.in l.j.C.de excep. 7
i iu.Pau.de Caſ.in d.l.addictos.&
mat Ange.de Are.in lib. male.in
rbo, & ibi caput à ſpatulis am-
ite.4.colum.¶ Si uerò reus con-
mnatus appellauerit,quū ſit cō-
ctus & confeſſus, non obſtante
pellatione interpoſita debet ſen 8
tia exequi:ut per doct.communi-
in l.obſeruare.C.quorum appel
io.non recip.ſi uerò ſit ſolū con-
ctus,uel confeſſus,tunc ſi ſumus
criminibus enormibus & gra-
oribus, non admittitur appella-
,ut habetur per glo.in d.l.obſer
re.in uerbo, propria.& traditur
.conſtitutiones.ff.de appella. &
per Barto.Albe.& Angel.in pe- 9
.colum.uerſi.2.non auditur.& in
C.de rap.uirgi.ubi per Marſi. &
Spec. in tit.de appel. §.in qui-
s. & Carre.in d.l. obſeruare. in
n.nu.36.ſi uerò ubi eſt cōfeſſus &
ndénatus,appellarit,in appella-
ne allegādus eſt uel error cōfeſ-
nis,uel alia iuſta cauſa,quæ poſ-
nfringere confeſsionem: & tūc
mittitur appoſitio.ſi uerò nō al-
atur error, uel alia iuſta cauſa,
ſimpliciter fit appellatio, tunc 10
er iudicem appellationis nō eſt
ibitum,poteſt appellatione nō
ſtante exequi ſententia. ſecun-
a Ioan.Andr.in c.Romana.§.fin
em. de appella.in 6. in gloſſ. &
ouella Archid.& Domi.de ſanc.
nin.Imo.in l. conſtitutiones.ff.

de appella.& in l.creditor.§.iuſſus.
ff.eo.ti.Imo.& do.Abb.in c.cū ſpe-
ciali.§.porrò.de appella.& ibidem
Philip.Franc.in ſecunda,col.in 2.cō
cluſione.Bal.in addi.Specu.in ti.de
appella.¶INQVI.Nunquid ſit da-
re aliquē caſum in iure,quo poſsit
differri ſententia cōdemnatoria ad
mortē?¶IVDEX. Plenè habetur
de hoc per Marſi.in ſua praxi crim.
in §.opportunè.p totū.ubi plures
caſus enumerat, quos uide per eū.
¶Et aduertendum eſt per iudices,
ut quoties uoluerint condemnare
aliquem ad pœnam ultimi ſuppli-
cii,nunquā dicant in ſentētia,quòd
cōdēnant reum ad pœnā capitalē.
qa nō intelligeretur de pœna mor-
tis naturalis,ſed ciuilis.ſed debent
concludere ita & taliter,quòd ani-
ma eius ſeparetur à corpore:ut ha-
betur per Marſi.in d.§.opportunè.
nu.39?¶FIS.Quòd ſi aliquis cōgre
garit armatos,an poſsit cōdemna-
ri ad pœnam portationis armo-
rum,& de congregatione armato-
rum.¶IVD.Dicas quòd de utroq;
puniri nō poteſt.quia iſta duo ten-
dūt ad eūdē finem & effectū.ſecū-
dum Barto.in l.j.ff.ad leg.Iul.de ui
pub.& in l. quoniā.eo. tit.ubi dicit
ſe multoties hoc practicaſſe.ac pro
eo facit glo.no.in l.qui de crimine.
C.de accuſ.& dicta per Bal.in l.ad-
uerſus. in fine. C. de fur?¶FISC.
An ſtatutum puniens uulnerātem,
comprehendat inſequentem, qui
cadendo ſeipſum uulnerauit. ¶IV-
DEX. Dicas quòd non debet pu-
niri tanquam uulnerans,ſed ſolum
ut fieri faciens uulnus. ſecundum
Barto.in l.ſi gemina arbor.in 2.col.

ff.arborum furtim cæſarũ.pro quo uide Bald. in l.de peioribus. C.ad leg.Aquil.& in l.tertia.ff.de iureiuran.in §.j.& Bald.in l.qua actione.
11 §.Celſus.ff.ad leg. Aquil. ¶Aduertant inſuper iudices,quòd iuſtè cõdemnent reum.quia aliàs etiam clerici licitè poſſent eum eripere de manibus familiæ ſecundum Alexã. in conſil.144.incipien.poſt reditum primum.& per Alber.de Roſa.in l. addictos.C.de epiſcopa.audien. & Marſi.in praxi crimi.§.attingam.nu
12 me.41.¶Oportet enim cuncta rimari,& non eſt feſtinandum ad ſententiam condemnatoriam.contrarium enim facientibus ſæpius uana & fruſtratoria pœnitentia eſt comes.quare attendi debet id quod habetur in c.iudicantem.30. q.5.& in c.graue.35.q.9.ubi dicit,tex.quòd fructus diuinus eſt iuſtitiam ſæpius recenſeri.præcipitata enim uoluntas iudicis eſt nouerca iuſtitiæ. ſecundum Cardi.per illum tex.in clemen.paſtoralis.§.rerum.in princip. inhærendum eſt enim potius tarditati,ut euitetur omne periculũ ani-
13 mæ & corporis. ¶Et eſto memor, quando eris iudex,ut non procedas nimium ſeueriter in cauſis criminalibus. propter nimiam enim ſæuitiam poterit iuriſdictione priuari:ad quod facit illud,qđ Theodoſius Honorio filio præcipit: ſis pius imprimis,nam cum uincamur in omni munere,ſola Deum æquat clementia nobis.aſperitas enim & ſeueritas apud quemlibet prudentem damnatur:& quod tibi fieri nõ uelis,alteri ne feceris.ſis etiam memor,ꝙ homo eſt factura & creatura Dei,non aũt hominis.cõſideres etiam lector amantiſsime, omnem hominẽ eſſe mendacẽ,& ſepties in die cadere iuſtũ,& melius eſſe peccare in pietate,quàm in ſeueritate: ut dicit text.in c.allegantur.36.q.7.
14 ¶Nec putes,amãtiſsime lector,uile eſſe,abſoluere reos,& magnificẽtius aliquid cõdẽnare.inquit enim Pau.de Caſt.in conſi.197. incip uiſa inquiſitione.in ulti.uerbis.ꝙ maiorem honorem cõſequitur quis abſoluendo , quàm condemnando. pro quo faciunt dicta per Pet. Ancara.in conſi.27.incip. uiſa inquiſitione.ubi inuehitur in iudices maleficiorum , qui anhelant ad condemnationẽ.& dixit Bald.in conſil. 407.incip.quidam fuit.in 3.uolu.ꝙ iuſti' peccatur in abſoluẽdo, quàm in cõdemnando.allegat l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad leg.Aqui.& idem dixit do.Philip.Dec.in cõſi.175,incip. in cauſa falſitatis.ult.colum.& ideo quãdo eris iudex maleficiorum,nõ ſemper ſeueriter procedas ad condemnationem mortis naturalis:ſed cum quodam temperamento ſtudeas uitia corrigere,& nolle mortẽ peccatoris,ſed ut conuertatur & uiuat,iuxta dominicũ dictum:ut latè docet Marſi.in ſua praxi crimi.in
15 §.occurrunt.in fine.¶Et aduertas, quòd ſi condemnaueris aliquem, qui poterat pluribus pœnis condẽnari ex pluribus legibus,ad mitiorem & mediocrem pœnam,nõ poterit alius iudex, qui fortè poteſt etiam ipſe de delinquente illo cognoſcere,condemnare ad aliã pœnam maiorem,uel minorẽ pro eodem delicto : ut latè habetur per

Boer.

oēr.in deciſio.289.in 2.parte. per
otam.¶ Vnum tamen ſcias , quod
idem Boer. dicit in fin.ſi aliquis
to uulnere illato ſit punitus per iu
cem,ac deinde tribus annis ela-
ſis uulneratus uelit agere pro in-
ria ſibi illata,& ad intereſſe,quòd
oſsit agere:ut ibi per eum. ¶ Ad-
ertas inſuper quòd minor delin-
uens nō punitur pœna ordinaria,
d mitiori:ut habetur in l.j.§.im-
beres.ff.ad Sylle.& in l.excipiū-
r.ff.eo.ti.& in l.de minore.in prin
p.ff.de quæſt.& c.j.& ſecundo. de
elict.puero.& tenetur de neceſsi-
te iudex in eo minorare pœnam:
leò non eſt arbitrarium:ut tenuit
al.Sal.& Pau.de Caſt.in l.& ſi ſeue
or.C.ex qui.cau.infa.irrog. Salic.
Pau.de Caſt.in l.j.C.ſi aduer.de-
t.& Alexand.de Imol.in d.l.& ſi
uerior.& ideo aduertas,ne erres,
ad longum congerit Gramma.
deciſio.23. incip. dum fuiſſet mi-
.¶ Scias etiam charisſime lector,
et inordinatè procedam,quòd ſi
ntigerit iudicem uelle procede-
ad exequutionem ſententiæ ca-
alis,& non habuerit miniſtrum,
i faciat dictam exequutionem,
teſt capere aliquem quem uiſum
rit,eumque cogere,ut faciat of-
ium carnificis,dummodo ſit ui-
perſona.ſecundum Barto.in l.fi.
.ff.de pigno.actio.ubi plus uo-
t,quòd poteſt capere boues,quò
ilius adigat hominem:uel equū
ſequitur.Marſil.in l.j.ff.de quæ-
.numero decimooctauo plenè
Par.de Put.in lib.ſyndica.in uer
, maniuoltus. ¶ Vbi plus dicit,
òd ſi iudex habet plures carcera

tos,inter quos eſt unus,qui poteſt
condemnari ad opus publicum,uel
in perpetuum,is poteſt condemna
ri, ut exerceat officium carnificis
ad tempus,uel in perpetuū, prout
erit qualitas delicti.ſecundum Bar.
in l.ij.ff.de pu.iudi.& poſt eū Ange.
20 ¶ Item ibi dicit,quòd etiam poteſt
capere iudex ſeruum hominis pri-
uati,& exequi facere ſententiam ca
21 pitalem.¶ Item ibidem dicit,quòd
poteſt facere gratiam reo moritu-
ro,dummodò exerceat officiū car-
22 nificis & maniuolti. ¶ Item eſt ad-
uertēdum à iudice circa pœnarum
impoſitionem & condemnationē,
quòd ſi aliquis ex propoſito & de-
liberatè exceſſerit modū in ſe de-
fendendo,& occiderit aliquem,nō
poteſt iudex eum punire pro toto,
ſed pro illo exceſſu tantum.ſecun-
dum Bal.in l.uim.ff.de iuſti.& iure.
ultima col.& ſequitur Pet.de An-
cara.in Cle.prima.de homi.ubi di-
cit,quòd licet glo.c ſignificaſti el ij.
& glo.249 in ſumma.teneat, quòd
ſi quis ſe defendēdo exceſſerit mo-
dum,& non ex propoſito,non pu-
nitur de tali exceſſu:tamen ſecun-
dum Pet.de Anc.etiam ſi ex propo
ſito excedat modū,& ſic doloſe,pu
nietur:non pro toto tamē,ſed pro
exceſſu.& Alex.ſequitur & refert in
conſi.140.aliàs.283.in ſecundo uol.
in ulti.col. & allegat hoc uoluiſſe
Sali.in l.Gracchus.in ulti.col.C.de
adul.& Pet.Philip.Cor.in cōſi.204.
inci.pro deci.in fi.pri.lib.& nouiſsi
mè per Mar.in practi.cri.§.quoniā.
nu.92.& in l.j.nu.40.ff.ad l.Cor.de
ſicar.uide tamē Iacob.de Nouel.in
praxi defen.fo.15.nu.23.ubi uidetur

23 innuere contrarium. ¶ FISCVS. Quòd ſi aliquis occidit aliquē cum quo erat data fideiuſsio de uiuēdo pacificè,& de non offendendo,an poſsit exigi pœna fideiuſsionis,& pœna corporalis? ¶ IVD. Hanc quæſtionem poſuit Marſi.in conſi. nono.in uerſ.capio modò tertium. ulti.col.ubi finaliter dicit,quòd poteſt exigi pœna fideiuſsionis à promittente,uel eius hæredibus,& pœna corporalis:ut ibi. & an quando facta eſt offenſio ex noua cauſa, committatur pœna,necne:ibidem. quòd non in pace.fallit in treuga. & quādo propriè dicatur rupta fideiuſsio de non offendendo, uide Marſi.in conſil.21.uide Bar.in quęſtionibus ſuis,in prima quæſti.
24 ¶ Et an pœna fideiuſsionis de nō offendendo,ſi eſt cōmiſſa,poſsit exequi contra hæredes fideiuſſorum,uide optimam doctrinam Ange.Are.in inſti.de fideiu.§.fideiuſſor.
25 ¶ Item eſt aduertendum circa impoſitionem pœnarum,an aliquis deliquerit mā gno dolore motus.quia tunc non debet imponi pœna ordinaria delicti,ſed mitior:ut eſt tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatores. ff.de adulter.& firmat Ang.de Are. in lib.maleficio.in uerbo,& dictus Titius ſe defendendo,uerſi.aduertas.& Fran.de Are.in conſil.165.incip.ſicut in ulti.col.plenè per Marſi. in l.j.ff.de ſicar.nume.58.
26 ¶ Item eſt aduertēdum,quòd in caſu incertitudinis:uidelicet, quando homicidium eſt certum,ſed homicida incertus:utputa, quia plures fuerunt in rixa,& uulneratus non habet niſi unicum uulnus:uel minora uulnera & pauciora,quàm fuerunt rixātes: nemo ipſorum rixantium debet puniri pœna mortis.ſecundum glo.in l.item Mela.§.ſed ſi ſeruum plures. ff.ad legem Aquil.& latiſsimè per Marſi.in d.l.prima. nu.71.in 16.limi.
27 ¶ Item non imponitur pœna mortis pro homicidio cōmiſſo per patrem in filium,qui cōmiſit unam de cauſis ingratitudinis contra eum. ſecundum Bartol.in l.diuus.ff.ad l. Pompe.de parri.& ſequitur Marſil. in l.j.num.100.ff.de ſicar.
28 ¶ Item eſt aduertendum,quòd ubicūque per ſtatutum imponitur pœna mortis, ſemper requiritur,quòd concurrat dolus:ut probatur in l.qui ædes.& in l.ſi fortuito.ff.de incen.rui.& na. à contrario ſenſu. & habetur per Bal.in l.data opera.4.col.C.qui accuſa.non po.& in l.quicunq;.v.col. C.de ſer.fugi.latè per Marſi.in d.l.j. nume.11.§.prętereà.uide Dec.cōſi. nono.primo uolu.Cepol.conſi.30. & 31.Mar.in l.de minore.ff.de quęſtio.nume.39.Ange.in lib.maleſi.in uerbo,ſcienter & doloſe.Bal.in l.j. nume.quinto.ff.de legi.Angel.in l. in actionibus.§.primo.ff.de in litē iur.& in conſi.288.incip.uiſo themate.Bartho.Cepo.in conſi.34. Bal.in l.quicūque.C.de ſer.fu. quinta col. Rapha.Cu.conſi.134.in fine.Gram. conſi.68.& in uoto 21.& in deciſio. quinta,numero.29.& in dictis locis habetur,an lata cupa æquiparetur dolo.& per Marſil.in l.in lege Cornelia.ff.de ſicar.
29 ¶ Conſiderandum etiam erit à iudicibus circa impoſitionem pœnarum, ut inſpiciatur qualitas perſonarū,in quibus committitur delictū.quia alteratur pœna in

na in plus& in minus ſecundū qualitatem perſonarum.ſic qui occidit infantem, punitur maiori pœna, quàm qui occidit uirum perfectæ ætatis.ſecundum Sali.in l.pe.C.de
30 ſicar.¶Item magis punitur qui occidit clericum,quàm qui laicum.ſecundum glo.in cap.ſicut qui.17.q. 4.Item magis punitur homicidium recens,quàm antiquum:ut eſt text. & glo.in l.ſi diutino.C.de pœn.Itē magis punitur,qui occidit ſeruum, quàm qui liberum.quia tenetur ad intereſſe domino ſerui, & tenetur de ſicar.& qui occidit liberum,tenetur ſolùm de ſicar.de quo per Specula.in tit.de iniur.& damno dat.§.
31 ſecundo. & ſic de ſingulis. ¶Item conſiderari debet, caſualiterne,an data opera delictum ſit cōmiſſum. quia primo caſu debet minorari pœna.2.non.ſecundum Bar.& docto.in l.diuus.ff.de ſicar.& Bar.in l. ſi quis ſeruo.C. de furt.cum ſimili-
32 bus.¶Item eſt conſiderandum inſtrumentum, quo facta eſt percuſſio.nam percutiens baculo non tenetur de uulnere letali: quia non prǽſumitur habuiſſe animum occidendi,ut inquit Bald.in proœ.digeſtorum 3.col.id tamen non habet locum,ſi percuſsio facta ſit in capite.ſecundum Angelum in l.j.§.ſed ſi claua.ff.de ſicar.quem refert & ſequitur Felin.in c.ſignificaſti.extrà. de homi.& Bartolus in l.prima.§. diuus.C. de emen.ſeruo. Angel.in tracta. malefi.in uerbo ſcienter &
33 doloſe.¶Item ſi percuſsio ſit facta lapide,licet mors ſequitur, minor pœna imponitur:ut l.omne delictum.§.ſi quis commilitonem.ff.
34 de re iudicata.¶Licèt occidens aliquem manu uacua,puniatur ita,ac ſi armis percuſsiſſet.l.qua actione. §.j.ff.ad legem Aquiliam.& ibi Bal. & idem in capitulo primo.§.iniu-
35 ria.ultima col.de pa.iur.fir.¶Scias etiam,quòd propter multitudinem delinquentium non imponitur pœna mortis: utputa,ſi plures occiderunt unum.ſecundum Angelū in l. penul.de ſicar.& Augu.de Ari.in addi.Ange.in uerbo,& dictus Titius.& Alber.in l.quoniam multa. C.ad l.Iul.de ui pu.& Afflict.in cōſtitu.terminum uitæ.uerſi.13. fallit. ſed Gramma.in cōſi.4.tenet, quòd ſi deliberato conſilio,& ad hoc coadunati occiderunt,omnes debent
36 puniri de occiſo. ¶Scias ulterius, quòd ſi aliqui uenerint ad me armati petētes aliquid à me,ad quod non tenebar,& ego perterritus ceſſerim eorum uoluntati, licet arma non extraxerint, nec mouerint:tenentur tamen pœna portationis armorum,& de ui publica.per tex. in l.iij.§.qui armati.ff.de ui & ui arma. & firmat in propriis terminis Afflict.in conſti.intentionis.in xj.&
37 ultima quæſtione.in 2.nota. ¶Item percutiens manipulo enſis,cū poterat enſe percutere,etiam,ſi ex tali percuſsione ſequatur mors,non debet puniri pœna mortis.quia uidetur non habuiſſe animum occidendi:ut probat text.& ibi omnes ſcribentes.in l.eum qui.C.de ſicar. & dixit Ange.de Areti.in lib.male. in uerbo,ſcienter.penul.uer.& Soc. in cōſilio 178.incipien.primo aſpectu.niſi percuſsiſſet in capite.ſecundum Ange.ubi ſuprà.uide Bartho.

Cepo.in conſ. 36.& Gramma.uoto uigeſimotertio, numero decimo.
38 cum ſeq. ¶ Et ſi fiat percuſsio baſtono,& non ſequatur uulnus, licet Barth.de Cap.dixerit, quòd eſt pœna uiginti ducatorum curiæ,& decem parti: tamen Afflict.in conſtit. ſi quis aliquem.in ij.gl.dicit, quòd ipſe arbitrariè punietur, cõſideratis qualitatibus perſonæ, loci,& temporis.& Gramma.in uoto xv.dicit, quòd ſi fiat percuſsio congregatis hominibus, uel excogitato inſultu, eſt pœna deportationis.& uide deciſio.ſac.regij cõſilij eiuſdẽ Gram-
39 mati.numero 17.per totam. ¶ Item eſt aduertendum, quòd ſi ex forma legis uel ſtatuti alicui imponitur pœna infamiæ, qui eſt ex alio delicto infamis, debet per iudicem pœna alterari,& imponi alia.per text. ſing.in l.nouerint.C.ut intra certũ tempus.& ibi Angel.allegat illum textum pro ſingu.& Ludoui.in l.ſi uerò.§. de uiro.ff.ſolu.matrimo.& Anto.Corſe.in ſingu.ſuis.in uerbo,
40 pœna. ¶ Item eſt ſciẽdum, ꝙ ſtante ſtatuto, quòd offendens officiales regios puniatur duplicata pœna, non habet locum in amputatione manus.ſecundum Bald.in l.j.C. de ſeu.quę pro eo, quod intereſt.in ultima colum.& ſequitur Afflict.in conſtitu.ſi quis aliquem.in decima
41 quæſtione. ¶ Quinimò pœnæ duplicatio, quæ habet locum in iniuriante officiali regio per conſtitu.ea, quæ ad decus.non habet locum in officiali non commorante in curia regis.ſecundum Afflictum in d.cõſti.ſi quis aliquem.in 10.q.
42 ¶ Eſt etiam notãdum, quòd uulnerans aliquem, ſi uulnus non debilitauit aliquod membrum, nec eſt letale,& ipſe uulnerans eſt homo bonæ conditionis, uitæ,& famæ, etiã ſi uulneratus nõ uelit pacẽ facere, poteſt per ſententiam definitiuam condemnari uulnerans ad pœnam pecuniariam,& non poteſt offenſus conqueri. ſecundum Afflict.in d conſti.ſi quis aliquem.2. nota.in
43 v.requiſito. ¶ Eſt ulteriùs aduertendum, quòd ſolutio pœnæ facta per aliquem de aliquo delicto, de quo erat innocens, cũ propter tormenta confeſſus ſe commiſiſſe illud delictum, condemnatus eſſet, non liberat uerum delinquentem. quia ille quandocunque repertus debet puniri.l. qui ſeruum quoque.ff. de interro.actio.& not.Ange.& Imo. in l.quot.§.fi. ff.ſolu.matrimonio.& firmat Angelus in libro maleſi.in uerbo, Andream auxiliatorem.ter-
44 tia col.in prin. ¶ FISCVS. An quis poſsit puniri hic de delicto alibi commiſſo? ¶ IVDEX. In hoc paſſu Bart.in l.ſi cui.§.fi.ff.de accuſatio.dicit, quòd non, niſi ſit ciuis. uerũ tamen eſt, quòd delicta alibi commiſſa, aggrauant delicta hic commiſſa.quam opinionem tenet Salice.in l.ſeruos.C.ad legem Iul. de ui.pu.nume.5.in fine.& ſequitur Ange.de Are.in lib.maleſi.in uerbo, exiſtens Florentiæ.in prin. Angel.in d.l.ſi cui.§.fi.dicit, ſi hic aliquis unum furtum ualde leue commiſit, alibi uerò plura, quòd poteſt hic puniri,& furca ſuſpendi.& dicit ita ſeruari de conſuetudine.& hanc opinionem firmat Bald.in l.fi.ff.de iuriſdi. om.iu.nu.iij. Augu.in addi.

ad

ad Ange.in loco,de quo ſuprà,dicit hāc opinionem eſſe rigoroſam: & quòd ſi ipſe eſſet iudex,non ſeruaret eam.cōtrarium tenet Alber. de Roſa.in dicta l.ſi cui.§.fi.limitat tamen,niſi eſſet uagabundus.uide Ange.in uerbo,& ueſtem cœleſtem abſtulit.3.col.& ibi Aug.& quòd de delicto alibi commiſſo non poſsit quis puniri,niſi ſit ciuis,uel niſi ſit uagabundus,cōſuluit Ang.in conſilio 27.incipien.quidam uictor de caſtro Sicardi.& an iudex originis ſeu domicilij poſsit inquirere de delicto alibi commiſſo per ſubditum ſuæ iuriſdictionis.Marſi.in practica cri.§. conſtante. numero.90. refert opiniones:tādem uerò concludit magis communem opinionem eſſe,quòd non poteſt punire. & ita ſecundum hanc opinionem dicit Grāma.fuiſſe deciſum in magna curia uicaria,ſub nume. 26.per totam.Gandi.in tit.de furi.& latroni.ſecunda col.uerſi.ſed iterum pone.decidit,ꝙ ſi aliquis Rhegius cōmiſit furtum Mutinę,aliò uerò Parmæ,ubi captus eſt,officialis Parmę debet punire de furtis cōmiſsis in territorio ſuo,& de reliqs remittere: licet ſubdat feroces iudices hoc non obſeruare.& Rapha.Fulgo.in conſilio.149.& hanc partem uidetur tenere Gandi.& eſt notandum, quòd ſi quis aufugiat à patria ſua propter crimen,talis fuga facit eum haberi pro uagabundo: ita,ut ubique poſsit conueniri.l.j. C.ubi quis de cur.libro undecimo. & firmat Luc.de pen.in l.ſi coloni. C.de agri.& cenſi.libro.11.3.colum. in fi.& uide do.Catal.de Boncōpa. in tract.ſyndica.nume.97.cum ſeq.

45 ¶ IN. Quòd ſi ubi probatum eſt delictum eſſe commiſſum in perſonam Titii menſe Nouembri,econtrario probatur Titiū impunè potuiſſe offendi,quòd eo menſe bannitus eſſet,ut ex forma ſtatuti potuerit impunè offendi,an debeat ſe qui abſolutio, ſi non apparet,fueráte Titius bānitus ante delictū, an poſt. ¶ IVDEX. In hoc caſu Bar.in l.non ſolum.§.ſed ut probari.ff.de nou.ope.nūtia.tenet, quòd debet ſequi abſolutio.& iſtam opinionem ſequitur Angel.in lib.maleſi.in uerbo,de præſenti anno.uerſicu.quid ſi accuſator.& ibi firmat Augu.de Arim.licet multa contraria adducat.& firmat Bernar.ibidē in additio.& ſequitur Bertran.cōſi. primo, numero 26.primo libro:licet ſecus dicat in ciuilibus.

46 ¶ FISCVS. Quæ nam ſint pœnę ultra relegationem. ¶ IVDEX. Dicas quòd ſunt illæ,quæ continent ſeueriorem ultionem: ut pœna mortis naturalis, quando uita adimitur; ut pœna mortis ciuilis,quæ adimit libertatem. quia ſeruitus quò ad actus ciuiles morti æquiparatur: ut eſt quando quis libertate priuatur, puta,quia damnatur in metallum, uel in opus metalli: uel in opus publicum in perpetuum:ut eſt hodie condemnatio ad triremes,uel quando imponitur pœna abſciſſionis membri.iſtę enim pœnę ſunt ultra relegationem: & ſunt de mero imperio maiori, ut colligitur ex dictis Iacobi de Aretio in lege imperium.columna prima.ff.de iuriſdictio.omnium iudi.in 9.col.in

quinta q.& ibi Bart.colum.iij.uerſi.
ij.eſt imperium merum.& ſequūtur
47 communiter doctor.¶ F I S.Quā-
do pœnæ mortis ſpecificè dican-
tur impoſitæ per leges uel ſtatuta.
¶ I V D.Dicas, quòd ubicunque in
legib.uel ſtatuto ſit mentio de fur-
ca, laqueo, gladio, ferro, flamma,
igne, leuiſsimo, grauiſsimo, nouiſ-
ſimo, amariſsimo, ultimo ſupplicio,
ferali peſte, obligatione mortis, uel
ſanguinis diſpoſitione, datur intel-
ligi, quòd criminoſus, de quo ibi ſit
mentio, ad literam occidendus eſt.
ſic intelligitur gloſſ.in l.eius, qui.in
uerbo, aut ferium.ff.de teſta.& in
48 auth.ſcenicas.¶ F I S. Quæ autem
dicantur pœnæ capitales ſimplici-
ter.¶ I V D.Dicas, quòd ubicunq;
per leges & ſtatuta ſit mentio ſim-
pliciter de pœnis capitalibus, intel-
ligitur de perpetuo exilio, & depor
tatione: ut not.gloſſ.C.ne Chriſtia.
mancip.l.j.in princ.uerſi.capitali.&
gloſſ.l.fin.C.de ueter.numiſma.po.
lib.xj.& gloſ.l.in criminali.C.de iu-
riſ.om.iud.& l.ſi mater.ff.de inſtitu.
& ſubſtitu.& l.unica.C.de cri.pecu.
& C.de nauicu.l.ſi ſtatutum.lib.xj.
& l.ſiquis non dicam rapere.C.de
epi.& cleri.in fi.& l.pe.C.qui accu.
non poſ.& proſequitur do.Iaco.de
Bello uiſo in praxi cri.in tit.de pœ-
49 na capitali.¶ F I S.An punitus per
iudicem eccleſiaſticum in crimine
ſacrilegij, quod eſt mixtum, uel in
alio crimine ſimiliter mixto, poſsit
poſtea puniri per iudicem laicum.
¶ I V D. Iſtam quam tangit Afflict.
in conſtit.multæ leges.de cri.ſacri.
& diſputat pro & contra: tandem
decidit, quòd per pœnam impoſi-
tam in ſimilibus criminib. per unū
iudicem, nō prohibetur alter iudex
50 imponere aliam pœnā.¶ Sciendū
tamen eſt, ꝙ non habet locum pœ-
na mortis in eo, qui proiicit lapidē
de nocte in aliquē ex laſciuia, etiā
ſi is inde mortuus ſit.ſecundū Paul.
de Caſtro in l.j.C.ubi ſena.uel cla-
ri.& idem tenet Cepol.in l.j.colū.8.
uerſi.ex quo refert.C.de ſer.fugi.&
firmat Nic.Boer.in tracta.de ſedi-
51 tio.nu.51.¶ Item notandum eſt, ꝙ
pōt imponi pœna pecuniaria per
iudicem blaſphemāti deum coram
iudice pro tribunali ſedente: ut eſt
glo.in ca.deus omnipotens.in uer-
bo, iudicis. ij. qō.j.& l.pri.C.qui, &
apud quos.& tenet Caſſan.in titu-
lo des iuſtices & droit.& de incel-
les.in §.lamende.§.vij.fol.74.nu.2.
52 ¶ Item eſt aduertēdum, ꝙ pœna in
ordinariis & extraordinariis non
debet excedere modum conſuetū,
& prout hactenus fieri conſueuit:
& ſi exceditur, pars grauabitur, &
pōt recurri ad ſuperiores uel ſyndi
catores, quo tēpore officiales ſyn-
dicantur: ut habetur plenè per Par.
de Put.in lib.ſyndi.in titu.de offic.
ſyndi.uerſi.an ſi poteſtas condēna-
53 uit, uel compoſuit.¶ F I S.An poſ-
ſit ferri ſententia pro abſente, qui
aufugit liquidata cauſa.¶ I V D E X.
Dicas, quòd ſic: ſecundum Salic.in
l.abſentem.8.q.C.de accuſa.& hoc
uerum eſt, niſi pro abſente fuiſſet
cōmiſſa aliqua fraus uel dolus.ſe-
cundum Afflict.in cōſtit.grandis.in
54 vj.nota.¶ F I S C V S.An, & quan-
do tranſeat in rem iudicatam ſen-
tentia in criminalibus.¶ I V D E X.
Diſtingue, aut eſt abſolutoria, &

trāſit in rem iudicatam, etiam quò
ad tertium, qui non poteſt poſtea
accuſare.ſecundum Abb.& Ioan.de
Ana.in c.de his. de accuſa. ſed ſi eſt
condemnatoria,etiā tranſit in rem
iudicatam:licet aliqui teneant con-
trarium.ſecundum Abb. in d.ca. de
his. de accu. & dicit de hoc eſſe ca-
ſum ſingularem in l.diui.ff.de pœn.
ſed ſecundum Mar.in §. ordine ſuc
ceſsiuo.in praxi crimina.eſt ſimilis
tex.in l.j.§.fi.in fi.ff.de quæſtio.& ſi
eſt ſententia lata contra contuma-
cem uigore ſtatuti, nunquam trāſit
in rem iudicatam. ſecundum Io. de
Ana.in d.c.de his uide Mar.ubi ſup.
uide Præpoſitum in c.ſi quis.ij.q.vj.
55 in prin.¶ Et eſt aduertēdum, quòd
ſentētia in criminalibus poteſt fer-
ri etiam abſente accuſatore. text.
eſt ſing.in l.quamuis indubitati. C.
de adulter.ſecundum Ang.de male.
in uerbo,qui iudex commiſit publi
co præconi, ꝙ banniat con. gene-
56 rale.¶ F I S.An ſententia lata per ec
cleſiaſticos iudices ſuper crimine
hæreſis,debeat ſtatim exequutioni
demādari,ut nō cōſideretur, nū ri-
tè & rectè proceſſerit?¶ I V D.Bar.
in l.diuus.ff.de cuſto.reo.quem ſe-
quūtur legiſtę,maximè Pau.de Ca-
ſtro,& Alber.dicebat,ꝙ nō:ſed de-
bere uideri proceſſum: & ſi rite re-
ctéque proceſſerit,debere exequi:
non aliàs.canoniſtæ tamē commu-
niter tenent contrarium. & ſecun-
dum hanc opinionem contra Bart.
dicit Afflict.in cōſtit.poſt mundi.in
glo.in uerbo,gladij.uerſicu.ij.con-
cluſio.ſe uidiſſe iudicatum per iudi-
57 ces magnæ curiæ uicariæ. ¶ F I S.
An hoc procedat & habeat locum
etiam in aliis ſentētiis datis per iu-
dices eccleſiaſticos ſuper crimine,
de quo aliàs iudex ſecularis poſsit
cognoſcere. ¶ I V. Dicas,quòd nō
debent ſentētiæ prædictæ exequu-
tioni demandari ſtatim per ſecula-
res iudices,quoties inuocatur bra-
chium ipſorū: ſed requiritur,priùs
uideant proceſſum, & bene diſpi-
ciant,num ritè rectèq; talis ſentē-
tia condēnatoria proceſſerit: & ſi
reperiatur iniqua, ſuum brachium
non præſtent.ita per multa firmat
Afflict.ubi ſuprà in gloſſ.in uerbo,
58 gladij.in tertia conclu.¶ Et eſt ſcien
dum,quòd ſi lata eſt ſententia con-
tra aliquem de infamia uel periurio
in una cauſa, probat etiam in alia
inter diuerſas perſonas. ſecundum
Abb.in c.j.de exceptio.& in cap.ex
59 parte.de teſta. ¶ Inſuper aduerten-
dum eſt,quòd quotieſcunque quis
condēnatur ex præſumptionibus,
nūquam ei imponitur pœna ordi-
naria,& uera pœna delicti, ſed alia
mitior.ſecundum Inn.in c.quia ue-
riſimile.extrà.de pręſumptio.& no.
docto.in c.afferte.eo.titu.& Bal.in
l.non eſt ueriſimile.ff.quod metus
cau.Abb.in c.quāto.de pręſumptio.
plenè per Mar.in l.j.§.diuus Adria-
60 nus.nume.25.ff.de ſicar.¶ Item ſciē
dum eſt,quòd ubicunq; per legem,
uel ſtatutum non fuerit certa & de-
terminata pœna impoſita, erit illa
imponenda arbitrio iudicis: ut ha-
betur in l.j.§.expilatores.ff.de.effr.
& expila.l.hodie.& ibi no.ff.de pœ.
Bal.& Ange.in l.j.§.hęc autem uer-
ba.ff.quod qui.iur.& per do.Alexā.
in conſi.iij.v.lib.& plenè Marſi.in l.
in lege Cornelia.num.5.ff.de ſicar.

61 ¶ Item non eſt prætermittendum, quòd illa regula, quæ habet, pœnã corporalem uel minimam eſſe maiorem quacunque pecuniaria, habet locũ in perſonis nobilibus: non autem uilibus. ſecundum Bar. in l. j. §. fi. ff. de pœn. qui ita intelligit l. in ſeruorum. in fi. ff. eo. tit. & eſt ratio, quia uiles perſonæ magis timent pœnã pecuniariã, quàm corporalẽ.

62 ¶ F I S. Qua pœna puniatur ille, qui ligat homines, ne ualeant uxores cognoſcere. ¶ I V. Dicas, quòd punitur publicatione omnium bonorum, & ad pœnam carceris per annum: ut habetur in conſtit. incip. amatoria pocula. & ibi notat Afflic.

63 ¶ F I S C V S. Sed quid de eo, qui dedit poculum amaſiæ ſuę prægnãti, ut abortũ faceret, qua pœna puniri debet? ¶ I V D E X. Dic, quòd ſi amaſia illa propter illud poculum ſumptum fecerit abortum, punitur pœna mortis: nõ aliàs. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & firmat Afflict. in conſtit. ſuprà allegata. & quando non eſt ſequutus effectus, ut uidelicet abortum non fecerit, punitur pœna arbitrariá: nempe pœna publicationis bonorum, & carceris per annum: ut dicit idem Afflict. ubi ſuprà. in tertio notabili. uide Angelum de Aret. in libro maleſi. in uerbo, & ex interdi. Tit. mort. eſt. ſecunda columna.

64 ¶ F I S C V S. Sed quid de caſu cõtrario, uidelicet quando quis dedit medelam mulieri ad eam ingrauidandum, inde tamen mortua eſt, qua ille pœna puniatur? ¶ I V. Dicendũ eſt, quòd debet relegari. per text. in l. iij. §. ex ſenatuſconſulto. ff. ad l. Cor. de ſicar. & in l. ſi mulierẽ. eo. tit. & ita ad hoc propoſitum allegat Afflict. in d. conſtitu.

65 ¶ F I S. Sed qua pœna punitur mulier, quæ accepit medelas, ut faceret abortũ, ſi fecit abortum? ¶ I V D. Dicas, ꝙ aut hoc fecit ante quadragita dies, & tunc punitur pœna exilij. l. ſi mulierem. ff. de ſicar. niſi fecerit per pecuniam, quia tunc punitur pœna mortis. ſecundum Bar. & Ange. in l. diuus. ff. de extraor. crimin. ſed poſt quadraginta dies, quia partus eſt animatus: ut l. Cicero. ff. de pœn. & declarat optimè Marſi. in d. l. ſi mulierem.

66 ¶ F I S. Sed qua pœna punitur mulier, quæ accepit medelas, ut non efficeretur prægnãs ex coitu? ¶ I V D. In hoc habemus tex. in c. ſi aliquis extrà. de homi. & ibi per omnes ſcribentes quòd debet puniri, ut homicida, & licet ita dicatur in illo text. debet tamen intelligi non de pœna homicidij, ſed mitiori: ut notabiliter dicit Marſi. in d. l. ſi mulierem. & eadem pœna punitur ille, qui dederit dictas medelas.

67 ¶ F I S Quòd ſi rixante Titio cum Seio, ſuperueniẽs frater Seij occidat Titiũ nunquid ipſe Seius debeat puniri pœna mortis, quaſi qui cauſam dederit? ¶ I V D. Dicas, quòd non debet puniri. Seius, nec de occiſo, nec de auxilio, nec tanquam aſtans maleficio. ſecundum Bald. in l. data opera. pœ. colum. C. qui accu. non po. refert & ſequitur Mar. in l. nihil intereſt. ff. de ſicar. num. 13.

68 ¶ F I S. Nunquid pendente dilatione ad faciendas defenſiones, poſsit exequi & proferri ſententia capitalis? ¶ I V. In hoc paſſu eſt aduertẽdum, quòd

quoti

quotieſcunque metuitur, ne affines uel amici ſubtrahant, & eripiãt inquiſitũ, poteſt & debet proferri, & exequi ſententia capitalis:ut eſt doctrina Bal.& Ange.in l.cum reis. C.de pœnis.refert & ſequitur dom. Catal.in lib.ſyndi.uerſi.514.& Mar. in l.qui cædẽ.ff.de ſicar.ſed aduertas,ne erres,quòd debes ante omnia capere diligentem informationem, per quam tibi cõſtet de congregatione hominum & tumultu concitando:& quòd teſtes dicãt,ꝙ ſi fieret tumultus, non remaneret ſpes occultandi & retinendi inquiſitũ,quin auferatur, & libertati reſtituatur:& quòd ſequerentur maiora ſcandala in perſonam iudicis & aliorum:itẽ,ꝙ tumultus nõ poterat aliter ſedari, niſi per mortem illius inquiſiti: aliàs non probatis iſtis, caueas à prædictis. ¶ F I S.

69 Qua pœna puniatur frater, qui ſciens tractari de cæde fratris,non reuelat. ¶ I V D. De hoc eſt text.in l.frater.ff. ad l.Pompe.de parri.ubi habetur, quòd debet puniri pœna relegationis.& eſt ratio,quia ſciẽs, & tacens, uidetur tacitè cõſentire. per tex.in c.ſicut dignum.de homi-

70 ci.¶F I S.Qua pœna afficiatur quis de auxilio præſtito ad delictum cõmittendum.¶I V D.In hoc paſſu habemus doctrinam Bal.in l.iudices. C.ad l.Iul.pecula. & in l.j.C. de agge.Nili,nõ rumpen.in quibus duobus locis dicit, quòd aut auxilium eſt prçſtitum per actum proximum aſſiſtendo maleficio, ut habilius & commodius committeretur, & tũc punitur eadem pœna, qua punitur principalis: aut per actum remotum à facto, iuuando in præparatoriis, & in aliis rebus,& tunc mitiori pœna plectitur: & hæc mitior pœna erit arbitraria ſecundum eum.hunc etiam caſum latius reperies apud Salicet. in l. unica. C.de rap.uirgi. ubi poſt multa hinc inde dicta dicit eſſe diſtinguendum,quòd aut lex punit facientem aliquod delictum,nulla facta mentione de opem ſeu auxilium præſtante:& tunc,quia ius generaliter diſponit opem præſtantem puniri, ut in multis legibus cauetur: punitur opem præſtans, ſed diuerſimodè,quia ſi cauſam præbuit maleficio, pariter puniuntur faciens,& opem præſtans:ſi non,minùs puniatur opem præſtans, ut contingit in caſu l. is, qui opem. ff. de fur. nam licet ibi, qui opem præſtitit, fuerit cauſa furti: non tamen illius ſpeciei: uidelicet, manifeſti. aliquando lex, quæ punit facientem delictum, facit mentionem de opem præſtante: & tunc aut ſingulariter & ſpecificè de certa & determinata ope præſtita, puta, ſi dixerit: qui illum comitatus fuerit,uel qui arma ſciens commodauerit,& ſimilia: tunc ſeruanda erit lex illa: ſed in non expreſſis ſtandum eſt diſtinctioni prædictæ: aut lex punit uniuerſaliter & collectiuè de omni uel quacunque opis ſpecie:& tũc aut pœnã ſpecificat & exprimit, aut nullã ſpecificat, ſed indeterminantã relinquit.exẽplũ primi,puta, ſi lex dicat:& eadẽ pœna puniatur, qui ipſi quomodocunq; uel quãcunq; opẽ prçſtiterit: & tunc,quia lex generaliter & certè diſpo

tè diſponit,ſtandum erit legi.exemplum ſecundi,ſi lex dicat:qui opem quancunque præſtiterit, puniatur per iudicē, nulla pœna ſpecificata: & tunc recurrendum eſt ad diſtinctionem primi membri:aut lex punit opem præſtantem ſimpliciter & indiſtinctè,de nulla opis ſpecie facta mētione:puta, qui opem præſtiterit,puniatur in tantum: & tunc aut hæc pœna eſt mitior illa, quæ eſt imponēda principali:& tunc dicit ſe credere quamlibet ſpeciem opis,etiamſi cauſam non præbuerit mortis uel maleficij, ſub illa indefinita comprehēdi,quia eſt eadem ratio omnium particularium ſub illa indefinita comprehenſorū: aut pœna eſt eadem cum principali:& tunc debet intelligi ſecundum Dynum de tali ope,quę fuerit cauſa maleficij ſequuti:& eſt ratio,quia particularium ſub illa indefinita cōprehenſorum non eſt eadem ratio: nec uerba ſunt clara, ſicut quando uerba ſunt uniuerſalia uel collectiua adiecta, & ideo ubi præſtatio opis non præbuerit cauſam maleficij,debet imponi mitior pœna pro modo culpæ,& cū hac longa diſtinctione pertrāſit ipſe.& ſic effectualiter uidetur tenere opinionē Bald. quæ ante ipſum fuit,Dy.ut etiā ipſe Bal.refert.ſequitur etiam Ange.de Aret.in li.malefi.in uerbo,& dicto maleficio ſemper aſtitit.Mar.in l.ſi ſciētc.ff.ad l.Pom.de parri.habet, ꝙ per tex.illum uidetur deſtrui doctrina Bald.in d.loco.nā ꝑ illā legē imponitur pœna parricidij miniſtrāti pecuniam, ut poſsit parricidium conſummari.& ſic eſt caſus, in quo qui præſtat auxiliū per actū remotum, punitur eadem pœna,qua faciens. demum ipſe ſoluit, quia illud eſt propter enormitatem delicti.ſed puto etiam dici poſſe, quòd ibi præbuit cauſam mortis.& an, & quando, & quibus caſibus dicatur præſtari auxilium, uide per Salice. ibi.& Mar.in eadē l. unica. & ibi latè,qualiter puniatur aſſociās ſe maleſactori ante,uel poſt delictum cōmiſſum, per eoſdem. & Ange. de Areti.in loco ſuprà allegato.& Bal. in conſil.235.in prima parte.Mar.in practi.cri.§. cōſtante. nu.55.Bald.in l.non ideo minus.C.de accuſa.pe. colū.uide Hipp.de Marſi.conſil.24. nume.11.& cōſil.44.eo.uol.j.& cōſil.13.nu. 49. & conſil.47.nume.6.& conſi.30.nume.23.& cōſi.67.nu.44. & 69.nu.7.& in conſil.34.nume.7.& cōſil.81.nu.32.& in conſil.110.nu.26.

71 & conſi.122.nume.21.ij.uol. ¶F I S. Quòd ſi aliquis præſtitit auxilium occidenti aliquē,cui occiſor præſtiterat cautionem ſub pœna ſe illum non offenſurum, hic an auxiliator debeat puniri pœna iuris pro auxilio,& ultrà pœna pecuniaria pacis ruptæ? ¶I V D.Hanc quæſtionē in indiuiduo poſuit Corn.in cōſi.8. circa primum.in iij.lib.quē uideas.

72 ¶Illud proximè ſciendū eſſe arbitror,ut ſi cōtigerit aliquem furē cōdemnari ad pœnā mortis.per c.regni.ad hoc,quod noſtrorū.cōdemnetur etiā in eadē ſententia ad pœnam mortis,& ad reſtitutionē bonorum furto ſubtractorū:ut eſt cautum per c.regni.incip.ſi de furto.& ante dictum capitulū ita uoluit glo. & Bar.in l.interdum.§.qui furem.ff. de fur.

de fur.& Innocẽ.in c.cum oportet.
extra.de accuſa.aliàs iudex tenere-
tur de ſuo.quare aduertas ne erres.
73 ¶F I S.¶Quòd ſi tres ſententiæ cõ
formes fuerint prolatæ condẽna-
toriæ ad mortẽ,an iterum appelle-
tur,uel dicatur de nullitate?¶I V D.
Dicas , quòd in criminalibus , ubi
exequutio eſt irretractabilis,nõ ha
bet locum titulus : ne li.ter.pro.&
Cle.j.de re iudi.ſed non obſtante,
quòd ſint tres ſententię cõformes,
poteſt iterum appellari,& dici de
nullitate:& interim ſuſpẽditur exe-
quutio.ſecundũ Pau.de Elea.& Pe.
de Ancha.in d.Cle.j.& refert & ſe-
quitur Ange.de Aret.in lib.male.in
uerbo,fama publica.in x.colũ.circa
74 medium.¶F I S.Quòd ſi accuſator
non poſuit in libello,quòd delictũ
fuit commiſſum tempore punibili,
ſed in proceſſu eſt probatũ,an poſ-
ſit ſequi cõdemnatio?¶I N Q V I.
Videtur,quòd debet ſequi abſolu-
toria,& non cõdemnatoria:ut for-
mat Ludo.Roma.in l.non ſolum.§.
ſed ut probari.ff.de no.ope.nuntia.
ubi dicit ita tenuiſſe Fran.Accur.
pro quo allegat Ange.in l.eũ actũ.
ff.de nego.geſt.& Specu.in titu.de
actio. & peti.§.ſequitur.uerſic.hoc
quoq;. ¶I V D.Si bene inſpiciatur
Ludo.in loco allegato,tenet cõtra
rium,quòd debet ſequi cõdemna-
tio.& hanc opinionẽ ſequitur Ang.
de Are.in lib.male.in uerbo,de an-
no præſenti.in iij.colũ.licet ibi Au-
gu.uideatur tenere contrariũ pro-
pter conſil.Ange.in nu.298.atqui in
regno eſt ſopita illa quæſtio per
ritum magnæ curiæ uicariæ incip.
Iſabella.ut dixi ſuprà in uerbo,au-
diantur exceptiones proponendæ.
atque eo cauetur, in criminalibus
procedi debere ſola facti ueritate
inſpecta,& attenta ueritate,nõ ob-
ſtantibus quibuſuis nullitatibus,
ineptitudinibus , & defectibus , ut
ibi dixi.& ſic ſatis erit,ſi conſtet de
75 ueritate.¶Item ſcias , adeò faueri
innocentię,& abſolutioni reorum,
ut poſsit ferri ſententia abſoluto-
ria in diebus feriatis,modò nõ ſint
feriæ inductæ in honorem dei: ut
habetur per Barto.in l.cuſtodias.ff.
de pu.iudi.& ibi gloſ.& in l.dies fe-
76 ſtos.C.de fer.¶Sed ſententia con-
demnatoria nõ poteſt ferri in die-
bus feriatis,etiam meſsium,uel uin
demiarum,uel aliorum tẽporum:ut
habetur per glo.& Barto.in d.l.cu-
ſtodias.& comperit Pau.Grillan.in
trac.de relaxat.carce.in tit.de abſo
77 lutione innocentis.¶Inſuper non
eſt omittendum,quando tractatur
de abſoluendo reo , quòd aliqua
forma abſolutionis debeat eſſe:
exempli gratia inquiſitus fuit quis
de delicto , de quo erant indi-
cia,propter quæ tormentis expo-
ſitus ſi nihil confeſſus fuerit : &
ſic purgarit indicia , petieritq; ab-
ſolui, debebit reponi in carceri-
bus,& citari accuſator,ut intra bre
uem terminũ compareat ad dandũ
alia indicia, aliàs procedendũ eſſe
ad relaxationem carcerati,nemine
eum cõparente ad dandũ alia indi-
cia,debebit abſolui ab obſeruatio-
ne iudicij:ut habetur in l.properan
dum.§.& ſiquidẽ .C. de iudi.& ibi
glo.Bar.& Moder.& congerit Pau.
Grillan.in tracta.de relaxa.carce.in
ij.q.ubi plenè.uel ſecundũ Marſi-
tari

in l.repeti.ff.de queſtio.debet liberari ſub fideiuſſoria cautione de ſtando iuri,& ſe præſentando,&c. ita ſeruatur indifferenter in magna curia uicaria.ſed quando quis eſt inquiſitus de delicto, & uenit abſoluendus uti innocens:quia ſuã innocentiam probauit,uel quia uerus delinquens repertus ſit,debet definitiuè abſolui.& eſt maxima differentia inter hos duos modos abſoluendi.nam ex primo non poteſt opponi exceptio rei iudicatæ & litis finitæ curiæ inquirenti de nouo, ſed ſuperuenientibus indiciis iterum uocatur & inquiritur: ex ſecũdo uerò competit exceptio rei iudicatæ & litis finitæ aduerſus curiam uolentem de nouo inquirere,uel alium uolentem accuſare: ut plenè per Paul.Grilla.ubi ſuprà.

78 ¶Item eſt aduertẽdum,quòd exequutio ſententiæ corporalis,eſt facienda in locis publicis,& non in carceribus, ut unius exemplo cæteri pertimeſcant.l.capitalium.§.famoſos.& l.aut facta.§.fi.ff.de pœn. l.j. C. ad l.Iuliam repet.plenè Pau. Grilla.in tra.de relaxa.carce.in prima quæſtione.& hoc niſi fieret gratia propter cõſanguineos nobiles,

79 ut quãdoq; uidi fieri.¶F I S C V S. Nunquid ſi inquiſitus moriatur pẽdente iudicio,poſsit ſuſpẽdi. ¶I V D E X. Regulariter non poteſt in corpus mortuum exequi.ſecũdum Angel.in l.defuncto. ff. de pu.iu.& ibi Imo.fallit ſecundũ eundẽ in famoſis latronibus.quæ ſequitur Ange.ab Areti.in lib.malefi.in uerbo, qui iu.vi.quòd non compa.iu.quòd

80 ba.vij.colum.¶Et an poſsit concedere corpus mortuũ faciẽdæ anatomiæ gratia medicis:Barto.in l.fi. ff.de cada.pu.dubitat,& non ſoluit. Franciſ.de Ripa.in tracta.de peſte. nume.124.cum ſequẽ.& Fran.Cur. in l.imperium.quem refert Lancello.Dec.ibi colum.ij.uerſi.in ea glo. ff.de iuriſdict.om.iud.dicunt,quòd facere anatomiã ſpectat publicam utilitatem, ut medici pro conſeruandis corporibus hominum fiant peritiores.& hoc non poteſt imputari ad iniuriam.arg.op.l.quod reipublicæ.ff.de iniur.& ſic anatomia eſt permiſſa,& non peccat iudex tradendo cadauera medicis.& firmat Boẽr.in deci.287.ſecunda parte.

81 ¶Et aduertas domine Fiſce, quòd ſi fertur ſententia te inaudito, eſt nulla: & ex integro recognoſcendum eſt.tex.eſt not.in l.nõ intelligitur.§.diuus.& in l. ſi fiſcus alicui.ff.de iur.fiſc.& gloſſ.in l.j.C. de ſenten.aduer.fiſ.lat.libr.x.& hoc procedit,ſi eſt lata contra fiſcum: ſecus,ſi eſt lata pro fiſco,quia tunc ualet,etiam ſi ſit lata abſente & inaudito fiſco.ita dicit gloſſ.not.in d.

82 §.diuus.¶Vnum tamen non obliuiſcaris,quòd fiſcus non poteſt appellare à minoritate pœnæ uel à ſententia abſolutoria.ſecũdum ritus magnæ curiæ uicariæ duos. prior incipit:itẽm in cauſis.alter eſt ſub rubrica,quæ incipit:practica ſuper cõpoſitionibus,in fine.& ſunt in uiridi obſeruantia: & ſecundum eos fuit determinatum in ſacro regio conſil.ut teſtatur Grammat.in deciſio.14.incip. in cauſa magnifici Pyrrhi.& ſi quis fuerit punitus ex delicto minori pœna, quàm iuris ſit,

ſit, an denuo poſsit puniri: uide
Boër. in deciſio. 289. ſecunda par-
83 te. ¶ Sed licet fiſcus non poſsit ap-
pellare per dictos ritus. puto tamé,
quòd poteſt dicere de nullitate,
quæ ex eiſdem actis, & ſentētiæ in-
ſpectione apparet: ut uoluit Ange.
in l. tale pactum. §. qui prouocauit,
ff. de pact. ubi uoluit, quòd prohi-
bita appellatione per ſtatutum, nō
cenſetur prohibita nullitas mani-
feſta. & uoluit Anto. de Butri. in ca.
cum Bertoldus. de re iudica. in pe.
char. uerſic. quintus caſus. & plenè
per Pet. Philipp. Cor. in conſil. iiij. in
ſecundo lib. & conſil. 203. in eo. lib.
84 ¶ Licet prohibita appellatione, cē-
ſeatur prohibita etiam ſupplicatio:
ut uoluit Cyn. in l. fin. C. ut lit. pen-
den. ubi bona gloſ. Innocen. domi.
Anto. & communiter alij in c. ex li-
teris. de in integ. reſti. poſt gloſſ. ibi
in uerbo, ſupplicauit. licet uideatur
prima facie contrariari tex. l. ſi quis.
cum authen. quæ ſupplicatio. C. de
prec. imp. offe. uide multa per Par.
de Put. in lib. ſyndica. in uerbo, ap-
pellatio. uerſicu. an ſi ſtatuto ſupe-
85 rioris. ¶ Eſt etiam aduertendum, ꝙ
ſecundum conſuetudinem non ci-
tatur reus inquiſitus nominatim &
ſpecificè ad audiendum ſentētiam:
ut teſtatur Ange. Aret. in lib. malefi.
in uerbo, qui iu. cōmi. l. preco. quòd
banni. ad conſil. in princip. & maxi-
mè procedit, quia de conſuetudi-
ne proferuntur ſententiæ in præ-
86 ſentia rei. ¶ Item eſt ſciēdum, quòd
in criminalibus poteſt ferri ſenten-
tia, etiam nulla parte inſtante. per
tex. in l. quamuis indu. C. de adulte.
per quam ita tenuit Angel. ubi ſu-
87 prà. ¶ Item aduertat aſſeſſor, quia
abſente poteſtate non poterit in
cauſis criminalibus ſentētiare, etiā
ſi fuerit uicarius ipſius ab ipſo con-
ſtitutus. ſecundum Ange. in uerbo,
88 hæc quædam ſen. ¶ Item aduertas,
quòd in ſententiis maximè capita-
libus eſt inſerenda cauſa, licet ſecus
ſit in ciuili. ſecundum Bald. in ca. ſi-
cut nobis. extrà. de re iudica. Alber.
de Roſa. in l. properandum. §. illi. C.
de iudi. & firmat Aug. de Ari. in ad-
di. ad Ange. in uerbo, & quia nobis
89 conſtat. ¶ Item aduertas, ut in pœ-
nis, ordinariis & extraordinariis
nunquam excedas modum cōſue-
tum: qui modus cōſuetus demon-
ſtratur per quinternos prouētuum:
ut latè per Par. de Put. in lib. ſyndic.
in titu. de offic. ſyndica. uerſic. an ſi
poteſtas condemnauit: aliàs dicere
100 tur grauare partem. ¶ Et eſt notā-
dum, quòd ſi fuerit appellatum à
ſententia condemnatoria in crimi-
nalibus, & introducta cauſa per re-
medium appellationis coram iudi-
ce appellationis, cauſa uerò fue-
rit deſerta, uel confirmata per iu-
dicem appellationis ſententia, &
tractetur de facienda exequutio-
ne, exequutio debebit fieri per iu-
dicem appellationis: ut habetur in
ritu magnæ curiæ uicariæ: inci-
piente, item ſeruat ipſa curia, quòd
101 quādo. ¶ Item eſt aduertendum,
quòd exequutio ſententiæ capita-
lis non debet fieri in diebus fe-
riatis in honorem dei: ut plenè
congerit Boër. in deciſio. 25. in ſe-
cunda parte. ubi etiā ponit, quādo
fallat

fallat hæc regula,& dicit, quòd la-
trones inſignes omni tẽpore poſ-
102 ſunt morti tradi. ¶Item eſt aduer-
tendum, quòd antequàm profera-
tur ſentẽtia capitalis, debet quis cõ
uinci, quòd ore proprio ſit confeſ-
ſus: nec ſufficit, quòd poſt ſententiã
latam cõdenatus conuincatur. quia
illa ſententia ex nouis probationi-
bus non reconualeſcit: ut habetur
pulchre per Boër. in d. deciſio. 259.
103 per totam. ¶Item eſt aduertendũ,
quòd ſi iudex eccleſiaſticus aliquẽ
puniuit de delicto, de quo ipſe &
iudex ſecularis poterant cognoſce-
re, ex quo erat miſti fori, non po-
teſt iudex ſecularis ipſum denuo
punire: ut plenè congerit Boër. in
deciſio. 289. in ſecunda parte: & di-
xi ſuprà.

QVINTA PARS principalis.

¶Et taliter ſe gerat in omnibus, ut in fine officij mereatur laudari. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Officialis benè ſe in officio gerẽs, laudandus erit.*
2 *Officialis non debet diſcedere ex officio, niſi priùs ſteterit ſyndicatui.*
3 *Officialis ſi bene ſe geſſit, non debet in ſyndicatu calumniis inceſſi.*
4 *Officialis non debet deponere officium ante aduentum ſucceſſoris.*
5 *Officialis depoſito officio, quid debeat facere. nu. 6.*
7 *Officialis malè ſe in officio gerens, debet puniri.*
8 *Officialis quid debeat facere ante finitum officium.*
9 *Officialis ſi ſteterit ſyndicatui, & innoxius repertus fuerit, debet liberari.*

IVDEX.

1 CVm autem officialis bene,
diligẽter, honorificè, ac lau
dabiliter, ſecundũ ſupradi-
ctas regulas ſe in officio ei pro tẽ-
pore cõmiſſo, geſſerit, in fine ipſius
ab omnibus laudandus ueniet, &
magna fulgebit gloria. ſecundum
Ange. in authẽ. ut iu. ſi. quo. ſuffra. §.
oportet. per illum text. & adeò id
uerum eſt, ut nec rationẽ reddere
cogẽdus ſit corã ſyndicatu. ſecun-
2 dum Bal. in l. iij. C. de ma. teſta. ¶Nõ
tamen debet ab officio diſcedere,
niſi ſteterit ſyndicatui, & permiſ-
ſum fuerit ad hoc, ut cum maiori
laude & gloria poſſit inde diſcede-
re. l. meminiſſe. ff. de offi. procon. in
princi. & ibi. Bald. & eſt prodita de
hoc regia pragmatica de ſyndica.
3 offi. ¶Debet tamẽ ſi furtis & ſcele-
ribus minimè ſe maculaſſe inuen-
tus fuerit, mereri omnẽ dignitatem
& honorem. l. iudices. C. de dignita.
li. xij. & l. pe. de uetera. & ſi ſtat ſyn-
dicatui, non debet calumniis impe
ti, & uexari contra honorem & di-
4 gnitatem ſuã. ¶Et non debet deſi-
ſtere ab officij exercitio, priuſquàm
uenerit eius ſucceſſor, & præſenta-
tæ fuerint literæ deſiſtentiæ: ut ca-
uetur per capitulum regni incipiẽ.
ſcire uos uolumus. & probatur in
l. meminiſſe. ff. de offic. procõ. pro-
pter ciuium utilitatẽ. l. j. §. admini-
ſtratores. C. ut omnes cau. & in l.
præfectus. ff. de offi. præfe. auguſt. l.
ſi fortè.

5 ſi fortè.ff.de offi.præſi.¶ Et præſentatis literis deſiſtētiæ,debet ſuo ſucceſſori conſignare omnes carceratos,de quorū cōſignatione fieri faciat actū publicum:& pariter cōſignet omnia acta pēdētia:& qnternos,ꝓuētuū ſi penes ſe habebit.& ſimiliter de omnibus fieri faciat actū publicum:& particulariter ac diſtinctè informet ſuū ſucceſſorē de omnibus cauſis pēdētibus,ac aliis ad officiū ſpectātibus & pertinētibus:ut inqt Bal.in l.j.an ſer.ex ſuo

6 fact.¶ Quibus peractis eligi faciat ſyndicatores,ꝓmulgari faciat bāna. ſecūdū formā traditā in hoc ꝑ Par. de Put.in lib.ſyndic.in tit.de mo.& for.ſyndi.uer. deinde uero.& ipſis bānis emanatis, ſeipm publicè exponat reſpōſurū,& redditurū rōnē ſuper querelis,quæ ſibi per ſubditos forte fierēt.l.j.C.ut oēs cau.l.2. & ad leg. Iul. repe.nec latēter maneat in domo potētis,uel propria: ſed publicè ſe exhibeat,& omnibus

7 ſui copiam faciat.¶ Vt ſic,ſi malè in officio ſe geſſerit, puniatur, & reſtituat dāna ſubditorū:ſin aūt bene & fideliter,tāto magis poſsit laudari & præmiari:ut habetur in cōſt.re-

8 gni incip.uolumus.¶ Et cōſulo officiali,& aſſeſſori,ut ante aduētum ſucceſſoris per mēſem cū ſuo actuario perquirat omnes cōpoſitiones & informationes,ex qbus deuētū fuit ad ipſas omnesq́; ſententias à ſe latas,& interloquutorias:& cōmemoret cauſas,ex quibus motus fuit:& omnia ſummatim in quinterno conſcribat,ut ſic poſsit depoſito officio de ſingulis rationē expeditam reddere:ut etiā docet Par. à Put.in libro ſyndica.uerſicu. uiſo de modo proce.in fi.in titulo:qualiter offic. debet ſe ha. depo.offic.

9 ¶ Et poſtquam ſteterit ſyndicatui, & innoxius repertus fuerit, debet obtinere literas ſyndicatus,quæ uocantur liberatoriæ,in quibus debet publicè cōmendari.l.iuſtiſsimos.de offi.recto. prouin.& in ſignū bonæ adminiſtrationis debēt dari ab uniuerſitate aliqua iocalia, uel arma, uel uexilla,quæ deinde in ſignū bonæ adminiſtrationis deferūt ad alia offi.ut dicit Par.in libro ſyndica.in titu.de quibus ſyndi.offi.uer. quomodo autem probabitur.

SEXTA PARS
principalis.

¶ De forma capitulorum in pluribus delictis. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium non poteſt ex officio puniri.*

2 *Adulterium ut puniatur & capituletur, debet probari de matrimonio.*

3 *Adulterium non poteſt probari directò.*

4 *Mulierem inhoneſtè uiuere,quomodo probetur.*

5 *Coitus nepharius qualiter puniatur. nume.7.*

6 *Virginitas probatur per depoſitionē principalis.*

8 *Inceſtus crimen cum quibus committatur,& qualiter puniatur. numero 9.*

10 *Memoria defuncti quādo damnetur, & qualiter procedatur.nu.11. & 12.*

13 *Incendium qualiter puniatur. numero 14.*

C *Vulnus*

15 *Vulnus quomodo puniatur. nume. 16. 17. & 18.*
19 *Vulnus quod dicatur letale.*
20 *Cicatrix quando dicatur remanſura.*
21 *Vulnus letale quando ſit. nu. 21.*
23 *Membrum quando dicatur debilitatum.*
24 *Homicidum commiſſum à pluribus, quando puniatur in pluribus.*
25 *Auxiliator quãdo puniatur: & quomodo debeat in capitulis dici.*

¶ *De forma capitulorum in adulterio.*

IVDEX.

CApitula ſpecialis inqſitionis formatæ & formãdę ad querelam T. cõtra & aduerſus G. de adulterio per eum cõmiſſo cũ A. uxore legitima & naturali dicti T. ſup quibus omnibus, & eorum ſingulis cum annexis, cõnexis, emergentibus, & dependẽtibus ab eis, ac prorſus extraneis curia ipſa magnifici Straticoti Salerni intẽdit iuſtitia mediãte procedere, & repertum culpabilẽ dictũ G. punire & caſtigare, ut iura uolũt & mandãt: & ſi ſemiplenè tantum conſtare contra eum reperierit, ſeruatis ſeruandis eundem ſubiicere quæſtionibus & tormentis ad eruendam ueritatem, cum eam non ualeat aliunde habere, idq; inſtante dicto T. querulãte, & nũc in caſu prædicto petẽte fieri & prouideri, ut ſuprà, omni meliori
1 modo, &c. ¶ Ideo dixi: ad querelã, quia ex officio in adulterio procedi non poteſt: ut plenè per Afflic. in conſt. legum aſperitate. fallit tamen ſi adulterium ſit notorium. Afflict. in deciſi. 176.

In primis inquirẽdum eſt, qualiter de anno, &c. de mẽſe, &c. regnãtibus, &c. ſub præſidatu, &c. dominante, &c. in ciuitate Salerni, & proprie in loco, ubi dicitur d. G. ſuis iuribus nõ cõtẽtus, animoq; diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequã ductus, temere dolosè, ſciẽter, & appenſatè, pluribus & reiteratis uicibus, nõ aduertẽs quàm graue ſcelus ſit adulteriũ cõmittere, cõmiſit & patrauit adulteriũ cũ dicta A. ipſam carnaliter cognoſcẽdo, coitũ cũ ea cõmittẽdo, & emittẽdo ſperma in eius uuluã, ſciẽs ꝙ dicta A. eſſet uxor legitima & naturalis d. T. quare incidit in pœnam in tales à iure ſtatutã. quod inquirendum eſt, &c. qđ fuit, &c.

Itẽ inquirẽdũ eſt, qualiter d. A. tã ante dictum adulteriũ cõmiſſum, quàm tunc, & poſtea, & nunc ſimiliter fuit, erat, & eſt legitima & naturalis uxor dicti T. & extendatur.

2 ¶ Quòd erat uxor: & ſic matrimoniũ debet ante omnia uerificari & capitulari in adulterio, ut dixi ſuprà in uerbo, capiat informationẽ.

Item inquirẽdũ eſt, qualiter fuit, erat, & eſt publicũ, notoriũ, & manifeſtũ inter hominem, & per homines Salerni, dictam A. fuiſſe & eſſe legitimam & naturalem uxorem dicti T. & propriè in uicinia habitationis dicti G. & extendatur.

Item inquirẽdum eſt, qualiter de pręſenti anno & menſe dictus G. fuit uiſus ſępenumero introire domum dicti T. in ipſius abſentia, ubi erat dicta A. ſola: & quomodo tam d. G. quam d. A. ſoli fuerũt uiſi introire cubiculũ quodpiam, & claudere oſtia ipſius ac feneſtras: & quomodo

do fuerint ibidem magno cōtinuè temporis ſpatio &c.

3 ¶Adulterium non poteſt probari directò:ideo debet probari per cōiecturas & præſumptiones. c. præterea.c.hominis.& c.tertio loco.de teſti.uide Ange.Are.in libro malefi. in uerbo,che me hai adulterata la mia donna.5.col.

Item inquirendū eſt,qualiter dicta A. eſt pulchra & formoſa,& dictus G. fuit,erat,& eſt iuuenis aſpectu pulcher & formoſus.

Item inquirendum,qualiter dictus G. nullam habuit,nec habet conſanguinitatem & affinitatem cum d. A.& d.T.

Item inquirēdū eſt,qualiter d.G.pluries fuit uiſus ponere manus ad pectus d.A.& eam oſculari.

Et fiant ſic alia capitula,prout facti qualitas requiret.

¶ *Exceptiones aduerſus adulterium.*

EXCEPTIONES & defenſiones, quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti Salerni per G.in cauſa uertēte inter ipſum querulatum ex una,de & ſuper adulterio prætenſo,ut ponitur, commiſſo in perſonam A. uxoris T. & dictum T.querulantem ex altera: ſuper quibus omnibus inſtatur & petitur examinari teſtes producēdos ſemotim & in ſecreto, ut moris & iuris eſt: quibus examinatis ex nunc pro tunc petitur publicationem fieri: quæ facta quatenus opus eſt, petitur terminus ad uberius probandum: terminus ad repulſam: publicationem fieri in repulſa: audiri cum aduocatis ſuper diſcuſsione indiciorū:& gradatim, conditionaliter,& ſucceſsiuè audiri in omnibus:non ſe aſtringēdo, &c.& proteſtatur,&c.

In primis reuocat omnes confeſsiones factas per eum in iudicio, & extra,in parte & partibus contra ſe facientes,& non aliter.

Et econtrà acceptat omnes cōfeſsiones quomodolibet factas per d.T. querulantem, & curiæ coadiutorē, in parte & partibus pro ſe facientibus,& non aliter.

Item excipiatur de bona & optima uita,conditione & qualitate d.G.

Item excipiatur de bonis & perfectis moribus, & conſcientia ipſius.

Item excipiatur de amicitia intrinſeca & inueterata ipſius G.cum d.T.

Item,quòd fuit uiſus conuerſari in domo d.T.id factum eſſe de eius uoluntate,uidente uidelicet & patiente eo,ac ipſum rogante, ut accederet.

Item, quòd pluries d.G.fuit uiſus & auditus reprehendere & hortari d. T.ut tolleret malas cōuerſationes de domo ſua.

Item,quòd pluries fuit uiſus & auditus hortari dictam A.ut honeſtè & caſtè uiueret,& uti fidelis uiro ſuo eſſet.

Itē,quòd adeò ipſam hortari ſolet ad bonam & caſtā uitam:ut dicta A.id ægerrime ferret,ac multo tempore odio ipſum proſequuta ſit.

Item,quòd pluries fuit uiſus & auditus dict. T.dicere & rogare ipſum G. ut in ſua abſentia accederet domum ſuam,& uideret,quid fa-

ceret dicta A.quia multũ cõfideret illi.

Item,ꝙ d.A.uiuebat meretricio more, & paſsim & indiſtincte permittebat iuuenes ad ſe introire.

4 ¶ Quomodo probetur mulierem inhoneſtè uiuere:per Alex.cõſil. 13.uol.7. & an iſtud excuſet ab adulterio: uide Salice. in l.que adulterium.C.de adul.

Item excipiatur,quòd d.T.permittebat & patiebatur d. A laſciuire & luxuriari.

Item excipiatur, quòd pluries aufugit de domo d.A.& quòd ſemper à d.T.in gratiam recepta ſit.

Item excipiatur de odio,quo proſequebatur dicta A. dictum G. 5 ita ut non ſit ueriſimile eam ſe permiſiſſe ab eo adulterari.

Item excipiatur,quòd fama publica habuit ortum à dicto T.& d.A. & à maleuolis,& poſt carcerationẽ ipſius G.& nõ à fide dignis.

Item excipiatur de contraria fama in locis magis publicis, & à fide dignis & honeſtis perſonis.

Item excipiatur de ſpontanea comparitione,& aliter,ut natura facti expopoſcerit.

¶ De *forma capitulorum in nephario coitu.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis, quæ fit & fieri intẽditur ex mero curiæ magnifici Straticoti ciuitatis Salerni officio,contra & aduerſus I.de nephario coitu per eum commiſſo, & patrato cũ eius propria filia,legitima & naturali:& ſequitur,ut ſuprà.

In primis inquirendũ eſt, qualiter de anno,&c.de menſe,&c.regnantibus, &c.dominante,&c.ſub præſidatu, &c.in ciuitate Salerni, & propriè,&c. dictus Ioan.ſuis iuribus non contentus, animo diabolico inſtigatus,& ſpiritu nequã ductus, non aduertens quàm graue ſcelus ſit cum propria filia,legitima & naturali coire, & carnaliter cognoſcere ſuam filiã nomine F.pluribus. & reiteratis uicibus carnaliter cognouit; ſtuprauit,& impregnauit, temere,ſcienter, doloſe, & appenſatè:quãobrem incidit in pœnã in tales à iure ſtatutã: quod inquirendum eſt: quod fuit.

¶ Cõmittens ergo nepharium coitũ: aut ſumus in foro iudiciali, aut coram eccleſiaſtico iudice: nã etiã ſi eſt clericus, punitur. quia debet deponi.c.at ſi clerici.§. de adult. de iud.laicus uerò maiori anathemate excommunicatur.33.q.2.ſi quis cum matre. & in c.ſi quis cum duobus. in fine.in foro ſeculari & ciuili,aut per uiam matrimonij committitur. & tunc ſi ſcienter,priuantur dote & omnibus bonis, & perpetua notãtur infamia: & honeſtiores in inſulam releganturuiliores publice fuſtigantur, & in exilium mittuntur: ſed ſi per uiam fornicationis,morte puniuntur, ſiquidem ſcienter:ut plenè per Pau.Grill.in tract.de pœnis omniſa.coi.2.q. ubi plenè.

Item inquirendum eſt,qualiter d.F. fuit,erat,& eſt filia legitima & naturalis dicti I. & pro tali, & tanquam talis ſemper habita, & extendatur.Item inquirendum eſt, qualiter d.F.fuit,& eſt nata conſtante

ſtante matrimonio inter ipſum I.& B.& extendatur.

Item inquirendum eſt,qualiter dictaF.fuit,& erat uirgo ante coitum,quæ paſſa eſt à dicto I.ſuo patre,ut per eius depoſitionem cum iuramento factam, conſtat, quæ reproducitur.

6 ¶Creditur enim de uirginitate mulieri contra delinquenté in eam: ut per Alex.conſi.229.in ſexto li.

Item inquirédum eſt,qualiter d.F. poſt dictum nepharium coitum, ubi perueniſſet ad notitiam curiæ,ab ipſa curia tradita matronis in talibus expertis ad inſpiciendum,reperta fuit,& eſt ſtuprata & prægnans.

Item inquirendum eſt, qualiter in dicta ciuitate Salerni fuit,erat,& eſt publica uox & fama inter homines, qui maior pars ſint, & quidem non maleuoli, &c.quòd dictus I.commiſit & patrauit nepharium coitum cum d.F.ex quo nephario coitu ſit ſtuprata & effecta prægnans.& ſequatur.

Item inquirendum eſt,qualiter dictus I.ſemper fuit uiſus & auditus tenere,tractare, & reputare d.F.ut ſuam filiam legitimam & naturalé: & quòd ſciebat ac ſcire poterat fuiſſe,& eſſe ſuam filiam,& ſequatur.

Item inquirendum eſt,qualiter fuit uiſus & auditus dictus I.pluries oſculari dictam ſuã filiam,& ponere manus ſubtus ueſtes, & ad pectus per laſciuiã. & ſequatur.

Item inquirendum eſt,qualiter dicta F.pluries fuit audita conqueri dicto I.ſuo patri de dicto coitu:ad quod ipſe Io.ei diceret,ꝙ taceret,& nemini diceret, quòd id euulgatum utrique periculo foret.Et fiant alia capitula prout facti ſeries requiret.

¶ *Defenſiones & exceptiones aduerſus coitum nepharium.*

EXCEPTIONES & defenſiones,quæ probandæ offeruntur,&c.ſequatur,ut ſuprà mutatis perſonis, & ſpecie delicti.

In primis reuocetur & acceptetúr, ut ſuprà.

Item excipiatur ut ſuprà, de bona uita,cõditione, & qualitate d.I.

Ité de bonis & perfectis moribus, & de bona conſcientia.

Ité excipiatur de matrimonio contracto inter ipſum, & B. eius uxorem.

Item excipiatur, quòd contracto matrimonio inter ipſum, & B. carnaliter eã cognouit conſummando matrimonium taliter,ut eam impregnauit.

Item,quòd eam prægnantem reliquerit proficiſcédo extra regnũ, & quindecim annos abfuerit.

Ité,ꝙ poſtquã rediit reperiit ſuam uxorem eſſe mortuam,& d.F.in domo ſua,quam iuſta credulitate ductus credidit eſſe pediſſequam domus,& non filiam.

7 ¶ Ille autem,qui ignoranter committit nephariũ coitum per uiam fornicationis,nõ punitur pœna mortis,ut aliàs puniretur,ſi non ignoranter commiſiſſet:ut bene notat Grilla.in tract.omniſa.coi. pœ.in 2.q.circa fi.ubi multa ha-

bebis de hoc crimine.uideatur in facti contingentia.

Itē uideatur, ſi poteſt excipi & probari, quòd ab alio fuerit cognita. & aliter excipiatur, ut qualitas & natura facti expopoſcerit.

¶ *De forma capitulorum in crimine inceſtus.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ, & faciendæ ex mero curiæ officio, necnon ad denũtiationem F. baiuli iurati, ac denuntiatoris dictę curię, &c. ſequat, ut ſuprà, mutatis perſonis, & ſpecie delicti.

In primis inquirēdum eſt, qualiter de præſenti anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominante, &c. ſub prǽſidatu, &c in ciuitate Salerni, & propriè, &c. dictus D. ſuis iuribus non cōtentus, animoq; diabolico inſtigatus, & ſpiritu nequā ductus, nō aduertēs quàm graue ſcelus ſit inceſtus crimen committere, cum ſua cognata, carnali ſorore ſuæ uxoris, nominata D. rē habuit, ipſamq; ſtuprauit, cōmittendo inceſtum, & prægnantem reddidit pluries eam carnaliter cognoſcendo. quocirca incidit in pœnam à iure ſtatutam. quod inquirendum eſt, &c. & infrà particulariter deſcribetur.

8 ¶ Crimē enim inceſtus committitur cum conſanguineis, affinibus, aſcendentibus ac deſcendentibus, quocunque gradu uel ſexu cōiunctis, & eius lineæ trāſuerſalis hominibus, in qua matrimoniū eſt prohibitum. omnis inter tales coitus, eſt inceſtus: ut dicit gloſſa in rubrica. C. de inceſt. nuptus. & l. qui contra legum. in auth. inceſtas. & in authen. ex complexu. eod. titu. & hæc non ſolū intelliguntur de illis, quæ ſunt coniunctæ cognatione legali: ſed etiam de cōiunctis cognatione ſpirituali, mediante baptiſmatis uel chriſmatis ſacramento: inter quas etiam ſtante uinculo ſacramenti, matrimonium illicitum eſt. c. j. ij. & iij per totũ. titu. de cogna. ſpiritua.

9 ¶ Et in hoc crimine de iure canonico in foro conſcientiæ imponitur pœna ſecundum ius antiquum: clerico erat indicta pœnitentia decennalis, ut tanto tempore ab ingreſſu eccleſiæ, communione fidelium, & participatione ſacramentorum, ſe abſtineret. 82. diſtinctio. presbyter. & 27. quæſtione prima, deuotam. laicus uerò ſeptem annis duntaxat illa pœnitentia cruciabatur, trigeſima tertia quęſtione ſecūda. hoc ipſum uerum, hodie autem ſeptēnali pœnitentiæ, tam clerici, quàm laici ſubiiciuntur. d. capitu. hoc ipſum, aliud tamē in grauioribus, ut ſi cum matre, filia, maſculo, uel brutis ſe commiſcuiſſet. in foro autem contentioſo de iure canonico clericus deponitur ab omnibus ſacris ordinibus, ac beneficiis officiis que eccleſiaſticis priuatur: ut not. in c. at ſi clerici. §. de adulteriis. & ibi glo. de iudi. Abb. & cæteri ſcribentes. laicus uerò ſi commiſit dictum crimen in figura matrimonij, idq; ſcienter, eſt excommunicatus, & fit ſeparatio matrimonii. c. j. & ij. de conſan. & affi. & c. non debet. eo. tit. ſi uerè ignoranter, mitiùs punitur arbitrio iudicis: & fit ſeparatio matrimonii. d. c. j. ſi uerò com-

committitur in actu fornicationis, tunc ſi uir ſit coniugatus, priuatur perpetuò, ne poſsit petere debitũ ab uxore, cuius cõſanguineam uel affinem cognouit: & priuatur inſuper, ne poſsit uxore mortua, alterã ducere: ut c. j. ij. & c. trãſmiſſę. de eo, qui cog. conſan. uxo. ſuæ. ſed de iure ciuili eſt pœna mortis. glo. eſt in l. ſi adulteriũ. & ibi Barto. ff. de adul terijs, & ibi dicit, quòd eſt eadé pœna in maſculo, & in fœmina: ſed hodie eſt immutatum in fœmina, ſicut pœna adulterij. per auth. ſed hodie. C. de adulter. & hæc procedunt, ubi talis inceſtus cõmittitur per uiam fornicationis. ſed ſi nuptiæ præceſſerunt, & talis coitus eſt commiſſus in figura matrimonij, tunc ſi ſcienter, ſunt ſeparãdi, & etiã aliis pœnis afficiũtur, de quibus in l. qui cõtra legum. C. de inceſt. nup. ſed ſi ignoranter contraxerunt, parcitur illis. & eſt notandum, quòd quãdo per uiam fornicationis committitur inceſtus, non fit illa diſtinctio, ignoranterne an ſcienter: ſed utroque modo puniuntur pariter: niſi mulier ſit meretrix, uel aliter impudica. tunc enim non punitur uir pœna inceſtus, ſi modò uerè erat ignarus: ut plene per Paulum Grillanũ tractatu de pœnis omnifariam coitus, tertia quæſtione.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus Dominicus contraxit matrimonium legitimè & ſolenniter, interuenientibus omnibus ſolennitatibus à iure & conſuetudine requiſitis, cum N. & quod ut uir & uxor fuerunt habiti & reputati, &c. & extendatur.

Item inquirẽdum eſt, qualiter conſtante matrimonio plures procreauit filios ex dicta N. &c. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter tam ante cõtractum matrimonium, quàm poſt, dicta N. habuit, & habet ſororem B. quæ fuit, erat, & eſt eius ſoror carnalis, nata & procreata ex eodem patre & matre. & extendatur.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus D. ſciebat, & ſcire poterat eandem B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ ſuæ uxoris, &c.

Item inquirẽdum eſt, qualiter fuit, erat, & eſt publica uox & fama apud hominũ dictæ ciuitatis maiorem & ſaniorem partem, dictam B. fuiſſe & eſſe ſororem carnalem dictæ N. & per conſequẽs affinem carnalem dicti D. &c.

Item inquirendum eſt, qualiter tam de iuris diſpoſitione, quàm de conſuetudine fuit, & eſt in dicta ciuitate prohibitum, fieri matrimonium inter ſororem carnalem uxoris, & maritum ſororis carnalis, &c.

Item inquirendum eſt, qualiter dictus D. pluries fuit uiſus ſolus in loco ſecreto cum dicta B. ipſam oſculando, ponendo & tenendo manus ad pectus, amplexando, & alia faciendo, quæ citra commiſsionẽ inceſtus fieri nequeũt, &c. & extendatur.

Item inquirendum, qualiter fuit, erat, & eſt publica uox & fama, &c. & extendatur indicium famę.

Item inquirendum eſt de uirginitate ipſius B.

Item inquiratur, quòd tradita matronis in talibus expertis, fuit reperta ſtuprata & prægnans.

Item ponantur alia ordine præſcripto per extenſum, prout facti qualitas exegerit.

¶ *Exceptiones & defenſiones aduerſus inceſtum & ſtuprum.*

EXCEPTIONES & defenſiones, quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti ciuitatis Salerni per d. inquiſitum de crimine ſtupri cum inceſtu, ut præmittitur, commiſsi, ab eo in perſonam B. & ſequatur, ut ſuprà.

Reuocetur ac acceptetur, ut ſuprà.

Item excipiatur de bona fama, uita, & conditione dicti D. per extenſum.

Item excipiatur de honeſta uita, quã ſemper duxit & ducit, & maximè erga ſuas affines & conſanguineas.

Item excipiatur, quòd ſemper fuit & eſt zelotipus honoris ſuarum conſanguinearum & affinium.

Item, quòd ſemper fuit uiſus & auditus hortari ſuas conſanguineas & affines ad honeſtam uitam ducendam, & reprehendere, ſi quid inhoneſti in eis conſideraret.

Item, quòd ſemper adeò uixit honeſtè & caſtè, ut meritò dici poſsit eſſe autor colendi bonos mores affinibus & conſanguineis.

Item, quòd ſemper fuit uiſus adeò adamare & colere ſuas cõſanguineas & affines, ut meritò dici poſsit eas adamaſſe amore paterno.

Item, quòd nunquam fuit uiſus committere cum affinibus & conſanguineis actus inhoneſtos.

Item, quòd ſi aliqua uice fuerit uiſus oſculari dictam B. id fuit & erat in præſentia ſuæ uxoris; quæ quia uidebat id fieri citra malitiam, non ægrè ferebat, etſi natura eſſet ſummopere zelotypa.

Item excipiatur de impudicitia dictæ B. & de eius malis moribus.

Item excipiatur, quòd pluries cõqueſtus fuit cum affinibus & cõſanguineis dictę B. de eius impudicitia dictus D.

Item, quòd dictum Dominicum ob hoc ſummo odio proſequuta fuit d. B.

Et aliter, ut materia facti expopoſcerit.

¶ *De forma capitulorum, quando damnatur memoria ob crimen læſæ maieſtatis.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis, quæ fit & fieri intenditur per curiam magnifici Straticoti Salerni ex mero eius officio contra & aduerſus memoriam quondam F. & ſequatur, ut ſuprà, mutatis perſonis & facto.

In primis inquirendum eſt, quòd de anno, &c. de menſe, &c. regnantibus, &c. dominãte, &c. ſub præſidatu, &c. quondam F. ſuis iuribus nõ contẽtus, animoq; diabolico inſtigatus, non aduertẽs quòd erat feudatarius Cæſ. Ma. & ad iuramentum fidelitatis obſtrictus, ut proditor ſpretis præceptis dei & legis, ac poſtpoſitis honore & fidelitate, animo & intentione crimen proditionis & læſæ maieſtatis committendi contra dictam Cæſa. maieſta. prodiit ſecreta ipſius Cæſa. maieſta. hoſtibus

hoſtibus & inimicis ipſius, propter quam reuelationem fuit directò offenſa Cęſa. ipſa maie. & nonnullę ciuitates fuerũt debellatæ & deuictæ: quare incidit in pœnam ad id à iure ſtatutam, quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c.

10 ¶ Contra delinquentes in crimine lęſæ. maieſ. in primo capite tantùm dãnatur memoria defuncti: & ſic morte non finitur, ut dixi in uerbo, item commiſit crimen læſæ maieſtatis. & uoluit Ange. de Aret. in lib. male. in uerbo, che ai tradita la tua patria. uerſic. & bene aduertas. Cepol. conſi. 17. nu. 6. & 7. Ludo. Roma.

11 conſi. 522. ¶ Et in hoc iudicio debẽt citari hæredes, & ſucceſſores etiam propinqui, qui ueniãt & comparere debeant recepturi copiam capitulorum ſpecialis inquiſitionis formatæ & formandæ contra memoriam quondam F. eorum patris: & ad dicendum cauſam, quare nõ debeat damnari dicta memoria. aliàs ipſis non comparẽtibus, procedetur ut iuris erit, citatione uerò iſta facta, & comparentibus formantur dicta capitula, & interrogãtur illi ſuper eis, & dabitur copia ipſorum. & ſic procedetur, ſecundum Bal. in conſil. 61. in 4. lib. & in citatione inſeratur tenor capitulorum, ut docet Ang. de Aret. in lib. male. in uerbo, che ai tradita la tua patria. ĩ uer-

12 bo, & bene aduertas. ¶ Et forma ſententiæ in dicto crimine hæc erit: pronunciamus d. quondam F. commiſiſſe crimẽ lęſæ maieſtatis, & cõtra imperium feciſſe, & idcirco bona eius eſſe commodis fiſci applicanda: ut uoluit gloſſ. inſti. de hære. quæ ab inteſta. deferun. §. per contrarium.

Item capitulétur ſucceſsiuè omnia capıta criminis læſæ maieſtatis, ſuper quibus prętenditur defunctum incurriſſe, & eſt aduertendum, ꝙ debent eſſe contenta in prĩo capite, nõ in ſecũdo, ut dixi ſuprà in uerbo, item cõmiſit crimen læſæ maieſtatis.

¶ *Exceptiones & defenſiones aduerſus crimen læſæ maieſtatis.*

EXCEPTIONES, quæ probandæ offeruntur in curia magnifici Straticoti Salerni per G. & A. filios & hæredes quondã. F. eorum patris in cauſa uertente inter ipſam curiam inquirentem ex una, & memoriam dicti quondam F. inquiſitã ex altera, de & ſuper prætenſo crimine læſæ maieſtatis, ut aſſeritur, cõmiſſo per dictum quondã. F. & aliàs, ut in actis aſſeritur contineri: & ipſos exponẽtes citatos pro ſuo intereſſe. & ſequatur.

¶ In primis opponatur, ꝙ eſt elapſum quinquenium à die prætenſi criminis: quo caſu præſcriptum eſt iuri inquirẽdi de dicto crimine contra memoriam: ut firmat Ang. Aret. in lib. male. in uerbo, che ai tradita la tua patria. uerſiculo, & bene aduertas.

Et ſi dicta exceptio non competierit, formes exceptiones & defenſiones ex his, quæ dixi ſuprà in uerbo, item commiſit crimẽ lęſæ maieſtatis. per tranſcurſum.

¶ *De forma capitulorum in crimine incendij.*

CApitula ſpecialis inquiſitionis factæ & faciendæ ex mero curiæ

riæ officio, per curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni contra & aduerſus V.de & ſuper incendio. ſequatur, ut ſuprà, mutatis mutandis.

In primis inquirẽdum eſt, qualiter de anno,&c. de menſe, &c.regnantibus,&c.dominante, &c.ſub præſidatu,&c.in ciuitate Salerni, & proprie,ubi dicitur,& c.in dicta ciuitate dictus V.ſuis iuribus nõ contentus,& c.temere,doloſé, ſcienter,& appenſatè,animo & propoſito cõburẽdi D.& eius domum,bona,ac familiã, ignem immiſit in dictam domum,taliter,ut niſi auxilium dei interueniſſet, nedum D. cõbuſtus eſſet,ſed etiam eius familia, & alia dãna illata eſſent dictæ ciuitati: & licet domus ſolùm combuſta cum bonis ſit, incidit tamen propterea in pœnam in tales à iure ſtatutam. quod inquirendum eſt, &c. quod

13 fuit,&c. ¶ In materia iſtius criminis incẽdij in regno habemus unã conſtitutionem, inci.qui doloſe.in titu.de incendi. qua puniuntur incendiarij pœna mortis,ſi doloſe ſit factum incendium: ubi And.de Iſer. & ibi poſt eum Affli.dicunt id procedere,quãdo domus,in qua factũ eſt incẽdium,erat in ciuitate:ſecus, ſi in pago.& eſt ratio:poterat enim maius & grauius periculum reſultare in ciuitate,quam in pago.item debet haberi ratio, an ille,qui impoſuit ignem,ſit uilis perſona.item an illa domus combuſta ſit pretioſa, an uilis.item an propter incendium aliquis homo ſit mortuus,an non.item an ille,qui incendium fecit, ſit ſolitus cõmittere incendiũ, an non.nam ſecundum eos cõſiderata qualitate perſonæ, delicti,habet locũ dicta pœna mortis.habet ergo iudex arbitrium cõdemnandi ad pœnam deportationis cum publicatiõe bonorum,uel mortis,uel incendij, conſideratis prædictis:ut habetur in conſti.qualitas perſonę. & cum iſtis conſiderationibus dicunt Iſer.& Afflict.conſti.prædicta. & uide per Ange.de Are.in lib.ma-

14 leſic.in uerbo,incendiario. ¶ Et de materia incendij uide Grammat.in deciſio.11j.& Afflict.in conſtit.ſuper inciſionibus.& in deciſio.57.& Alexan.in cõſil.74.in vj.lib.ubi tractat, quomodo poſsit probari in incendio dolus abeſſe.& Bal.in conſi.77. in 3.lib.& Barth.Cepo.in conſil.69. & Bart.Soci.in conſil.222.& Bald.in conſi.441.pri.lib.& Bal.in cõſi.174. in 2. lib.& Calca.conſil.64.nu.13.& conſi.61 62.& 63.

Item inquiratur de inimicitia d. Vicentij,& D.& extendatur.

Item inquiratur de eius mala fama, conuerſatione, & conſuetudine delinquendi.

Item inquiratur factum immiſsionis ignis particulariter, & damnum ſubſequutum.

Item inquiratur dãnum, quod potuit inferri.

Item inquiratur de uilitate immittentis ignem.

Item inquiratur,quòd domus erat pretioſa,& in ciuitate.

Item inquiratur de omnibus aliis indicijs,quæ poſſunt haberi.

¶ *Defenſiones & exceptiones aduerſus iſtud delictum.*

EXCEPTIONES, & defenſiones,

ſiones,quæ probãdæ offerũtur.

In primis excipiatur de amicitia incẽdiarij prætenſi cum eo,in quẽ prætenditur factum incendium.

Item excipiatur de bona fama,uita,conditione,qualitate,& bona conſcientia ipſius prætenſi incendiarij.

Item excipiatur,quòd nunquã fuit ſolitus committere incẽdia, nec alia delicta.

Item excipiatur de qualitate domus combuſtæ,ut quæ uilis ſit.

Item excipiatur,quòd licet ſit in ciuitate , ſit tamen ubi nullum dãnum potuerit inferri uicinis ex dicto incendio , prout & nullum intulit.

Item,quòd ex dicto incẽdio nullus ſit mortuus.

Item , quòd nulla pretioſa bona ſunt combuſta : ſed aliqua parui ualoris.

Item excipiatur,quòd ille,cuius domus combuſta eſt,multos habet inimicos in ciuitate.

Itẽ,quòd nimis eſt rixoſus,& ſcandaloſus.& aliter, prout fuerint indicia in contrarium.

¶ *De forma capitulorum in uulnere.*

Capitula ſpecialis inquiſitionis formatæ & formandæ per curiam magnifici Straticoti ciuitatis Salerni ad querelam. T. contra & aduerſus,&c.

In primis inquirendum eſt , qualiter de anno , &c.regnantibus,&c, dominante , &c. ſub præſidatu , &c. in ciuitate Salerni , & c.& propriè, &c.dum ſtaret,moraretur , & eſſet pacificè & quietè ſub protectione dei & Cæſa.maie. nemini iniuriam inferendo,ſed ſua negotia peragẽdo,d.T.in loco prædicto,nulla præcedente cauſa,ex abrupto P.de G. ſuis iuribus nõ contentus,ſed animo diabolico inſtigatus , & ſpiritu nequã ductus,non aduertens , &c. in ipſum enſem euaginauit , & plures ictus intulit taliter,ut ei uulnera infixerit, quæ manifeſta eſſent. quare incidit temere , ſcienter , & appenſatè in pœnam in talibus à iure ſtatutam . quod inquirendum eſt,&c.quod fuit,&c.

Item inquiratur de inimicitia.

Item inquiratur de fama.

Item inquiratur de minis.

Item inquiratur de qualitate uulneris.

Item inquiratur de mala fama uulnerantis:& ſic de ſingulis,prout facti qualitas exegerit, cùm non poſſit dari certa doctrina.

¶ In crimine uulneris eſt ſciendum, quòd in regno eſt prouiſum per iura municipalia ipſius : uidelicet per conſtitutio.regni incip . ſi quis aliquem . qua cauetur , quòd uulnerans aliquem enſe animo occidendi : ſi non eſt ſequuta mors, punitur pœna manus , qua percuſsit . poſtea uerò ſuperuenit capitu. regni incip . ſiquis cum roncha . quod uenit ad declarationem & extenſionem d.cõſtitutio. ſi quis aliquẽ. quia cùm per eã ſolùm dicatur uulnerantem enſe puniri pœna manus:& non dicat de aliis armis, per dictum capitulum eſt prouiſum , ut ſiue enſe ſit factum uulnus , ſiue roncha , manaria accepta,

cepta,ſeu alio quocunque inſtrumento,habet locum pœna manus. poſtremò autem ſuperuenit cap.ad peruerſorum.per quod limitatur dicta conſti.ſiquis aliquem,ut ita demum procedat id quod in ea dicitur, ſi uulnus illatum fuerit letale, uel aliter debilitans membrum,uel deformans & uulnerans : ſit homo malæ cõditionis & famæ,& ſimilia patrare ſolitus . aliàs pro modico uulnere non habet locũ pœna manus:ut etiam firmat & refert Afflic. in d.conſti.ſiquis aliquem.in 2.not.

16 ¶ Vbi plus dicit,quòd ſi eſt tale uulnus, per quod non ſit debilitatum membrum,nec ſit remanſura cicatrix,& uulnerans ſit aliàs bonæ cõditiõis,uitæ,& famæ:& nõ eſt concordia partis,poteſt iudex condemnare uulnerãtem ad pœnam pecuniariam per ſententiam definitiuã: & pars querulans non poteſt conqueri:maximè ſi ꝓbauit,quòd non in cõtemptum legis,ſed in rixa impræmeditatè ſit ſequutum uulnus, quia tunc etiamſi uulnus ſit letale, non habet locum pœna manus : ut per Afflic.ubi ſuprà.& etiam poteſt probari,quòd pronocatus id fecerit:qua ratione ceſſat pœna manus.

17 ¶ Quòd ſi aliquis uulnerauit in facie aliquem uaſe uitreo uel terreo, an habeat locum pœna manus? dicas,quòd nõ:ut dicit Ange.in l.ar-

18 matos.ff.ad l.Iul.de ui pu. ¶ Et idem dicas de uulnerãte aliquem baſtono,uel lapide , uel plumbo , quòd non teneatur pœna manus:ut firmat Iſer.& Afflic.in d.conſti.ſi quis

19 aliquem. ¶ Et quòd uulnus dicatur letale , uide Cepol.conſil.28.nu.20. & conſil.61.& conſi.40.nume.26.& Marſi.conſil.7.nume.28.1.lib.& nume.30.& quòd conſtitu.ſi quis aliquem.habeat locum in hoc uulnere,& non in paruo : uide Angel.de Are.in lib.maleſi.in uerbo,una alia percuſsione.in fi.Marſi.in conſi.80. nume.22.& cõſi.71.nu.4.& cõſi.103. nu.16.& Afflict.in d.conſtitu.ſi quis aliquem.& in cõſti.aſperitatem.iiij. colũ.in princi.& uulnus letale dicitur id,quod ita iudicant medici : & an,& quando ſtetur dicto unius:& quando requirãtur plures:per Angel.& Augu. de Ari.in addi.in lib. male.in uerbo,una alia percuſsio-

20 ne.in princi. ¶ Et quãdo dicatur remanſura cicatrix:dic,quòd quando remanet aliqua deturpatio poſt ſanatum uulnus:uel quãdo reſtat deformitas:ut bene declarat Ange.in

21 lib.male.in uerbo,cicatrix. ¶ Et aduertas,ꝙ ſi aliqui medici ex parte curiæ deponant uulnus fore letale,in defenſionibus adhibeas peritiores medicos: quia illis ſtatur.& in exceptionibus articules de pauca experientia illorum pro curia.& de magna peritia illorum,qui producuntur ad defenſionẽ.ſed ſi ſunt periti & docti illi,qui deponũt pro curia,adhibeantur alij pro defenſionibus,qui ſint æquè periti,& pares uel plures numero.quia ſtabitur magis illis,qui deponunt pro defenſionibus,quàm ad inſtantiã curiæ: ut dicit Ange.in lib.male.in uerbo, cicatrix.in fine.licet Bald.in c.j.qui. mo.feu.amitta.in vj.colũ.tenuerit, quòd ſi medici diuerſimodè deponunt in dubio,iudicandũ eſt cõtra percuſſorem,& ſic in fauorẽ curiæ.

& ita

& ita aliàs ſequutus fui ſimpliciter doctri. Bald. in appa. quem feci ad prag. de ictu baliſtæ. nũc autem ſequor opi. Ang. quæ innititur æquitati: & hanc probo per text. cũ glo. in c. clerici. lxxxj. diſtin. & per Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non po.
22 Pet. de Ancha. in conſi. 285. ¶ Et aduertas, ne erres, & ut ſcias practicare & defendere clientulum tuũ uulnerantem, ut cõpareas coram iudice, & petas, mittantur medici ad inſpiciendum uulneratũ, ex quo uulnus nõ eſt mortale, ut eo uiſo poſſint deponere de eo: & non producantur teſtes priuſquàm præcedente tua inſtantia, medici acceſſerint de licentia & electione iudicis: & facias, ut antequàm uadant, iurent corporaliter tactis ſcripturis, ſe ueritaté dicturos. his enim ſequutis, & facta relatione, plenè eis creditur: ut optime docet noſter Afflict. in conſti. qui de alto. in vj. not. & eſt mente tenendũ. & ad hanc materiã uide Tiraquel. in trac. de nobi. cap.
23 xxxj. nu. 373. ¶ Et ut ſcias practicare d. c. ad peruerſorum. & quando dicatur membrũ mutilatum uel debilitatum, uide Ange. de Areti. in lib. male. in uerbo, membrum. ubi latè diſputat, an digitus dicatur membrum: adeò ut ſi digitus ſit debilitatus, non poſſit fieri cõmutatio pœnæ uigore dicti capituli ad peruerſorum. & dicit, quòd ſi ex debilitatione digiti debilitetur manus, uel reddatur inefficax: ut contingit in pictore, cuius ſi pollex debilitetur, etiam manus redditur inutilis: dicitur tunc membrũ debilitatũ: nõ aliter. ſed ad cautelam adhibẽdi ſunt medici & periti qui habeant uidere & inſpicere, nunquid membrum ſit debilitatum: & nunquid ex digito debilitato ſit debilitata manus. & eius dicta redigantur in acta: & pari modo ſcribatur, quãmuiſ per curſus artem exerceat, ut ſic ſciatur num commutatio fieri poſſit, an nõ, uirtute d. cap. ad peruerſorum.

¶ *De forma capitulorum homicidij.*

Capitula ſpecialis inquiſitionis formatæ & formandæ.

IN primis inquirendum eſt, quòd regnantibus, &c. dominante, &c. ſub præſidatu, &c. de anno, &c. de menſe, &c. in loco, &c. & propriè, &c. T. G. & Ant. alij aliis auxilium dantes, temere, doloſè, ſcienter, & appenſate, animo & intẽtione occidendi S. prout iam occiderunt, cõmunicato conſilio ipſum S. inſiluerunt pluribus & diuerſis ictibus & percuſsionibus, enſibus & ronca percuſſerunt & uulnerauerunt: ita & taliter, ut ex uulneribus & percuſsionibus illico mortuus fuit & eſt: idq; alij aliis, & alter alteri aſsiſtentes, ut habilius & commodiùs maleuolum ſuum animum effectui traderent, prout iam tradiderunt: quapropter inciderũt in pœnam à iuribus & regni cõſtitutionibus in tales ſtatutam & ordinatam. quod inquirendum eſt, &c. quod fuit, &c. & infrà particulariter deſcribetur.
24 ¶ Materia homicidij eſt ſatis nota, ideo parum inſiſtam. ſolũ ſciendum eſt, quòd quãdo formantur capitula homicidij cõtra plures, ut omnes una pœna eademq; poſſint puniri, neceſſe eſt capitulari, ut in

hac forma:ꝙ uidelicet alteri alter aſsiſtebat, ut homicidiũ faciliùs cõmitteretur.aliàs ſi ſimpliciter capituletur, aliquos aſtitiſſe armatos, non tenétur illi de eo,quod fit:ſed de eo,quod per ipſos fit:ut optimè docet Ange.de Are.in lib.male. in uerbo, dicto maleficio ſemper aſtitit.in fine.& credo dixiſſe ſuprà. in uerbo, capiat informationem.

85 ¶Item eſt aduertendũ,quòd quando ſunt plures inquiſiti,quorũ alter alteri auxilium dedit,non debet dici in capitulis:alter alteri auxilium dando:ſed alij aliis auxilium dãdo. aliàs annullarentur capitula & inquiſitio:ut plenè per Ange.in loco, de quo ſuprà,licet in regno parum curetur de iſtis formulis.per ritum magnæ curiæ uicariæ reginæ Iſabel læ:de quo ſuprà mentionẽ feci in uerbo,audiantur exceptiones proponendæ.Sequãtur poſteà alia capitula particularia ſuper quolibet indicio ex proceſſu apparente,ordine præſcripto in aliis.

SEPTIMA PARS principalis.

¶De laudibus & fructibus officiorum. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus ſunt uenerandi & honorandi.nu.1.4.5.*

3 *Magiſtratus ex officÿs conſequuntur nobilitatem.*

6 *Iniurians magiſtratum atrocius punitur.*

7 *Magiſtratus etiam à parentibus uenerandi ſunt.*

8 *Imperatores exercuerunt officium.*

9 *Iuriſconſulti exercuerunt officia.*

10 *Officiorum fructus ſunt mors,carcer, & calamitates.*

IVDEX.

ET ut finem huic praxi criminum imponamus,nõ abſurdum & extra rem putauimus aliqua ſummatim in mediũ afferre de laudibus fructibusq́; officiorum & magiſtratuum.¶Et primò exordium faciendo à ueteri & nouo teſtamento,eſt ſciendũ magiſtratus, poteſtates & principes à deo præcipi colendos,ſumma reuerẽtia habendos,& nullo pacto execrãdos: ut Exo.capite xxij.in fin.de quo in act.Apo.ca.xxiij.ipſe enim qui cuncta fecit & regit,magiſtratus in populo creauit:ut Numer.c.xx.in fi.& Sapien.c.vj.& Petri 1.2.c.hinc Apoſto. ad Roma.c. xiij.inquit : omnis anima poteſtatibus ſubdita ſit.non enim eſt poteſtas,niſi à deo.: quæ uerò ſunt poteſtates, à deo ſunt ordinatæ:itaq; quiſquis reſiſtit poteſtati,dei ordinatione reſiſtit.qui autem reſiſtiterint,ſibiipſis iudicium accipient,& cætera.hinc quia populus aduerſus Moſen murmurauit in deſerto iuxta aquas contentionis,cũ eſſet poteſtas à deo conſtitutus in populo,uariis plagis & pœnis affectus fuit, ut legitur Nume.100.20.hinc poteſtas in populo, miniſter dei dicitur, ſecundum Apoſto.in d.c.xiiij.hinc exẽplo Dauidis,qui Saulem ſuũ inimicum,& olim poteſtatem & magiſtratum in populo,cùm deus in ſuas illũ manus tradidiſſet, ut facilè occidere uale-

ualeret, territus maieſtate prioris
officij & dignitatis,& reuerentia,
quæ ei ob id debebatur,liberũ di-
miſit de propria ſalute minimè cu-
rãs:habetur lib.j.Samu. ca.26.quiq́;
nuntiantem ſe Saulem interfeciſſe
præ lachrymis continere non ua-
lens,interimi iuſsit:ut lib.ij.Reg.ca.
primo.monemur,quòd magna re-
uerentia magiſtratibus debetur:&
quòd maxima autoritate tuentur.
hinc magiſtratuum creatio & ordi-
natio tot ſolennitatibus & obſerua
tionibus per deum fiebat,ut in Iu-
dicũ regúmq; lib.legitur.hinc Pro-
uer.c.20.ſcribitur in hæc uerba:ter-
ror regis perinde ut rugitus leo-
nis:qui illũ prouocat ad iram,pec-
2 cat cõtra animam ſuã. ¶Quid er-
go de noſtris cenſendum ſit,habe-
mus audi.cũ Imperator,qui,eſt prin
ceps & dominus totius mundi,
ubiq; terrarum habeat defendere
eccleſiã & iura eius,nec poſsit hoc
efficere in propria perſona,neceſſe
eſt,ut conſtituat iudices & officia-
les,qui ei conſilio & auxilio poſ-
ſint prodeſſe in defenſione reipu-
blicæ & eccleſiæ.conſtituit igitur
hac de cauſa hos officiales & magi-
ſtratus : & his obediendum eſt ex
præcepto domini,ſicut eccleſiaſti-
cis.extrà,de maio. & obe.c.ſolitæ.
& c. oẽs. & de cẽſi.& pro c.omnis
anima. hæc Hoſtien. in ſumma.de
offi.or.§.quis poſsit conſtituere.ſu
per uerbo,principes.& horũ offi-
cialium & magiſtratuũ propriũ,iu-
dicium, iuſtitia , liberare de manu
calumniantium ui oppreſſos,pere-
grinos,pupillos,& uiduis,quæ faci
lius opprimuntur à poteſtatibus,

3 præbere auxilium.¶Maximã pro-
inde magiſtratus & poteſtates pro-
pter officia eis cõmiſſa,conſequun
tur autoritatem & prærogatiuam.
hinc dicit Bart.in l.iudices.C.de di-
gnita.eos cõſequi ex officiis nobi-
litatem.hinc Archi.in c.j.de cõſue.
lib.vj.inquit,quòd dignitas eſt ha-
bere iuriſdictionem cũ adminiſtra-
tione.quod & ſequitur Colle.in c.
forus.colum.ij.uerſi. iudex doctor.
de uerbo.ſignifi.ubi & idẽ prorſus
dicit,quod dixit Bar.in j.conſtit.C.
colum.iij.uer.circa hoc.ubi inquit,
doctores eſſe conſtitutos in digni-
tate,quòd iudicandi ius habeant.
4 ¶Hinc magiſtratibus magnus ho-
nor impẽdi debet,qđ apertè demõ
ſtrat Calliſtratus iuriſconſultus in l.
ſemper.in prin.de iur.immu.& præ-
cipit Imperator honorẽ iudicibus
impendi,quod & cenſet Papa in c.
ut debitus.de appel.quibus cõcinit
text.l.iij.§.j.ibi. iure honoris.ff.qđ
me.cau.& l.j.ibi.iudicium dignita-
tis tuendæ & decoris cauſa.& l.ob-
ſeruandum.in fi.ff.de offic.præſi.&
l.ulti.in princi.C.quãdo pro.nõ eſt
neceſſe.cùm dicitur:omnẽ honorẽ
5 ſaluum iudicibus reſeruãtes.¶Hinc
alibi dicitur iudicis officium,id eſt
iudicandi munus,eſſe honorem.ſe
cundũ Ioã And.in c.paſtoralis.col.
ij.in uerbo,onere.per illum text.in
uerbis. honore & onere. extrà.de
6 offic.or.¶Hinc illi antiqui uetiſsi-
mi rerum moderatores multò eſſe
contumelioſiorem ac atrociorem,
adeoq́; etiam atrociùs puniendam
cenſuerunt iniuriam,quæ fit magi-
ſtratui,quàm quæ priuato:ut atte-
ſtatur Ariſtoteles libro proble.29.
c.xiiij.

c.14.in fi.& Fab.lib.vj.oratoriarum inſtitutionum.& noſtris quoq; legibus ſtatutū eſt.in l.prætor.§.ulti. de iniur.adeò ut ſingulariter dixerit Bal.in c.j.§.iniuria.in primis uerbis.in tit.de pa.iur.firman.quòd ſi quis daret alapam officiali propter priuatam inimicitiā,poſſet capitaliter puniri:& hoc habet locum nedum durāte officio,ſed etiā finito, propter reliquias & memoriā priſtinæ dignitatis.ſecundū Bald.in l. obſeruare.§.proficiſci.col.iiij.uerſi. vij.quæritur.ff.de offic.procō.& le.

7 ¶Hinc adeò ueteres prętoribus honorem impendi ſcripſere,ut etiam ipſi à parentibus,ceſſante omni lege naturæ, ut ſuperiores reuerenter colerentur: cuiuſmodi factum de Fabio Maximo retulit Claudius Quadrigarius in annalium ſuorum lib.vj.his uerbis:cum facti eſſent cōſules Sempronius Graechus iterū, & Q. Fabius Maximi filius, eius, qui priore anno fuerat cōſul:ei cōſuli pater proconſul obuiam equo uenit,neq; deſcēdere uoluit, quòd pater erat: lictores non auſi ſunt deſcendere iubere.ubi iuxtà uenit, tum cōſul ait:deſcēdere iube:quod poſteaquàm lictor ille,qui apparebat,cito intellexit,Maximum proconſulē deſcēdere iuſsit.unde poſtea noſtris legibus ſtatutū eſt,filium familias iudicē ius præcipiendi cogendiq; habere in patrem.l. illæ,à quo.§.ulti.& l.ſequen.ff.ad Trebe. hinc Bald.in l.ſenium. ſtatim poſt princip.C.qui teſta.fa.po.maiorem eſſe aſſerit authoritatem magiſtratus,quàm patris.

8 ¶Hinc adeò iudicandi munus honorē & maximam authoritatē priſci imperatores cenſuere,ut & ipſi perſonaliter iudicandi munus exercere non dedignati fuerunt: ut apud Sueto.in Octauij uita c.33.ubi ipſum aſsiduè,& in noctem nonnunquam ius dixiſſe ſcribitur.& habetur idem de Veſpaſiano,Domitiano,Traiano,Adriano, Aurelio,Marco, Maximo, Antonino.de Aurelio ſcribitur in l.nō putabam.ff.de condi.& demon.& in l.Romanus.ff.de tuto.& cura.da.ab his.& de Marco & Maximo in l.extraneo.ff.de quæſtio.& in l.mulier. ad ſena.Trebe.& de Antonino in l.Aemilius.ff.de mino.& in l.proximē.ff.de his, quæ in teſta.delen.& de Cōmodo in l.Procula.ff.de probat.& l.j.§.ſi cohæredes.ff.ad l.Fal. & de Seuero , & Antonino Caracalla in l.minor autem.§.j.ff.de minor.& de Iuſtiniano in authen.de depoſi.in princi.& in auth.ut exac. inſt.dot.in princi.& de Federico in l.imperialem.in prin.ibi,pro tribunali ſederemus.de pro.feu.alie.per Fe.& alios imperatores in l.Offidius.ff.de lega.iij.& in l.imperatoribus.de iure fiſ.& in l.ulti.ff.quod cū eo.& ex recentioribus noſter inuictiſsimus Caro. v. Imperator pro tribunali ſedens,ius dixit aduerſus Gandauum ciuitatē in Flādria:cuius ſententia ponitur per Ioā.Mill. in ſua praxi nume.119.fo.19.nec minus feciſſe reges legitur.de Priamo enim rege potentiſsimo idē factitatum eſſe ſatis conſtat ex Virgilio lib.vij.Aeneid.Hoc Priami geſtamē erat,cùm iura uocatis More daret populis.& alios penè infinitos cōgerit, qui id feciſſent Tiraquel.in tract.

tracta.de nobilita.in capite xxviij.
9 ¶ Quid uerò dicam de illis priſcis iurecõſultis,ex quibus fermè tota legalis diſciplina effluxit?legitur enim & hos aſſeſſores & iudices fuiſſe:ut Vlpianus,Papinianus,Martianus,Mutius,Domitius , Appianus, ac cæteri,quos enumerat Hieron. Cagno.in l.ij.de ori.iur.in uerſi.fin. & plenè habetur per Iaſ.in rubri.ff. de offi.aſſeſ.& Pau.de Caſt.gloriatur ſe fuiſſe aſſeſſorem Card.Floré. in l.ij.& in auth.ad hæc.ad fi.de iud. & habetur per Cagnol.in l.dié functo.ff.de offi.aſſeſ.& Bar excellétiſſimus doctor fuit aſſeſſor Piſis , & Tũdeti:ut habetur per Par.de Put. in lib.ſyndic.in uerb.doctor.fi.col.
10 circa prin. ¶ Nunc autẽ promiſſorũ memores de fructibus officiorum aliqua diſſeramus:& quidẽ legitur C.Caſsium à Cæſare in exiliũ actũ propter officium : Vlpianum cum ignominia ab Heliogabalo à dignitate remotum:Martianum à Didio Iulio interfectũ:ex duobus poſterioribus Sabinis, incertum pater,an filius Heliogabali mandato in tumultu populi fuſte percuſſus, ſit in publico relictus . Papinianus præfectus prætorio iuris aſylum ab Anto.Caracallo militum furori obiectus,ſecuri percuſſus obiit : ſic & Mutius & Domitius in ſenatu interfecti, & eorum corpora edicto Marii fluuio immerſa.Appian⁹ ſcriptum reliquit.Sic decẽuiri , à quibus omne ius noſtrum profluxiſſe uidetur, partim in carcere , partim in exilio periere:quibus quantum legalis philoſophia ad animi tranquillitatẽ & rẽpu. tuendã profuit, tantũ magiſtratuum moles nocuit: ut congerit Hiero. Cagno.in l.ij.ff. de origine iuris.in uerſicu.fina.numero 560.Sic è noſtratibus And.de Iſer. euangeliſta in regno propter ſententiam per ſe dictam , à quodam Gallo Neapo. interfectus eſt: ut per Par.de Put.in lib. ſyndica.in tit.de excep.cõſi.in fi.& Ang.Are. pater practicæ & famoſus doctor, poſteaquam exercuiſſet aſſeſſoratus off.ciũ,Nurſiæ annũ carceratus fuit in ſyndicatu:& niſi collegia Italiæ homini fauiſſent capitis ſuppliciũ ſubiiſſet:ut per eũdem Par.in ti. de offi. ſyndi.in iij col.in fi.quid de me ipſo feram?qui quãprimum adeptus ſui auditoratus off ciũ in toto ſtatu olim P.Salerni poſt aſſeſſoratus off cium in ciuitate Salerni,terra ſancti Seuerini , aliiſq; partibus dicti ſtatus,tanquam ad latronẽ cũ gladiis,fuſtibus , & laternis è magna curia uicaria exierũt ad me cõprehendẽdũ:& ſex menſes me carceratum tenuerunt ſub prętextu,ꝙ in terra ſancti Seuerini nocte quadam quodam presbytero capto in monaſterio ſancti Franciſci à foraſcitis ferè centum,ad pulſum campanæ nõ tuliſſem auxiliũ ipſi preſbytero,cum eſſem ſolus & ſimplex aſſeſſor:ſed cauſam meæ capturę & carcerationis deus, q eſt ſcrutator cordium,ſcit.quamobrẽ prudenter feciſſe putandum eſt Labeonẽ,qui oblatũ ab Auguſto conſulatũ recuſauit.Aul Gel.c.20.lib.x.& ca.12.lib. xvij.quod idẽ feciſſe legitur & Aulũ Caſſelium:fertur & de Octauio, ꝙ ſpreuit honores à populo oblatos: & dictaturam magna ui offerente

D popu-

populo, genu nixus deprecatus eſt & depulit, ſecũdum Sueto. in Octauio. Manlius autẽ Torquatus conſulatũ recuſauit, quòd diceret, neq; ſe populi uitia, neq; illum ſeueritatem ſuã poſſe ſufferre: teſtis Plinius de uiris illuſtribus. c.38. hinc Seneca: lubrici ſunt (inquit) humanorum gradus aſcẽſuum, tremulus uertex, horrendum præcipitium, ægrè cõſcenditur ad eminẽtem ſtatum, anxie ibi conſiſtitur, grauiter inde & repente deſcenditur. nam & ſæpius uentis agitatur ingens pinus, & celſæ grauiore caſu decidunt turres: quãtò ſecurior aurea fuerit mediocritas. Verbum etiam ueritatis nos hoc admouere uoluit, quòd cũ cognouiſſet in ſeceſſu mentis, populum ſe uelle regem & magiſtratum creare, abiit in montem. & ſi plura quæris exempla, qui fructus ex officiis habeantur, audi in lege ueteri quid de ſanctis patribus legatur 32.c. Exo. perlege murmurationem populi aduerſus Moyſen ſuum ducem & poteſtatem. & ſimiliter in c. 20. Nu. & ex peccato populi Moyſen obiurgatum ibi reperies. quid de Aaron legitur, propter peccatum populi à Deo morti tradito, ut permiſſum non fuerit in terrã promiſsionis uenire? ut Nu. c. 20. in fin. quid de Dauide? qui à proprio filio Abſalon, imperii cauſa, tot ærũnis & laboribus fatigatus, per montes & ſyluas inſequutus fuit, ut morti traderetur: ut lib. ij. Samuel. c. 17. iam & Seba filius Bichri ab obedientia Dauidis ſe ſubtrahens, congregatione hominũ facta conatur ipſum ſolio maieſtatis exuere: ut eo. lib. ij. c. 20. & uarias ille ſemper pertuliſſe anguſtias legitur. legito ca. 24. eo, quo ſupra lib. ibiq; reperies, quàm miſerè angebatur Dauid, quãdo triduana peſtilentia populi haud contemnendam partem interimeret, ſuamq; ipſius domũ uaſtaret. & porrò ſi recẽſere uellemus totum uetus teſtamentum, infinita exempla de his haberemus. ſed hæc ſufficiãt: & ſic impono finem huic praxi cri. ad laudem omnipotentis dei, beatæq; Luciæ uirginis, cuius feſtũ hodie celebratur: 13. uidelicet die Decẽbris, anno 1552. atq; in ea praxi ſi quid boni dixerim, Deo optimo gratia & laus: ſin autem mali, meo exiguo ingenio adſcribatur.

FINIS.

FRAGMENTA QVIBVS RECENSENTVR EA, QVAE *in criminibus per Ius Regni correcta, addita, uel de nouo ſtatuta ſunt.*

De ſumma trinitate & fide catholica.

1 REX debet ſacroſanctā Eccleſiā, & catholicā fidē taliter tueri, ut nō p̄mittat clandeſtinis p̄fidiis detrectatorū fidei maculari, & ipſam debet ab incurſib' hoſtiū publicorū potētia materialis gladii defendere. hoc uoluit cōſti. incip. poſt mūdi machinā.

De epiſcopis & clericis.

2 ¶Clerici pro delictis conueniendi ſunt coram iudice eccleſiaſtico, niſi de proditione & crimine lęſæ maieſtatis: ut habetur in conſtit. incip. de perſonis clericorum. ſed ſecundum And. de Iſer. glo. & Afflict. ibi, etiā in iſtis caſibus debent cōueniri coram eccleſiaſtico iudice.

3 ¶Nō eſt licitum officialibus regiis capere domos clericorum & religioſorum cauſa ibi hoſpitandi, nec lectos uel res ipſorum: & ſi de uoluntate ipſorum fuerint captæ domus, nō debent ibi tractari iudicia criminalia: quòd ſi ſecus factū fuerit, poſt emendationē damni, ſi comes fuerit uel baro, qui contra fecerit, teneatur ad pœnā xij. unciarum: ſi ſimplex miles, ad ſex: & ſi burgēſis, ad tres: ut habetur in c. itē ſtatuimus, quòd domos. hoc c. ſumptum eſt ex doctrina Bald. in l. ſ. C. de epi. & cle. quā refert & ſequitur Par. à Put. in lib. ſynd. in uerbo, clericus. uerſi. an apparitor. & intelligitur iſte text. de domo ad habitandum deputata. ſecūdū Pau. de Caſt. in cōſi. 45. uiſo p̄ſicto ſupraſcripto.

4 ¶Clerici cōiugati in criminalibus nōn cōueniuntur coram iudice ſeculari: in cæteris autem non differūt à laicis: ut habetur in c. iuſtitiarius non exigit. & licet ritus incip. item quòd ſi aliquis uoluerit, quòd procedatur contra clericū coniugatum, ſicut ſi ipſe eſſet laicus: tamen procedit & intelligitur in ciuilibus. ſed in criminalibus procedit id, quod ſuprà: ut dicit Afflict. in cōſti. ſi damna clandeſtina. nume. 33.

5 ¶Clericus ubi coram ſeculari citatur, non auditur ſuper declinatoria fori: niſi perſonaliter comparuerit cum inſtrumento clericatus. & tūc data per eum præſentatione de clericatu, datur terminus ad probandum de ipſo clericatu: atq; eo probato ſit remiſsio: ut habetur in ritu incipiente, item ſeruat ipſa curia, quòd nullus clericus. & nota, quòd iſte ritus eſt cōtra ius canonicum, uidelicet contra textum. c. ſi iudex. de ſententia excom. lib. vj. ubi probatio clericatus debet fieri corā iudice eccleſiaſtico, quoties dubitatur de eo, & ſi notoriè cōſtet eum eſſe clericum, remittetur ſine cauſæ

cognitione.iſte uerò ritus habuit ortũ ex dicto Bal.in l.ſi qua per calumniã.C.de epi.& cle.& quatenus ritus uoluit, quòd abſque familia remittatur ad eccleſiaſticum clericus,cõcordat cum tex.c.quem pœnitet.uerſi.oportet.de pœn.diſtin.j. & idem uoluit ritus incipi.item,ꝙ
6 ſi aliquis clericus.¶ Clericus denuntians aliquem,debet dare fideiuſſorem,qui ſe obliget,ſi fortè clericus cum reo paciſcatur abſq; permiſſu curiæ,uel non probetur:nec ſe obligabit clericus,ſed alius pro eo, qui uoluntariè promittat.& ſi eſt miſerabilis perſona, non requiritur fideiuſſio.hoc uoluit ritus inci.item ſeruat ipſa curia, quòd quando.
7 ¶ Clerici non admittuntur ad accuſandum,niſi ſuam,uel ſuorum iniuriam proſequãtur,etiam citra pœnam ſanguinis. ad denunciandum uerò admittantur cum obligatione pœnali,faciẽda per laicũ pro parte ipſorum.hoc uoluit ritus inci.item quòd nullus.adde quod Inno.in.c.cum P.Mãconella.tenuit,quòd clericus nunquam poteſt accuſare laicum, etiam ſi iniuriam propriam
8 proſequatur.xj.q.j. c.clericum nullus.refert tamẽ alios tenere, quòd poteſt accuſare,ſi non uenit imponenda pœna ſanguinis. Abb.uerò in d.c.cum P.Manconella.extrà.de accuſa.diſtinguit,quòd ad uindictã publicam clericus laicum accuſare non poteſt,etiã ſi ueniat imponenda pœna ſanguinis.adducit c.ſacer
9 dotes.ij.q.vij.ratio eſt,quia accuſatio dicitur genus illaudabilis intentionis.2.quęſt.7.c.ſi quis.unde clericus immiſcere ſe non debet.aut clericus proſequitur iniuriam propriam aut eccleſiæ ſuæ:tunc ſi pœna ſanguinis non uenit imponẽda poteſt licitè accuſare laicũ iuribus de quibus per eũ.ſi uerò uenit imponẽda talis pœna,poteſt accuſare laicũ proſequẽdo iniuriã propriã: debet tamen proteſtari,quòd non intendit,ut pœna ſanguinis emittatur:ut in c.prælatis.de homici.lib. vj.& ibi etiam ponit,nunquid clerici poſsint accuſare clericos. & an laicus poſsit accuſare clericos: ibi per Felin.& qui contineantur appellatione ſuorũ:& uſque ad quem gradum dicantur:& an iſtud extendatur ad illegitimos progenitores uel poſteros:& an extendaẽ ad aliquem gradum affinitatis:& an inter coniunctos ſit aliquis gradus prælationis in accuſando:& an amicus ueniat appellatione ſuorum:& an commater uel compater,de his omnibus me remitto ad Bal.in l.j. C.qui accuſare non po.in xj.col.& nota,quòd iſte ritus de facto ſumptus eſt ex doctri.Abba.ubi ſuprà in j.membro.idcirco uide eum.
¶ Clerici primæ tonſuræ non gaudent priuilegio clericorum, ſi non incedunt in habitu & tonſura:ut habetur in prag.regis Ferdinãdi inci. uniuerſis.uide de iure cano.per docto.in c.perpẽdimus.& in c.audiẽtia.& in c.cum nõ ab homine.& in c.cõtingit.el ij.extrà.de ſenten.excõ.& per Affli.in conſtit.apoſtãtes. uerſic.19. ¶ Clerici in criminalibus nullatenus admittantur in teſtimonium,niſi ad defenſionem:ut habetur in ritu incipiente,item, ꝙ clerici.pro quo uideatur Tho.Gram.in conſi.

conſi.tertio.& quòd ſi aliter ueritas haberi non poteſt niſi per clericos,& ſumus in criminibus nō ingerentibus pœnam ſanguinis, an admittantur. Abb. in c.de cætero. de teſti.dicit,quòd ſic:quem ſequitur Alex.in cōſi.152.in 5.lib.in uerſi. ad idem.& quòd in ciuilibus non poſsint examinari,niſi cum licentia ſuperioris:ut in dicto ritu,concordat cū c.monachi.xvj.q.j.& c.ij.de poſtula.& c.nō magno.ne cleri.uel mo.& quòd ſi depoſuit nō obtenta licentia,& non fuit oppoſitum, an ualeat depoſitio,dicerem, quòd ſic:per id,quod dicit Feder.de Sen. in conſi.403.incip.factum tale eſt. ubi dicit, quòd licet religioſi non poſsint exercere officium exequutoris,niſi à ſuperiore petierint,& obtinuerint licentiam:ut in c.religioſus.de teſta.lib.vj.tamen ſi religioſus exequutus fuerit uoluntatē teſtatoris non obtenta nec impetrata uenia,& non fuerit oppoſitū, ualet & tenet.

De hæreticis, Patarenis, eorumq; receptatoribus.

10 ¶Crimen hæreſeos eſt publicum, & horribilius crimine læſæ maieſtatis.& ſicut in crimine perduellionis eſt pœna mortis naturalis & publicatiōis omnium bonorum,& poſt obitum dānatio memoriæ:ita etiā in hoc crimine.& officiales debent inquirere contra hæreticos:& ſi aliquos notatos inuenerint etiam leui ſuſpitione,faciant eos examinari per eccleſiaſticos iudices:& ſi deprehendantur in errore,& noluerint ad fidē reuerti,uiui comburantur:& nullus pro talibus interuenire debet,hoc eſt,quod uoluit text. in conſti.inconſutilem tunicam.de iure etiam canonico hæretici puniuntur publicatione bonorum: ut in c.cum ſecundum.de hæret.lib.vj. & in c.excōmunicamus.lo ij.de hæret.& viij.diſt.c.quo iure. & ſi ſunt laici,applicantur bona fiſco ſeculari,ut dictis iuribus:ſi ſunt clerici,applicantur eccleſiæ,cui ſunt ſubditi: ut ibidē dicitur:& habetur per Pet. de Anca.in c.ut commiſsi. de hæret.lib.vj.& in c.uergentis.in antiquis,& patet etiam in authen.Gazaros.de ſtatu.con. liber.eccle.& ſi non uult reuocare errorem ſuum hæreticus,& uult ſtare in tenebris, eſt excōmunicatus:ut in c.excommunicamus.de hære.item hæreticus deponitur ab omni dignitatē, quam habet.xl.diſtinct.c.ſi papa.& xxiiij.q.j.c.qui contra pacem.item ſi eſt laicus,etiam de iure communi punitur,qa cōburitur:ut l.Arriani.C.de hære.& in auth.credentes. eo.tit.& ſi eſt clericus,in ſacris degradatur per proprium epiſcopum conuocatis abbatibus,& aliis præ-
4 latis,& religioſis perſonis ac literatis ſuæ diœceſis:ut in c.j.de hæret. lib.vj.facta autem degradatione dicit epiſcopus poteſtati ſeculari,ꝙ recipiat degradatum in ſuum forum:& epiſcopus rogat poteſtatē, ut citra mortē eum puniat.c.nouimus.de uerb.ſign.item punitur hæreticus,quia poſtquā eſt mortuus, non debet ſepeliri in eccleſia: ſed debet carere ſepultura,ut in.c.quicunque.in prin.de hære.in vj.item puniuntur eius filij,quia ſunt inhabiles uſq; ad ſecundam generatio-

nem ad publicum officium,uel beneficium eccleſiaſticum:ut in d.c. quicunque.§.iij. item ſi poſtquam deprehenſus fuerit incidiſſe hæreſim,ſtatim & in continenti uult hæreſim abiurare,debet abiuratio recipi,& ipſe in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam includi: ut in c.pe.de hęre.& no.glo.in c.ad abolédá.in uerbo.recurrere.eo.tit.

11 ¶Receptatores hæreticorum, credentes,& complices,publicatis bonis omnibus in perpetuũ relegentur:& filij ipſorum nullatenus ad honores aliquos aſſumantur, ſed infamię perpetuæ nota laborent,& ſi aliquis de filiis iſtis detexerit aliquem Patarenum,reſtituatur in integrum.hoc uoluit cõſti.Patarenorum.de iure uerò canonico tales puniuntur excommunicatione: ut ſuprà dixi per c.excommunicamus. §.credentes.de hære.item efficiuntur infames & inhabiles ad publica officia: ut in cap.ij de hære.lib.6. & concordantiæ ſunt in gloſ.j.

De blaſphemantibus.

12 ¶Blaſphemantes deum & uirginé glorioſam,linguæ maliloquæ mutilatione puniantur: ut in conſtitu. blaſphemantes.ſuperuenit demum regia prag.incip.hac perpetua.qua cauetur,quòd blaſphemantes puniuntur mutilatione linguæ,& publicatione tertiæ partis bonorum omnium:& quòd non attenta qualitate perſonarum, ſemper irremiſſibiliter corporaliter debent puniri pœnis,de quibus ibi.hodie uerò non mutilatur linguæ, ſed tantummodò perforantur ferro:& contra tales blaſphemátes nõ fit ꝓceſſus ordinarius:ſed ſtatim ac quis conuincitur de blaſphemia, condénabitur.

13 ¶Et blaſphemans non poteſt repulſare teſtes,niſi ex capite inimicitię.arg.l.famoſi.& l.in quęſtionibus.& ibi not.per Barto.ff.ad l.Iul. ma.& dixit Pa.de Pu.in lib.ſyndic. in uerbo,cõdemnatio.in c.an poteſtas.iij.col.& Gráma.conſi.15.nu. 12.& ibi ſentit, quòd blaſphemans poteſt ſe defendere probando negatiuam coarctatam loco & tempore:uel probando, quòd calore iracundiæ blaſphemauit:& ſic non eſt uerũ,id quod dicebat Par.quòd in blaſphemia nulla cadit defenſio.

14 ¶Et an blaſphemia Dei dicatur,ſi quis dixerit:al deſpetto de Idio:ut puniatur pœna:de quo ſuprà Bal. in conſil.477.in 3.lib.tenet, quòd non: ſed contrarium fuit deciſum in ſacro regio cõſi.ut in deciſio.50.

15 ¶Et de iure canonico blaſphemãtes puniuntur ſecundum Hoſtien. in ſumma de male.& in §.blaſphemantes.uerſi.grauior etiam pœna arbitraria.& ſequuntur Ioã.And.& Abb.in c.ij.de male.ſed nouiſsimè in cõcilio Lateranenſi ſub Leone decimo celebrato,ſic ſtatutũ eſt:ſi clericus fuerit blaſphemator,uel ſacerdos, puniri debet in fructibus omnium beneficiorum ſuorum per unum annum pro prima uice: pro ſecunda uerò, ſi unicum habuerit beneficium,eo priuari debet:ſi autem plura,id debet amittere, quod ordinarius uoluerit:& pro tertia uice dignitatibus & beneficiis omnibus, quæcunque habuerit priuatur,& ad ea ulterius retinenda inhabilis redditur: adeò, ut liberè conferri

conferri & impetrari poſsit:uţ habetur per Io.Ber.in pract.cri.cano. in uerbo,blaſphemi. de iure uerò ciuili erat ſimpliciter pœna mortis: ut in auth.ut non luxu.cōtra.na.§. j.& quæ fuerit ratio minorandi dictam pœnam,uide per Afflict.in d. conſti.blaſphemantibus.

De apoſtatis.

16 ¶Apoſtatantes à fide penitus exe crantur,& bonis omnibus ſpoliantur:& naufragātes à uoto uel profeſsionė,legibus coarctātur,& ſucceſsiones tolluntur,& omne ius legitimum.hoc uoluit conſti.apoſtatantes.hæc cōſtitutio ſecundū glo. de duplici apoſtaſia loquitur:uidelicet,de apoſtaſia fidei,& perfidiæ, in qua nihil eſt immutatum.de iure enim codicis eſt ſimilis pœna,ut toto titu.de apoſta.& de apoſtaſia religionis,de qua traditur ſpecialis titulus de iure canonico:ut extrà.eo. tit.& hæc ſecunda apoſtaſia etiam de iure ciuili punitur.nam clericus apoſtata cadit à ſacro miniſterio, & erit inter idiotas laicos illius ciuitatis, cuius erit: & nihilominus erit curiæ illius ciuitatis,in qua clericus erat cū tota ſua ſubſtantia:ut in auth.quo.opor.epi.& c.ad ordi. produ.§. neque autem.& §.ſemel autē.& monachus ſi poſtquàm fuerit profeſſus,à religione receſſerit, eius bona erunt monaſterij: & ſi fuerat ſeruus,reuocatur in ſeruitutem prioris domini:& ſi fuerat curialis uel officialis,curiæ officio,cui ſubiectus fuerat,redditur:& ſi fuerat liber,debet poni in aliud monaſteriū cū rebus ſuis:& ſi rurſus inde receſſerit,debet deputari ad ſeruitium illius curiæ, ubi fuerit repertus:ut in auth.de mo.§.ſi uerò ſeruitij.& §.ſi quis autē fortè ſemel.& §.ſi uerò relinquens monaſteriū.ut plenè per glo.in d.conſtit.de iure uerò canonico, ſi quis recedit ab ordine ſuo ſiue aſſumpta religione,dimittendo tonſuram uel coronam,uel accipiēdo uxorē,uel abiiciendo religionis ueſtē uel clericalem,redeūdo ad ſeculū, illa durāte repellitur ab accuſatiōe & teſtimonio,& infamis eſt ipſo iure:ut in c. alieni.in q.7.& in c.beatus.ij.q.iiij. nec poteſt ad dignitatē eligi:ut in c.legi.15.q.j.& clericus admonitus, ſi ſe nō correxerit,deponendus eſt c.ſine ornatu.& c.præcipimus.22.q. iiij.c.ſin autem.cū duobus ſequen. 16.q.iij.itē caret priuilegio clericali:ut c.j.eod.tit.& procedunt dictæ pœnæ quoties conſtat de apoſtaſia.eſt & alia apoſtaſia inobedientiæ,de qua hic nō tractatur,& pœna eius eſt,quòd durante apoſtaſia erit infamis,& à teſtimonio repelletur:& excōmunicatur. ſecundum Hoſtien.in ſumma eius titu.§.qualiter puniantur.& ſi non reſipuerit, degradatur ſecundum eum.

De his,qui ad eccle.confugiunt.

17 ¶Rei cōfugiētes ad eccleſias, inde non debēt inuiti extrahi,niſi in caſibus à iure permiſsis. hoc uoluit text.c.item ſtatuimus,quòd eccleſiæ.& concordat cum l.ij.C.eo.tit.

18 & l.præſenti.eod. titu. ¶Sed ſi fur exponit res furto ſubtractas prope eccleſiam,& deinde aufugit ad eam,an poſsit capi?dicas quòd ſic. ſecundum Paulū de Caſtro in cōſilio 471. incip. uiſo caſu propoſito

19 in nouis. ¶ Sed quid faciendum, ſi aliquis de facto ab eccleſia extrahitur? poteſt peti, ut reſtituatur priſtinæ libertati, quia ea de facto eſt priuatus, ſecundum Bartol.in d.l.præ-
20 ſenti. ¶ Sed an eccleſia interdicta habeat priuilegium? uidetur, quòd non.arg.c.pe.extra.de immu.eccle. ſed dicas contrarium, quia clericus interdictus, ſuſpéſus, & excommunicatus, retinet priuilegium immunitatis circa manuũ iniectionem, & circa forum.81.diſtin.c.dictum.ſecũdũ Goffre.quia à deo datur immunitas.c.non delinquit.de his, quæ fi.a ma.par.ca.ſed quę pœna imponatur contrà facientibus de iure cõmuni, uide ca.ſi quis cõtumax.17.q.
21 4.& quòd ibi notatur. ¶ An huiuſmodi immunitate gaudeat eccleſia nondum conſecrata.glo.in c.pe.de immu.eccle.dicit, quòd nõ: ſed Abbas, & Hoſti. contrarium tenẽt, ſufficere exiſtimantes, quòd locus ſit deo deſtinatus autoritate pontificis, primarium lapidem imponẽtis: cum poſtea nõ poſsit ad humanos uſus conuerti: ut extrà. de religio. do.ſed uideatis Ant.de Butr.in d.c.
22 pe. ¶ Item ſciendum eſt, quòd priuilegium illius c.non habet locum, in officiali, qui debet ſtare ſyndicatui per tex.l.1.C.ut omnes iud.tam ciuerſi.uel intra ſacroſanctos terminos.& tenet expreſſe Par.de Pu. in lib.ſyndica.in titu.de offic.ſyndi. in uerbo, uiſo de modo procedendi, circa 3.col.

De legibus, & conſtitutionibus.

23 ¶ Ius Francorũ, quod diſponebat, ꝙ ante litem conteſtatam contumax dãnaretur in pœnã priuationis omnium bonorum mobilium: & ꝙ contumax in ciuilibus lite conteſtata uel in criminalibus, amitteret cauſam, eſt correctum cum aliis obſeruantiis, hoc uoluit conſtit.incip.ſpeciale quoddam.
24 ¶ Leges, quæ introducebant probationem per ferrum calidum, ut appareret nocentia uel innocẽtia, ſunt ſublatæ. hoc uoluit conſtit.incip.leges, quæ.

De precibus, imperatori offerendis.

25 ¶ In cauſis magnæ importantiæ licet ſupplicationes principi offerri, eiúſque collaterali conſilio, ꝙ non expediatur cauſa per inferiorẽ iudicem, niſi facto uerbo, & relatiõe: quæ relatio debet fieri intra octo dies: aliàs cenſetur cauſa deuoluta ad inferiorẽ iudicem abſque onere faciẽdi dictam relationem. hoc uoluit regia prag.Impera.Caro.incip. & quia per dictæ.

De officio eius, qui uicem alterius gerit.

26 ¶ Officia non poſſunt neque debẽt exerceri per ſubſtitutum: ſed perſonaliter per eos, quibus ſunt cõmiſſa: & ſi quis ordinatus fuerit uicarius & locum tenens, tam ipſe ordinatus, quàm ordinator capite punitur: ut ſtatuit rex Guliel.in conſti. incip.officia, quæ perſonis. quod quidem eſt correctum per conſtit. duram & diram.& tantũmodò puniuntur ordinator & ordinatus pœna publicationis omnium bonorũ.

De iuriſdictione iudicum.

27 ¶ Nullus prelatus, comes, baro, poteſt in terris ſuis exercere merum & mixtum imperium, ſub pœna publicationis illius terrę, ubi exercuerunt

runt merum imperium. hoc uoluit conſtitu.ea, quæ ad decus. ſed rex Alfonſus primus cõmunicauit per ſua priuilegia comitibus, baronibus,& prælatis, merum & mixtum imperium. & alij reges confirmauerunt:ut dicit Afflict.ibidem.& ſic ceſſat conſti.

28 ¶ Vniuerſitates creãtes per ſe abſq; licentia regis officiales,perpetuam deſolationem patiantur: & omnes homines eiuſdem ciuitatis angarij in perpetuum habeantur:& officiales ſic electi capite puniantur. hoc uoluit conſtit.cùm ſatis abundeq;. de iure uerò cõmuni uniuerſitates conferebant iuriſdictioné l.& quia. ff.de iuriſ.omnium iudic.ſecundum glo.in dicta conſtitu.

29 ¶ Barones non debent in ſuis terris exercere iuriſdictione ultra ſua priuilegia:aliàs in pœnam uſurpatę iuriſdictionis incurrunt:ut in prag. Car.ſ.Imper.inci.prohibemus etia.

Vt omnes officiales depoſita adminiſtratione ſiant ſyndicatui.

30 ¶ Finito officio debent officiales ſyndicari per quinquaginta dies:& contra eos proceditur per querelã & inquiſitioné: & ſi culpabiles inueniãtur ultra id,ad quod parti tenentur,ad pœnã arbitrio regis condemnantur:& qui calumnioſe accuſant,puniũtur,& officiales præmiis decorantur.hoc uoluit conſtit.uolumus.demum ſuperuenit cap.item ſtatuimus,quòd tam iuſtitiarij.quo cauetur,quòd officio depoſito officiales debẽt ſyndicari per 40.dies coram ſuis ſucceſſoribus de querelis eiuſdem faciendis.extat aliud c. incip.nouas formas regis Caroli, quo cauetur,quòd tempus ad ſtandum ſyndicatui durat quouſq; acta omnia facta in officio,fuerint compilata & tradita ſucceſſori in officio.ſuperuenit etiam regia pragm. quæ uoluit,quòd officiales depoſito officio deberent ſtare ſyndicatui per tempus ſtatutum à conſtitutionibus & capitulis regni: & ad decidendũ querelas contra eos factas. debet aſſumi legiſperitus de locis uicinis:& propter appellationé uel querelam non retardatur executio præſtita cautione de reſtituẽdo in caſu retractatiõis:& ultima tertia.ia non datur officiali,ſed debet ſtare in depoſito.hoc uoluit d.pragma.eſt etia ritus incip.Item,quòd quilibet,qui uoluit,ꝙ officiales debeut ſtare ſyndicatui.ſecundũ conſtitu.& capitula regni.aliàs nõ poſſunt aſſumi ad aliud officium. & ſic uides,quòd conſtit.erat conformis cum iure communi circa tempus quinquaginta dierum:ut l.j.C.eod. tit.ſeu c.quoties.ſtatuit tẽpus quadraginta,& eſt contra ius cõmune.

De inhibenda donationibus in perſonam iudicum.

31 ¶ Officiales debent habere mũdas manus,& nihil recipere à litigantibus,etiam neq; eſculentum neque poculentũ:licet à non litigantibus, idq; ſemel tantùm,poſsint recipere eſculẽtum & poculentũ, ſub pœna priuationis officij,infamiæ,& furti. hoc uoluit conſti.apud iuſtitiarios. ſuperuenit demum c.incip.hac edictali.quo cauetur,ꝙ officiales exceptis eſculentis & poculẽtis,alia recipere non debẽt.& dictum c.concordat cũ ca.itẽ ꝙ iuſtitiarij.& cum

tex.c.item quòd nullus, & cũ regia nouella prag.inci.Ferdinãdus uniuerſis & ſingulis.& cum prag.inci. nos Ferdinãdus.confirmata per ſa. Cæ.maieſ.cõcordat etiã cum prag. incip.& ut etiam.& cum prag.incip. Ferdinandus uniuerſis.& cõcordat cum l.unica.C.eo.ti.& cum l.plebiſcito.ff.de offi.præſi.& cum l.ſolẽt. in fi.ff.de offi.procõ.& lega.& dum ille text.dicit:exceptis eſculentis & poculẽtis, licet cõcordet cum iure digeſtorũ, ut d.l.plebiſcito:tamen ſecundũ glo.ibi diſcordat cum iure authenticorum: quo cauetur nõ poſſe recipi,niſi in defectũ ſalarij: ut in auth.ſcriptum exemplar.in fi. pen.col.colla.ſecunda.ſed per Bart. reprehenditur ibi. & uide omnino glo.& Cy.in auth.principales.C.de iura.calũ.& in authẽ.de ma.prin.§. oportet.& in c.ſtatutum.§.inſuper. de reſcri.in vj.& c.cũm ab omni.de ui.& hone.cleri.& uide Par.de Put. in lib.ſyndi.in uerbo, iudex.uerſicu.iudices puras.

De officio magiſtri iuſtitiarij.

32 ¶Magiſter iuſtitiarius in curiã regis debet cõmemorari cũ quatuor iudicibus, & poteſt cognoſcere de crimine læſæ maieſtatis, de feudis etiam quaternatis, & quota parte ipſorũ, de appellatiõib.ordinariorum & delegatorum,& de quęſtionibus curialium & miſerabiliũ perſonarum:in aliis uerò caſibus nulli licet aduerſarium ſuum in ius corã eo uocare:ſed apud iudices ciuiles uel criminales eos euocet,& de crimine lęſę maieſtatis poteſt cognoſci per iuſtitiarios,ſi placuerit accuſatori.iuſtitiarij uerò debent interrogare uenientes ad ſe,an adfuerint iudicibus criminalibus:& ſi negauerint,ad ipſos remittãt cũ expẽſarũ diſpendio:ſed ſi dixerint ſibi fuiſſe denegatam iuſtitiã ab eorũ iudicibus,tũc remittentur ad eos cum literis,& iudices illi intra mẽſem debebũt comparere, redditurí rationẽ de diligẽtia uel negligentia.hoc

33 uoluit cõſtitu.ſtatuimus,ut.¶Et eſt notãdũ,ꝙ officiũ magiſtri iuſtitiarij in regno exercet magna curia uicaria & regẽs ipſius:& officiũ iuſtitiarij eſt penes gubernatores pro-

34 uinciarum.¶Item eſt notandum,ꝙ per regiam prag.regis Ferdinandi incip.querula expoſitione.eſt ſtatutum,ꝙ pro primis cauſis nõ extrahantur extra diſtrictum proprij incolatus:& ſic officiũ magiſtri iuſtitiarij nõ ſe extẽdit in primis cauſis.

35 ¶Item magiſter iuſtitiarius cognoſcit de iniuriis & oppreſsiõibus factis per inferiores iudices,necnon de ſpolio facto ad utilitatem ipſius curię iuris ordine nõ ſeruato:& carceratos & iniuſtè detẽtos procurare debet,ut per iuſtitiarios liberare faciat.hoc eſt,quod uoluit cõſti.incip.magiſter iuſtitiarius.& in eo,ꝙ dicit,ꝙ cognoſcit magiſter iuſtitiarius.& ſic magna curia uicaria de oppreſsiõibus factis per inferiores iudices, id procedit depoſito officio.ſecundum text.c.regis Caroli. incip.Nicolao. ut ibi dicit Afflict. ſed cogita.num dici poſſit contrarium per text.c.incip.inſuper ad fidelium.dum inquit,quòd ſi uidebitur magiſtro iuſtitiario eſſe amouẽdos officiales inferiores, poterit amouere.& ſic loquitur de exiſtentibus

tibus in officio. & eſt notandum, quod extat ritus magnę curiæ uicariæ inci. item quòd curia ipſa, & quælibet ipſarum. quo cauetur, quòd dicta magna curia cognoſcere poſsit de exceſsibus officialium inferiorū: de delictis tamen, quæ committuntur in exercitio officij: & non aliter, & uidi ſemper p magnā curiā uicariā cognoſci cōtra inferiores iudices,
36 etiā durāte officio. ¶ Itē eſt notandum, quòd omnes regnicolæ nullo priuilegio obſtante, poſſunt accuſari, denūtiari, & euocari, in magna curia uicaria: ut habetur in ritu inci. in primis. ſed corrigitur per pragma. regis Ferdinādi incip. querula expoſitione.

De iuſticiariis eorúmque officio.

37 ¶ Iuſtitiarij ſeu pręſides prouinciarū, cognoſcūt de latrociniis, incēdiis, fractura domorū, inſultu excogitato, inciſione arborū, uiolētia mulieribus illata, duello, crimine læſæ maieſtatis, portatione armorum ſpreta defenſa: & de omnibus delictis, ubi uenit imponenda pœna mortis uel mutilationis membri.
38 ¶ Item de furto magno etiam cognoſcunt. & eſt furtum magnum
39 qd excedit xx. auguſtales. ¶ Et inferioribus iudicibus iuſtitiā denegātibus, ipſi præſides iubere debent,
40 ut iuſtitiā faciāt. ¶ Et iuſtitiam denegare dicentur, ubi fuerit eis mandatum, quòd iuſtitiam faciāt, & intra duos mēſes non fecerint. hęc omnia uoluit conſti. iuſtitiarij nomē.
41 ¶ Et ſic, ut uides, per hanc conſtit. ſtatuitur, ut in defectum iudicum baiulorum, baronū, ac officialium inferiorū cognoſcāt præſides prouinciarum, & non aliter: pro quo uide multa ſcripta per And. de Iſer. in §. prçterea ſi inter duos. in xj. co-
42 lum. de pro. feu. aliena. ¶ Et eſt notandum, quòd ſi non data negligētia inferiorū iudicum, pręſides prouinciarum ſe immiſcuerint cauſis eorum, tenētur ad pœnam xxv. unciarum: ut habetur in regia prag. in-
43 cipi. diſcordias. ¶ Et quòd in defectum iuſtitiæ non factæ per officiales inferiores, poſsit adiri ſuperior, concordat dictum Innocen. in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpolia. & Specu. in titu. de iu. dele. §. ſequitur ad finem. & Alexand. in l. de qua. de iudi. & l. fi. §. illud. & ibi Bal. de tempo. appe. ubi habetur, quòd per uiā querelæ ſuperior eſt adeundus. facit ca. nullus. de iure patro. non per uiam appellationis. ſecundum Bar. & Alexand. in l. de pupillo. §. ſiquis
44 ipſi. de ope. no. nunt. ¶ Et hæc uera intelligas, ſi euidēter conſtet de iuſtitia denegata: aliàs poteſt dicere in dubio, ſe facere iuſtitiam, & uelle ſtare ad ſyndicatum in fine officij. ſecundum Bar. & Alexan. in dicta l. de pupillo. §. ſiquis ipſi. ff. de noui ope. nū. & Bar. in l. ſi tutor pupillo. de autho. tuto. & in terminis noſtrę cōſtitutionis. tunc dicetur euidēter conſtare de iuſtitia denegata, ubi fuerit facta admonitio, quod itra duos mēſes cauſa expediri debeat, & nō fuerit expedita: maxime ſi iuſtū nō
45 allegetur impedimentū. ¶ Et eſt notandū quòd pręſides prouinciarum hodierni de facto capiunt carceratos penes inferiores iudices, & eos ad ſe

ad ſe trahunt, & ipſi cognoſcunt: quod quidé,ut uides, minimè fieri
46 poteſt:& malè faciunt. ¶ Item debent prçſides prouinciarum ſeu iuſticiarij, quod idem eſt, continuo perquirere loca ſuæ prouinciæ:nec debent permittere ſubditos uocari ad loca remota propter iuſtitiam: flagrantia maleficia ſtatim debent punire:perſequi etiam famoſos latrones,fures,itinerúmque obſeſſores,cæteroſq; maleficos,& pro dicta perſequutione poſſunt capere ex pecuniis fiſcalibus.& ij ſi capiātur, non conſideratis ſolennitatibus accuſationum ſeu denūtiationum,illico puniantur.hoc eſt,quod uoluit conſti.incipien.iuſtitiarij nō per calendas.& quatenus tex.dicit, quòd tenentur præſides perquirere loca prouinciæ, concordat cum tex.c.hac edictali. ubi plus dicitur, quòd nō poſſunt permanere ultra tres diętas in quolibet loco:& concordat tex.c.Carolus:quòd decretam tibi prouinciam. & quatenus textus dicit de puniendis delictis flagrantibus,concordat cum tex.d. capitu.quòd decretam tibi prouinciam.in fin.

De ſacrilegio.

47 ¶ Sacrilegos pœna arbitraria eſſe plectendos iura communia ſanxere.l.ſacrilegij pœnam.ff.ad l.Iul.pecula.quod & iure municipali huius regni approbatum eſſe conſtat: ut in conſtitu.incip.multæ leges.excipit tamen duos caſus,quādo uidelicet templa dei manu franguntur: item, niſi bona & uaſa ſacra furentur de nocte: ut his proximis duobus caſibus pœna capitalis habeat locum.& ibi Afflict.intelligit de pœna capitali:uidelicet mortis, ciuilis ſcilicet deportationis.per gl. ſingu.in l.j.C.ne Chriſtia.mancipi. intelligiturq; quādo res ſacra de loco ſacro furto ſubtracta eſt: at ſecus,ſi à loco priuato.& ita ante ſe dicit intellexiſſe Andre. de Iſer.tu uerò dic,quòd ſi quis furetur ultra unciam,ſiue de loco ſacro,ſiue priuato:ſiue de nocte,ſiue de die,pœna mortis naturalis plectitur.per c. regni.ad hoc quod noſtrorū.quod & in ſacrilegis procedit,ne ſint melioris conditionis,quàm non ſacrilegi.& ita ſeruatum fuit in magna curia uicaria,in quodam Salernitano,qui furto ſubtraxerat quandam crucem ab eccleſia ſancti Florentij, qui ſtatim fuit ſuſpenſus prope di-
48 ctam eccleſiam.¶ Quod dicendum de caſu,quem nūc habeo in facto, uenit: in die ſacratiſsimi corporis Chriſti in caſali Ceraſij uallis noui, quidam de Fuſco ferētes pallium, ſub quo preſbyter etiam de Fuſco, filius & frater ferentiū pallium,geſtabat in manibus ſacratiſsimū corpus Chriſti,fuerunt inſultati à quibuſdam eorū inimicis,& fuerūt interfecti in ictu oculi pater & duo filij ferentes pallium,& preſbyter ferens corpus Chriſti fuit uulneratus,& fugam faciens ſe ſubduxit in quoddam ſtabulum,& non fuit aliter offenſus:dubitatur,quòd crimē ſit illud,& qua pœna plectatur.dicebant quidā,quòd ſit crimen læſæ maieſtatis diuinæ.per text.in ca.ſi quis ſuadēte diabolo.§.qui autem.

xvij.q.

xvij.q.iiij.ubi habetur,quòd ſi quis aliquam iniuriā intulerit ſacerdotibus & miniſtris in eccleſia,ad inſtar publici criminis & læſæ maieſtatis,accuſabitur,& conuictus capitali ſententia plectetur. quantò magis in caſu iſto,ubi ferentes ſacratiſsimum corpus Chriſti,& ferẽtes pallium(qui etiā miniſtri rectè dici poſſunt)offenſi extiterunt,nō ſolum debet dici crimen læſæ maieſtatis , ſed ultrà (ſi ultrà dici fas eſt)dici poſſet,quòd in caſu prædicto habeat locum pœna c.fœlicis. extrà.de pœn.in vj.nam cū ibi ſtatuatur,quòd inſequentes cardinalem,aut percutiẽtes,in crimen læſæ maieſtatis incurrūt:adeò,ut perpetuò ſint infames,diffidati,banniti,& inteſtabiles:& inſuper eorum domus in ruinam & deſolationem dentur,& eorū bona fiſco publicẽtur,& morti tradantur,& aliter puniantur,ut ibi:quantò magis debẽt puniri tales offendẽtes realiter miniſtros Chriſti in conſpectu ipſius ſacratiſsimi corporis Chriſti.& offendentes presbyterum geſtantem in manibus ipſum ſacratiſsimū corpus Chriſti:quo caſu ipſe Chriſtus uidetur offenſus:& tantò maius reputandum eſt delictū,quantò perſona,quæ patitur,maior eſt:ut not. Archi.in xxij.q.v.c.ij.& quod habetur ea.cau.q.j.mouet.& habetur in gloſſ.d.c.fœlicis.ſicut enim læditur maieſtas papæ læſo collaterali : ut vj.q.j.c.ſi quis cum militibus.ita læditur maieſtas diuina.& nō eſt dubitandū,ſi ſummi pontifices & reges cōſideraſſent talem caſum potuiſſe euenire,quin ſtatuiſſent à fortiori in caſu præmiſſo,ſicut in caſu d.c.fœlicis.ſed cogitādum relinquo,cùm pendeat adhuc in facto, & ſi inaduocatus non interficientium,ſed fratrum , quos prætenditur cōſenſiſſe,& auxilium præſtaſſe:& ſi non eſſet in facto,plura dicerem.de anno,1554.

De uſuris.

49 ¶Vſura iure etiam cōmuni prohibita eſt:ut not.in auth.ad hæc.C.de uſur.& in l.cunctos populos.C.de ſum.tri.& fi.catho.iure autem nouo conſtitutionum regni uſurariis noua pœna imponitur.puniūtur enim publicatione omnium bonorū : ut in conſtit.uſurariorum nequitiā.& in hac cōſti.illa continet ius nouū.
50 ut ibi dicit glo.¶Imò uſurarum crimen adeò publicum ius conſti.regni putauit,ut omnibus deferendi ius,ſiue proprium damnū uel ſuorum proſequantur,ſiue nō,conceſſerit:ut d.conſtitu.uſurariorum nequitiā.quod quidem immutatū eſſe ſcias per ritum magnæ curiæ uicariæ incip.item,quòd nullus admittatur.quo cauetur,quòd nullus poſſit denuntiare aliquem de uſura,niſi propoſita querela:& tunc procedendum eſt ordinariè.& idē eſt ſtatutum per c.regni.reginæ Ioannæ. ut etiā refert Afflic.in d.conſti.uſu-
51 rariorum. in gloſſ.deferendi. ¶Eſt etiam ſæpe conſtitutū,ementes fructus ante tempus uſuram cōmittere.c.nauiganti.& ibi doctor.& c.cōqueſtus.extrà.de uſur.concordat in hoc c.regis Roberti.incip.pro pu-
52 blici.¶Item ulteriùs illud indubitati iuris eſſe dignoſcitur,teſtes in facto proprio,& ſingulares, regulariter

lariter non probare:quod quidem in crimine uſurarum minimè procedere ſcias:cùm in eo tres teſtes ſingulares,& in facto proprio,deponentes cõuincant quem de uſura:ut eſt deciſum in regno per c.incipien.Ludouicus & Ioanna.& arguit Federi.de Sen.in conſil.117.& Bart.in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.uerſic.ſed nunquid ſtatutum inualidum.& Alexan.in conſi.59.in primo uolu.& cõſil.38.in iiij.lib.nume.19.an potuerit rex diſponere de modo probandi cõtractum uſurarium,cùm ad ipſum nõ ſpectet.ſed ad hoc,ut procedat deciſio tex.requiritur,quòd præcedat fama publica probata per alios teſtes,& cũ omnibus requiſitis ſuis, ut decet: de quo ſuprà dixi.requiritur etiam articulari & probari,teſtes eſſe fide dignos.ſecundũ Afflict.in conſtitu. ſi iudex fraudulenter.§.corruptelæ. nume.5.incip.an autem.& Feli.in c. cum Ioãnes eremita.extrà.de fide inſtrumen.xiiij.colum.uerſi.xliiij.in fine.unum adde,quod nõ uidetur, quòd ſit ſpeciale in hoc crimine,ut admittantur iſti teſtes ſingulares, poſtquàm lex requirit,quòd ſint fide digni.nam licet teſtes ſingulares non probẽt:attamẽ iuſta cauſa,utputa,nobilitas, & magna integritas ipſorum teſtiũ,poterit mouere iudicem,nõ obſtante eorum ſingularitate,ad iudicandũ ſecundũ eos. ſecundum Paul.de Caſt.in l.admonendi.ff.de iur.iurã.& in l.Lucius. in recollectis Florentinis ff.de his, qui notã.infam. refert & ſequitur Mar.in l.j.§.ſi quis ultro.ff.de quæſtion.ſed dic, quòd ſpecialiter eſt, quia iſti tres teſtes deponunt in facto proprio,& ſunt ſingulares:ſed uidetur, quòd ante iſtud c.ſit hoc inductum,quòd ad probandũ quẽ uſurarium ſufficiunt teſtes ſingulares:ut firmat Afflic.in conſti.uſurariorum.nume.17.ſed dic,quòd ſufficiunt ad probandum infamiam:ſed non ad condẽnationem:ut hìc deciditur.& ſentit ibi Afflic.& ad intellectum iſtius c.uide Bal.in cõſi.x. in iij.lib.attende inſuper diligenter lector,ut tales teſtes facias renuntiare proprio cõmodo,id eſt repetitioni uſurarum:aliàs non probarent.ſecundũ Bald.in l.dictantibus. circa me.in uerſi.item facit ad aliã q.C.de teſta.& ita ſemper practicaui.

53 ¶Item in crimine uſurarum ex officio procedi cõſtitutum fuit per regiam prag.incip.magnifico uiro Berardo Striuerio.editam per rẽgẽ Ferdinandum : quod quidẽ contra uſurarios manifeſtos interpretatũ & ſtatutum fuit procedere:at ſecus contra non manifeſtos:ut habetur in regia prag.inuictiſsimi Caro.v. incip.uſurarum.per quam caſſatur ſuprà dicta prag.

54 ¶Itẽ quoties dubitatur,an contractus ſit uſurarius, an non,iudex ſecularis erit iudex competens.hoc eſt,quod uoluit cõſtit.incip.ſtatuimus.

55 ¶Sed dubium erit,nunquid accuſatore deſiſtente in crimine uſurarum , poſsit iudex procedere ex officio.Afflic.in d.cõſtit.uſurariorum.in ulti.colum.mouet difficultatem,& tandem dicit, quòd ſic:refertq́; id fuiſſe de intentione And.de Iſer.in d.conſti.argu. l.iij.C.de aboli.& ibi dicit firmari id per Bal.poſt Cynũ:ſed ſalua pace tan

ce tanti uiri, omnino contrariũ dicit ibi And. quòd uidelicet ſi ante ſententiam deſiſtat accuſator, non poſsit ex officio procedi. fallit quãdo conſtat, per fraudem partẽ deſtitiſſe. & contra opinionem Afflic. facit, quòd tranſactio permiſſa ſit, ubi uenit imponenda pœna omniũ bonorum. ſecundũ Moder. Peru. in l. tranſigere. C. de tranſa. & ibi Lancello. Dec. colũ. pe. & ſecundũ Bart. ibidem. col. ij. in quibus uerò criminibus eſt permiſſa tranſactio, iudex parte deſiſtente cognoſcere nõ poteſt : ergo &c. & quòd ſit licita tranſactio, uide Alexã. in cõſil. 91. ij. col. ij. lib. aliàs pro opinione Afflic. inducebam ritum magnæ curiæ uicariæ incip. item quòd procurator curiæ. ubi habetur, ꝙ cauſam uſurarum perſequi poteſt procurator curiæ. & inducebam alium ritũ ſequentem, qui incipit, item quòd in huiuſmodi cauſa. & ita pluries ſeruaui. ſed ad maiorem cautelã, quando recipiebam querelam, faciebam, ut querulans daret mihi licentiam procedendi ſe abſente, & non citato, & deſiſtente: quo caſu poteſt ex officio procedi. ſecundum Afflict. in conſtitu. grandis. penulti. colum. & ita refert eſſe de conſuetudine Italiæ.

Vnde ui.

56 ¶Vim ui repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ in continenti ubiq; licere, iura communia cõſtituerunt. l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. l. j. C. unde ui. eum concor. quod approbauit conſtit. regni incipien. pacis cultum. ibiq; declarat, quale debeat eſſe iſtud moderamẽ inculpatæ tutelæ.

57 ¶Vnum tamen adnotandum hic eſſe putaui, quòd moderamen inculpatæ tutelæ non conſideratur, ſi indeliberatè, & accenſus furore iracundiæ, inſultatus exceſsit modum in defendendo. nã tunc non imputatur exceſſus: quia in hoc caſu nõ poteſt quis uti moderatione. quia primi motus non ſunt in poteſtate noſtra. & ſic patet, quòd in rixa non poteſt conſiderari dictum moderamen. ita ſingulariter dicit Afflic. in conſti. aſperitatem. in vij. nota. ſubdit tamẽ totum reſidere in pectore iudicis: & pro certo eſt uerbum aureum : & aliàs practicaui Salerni.

58 ¶Illud inſuper non omitto, quòd defenſionis metam & modum excedens ex propoſito & deliberatè, non punitur pro toto, ſed pro exceſſu tantùm. ſecundũ Bald. in l. ut uim. circa ulti. colum. ff. de iuſt. & iure. & ſequitur Petr. de Ancha. in clem. j. de homi. ubi dicit, quòd licet gloſſ. in ca. ſignificaſti. el ij. & gloſ. xxiiij. q. j. in ſumma teneat, quòd ſi quis ſe defendendo exceſsit modum non ex propoſito, non punitur de tali exceſſu: tamen ſecundũ Pet. de Ancha. ſi ex propoſito exceſſerit modum, & ſic doloſè, punietur: nõ tamen pro toto, ſed pro exceſſu: & Alexand. ſequitur & refert in conſil. 140. aliàs 283. in ij. lib. in ulti. col. & allegat hoc uoluiſſe Salice. in l. Gracchus. in ulti. colũ. de adulte. & Pet. Philipp. Cor. conſi. 204. incipiẽ. pro deciſione. in fi. j. lib. & nouiſsimè per Mar. in ſua praxi. §. quoniã. nu. 92.

nume.92.& in l.j.nu.40.ff.ad l.Cor. de ſicar.

De crimine læſæ maieſtatis.

59 ¶Guerram in regno mouentes publicationem omnium bonorum,& ultimo ſupplicio plectendos fore, ſtatuit conſtit.regni incip.comes & baro.quod quidem ſecundũ gl.ibi. eſt conforme cum iure cõmuni:ut l.j.C.de ſedi.ſed ibi Affli&.non placuit in commento dictæ cõſtit.uerſus finem.quia leges allegatæ per glo.ſolũ dicunt de pœna mortis,& non de pœna publicationis bonorum:nec loquuntur de mouẽtibus guerram.& cõcordat dicta conſtit. cum c.regis Caroli primi inci.dum

60 regiæ conſiderationis.¶In crimine læſæ maieſtatis non debet dari copia reo inquiſito abſq; conſultatione regia: & tunc debet per inquirentem referri de cõditione deferentis atq; delati: de nomine & fama ipſius criminis: de qualitate teſtium atq; numero:de depoſitionibus ipſorum & fama eorundẽ:& in hoc crimine exprimendũ eſt nomen delatoris:& omnes ſolennitates ſunt ſeruandæ,quæ de iure in delationibus ſeruari debent: præterquàm quãdo agitur de crimine iſto directè commiſſo contra principem: uel niſi iuſta & probabilis per eum,apud quem facta eſt delatio,uidebitur cauſa timoris, propter quam in publicũ delator prodere formidet:& interim iudex inquirens animo circumſpecto agere debet,ut cõſideret quis ſit zelus delatoris,aut cauſa,quæ ipſum ad delationem inducat: & qualitates teſtium:ut uoluit cõſtitu.hi qui per inquiſitiones.& dixi ſuprà in uerbo,item crimẽ læſæ maieſtatis cõ-

61 miſit.¶Item inculpatus de crimine iſto non liberatur fideiuſſoribus:ut habetur in cõſti. humanitate & dixi ſuprà.& alia,quæ in hoc crimine ſpecialiter ſunt ſtatuta de iure regni,dixi ſuprà:& ſic non repeto.uerum quia proximis diebus habui quendã caſum in facto in hoc crimine,& in eo allegaui,ideo ſubdã dictas allegationes.quia credo fo-

62 re utiles:& ſunt hæ uidelicet.¶Poſito,quòd quis principis hoſtiũ literas receperit, quibus proditiones,tractatus,& alia quæuis obſtãtia regiæ maieſtati,aut eius ſecuritati,cõtineri cõpertum fuerit,nunquid in crimen læſæ maieſtatis incurrere uideatur? & non arguendo ad partes,ut fieri adſolet,dico indubitanter eſſe concludendũ,quòd non.& primò arg.eorum,quæ not. per Marti.Lauden.in trac.de crimine læſæ maieſtatis.§.ij.ubi uoluit, quòd mittens nuntiũ uel literas rebellibus & hoſtibus Cęſareæ maieſtatis,ita demum crimine ipſo obſtringitur,ſi eo reſpectu miſerit,ut directè offenderetur regia maieſtas:uerbi gratia,ut hoſtes occuparent ciuitatẽ uel dominium illius, uel aliud machinari poſſent: non aliàs.à quo non diſſenſit Lud.Ro. in conſil.;65.in fin.& ſequitur Cepol.in conſi.17.colum.vij.in princi. & Oldra.in cõſi.42.in q.vj.& Boër. in tract.de ſe.di.in vj.præmiſſo.nume.15.ſic igitur & à fortiori dicendum erit in caſu,de quo agitur,ſi literæ prædictorum haud quicquam

63 continere uidẽtur.¶Secundò prædictis

dictis adſtipulatur, id quod ſcriptũ reliquit Bal. noſter. in l. fi. C. de priua. car. quẽ ſequutus fuit cõſulẽdo Alber. Bru. in conſi. 69. colum. ij. circa medium. & Andr. de Iſer. in titu. quę ſint regalia. in uerbo, bona cõmittentium crimen læſæ maieſtatis. nona colum. uerſi. aduertendum eſt. & Aymo. Craue. in conſi. vj. nu. 79. cum ſeq. quòd tunc ſolum committitur crimen læſæ maieſtatis, quando directè & principaliter aliquid fit, ut offendatur regiæ maieſtati: aliàs ſi aliquid fit, non ut principaliter & directè offendatur regiæ maieſtati: licet ſecũdario & per quandam conſequentiã, ꝙ ex eo, quod fit, ſequatur offenſio in regiam maieſtatem, nõ tamen committitur dictum crimen. in caſu uerò propoſito non uideo in quo poſſet dici, ꝙ fuit offenſa regia maieſtas, ſiue directè ſiue ſecũdario: ergo nullo modo dici poteſt dictum

64 crimen fore commiſſum. ¶ Tertiò & illud prędictis cõcinit, ꝙ ad hoc, ut dictũ crimen cõmittatur, neceſſe eſt, quòd pręcedat dolus: ut eſt tex. in l. j. §. dolo malo. ff. ad leg. Iul. maieſta. illud enim tantum dicitur crimen, quod dolo committitur. l. j. ff. de ſica. uoluit Lu. Pen. in l. quod relictis. in 3. col. de deſerto. lib. 12. hic autẽ nullus poteſt cõſiderari dolus in recipiẽdo literas rebelliũ, præſuppoſito, ꝙ prædicta nõ cõtineãt.

65 ¶ Quartò cõfirmatur per ea, quæ in fortioribus terminis dixit Marti. Lauden. in c. j. §. itẽ fidelis. quibus mo. feu. amit. & ſequitur Ia. in quæſtione feu. in 16. q. & nouiſſimè Grã ma. in deciſio. 18. ꝙ ſi quis cõtrahit amicitiã cũ hoſtibus, & non in perniciẽ domini, & ad eos acceſſerit, citra tamẽ armorum uſum & opẽ, nõ poteſt dici incurriſſe in crimen læſę maieſtatis & rebellionis: quãtò magis prædicta procedunt, ſi ſolummodò ſimplices literas rebellium quis receperit, nõ in perniciẽ & dã

66 num domini regis. ¶ Quintò non à longè diſtat id, quod ſcribitur in l. ſi uehenda. §. j. uer. Pau. ff. ad leg. Rho. de ia. l. & in totũ. ff. de impe. l. as qui. ff. de act. & obl. l. ſi alius. §. eſt & alia. ff. quod ui aut clam. Bar. in l. ſi ut certo. §. nũc uidẽdũ. ff. cõmo. quòd non poteſt culpa imputari loquẽtibus uel aliud faciẽtibus cõtra prohibitionẽ legis uel officialis, quando ex tali loquutione ſeu facto fiſcus non læderetur, uel reſpublica. quæ iura ad hoc propoſitũ citat Pau. Caſtrẽ. in cõſi. 236. uiſis & conſideratis omnibus ſuperius enarratis. ij. col. ante medium. lib. j. inhibitio enim quæ fit à iure de non ſcribendo rebellibus, ſeu de nõ habẽdo cõmercium & amicitiã, fit eã ob cauſam, ne aliquid triſte quis machinetur cõtra principem & eius ſecuritatem. ſecundũ Bal. in cõſi. 159. ſuper eo, quod quæritur. colũ. 3. lib. 3. per l. ſi quis ita. ff. de teſt. tut. & probatur per totũ titulũ. ff. & C. ad leg. Iul. maieſt. unde quoties id non fit, ceſſat illa ratio inhibitionis, & per conſequẽs ceſſat omnis pœna: pro quo ad ſaturitatẽ conferunt ea, quę ſcribit Aymo. Craue. in cõſi. 3. p totum diem. conſuluit prohibitionẽ de non loquendo cũ carceratis, nõ extendi ad eum, qui uerba conſolatoria dixerit. ſed diligenter perpẽſo

facto caſus noſtri,ſumus extra omnem dubitationem,cum inquiſitus nullas habuit literas rebellium,nec in poſſe alterius uidit:ſed uidit literas tantum fidelium,in quibus continebantur aliqua noua bellorum, quæ erant notoria:& partim erãt in fauorem Cæſa.maieſtatis & partim cõtra:nec in eis aliqđ ſecretũ cõtinebatur,quod quidem debuiſſet reuelari.per text.l.quiſquis.§.id quod de prædictis. cum ſimilibus. C.ad leg.Iul.maie.cum ſimilibus.& iuxta not.per Bart.in l.utrum.ff de parr.& habetur in cap.j.de for.ñ.& Anch.in conſi.277.ex prædicta facti narratione.colum.j.ad fin.uerſi. item dicit ibi tex.quòd conſ.eſt repetitum in conſil.439.de quo per Roma.ſingu.394. nunquid.& Soc. cõſi.xxj.colum.ij.lib.j.id enim procederet,quando foret aliqua conſpiratio uel tractatus,qui heret cõtra principem.nam id debet reuelari:aliàs non reuelans eadem pœna ſerietur:ut ibi.ſed cùm fuerint literæ continentes ea,quæ ubiq; erant nota & publica,& nullius momenti, non debebãt reuelari.ac uerisimilius erit,quòd nullus dolus & machinatio poterit conſiderari, poſtquam præſupponetur prætenſas literas in platea publica,& corã pluribus, fuiſſe lectas

67 ¶ In his enim, quæ palam fiunt aut in publico,ceſſat omnis mala ſuſpicio.l.non exiſtimo.ff.de adminiſtra.tuto.l.ita fidei.ff.de iure fiſci. l. cum ipſe.C.de contrahẽ.emp.& quod in pulchro caſu conſuluit Bald.in conſi.472.ſuper primo pũcto,libro 4.ubi,quòd accipiens pecuniam alienam palam & bona fide,non animo occultandi,non incidit in crimen furti.tradit idem Bald.in conſil.347.Titius geſsit lib.4. Caſtren. in conſil.285. uiſis & ponderatis omnibus ſuprà ſcriptis. colum.j. Alexand.conſil.31. ad fin. lib. vij. & ad corroborationem omnium prædictorum faciũt optimè ea,quæ in pulchro caſu cõſuluit Aymo.Craue.in conſi.vj.in ſ. lib.dum uoluit,quòd licet quis miſerit pecuniam hoſtibus regis,non committit crimen læſæ maieſtatis, niſi miſiſſet in perniciem principis aut reipublicæ:nõ ſi miſiſſet ex cauſa præcedentis obligationis.

68 ¶ Pro quo etiam illud facit,quòd in fortioribus terminis dixit conſulendo Aymo. Craue. in conſilio 224.in 2. parte.quòd licet quis caſualiter interueniat in cõiuratione cõtra principem,& uideatur conſentire,non puniatur pœna capitali: dicit ſemper prudentis iudicis eſſe,accuratè inſpicere qualitatem perſonæ inquiſitæ:an aliquid fecerit uel poſuerit facere:& an per laſciuiam & ex lubrico linguæ quid dixerit feceritue:pro quo uerba tex.in l.famoſi.literis aureis ſcribenda ſunt.ff.ad leg.Iul.ma.

69 ¶ Nec dicatur crimen læſæ maieſtatis , uel aliud quidpiam extraordinariam pœnã importans, ex eo,quòd dicatur,quòd cum magna lætitia & alacri uultu,legebat & indicabat bellorũ noua;quaſi uidelicet gaudẽs de proſperis hoſtiũ, & triſtãs de felicitate regię maieſtatis:quia etiã dato,ꝙ uerbis hoc declaraſſet,nõ uideretur ſonare ad aliquã iniuriã uel maledictionem:ſed eſſent potius demõſtrationes gaudij de

dij de aliena infelicitate.& ſic pertinerent ad uitiū illud inuidiæ:quæ dupliciter conſideratur,uel contriſtādo de cōmodo alieno,uel gaudēdo de incōmodo.quod uitiū licet capitale ſit reſpectu animæ,ſi in eo quis doloſè perſeuerat:tamē quò ad pœnam temporalem,nō eſt dicendū idem eſſe.nam licet in manu & poteſtate ſuperioris ſit,ut à ſubditis timeatur metu pœnarū:nō æquè tamē in facultate eſt,ab omnibus ut ametur.iam deus ipſe ab inuitis amari nō uult:ſed milites ſibi uolūtarios eligit c.non eſt.xxv.q.5. hæc enim ſunt uerba formalia Aymo.Cra.in propoſito caſu cōſulē-

70 tis,in d.conſil.vj.nume.125.¶Imo licet tex.l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſta.innuere uideatur rectè nō intuēti,quòd cogitationis pœnā quis patitur in hoc crimine:id tamē receptum eſt procedere,quando ad aliquem actum proceſſum foret.at ſecus,ſi in meris finibus cogitationis ſteterit:ut elegauter tradit Accur.in d.loco,& ſequuntur ibi omnes ſcribentes.& Bal.in conſi.24.in 4.lib.& Bonifa.in tra.de cri.in titu. de ſedi.uerſi.ut dixi perueniēdo ad actum.& habetur per Boër.in trac. de ſedi.in 7.præmiſſo.nu.42.& hoc uoluit Barto.ſi rectè inſpiciatur,in extra.qui ſint rebe.in uerbo,machinantur.& latiſſimè ea pulchrè declarat id And. de Iſer.in c.1.§.ſi uoluerit.de capi. qui cur.uen.ubi ſingulariter dicit,quòd indiſtinctè nō punitur pœna aliqua cogitatio:& pari modo,ſi ipſa cogitatio ſit uerbis expreſſa.quia uerbum eſt ipſa cogitatio,& uox ſonus,& iudex cogitationis.citat Auguſtinum in tit. de percuſſore.non enim poſſet ſciri,quòd quis cogitauerit, niſi quia ipſe dixit: cum Deus ſit ſcrutator cordium. ſic dicit probari turpem cogitationem:quia ipſe hoc dixit. ff.ex qui.cau.in po.ea.l. Fulcinius.

71 ¶Ex quo ipſe infert,quòd licet qs dixerit ſe uelle occidere regem,ſi aliud non fecit,nec laborauit,ut faceret,non ex hoc punitur:niſi hoc dixiſſet cum pluribus,faciēdo coniurationem, & adhibendo ſocios.

72 ¶Minimè etiam dicatur,tale commiſſum eſſe delictum,ut pœna extraordinaria habeat locum,ex eo, quòd dicatur,quòd audiuit inquiſitus dici à quodā,quòd in aduentum hoſtium Cęſ.maieſtatis uellet impetrare officium magiſtri equitatus,& quòd hoc affectabat:& nō reuelari:quia ad id facilis eſt reſpōſio.nam dato,quòd hoc ſit uerum, nihilominus nullam pœnam ex hoc meretur: ut in terminis determinauit Iſer.in dicto ca.primo.ſecunda colum.ubi dicit,quòd ſi unus ſolus dixiſſet, quòd uellet accedere hoſtes,& non acceſſerit,nullā pœnam pati debet.ergo quantò magis in caſu propoſito,in quo non eſt dictū,ſe uelle accedere ad hoſtes: ſed in aduētum hoſtium uellet impetrare officium:hoc enim non ſonat in delictum:hoſtes enim poſſunt uenire cum gratia Cęſ.maieſt. & hæc coniectura ſumi debet.l.me-

73 rito.ff.pro ſoc.¶Præterea tunc demum non reuelans punitur ex ſola ſcientia,quando ſcit tractatū & coniurationem factā de interficiendo principē,uel de proditione

aliquius ciuitatis,terræ,uel caſtri,&
nō reuelat:ut dicta l.quiſquis.in fi.
C.ad l.Iul.maieſta.& ita in iſto caſu
debet intelligi ille text. ut dicunt
omnes docto.ſecundum Angel.de
Are.in lib.maleſi.in uerbo,che hai
tradita la tua patria.& Mar.in ſing.
164.& in l.utrū.ff.de parr.& expreſ-
ſe text.hoc dicit,ibi.initę factionis.
74 ¶Prætereà dato,quòd fuiſſet tra-
ctatum, nihilominus nō reuelans,
non punitur,ex quo nō poterat id
probare:ut plenè per Ang.de Are.
in d.ſuo tra.in d.uerbo.che hai tra-
75 dita la tua patria.¶Nec etiam ob-
ſtare uidebitū, quòd inquiſitus ipſe
ſcripſerat noua mala,& non bona.
quia ex hoc nullum delictum oriri
poteſt,quando id dolo malo actū
non fuit,uel ex eo nullū præiudiciū
ortum fuit regiæ maieſtati: ut eſt
text.in indiuiduo.& ibi not.Alex.in
l.j.ff.de eo per quem factū eo.quo.
quis in iu.ſi.hic autem nullum prę-
iudiciū ortum fuit:ergo,&c.& tātò
magis omnia corruunt, quantò ue
rius ſit,quòd erat & eſt inimicitia
capitalis inter hoſtes Cęſ.Maieſta-
tis, & hunc inquiſitum: quo caſu
omnia ceſsāt.& ita ſentio iuris eſſe
ego Petrus Follerius.

De prohibita portatione armorum.

76 ¶De iure etiam cōmuni armorū
delatio prohibita reperitur.l.j.ff.de
ui publica.licet quibuſdam nobili-
bus permittatur.l.fi.C. de præ.ſac.
cu.tamē de iure regni noua pœna
deferentes arma plectuntur, quæ
non erat de iure cōi.nam ſi comes
fuerit delator,quinque uncias per-
ſoluet:ſi Baro,quatuor:ſi miles ſim
plex,tres:ſi burgenſis,duas:ſi ruſti-
cus,unam.& non potens talē per-
ſoluere pœnam,publicis ad tēpus
operibus deputabitur:ut dictat cō-
ſtit.regni.intentionis noſtræ.quod
confirmatū fuit.per c.regni inci.ut
77 inter ſubiectos noſtros.¶ Et plus
additur ibi,quòd habentes poteſta
tem deferendi arma, non poſſunt
deferre in propria patria, etiamſi
fuerint domeſtici,cōmenſales, aut
familiares regis:& contrà facientes
ultra pœnā prædictam, puniuntur
de præſumpto temeritatis exceſſu.
78 ¶Et ex hoc quidam aliàs dicebāt,
quòd licet pœna ſit pecuniaria pro
delatione armorum:tamē quia per
capitulum regni datur poteſtas pu-
niendi nedum pecunialiter, ſecun-
dum formam conſti.regni:ſed ulte
rius poteſt puniri de pręſumpto te-
meritatis exceſſu.ſecundum teno-
rem d.c.ut inter ſubiectos. quòd
non habet locum oblatio fideiuſſo
rum,ſecūdum formā traditam per
79 conſti.humanitate.¶Cuius cōtra-
rium ego teneo,quia ubi certa pœ-
na non eſt determinatè poſita in
ſtatuto,illa eſt arbitraria ſeu extra-
ordinaria. l.j. §. expilatores. & ibi
Bart.ff.de effra.& expi.l.ſanctio.de
pœn.quæ non debet excedere rele
gationē.d.§.expilatores.ſed in re-
gno non proceditur ad torturam:
niſi ubi uenit imponenda pœna ul-
tra relegationem.per c.tormenta.
& ubi non habet locū tortura, non
habet locum carceratio, ut ſæpius
dixi:ergo oblata fideiuſſoria cau-
tione pro armorum delatiōe, quis
80 liberari debet.¶ Caſtellani autem
eorumq́, ſeruitores, poſſunt extra
caſtrū deferre arma, donec fuerint

in aliquo ſeruitio curiæ,& non aliter:ut in conſti.regni incip.caſtellanis.concordat c.incip. caſtellanos.

81 ¶ Et non ſolum dicta pœna plectuntur pro portatione armorũ illi, qui ſunt de regno : ſed etiã illi qui ſunt extranei,quando regnum intrauerint:ut habetur in conſti.inci.

82 homines.¶ Et ſimili pœna plectuntur portantes cultellos feritorios, eos uidelicet qui ad aliũ effectum, quàm ad offendendum, non portantur.per c.regni inci.plectantur.

De extrahentibus contra aliquem arma.

83 ¶ Si quis animo occidẽdi aliquem, extraxerit arma,licet mors non ſequatur,pœna,quę cõtra ueros homicidas deberet imponi,eo caſu de iure communi imponebatur.l.j.§. diuus.ff.de ſicar.hodie autem in regno humanitate conſti.regni inci. aſperitatem.hoc innouatum eſt,ut ſi nec uulnus nec mors ſequatur, ſed ſola extractio armorum facta fuerit,licet animo occidẽdi, pœna duplicata portationis armorum locum habeat:ut ibi.

De uulnerantibus aliquem.

84 ¶ Et ſi uulnus,& non mortis periculum,quis paſſus fuerit,pœna manus,qua percuſsit, percutienti imponi debet:ut habetur in conſti.re-

85 gni.ſi quis aliquem.¶ Et eſt notandum ad practicã,quòd in articulis & querela poni debet,qua manu facta ſit percuſsio.iuxta practicã traditã per Luc.Pen.in l.pe.C.de ero. mi.anno.lib.xij.quod eſt notandũ.

86 ¶ Eſt tamen bene uerum, quòd ſi percutiens eſt homo bonæ uitæ, conditionis,& famæ,& non eſt ſequuta mutilatio mẽbri,poteſt pœna commutari in pecuniariam.per c.regni incip.ad peruerſorum refrę nandam audaciam.& eſt notandũ pro intellectu illius c.ad peruerſorum.quòd licet ibi dicatur:ſi iudici uidebitur.& ſic uideatur arbitrariũ, an admittatur commutatio pœnæ, an non:tamẽ dico,quòd de neceſſitate tenetur id iudex facere.quia uerbũ,uidetur,importat arbitrium boni uiri.ſecundum Dec.in cõſi.13. ulti.col.lib.3. & Areti. in conſil.94. pri.lib.adeò,ut ſi non faciat , quod conuenit bono uiro,poſsit appellari.quia uidetur grauare partẽ. Feli. in c.exceptiones.2. col.uerſic.quod intellige.de excep.& quãdo aliquid cõmittitur,uidetur committi æquitas.Bald.in l.ædem .C.loca.2.col.& bonus uir dicitur,qui in cauſa aliena facit,quod in ſua faceret,& fieri uellet.ſecundũ Bal.in l.j.C.de ſolu. imò rex in proœ.d.c.reſpuit aſperitatem, rigorem,& atrocitatẽ:ibi. eò,quia pariter bonos & malos puniebat.ideo in homine bonæ famę æquitas ſeruari debet.& ſic tenetur ipſum admittere ad pœnam pecuniariam:imò poſſet dici,ꝙ ex quo rex prius decidit caſum in homine non malæ conditionis & famæ, ibi admittatur ad compoſitionem:illa uerba.ſi iudici uiſum fuerit,referuntur ad pręcedentia,ſcilicet nõ malæ conditionis & famæ.hoc eſt dicere:ſi iudici uiſum fuerit,quòd nõ ſit malæ conditionis & famæ, admittatur:& intelligendo , ut ſuprà dixi,quòd tenetur admittere,cum

ſit ſuo arbitrio commiſſum, teneatur facere, quod uiro bono conuenit: ut tenet Abb. in c.j. nu.7. de dila. ubi dicit, quòd ſi non facit, quod bonus uir faceret, poteſt appellari: & iudex ad quem, debet arbitrari. ſecundum Dec. in l. ſi fugitiui. v. col. C. de ſer. fugi. & in arbitrariis iudex debet inclinare in mitiorẽ partem pro reo. ſecundum Alex. in conſi. v. lib. j. in fi. & conſi. cxj. pe. col. eo. lib. intellige tamen ſecundum Afflict. quòd præcedat partis remiſsio: & ſi non pręcedit partis remiſsio, poteſt iudex per ſententiam condemnare ad pœnam pecuniariam: ut ibi

87 dicit Afflict. ¶ Et ſi uulnus factum ſit ronca, accepta mannaria, uel cultello feritorio, eadẽ pœna habeat locum, ac ſi enſe factũ eſſet: ut per c. regni incip. qui cum ronca ferrea.

De homicidis.

88 ¶ Homicidæ iure antiquo & communi interdum ad mortem, interdum ad deportationem puniebantur. l. iij. §. pe. ff. de ſicar. hodie uerò indifferenter ad mortẽ naturalem condemnantur. ut habetur in cõſti. terminum uitæ. exceptis aliquibus caſibus: ut in eo, qui occidit ad neceſſariam defenſionem: uel furem nocturnum cum clamore, quem comprehendere nõ poterat. infantes etiam, & furioſi minimè comprehenduntur: in quibus exceptis caſibus conſti. illa ius cõmune continere conſtat: ut ibi dicit gloſſ.

89 ¶ Et ſi quis de alto ſe præcipitauerit, aliumque occiderit, pœna capitali plectetur: ut in cõſt. qui de alto. ſed per conſti. pœnam præcedenti. eſt hoc correctum: & ſtatutum eſt, quòd ſi hoc eſt factum in loco habitabili, per annũ carceribus mancipari debet: ſi uerò in campeſtribus contigerit, ipſo iurante, quòd tranſeuntem non uiderit, quando ſe præcipitem dedit, uel ramũ proiecit, abſoluitur. & ſi ex prædictis percuſſus minimè moriatur, omnes medicorum & aliæ impenſæ debẽt refici. & ſumitur illa conſtitu. ex l. ſi putator. ff. ad legem Aquil.

De defenſis.

90 ¶ Non ualentes propter aduerſariorum potentiam ſeipſos defendere, ſub inuocatione nominis domini regis requirere eos, qui offendere cupiunt, ut non audeant eos in rebus uel perſonis eorum uel ſuorum offendere, poſſunt. & hoc etiã poſſunt facere uaſalli aduerſus ſuos dominos, cum per eos offendi timent: qui domini ſi ſpreta defenſa in rebus eos ſic inuocantes offenderint, reſtitutis rebus, quas acceperint, tantundem fiſco perſoluãt. & ſi uaſalli iniuſtẽ defenſam impoſuerint, tunc perdent id, quod petebant, & aliud tantundem fiſco perſoluere debent. & pro illis defenſis à uaſallis dominis factis ſuper mobilibus, ciuiliter & non criminaliter agitur. & erũt iudices cõpetẽtes iuſticiarij regionũ. & ſi uaſallus unius domini contra alium uaſallum alterius domini defenſam impoſuerit, de pœna, quæ debetur regię curiæ, dominus illorum habebit illã partem, quam haberet pro illo delicto ſi non eſſet impoſita defenſa: & reliquũ erit regiæ curię. ſi uerò ſpreta defenſa

defenſa per dominos in perſonam uaſallorum uiolentia inferatur, ius commune ſeruabitur inter eos:ut dictat conſti.regni.iuriſgentium.& non ſolum priuati talem defenſam imponere poſſunt:ſed etiam officiales, cùm uiderint aliquam rixam præparari.& de ſpreta defenſa erit iudex competens iuſtitiarius regionum:& hoc uoluit conſtit.fidelium noſtrorum.& ſi quis conuictus fuerit per tres teſtes fide dignos, quòd ſpreuerit defenſam:ſi uiolentia fuerit cum armis commiſſa, punitur in tertia parte omniũ ſuorum bonorum:ſi uerò ſine armis, in quarta parte omnium bonorum. & non poteſt probare negatiuã coarctatã loco & tẽpore aduerſus tres teſtes omni exceptione maiores, probantes ſpretam defenſam:bene tamen perſonæ illorũ teſtium poſſunt reprobari in termino reprobatorio: & accuſatus de ſpreta defenſa poterit opponere, ꝙ aliàs de hoc fuit accuſatus & abſolutus:& ſic obſtabit exceptio rei iudicatæ. poteſt etiam facere alias defenſiones, ut de his omnibus habetur in conſti. ſi quis in poſterum.& ſi iniuſta fuerit defenſa,& ob id nõ fuerit ei obtemperatum, non punitur cõtemptor, nec imponens:ſed ſi fuerit ei obtemperatum, licet eſſet iniuſta, punitur imponẽs ad eam pœnam, qua puniretur contemptor, ſi iuſta foret:ut habetur in conſti.defenſas.& omnes dictæ conſtit.continent ius nouum.

De raptu & uiolentia monialibus illata.

91 ¶De iure communi raptores uirginum honeſtarumq; mulierum,& monialium, pœna mortis puniebãtur.l.raptores.C.de epiſ.& cleri.& l.j.C.de rap.uirg.quod quidem per ius regni approbatur:ut in conſti.ſi quis rapere.& cõſti.capitalẽ pœnã.

De uiolentia meretricibus illata.

92 ¶Licet de iure communi ſit impunibilis uiolentia meretricibus illata.l.uerum.in fi.ff.de fur.l.itẽ apud Labeonem.§.ſi quis uirgines.ff.de iniur.tamen iure regni ultimo ſupplicio talia perpetrantes plectuntur:dummodò ſint cõuicti & confeſſi:& meretrices intra octo dies clamorem emiſerint de ipſa uiolentia:aliàs eis non uidetur illata: niſi probetur, quòd per illos octo dies fuerunt detẽtæ:ut habetur in conſtitu.omnes noſtri.

De probationibus.

93 ¶Olim aſſerentibus mulieribus ſibi eſſe uiolentiam illatam, ſi non erant probationes de dicta uiolentia, poterat indici duellum: quod quidem per conſtitutio.in quæſtionibus uiolentiarum remouetur.& in hoc concordat l.negantes.c.de actio.& obligatio.& datur modus probandi dictam uiolentiam per dictam cõſtitutionem:ut probetur uel per confeſsionem uiolenti, uel per teſtes de uiſu.ſed ſi hæ probationes non fuerint, ſed ſint tantum indicia:uerbi gratia, quòd probatur, quòd mulier, uel alius pro ea, nuntiauit illi, qui dicitur intuliſſe uiolentiam, tribus uicibus, ꝙ abſtineat & deſiſtat à ſigni.& acti.tẽtantibus eius pudicitiã:uel fuerit facta fides, ꝙ mulier acclamauerit uociferando

rando auxilium : quando aſſeritur, quòd fuit ei uis illata : uel fuerit facta fides, quòd ille, qui dicitur uim intuliſſe fuit inuẽtus in domo mulieris: uel uiſus fuit fugere ab ea, uel prope eius domũ: uel fuit uiſus colluctari cum ea: uel alia indicia probentur, ſecundum terminos cõſtit. prædictæ. tunc uerò iudex compilato proceſſu, debet regem conſultare: & interim nõ poteſt abſoluere, nec cõdemnare, & aliàs in ciuitate Salerni tempore aſſeſſoratus magnifici Laurentij de Licto optimi doctoris, & etiam quando ego eram auditor, euenit de facto talis caſus: & dictus magnificus Laurentius uoluit conſultare magnam curiã uicariã, & omnes iudices dictæ magnæ curię mirabãtur, dicentes, quòd receſsit ab aula illa conſtitutio, quò ad talem conſultationem: ſi modò conſuetudo contra conſtitutiões allegari licet: & per dictam conſtit. corrigitur auth. ſiquis ei. C. de adulter. ubi poſt tres denunciationes tradebatur denunciatus iudici puniendus.

94 ¶ Terminus autem ad probãdum debet eſſe condecens iuxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam: & niſi intra terminum ſaltem ſint examinati duo teſtes, de cętero nõ recipientur: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ, incipiens, In primis detur terminus. qui loquitur in ciuili & criminali: ſed non ſeruatur, quia datur etiam terminus ad uberius ſe defendendum: & ſemper recipiuntur teſtes. ſecundum practicam per me ſuprà traditam, in uerbo, detur terminus.

De teſtibus.

95 ¶ Et audiẽtia teſtium non committitur in criminalib*: niſi teſtes adeò ſenes & ualetudinarij ſint, ut ſine ſuo periculo in curia præſentare ſe nequeant: quo caſu audientia committitur: & poſt commiſsionem nõ auditur pars aduerſa, ſi uoluit probare, quòd teſtes ad curiam uenire poterat, & ſi examinator fuerit negligẽs, cùm teſtes uenire nequiuerint, punietur: ut habetur in conſtit. incip. in pecuniariis.

96 ¶ Item ſi teſtibus citatis & condemnatis (quia fortè ad ſe examinandum ad inſtantiam accuſatoris uel fiſci noluerint uenire) non ex hoc debet retardari expeditio cauſæ inquiſiti: ſed debet ad ulteriora procedi, ad liberationem uel cõdemnationem: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip. item ſeruat ipſa curia, quòd citatis teſtibus. quod eſt notandũ ad practicam hodiernã, qua utũtur nonnulli proterui iudices dicẽtes, quòd curia ſtat in ſe informando, & nunquam uolunt prouideri. adde hic c. expeditũ per Cæſa. maieſtã. ſub die 12. menſis Martij. 1550. ſub data: Bruxellis, ad inſtãtiam magnificæ ciuitatis Neapolis: quo cauetur, quòd intra quindecim dies ad ſummum poſt capturam alicuius, debẽt dari defenſiones: & dictũ ca. eſt impreſſum cum aliis gratiis tunc conceſſis dictæ ciuitati Neapolis.

97 ¶ Item ſi contigerit fieri nominationem teſtium extra regnum, debet dari dilatio condecens ſecundum diſtantiam locorum: ſed tunc debẽt nominari in ſpecie teſtes per nomen & cognomen: debetq; fieri

depoſi

depoſitum pecuniæ neceſſariæ pro examinatione dictorum teſtium:& nihilominus pars faciens dictã nominationem, debet iurare, ꝙ non petit dictam dilationẽ animo diffe rendi & calumniãdi:& ſi poſtea nõ uſus fuerit dicta dilatione in non examinando teſtes,ipſo facto incidit in pœnam quinquaginta florenorũ: & nihilominus tenetur parti ad ſolutionem expenſarum: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip item niſi eſſent teſtes extra regnum.eſt tamẽ bene uerum, quòd regia prag.incip.poſt prædictas reſponſiones, imponit pœnam duarum unciarum facienti nominationem in locis diſtãtibus,& nõ utenti,nec poſtea examinati in dictis locis.& alia prag.ſequẽs,quæ incipit, ſiquis petierit dilationem.imponit pœnã unius unciæ.& tamen Afflic. in conſti.cauſas alias,in vj.nota.dicit, quòd hic ritus eſt in uiridi obſeruantia. & etiam refert Moder. Neap.in dicta prag.ſiquis petierit.

98 ¶ Item eſt notandum,quòd audientia teſtium reprobandorum non committitur extra curiam:ut cauetur in ritu magnæ curiæ uicariæ incip.Item curia ipſa non committit.

99 ¶ Item ulteriùs ſciendum eſt,quòd ſi citatur quis ad uidẽdũ iuramenta teſtium,ſi eſt abſens,poteſt comparere excuſator, & ipſum excuſare:ut eſt ritus magnæ curiæ uicariæ incip.Item fuit quæſitum.& nota ꝙ audiẽtia teſtium ſenum & ualetudinariorum cõmittitur in criminalibus, etiam ſecundum formã ritus magnæ curiæ uicariæ:ut habetur in ritu inci.Itẽ ſeruat ipſa curia alicui.

100 ¶ Item eſt notandum, quòd licet audientia teſtium nõ committatur in criminalibus,niſi prout ſuprà dictum eſt: tamen actuariis curiæ & aliis literatis committitur examen & audientia,ut in ipſa curia examinẽtur teſtes, & tũc uidẽtur examinati per ipſam curiam:ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incip.item ſeruat ipſa curia, ꝙ quãuis regulariter.

101 ¶ Et ex dicto ritu infero, ꝙ licet teſtes non faciant indicium ad torturã,niſi examinẽtur coram iudice,ut dixi in uerbo,repetãtur teſtes:tamen ſi ſunt examinati in curia per actuarium de commiſsione iudicis,idem erit,acſi examinati eſſent per ipſum iudicem:& hoc probat ipſe ritus.

102 ¶ Itẽ in illo ritu probatur, quòd examinator nihil debet habere, quando examinantur teſtes ad inſtãtiam fiſci in proceſſu extraordinario: ut quando proceditur per inquiſitionem:ſed ſolummodò debet fieri ſolutio iurium competẽtiũ ipſi examinatori,quãdo examinantur teſtes ad inſtantiã partis,quę defertur,quæ notes pro magnificis auditoribus regiæ prouinciæ,ut non debeant habere caualcatam, quando uadunt ad examinandos teſtes ex officio ad inſtantiam fiſci:ſed bene quãdo proceditur ad querelam,& querulator reqrit ipſos magnificos auditores.

De non ſuccurrentibus mulieri clamanti,& uiolentiam patienti.

103 Mulieribus uiolentiã patientibus, & ob id adiutorium clamantibus, audientes uelociter occurrere debent:quod ſi non fecerint,quatuor auguſtales in pœnam tam nociuæ

deſidiæ perſoluere debēt.excuſantur tamen iuſto & rationabili impedimēto irretiti: ut cauetur in regni conſtitu.incip.quicunq; mulierem. & continet hæc conſti.ius nouum. nā de iure ciuili non teneor defendere alium,niſi mihi præſit ratione dominicæ uel patriæ poteſtatis.l. culpa caret.ff.de regu.iur.& habetur per gloſ.& And.de Iſer.in dicta conſtitu.

De calumniatoribus.

104 ¶ Si mulieres conuictę fuerint,ſe iniuſtè de uiolentia querimoniam dediſſe,capitali ſentētia feriuntur: ſicut puniri deberēt uiolentiam inferentes,ſi modò uere uiolentiam intuliſſent:ut habetur in conſti.peſſimam.quæ in hoc continet ius cōmune,quo ſimilitudine ſupplicij calumniantes plectūtur.l.fi.C.de ac-
105 cuſa.¶ Et ſi mulieres,quæ condēnari deberent ad mortem, eſſent prægnantes, differtur condēnatio uſque ad quadraginta dies:ut d.cōſtitutio.quę cōcordat cum iure cōmuni: uidelicet l.prægnantis.ff.de
106 pœn.¶ Et licet iure antiquo accuſatores tenebātur ſe ad pœnam talionis inſcribere.c.ſuper his.de accuſa.& c.tuæ.de procura.tamen hodie non tenētur,niſi ſe obligare ad pœnam de probando:nec aliter ad querelandum admittuntur:ut habetur in cōſtitutio.pœnam calumnię. quod confirmatur per ritū magnæ curię uicarię incip.item quòd curię ipſæ.& in alio ritu incip.item curia
107 ipſa cognoſcit. ¶ Et licet accuſator non probet,non propterea dicitur calūniatus eſſe:ſed tunc dicetur calumniare, quando apparet, quòd ſit in euidente calumnia: uel fuerit temerarius accuſator. & in hoc eſt correctum ius commune, quia illo iure non probans accuſationem,calumniator præſumitur.l. ſ.C.de aduo.d.iu.& l.fi.C.d calum. & per ius regni,ut ſuprà,non punitur quis de calumnia, niſi quando probatur, quòd eſt in euidenti ca-
108 lumnia. ¶ Et ſi probaretur quem eſſe in euidenti calumnia, & iudex eū non puniret,pœna infamiæ ipſe puniretur,& duarum librarum auri puriſsimi:ut in c.regis Ruberti incip. accuſatorum temeritas.item tenetur iudex condēnare uictum uictori ad expenſas,ut in conſtitu.diuo-
109 rum noſtrorum. ¶ Hodie autē obſoleuit illa obligatio de probando, ſed ſimpliciter recipiuntur accuſationes.

De uiolentijs circa poßeßiones.

110 ¶ Iure communi illud receptū eſt, ut ſiquis per uiolētiam aliquem re ſua īmobili exuerit,teneatur ipſam poſſeſsionē reſtituere, dominiūq; illius procedat: & ſi nullum habebat dominiū in ea re(quia res illa non erat ſua) tenetur pro illa uiolentia æſtimationem totius rei illius in dominio & poſſeſsiōes ſoluere.l.ſi quis in tantam.C.unde ui. & l.extat.ff.quòd me.cau.ius uerò Longobardicum diſponebat,quòd ſi ille,qui dicebat ſe uiolēter exutum poſſeſsione rei immobilis,nō poterat rei prædictæ dominiū probare, eo caſu ſpolians puniebatur ſolùm pœna ſex ſolidorū:in regno uerò utroque iure ceſſante per cōſtitu.uiolentias . ſpolians aliquem poſſeſſo-

poſſeſſorem rei immobilis, tenetur poſſeſsionem ipſam reſtituere, unà cum fructibus obuentionibúsue: & pro pœna uiolentiæ commiſſæ tenetur ſoluere medietatem æſtimationis ipſius rei, in qua uiolẽtia eſt commiſſa. raptor uerò bonorũ mobilium, punitur pœna quadrupli cõputata rei æſtimatione, & hoc etiã erat de iure communi: ut inſtitu. ui.

111 bo. rap. in prin. ¶ Et cõtra tales ſpoliatores forma procedendi datur per c. regni inci. ſubditorũ noſtrorum. quo cauetur, quòd ille, qui denuntiare de uiolentia uoluerit, debet iurare, & ſi poterit, præſtare fideiuſſoriam cautionem de ſtando iuri in eo foro tam de poſſeſsione, quàm de proprietate eius rei, cuius poſſeſsione dixerit ſe exutum: ac parere ſuper eo curiæ mãdatis: demum recepto ab eo iuramento de ueritate dicenda, interrogetur & examinetur ut principalis ſuper infrà ſcriptis: in primis, quo tempore ipſe adeptus fuerit poſſeſsionem illius rei: qualiter ipſam tẽpore uiolẽtiæ poſsidebat: per quem & quorũ auxilio uel fauore ſit ſpoliatus: quibus præſentibus: ubi, quando: qualiter, qua occaſione uel cauſa: & utrum cum armis, an ſine armis fuerit depulſus. tum examinantur illi, quibus præſentibus fuit uis cõmiſſa: uel alij, quos produxerit deferens. poſtremò examinatur principalis querulatus ſuper prædictis omnibus. debet tamen ipſe querulatus factis prędictis liberari ſub fideiuſſoria cautione, & pręſtare debet eam fideiuſsionem, quam præſtitit ipſe querulator: & ſi noluerit uel non potuerit præſtare dictam fideiuſsionẽ, & de ſpolio adeſt aliqua præſumptio, detinebitur in carcere, donec pręſtet eam, uel feratur ſentẽtia. demum procedatur ad receptionem teſtium, quos produxerit ipſe querulat⁹: & ſi fortè querulatus ipſe confeſſus fuerit uel cõuictus de ſpolio prędicto, debet cõdemnari ad reſtituẽdam poſſeſsionem querulanti, uti poſsidebat tẽpore ſpolij: & ad ſatisfaciendum de dãnis, expenſis, & intereſſe: necnõ ad pœnam ordinatam, ut ſuprà, per regni cõſtitutionem, aut maiorem reſeruatam in arbitrio regis.

112 ¶ Et compellitur prædicta facere non obſtante appellatione, & ſtatim ac cõuictus aut confeſſus quis fuerit, debet notificari regi: ad hoc, ut poſsit deliberare, num maior pœna ſit imponenda, & à principio cauſæ debet mandari utrique parti, ne lite pendẽte quid innouent, nec inuicem ſe offendant: & ſi contra fecerint, pœnam irremiſsibiliter ſoluant: & ſi aliqua partium dictæ pœnæ non obtemperauerit, uaſſalli, ſi quos habuerit, ei non teneantur ne obtemperare quidem: quòd ſi fecerint contrariũ, punientur, & poterit iudex partem nolentem dictæ pœnæ obtemperare, reputare contumacem, & carcerare: nec poterit eã liberare inconſulto rege. demum ſuperuenit ca. de uiolentiis illatis. quo cauetur, quòd ſi cauſa ſpolij ordinariè proponatur coram iudice competenti, debet procedi ſummariè ſine libello, litis conteſtatione, ſtrepitu & figura iudicij: & poteſt procedi ad

ad inſtantiam partis, & ex officio: & debet ſequi reſtitutio poſſeſsionis prædicto modo ſummariè: ſed quò ad pœnam, ad quam uenit cõdemnandus querulatus, debet agi & procedi iudiciario ordine: & ſic quò ad damna & expẽſas: niſi fuerit proceſſum per uiam inquiſitiõis generalis uel ſpecialis, & legitimè
113 conſtiterit de uiolentia. ¶ Et quando iudex procedit ad inſtantiã pauperis & miſerabilis perſonæ, debet in principio proceſſus determinare illum eſſe pauperem: & ſic, ut uides ca. ſubiectorum. de quo ſuprà, corrigitur per d.c. de uiolentiis. ſecundũ Barth. de Capu. in dictis capitulis. nam reſtitutio poſſeſsionis tantùm fit ſummariè: & quò ad pœnam & dãna agitur ordinariè: licet Ioan. Criſpan. in d. ca. de uiolentiis. dicat, quòd c. ſubiectorum. intelligitur, quãdo proceditur ad inſtantiam partis, & c. de uiolẽtiis. quando proceditur ex officio: & ſic non corrigatur. & d.c. de uiolentiis. allegat Afflict. in conſtit. pacis cultum. col. 17. & inquantũ per c. regni ſubditorum. ordinetur non appellari à ſententia poſſeſſorij, concordat cũ l. j. C. de mome. po. ſecũdum Barth. de Cap. in d.c.

De committentibus uiolentiam in perſonis.

114 ¶ Capientes per uim aliquem de perſona, & eum arreſtantes uel detinentes, pœna capitali feriũtur: ut habetur in ca. incip. contra effrẽnatas. de iure uerò communi, ſiquis perſonam liberã propria authoritate præſumpſerit retinere, aut rem locare uel pignorare, perdit debitum, & pœnis corporalibus ſubdi debet: ut in authẽ. ut nu. iu. §. quia uerò. de quo per Afflic. in conſtitu.
115 duram & diram. tertia. colũ. ¶ Et in d.c. contra effrẽnatas. dicit unũ mirabile Petr. de Mon. for. quòd quis non poteſt propria authoritate capere bona ſui debitoris, etiam ex pacto: niſi ſit renuntiatũ dicto capitulo: ſed contrarium ubiq; ſerua-
116 tur. ¶ Eſt etiã aliud c. incip. amplius nulli. quo cautum eſt, quòd nõ poteſt quis propria authoritate quẽ capere, niſi ubi magiſtratus abeſſet, & in criminibus publicis: & tũc ſi quis aliquem ceperit, non poteſt retinere ultra duos dies: & contrà faciens in pœnam priuati carceris incurrit: & prædicta procedũt etiã in domino capiente uaſſallũ: quod confirmatur per cap. incip. ꝙ nulli aliquos. & de hoc eſt aliud c. incip. terrerij.

De maleficijs clandeſtinis puniendis.

117 ¶ Statutum iure communi reperitur, ut pœna ſuos authores teneat. l. ſancimus. C. de pœn. at iure regni eius cõtrarium receptum eſt. nam ſi malefactores inueniri minimè poterunt, uniuerſitates in quarum territorio factum eſt maleficiũ, tenentur: ut habetur in conſtit. ſuper inciſionibus. ſed ſi malefactores inueniantur ipſi, ultimo ſupplicio puniuntur. & intelligitur illa conſtitutio in omnibus maleficiis: & in quolibet genere maleficij, in quo quis damnum rei familiaris proſequitur. ſecundũ And. de Iſer. ibi. ſuperuenit demum c. regni incip. itẽ ſtatuimus, quòd uniuerſitas locorum

rum.quo cauetur,quòd uniuerſitates nõ tenentur ad emendationem furtorum,quæ per ſpeciales perſonas fiunt.eſt aliud c.incip.clandeſtinis,quo datur modus procedendi contra eos,cõtra quos apparuerint indicia,quòd ipſi fecerint damna illa:de quo c.infrà de homicidiis clãdeſtinis,dicemus.extat etiã aliud c.incipiẽ.uniuerſis præſentis.quo cauetur,quòd uniuerſitates tenẽtur de diſrobationibus & deprædationibus cõmiſsis in territoriis locorum ipſarũ uniuerſitatũ,ſi non capiant ipſos malefactores,& ducant illos præſidi puniendos ad emendationem damni:& per c.frequẽs & ineffrẹnata.ſtatuitur,ut uniuerſitates teneantur ad emendam damnorum clandeſtinorum,ſi non manifeſtauerint malefactores.& in hoc uideatur Grammat.deciſio.47.ubi tenet fuiſſe deciſum,quòd uniuerſitas tenetur tantũ ad emẽdam damnorum,& nõ ad aliquam pœnam curiæ.bene tamen uerum eſt,quod Afflict.in conſtitu.ſuper inciſionibus.in iiij.not.refert,quòd extat unum c.regis Caroli,quod incipit.ſtatuit dominus rex.quo dicit caueri,quòd uniuerſitas nedũ debet cõdemnari ad emendationem damni pro damno clandeſtino,ſed debet condẽnari ad tantundem re-
118 giæ curiæ.¶Et forma procedendi in talibus erit,ut primò fiat inquiſitio generalis contra malefactores:qua facta ſi nõ reperiuntur malefactores:neq; ſint indicia ſufficiẽtia,per quę poſsit perueniri ad torturam,tunc poteſt procedi contra uniuerſitatẽ illius loci,ut reſarciat damnũ:& ſi nolit fortè,ſeruato iuris ordine cõdemnabitur.& ita dicit practicandum eſſe Afflict.in dicta conſtitu.ſuper inciſionibus.in iiij.not.

De homicidijs clandeſtinis.

119 ¶Et ſi contigerit committi homicidium in perſonam alicuius in aliquo territorio,& neſcitur à quo debeat fieri inquiſitio generalis cõtra homicidam:ſi forte reperietur,punietur:ſin autem indicia apparebunt,& perſona erit leuis procedetur ad tormẽta:& ſi confiteatur,punietur ultimo ſupplicio:ſi uerò nõ reperiatur occiſor,nec appareant indicia,tenetur uniuerſitas illius loci:ut ſi erit Chriſtianus occiſus,teneatur uniuerſitas ad pœnam centum auguſtalium:ſi uerò Sarracenus,teneatur ad pœnam quinquaginta.hoc eſt,quod uoluit conſtit.incip.ſi damna clandeſtina.& continet ius nouum.denum ſuperuenit c.regis Caroli primi.incip.clandeſtinis maleficiis.quo prouidet,ut dicta cõſtitutio:præterquàm in eo,quod ſtatuit,quòd ſi locus,ubi repertus eſt occiſus,ſit uniuerſitas,mille focula riorum uel ultrà,debet mulctari in unciis cẽtum:ſi uerò ſit quingentorum foculariorũ uel ultra uſq; ad mille,mulctetur in unciis quinquaginta:ſi uerò ſit infrà quinquaginta focularia,mulctetur in unciis uigintiquinque.ſuperuenit etiam aliud c.incip.quòd ſi fortè.quo ſtatuitur,quòd officialis regis debet notificare regiæ curiæ inquiſitionẽ,quam fecit ſuper ipſo homicidio clandeſtino cum nomine inculpati & teſtium deponentiũ

de neri

de ueritate, uel ſuper argumentis uel indiciis,& interim non procedat ad exactionem pœnæ.item notificet nomen & cognomen occiſi: & unde fit:& fines territorij,ubi reperitur occiſus:ut dicitur in c.eiuſdem regis incip.uolentes,ꝙ quando.item ſtatuitur per eundem regẽ in ca.incip.pridem mandatum noſtrum.quòd ſi non reperiatur ille, qui poſuit ignem in reſtuchiis ante feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ,& propterea ſequatur damnũ, uniuerſitas tenetur ad emendã dãni.& idem dicitur in alio c.incipiẽ. nuper apud Tranum.item ſtatuitur per eundẽ regem Carolum,quòd pro maleficio clandeſtino ſeruetur conſtitutio.ſuper inciſionibus.corrigendo c.clãdeſtinis maleficiis.ut habetur in c.incip.ſtatuimus,quòd conſtitutio quondam Federici. & iſtud ultimum c.regis Caroli primi mandatur ſeruari per regem Carolum ſecundũ, in c.inci.conſtitutionem domini patris noſtri.ut tunc uniuerſitas mulctetur in auguſtalibus centum pro maleficio clandeſtino Chriſtiani occiſi,quãdo uniuerſitas habet focularia mille uel plura:ſi minus uſq; ad centũ quinquaginta, mulctetur in auguſtalibus quinquaginta:ſi uerò ſit focularium quinquaginta,in auguſtalibus duodecim: ſi uerò ſit Iudæus uel Sarracenus, ſeruetur cõſtitutio regis Caroli primi,incip.clandeſtinis maleficiis.item ſimiliter fuit ſtatutum per regẽ Robertum:ut in c. incip.uniuerſis præſentis edicti ſeriem.ut ſeruentur conſti.& capitula regni ſuper homicidiis clandeſtinis.& iubet ad beneplacitum dicti regis,quòd uniuerſitates locorum debeant capere ipſos malefactores,aliàs teneãtur ad emẽdã damna paſsis.item per eundẽ regẽ Robertum fuit prouiſum in c.incip.incumbit nobis nõ minus,quòd uniuerſitates locorum, ubi commiſſa ſunt maleficia,debeãt capere ipſos malefactores,& ducere ad iuſtitiarios prouinciæ:aliàs ipſa uniuerſitas teneatur ad emendationẽ damna paſsis. in uniuerſitatibus regis & reginæ duciſſæ Calabriæ debet ſeruari prima ordinatio: & ſi uniuerſitas fuerit baronis pro medietate damna paſsis ſoluãt barones, & pro medietate ipſa uniuerſitas. & ad excuſandas uniuerſitates & barones terrarum demanij regis,& reginæ duciſſæ Calabriæ ab emendatione damni,ſufficit,ſi probetur per unum teſtẽ & famam publicam cõtra aliquam perſonã,quæ commiſit tale delictũ itẽ prouiſum fuit per c.Papæ Honorij,quòd in pœna contra uniuerſitates pro Chriſtiano,uel Iudæo clandeſtinè occiſo,debet ſeruari cõſtitutio.ſi damna clandeſtina.in locis populoſis: & non augmentũ pœnæ impoſitæ per regẽ Carolum primũ:& incipit illud c.Papæ Honorij.in homicidiis clandeſtinis.item ſtatuit,quòd pro furtis clandeſtinis uniuerſitates nõ teneantur ad emendationẽ damni: & dictum c.Papæ Honorij fuit factum ad ſupplicationẽ regis Caroli ſecundi.item fuit prouiſum per reginam Ioannã ſecundã, ut ciuitas Neapolis non teneatur in aliquo pro homicidio clãdeſtino uel damno.&

no.& omnia dicta iura refert Affli. 120 in rubrica.de homic.clan.¶Et eſt ſciendũ,quòd tũc demũ habet locum diſpoſitio huius conſti.ſi dãna clandeſtina.quãdo homicidiũ fuerit commiſſum extra ciuitatem in eius territorio:non autẽ ſi cõmiſſum eſt in ipſa ciuitate. & ita fuit deciſum in ſacro regio conſi.ut teſtatur Barth.de Cap.in d.conſtitu.

121 ¶Forma autẽ procedendi contra uniuerſitatem hæc erit:reperto cadauere hominis occiſi ſcribi debet actus inuentionis,ut dixi ſuprà in uerbo, capiat informationem. debetq; deſcribi per fines & confines territorium,ubi fuerit inuentũ:demum debẽt examinari teſtes ſuper ipſa inuentione:& debẽt interrogari de nomine & cognomine occiſi, qui ſi depoſuerint de nomine & cognomine,bene erit:quod ſi non cognouerint, ſcribãtur particulariter ſigna,quæ habet ipſe occiſus,cum indumentis & aliis demonſtrationibus ad recognoſcendũ hominem aptis:demum procedatur ad inueſtigationem occiſoris cũ diligentia examinando teſtes de illa terra,ciuitate,caſtro,uel uilla:& pręciſe de illo tractu,ubi fuit repertum cadauer: ſummatim interrogando affines,cognatos,& amicos illius occiſi,ſi fuit cognitus occiſus ipſe,ut ſic poſsit ſciri occiſor:ut dixi ſuprà in uerbo, capias informationem.& ſi contigerit non poſſe reperiri occiſorem per probationes,indicia,uel coniecturas,tunc fiſcus debet comparere,& porrigere libellũ accuſatorium continentẽ in effectu:quòd reperto tali ſub tali die, cadauere hominis occiſi Chriſtiani in territorio talis ciuitatis iuxta tales fines, regnantibus,&c. dominante, &c.ſub præſidatu,&c.de præſentibus anno & menſe:& facta diligenti perquiſitione, ut reperiri poſſet occiſor:ac formata deſuper inquiſitione,minimè repertus fuit,neq; per coniecturas,ut ſic potuiſſet puniri:quocirca petit procedi contra dictam ciuitatẽ,terram,uel caſtrũ: ipſamq; condemnari petit ad debitam pœnam iuris,iuxta formam ſacrarum regni conſtit.&c.quo libello porrecto cum ipſius inſertione, iudex ipſe citari faciat dictam uniuerſitatem,ut cõpareat legitimè & per ſyndicũ ad id ſpecialiter deputatum & legitimè electũ,intra terminum ſtatuendũ ſecundũ diſtantiam locorũ ad dandũ deſignationem ſuſpectorũ de dicto homicidio,unà cũ indiciis uel coniecturis exiſtentibus:aliàs ad dicendũ cauſam,quare non debeat cõdemnari ad pœnã in regni conſtitutionibus ſtatutam.& citata ipſa uniuerſitate ſi comparet ſyndicus,& ſit legitimè ordinatus, & petierit copiam inquiſitionis factæ ex officio,uel ad querelam,tunc iudex iubeat ei dari dictam copiã:ut docet Afflict.in dicta conſtitutione.ſi damna clandeſtina.in iij.q.& pulchrè ibidẽ docet prædicta in viij.nota.& ſiue dederit,ſiue non ſuſpectos, fiet litis conteſtatio,& dabitur terminus ad probãdũ, legitimaturq; proceſſus: & ſi in termino nihil fuerit probatum,quod releuet ipſam uniuerſitatem, condemnabitur uniuerſitas ipſa ad ipſam pœnam.

De

De rapientibus aliqua de incendijs & naufragijs.

122 ¶ De iure communi raptores rerum ex naufragiis & incendiis, pœna quadrupli intra annum, poſt annũ pœna ſimplici ſunt afficiendi. l. in eum. C. de fur. ſed per auth. nauigia. C. de fur. quæ eſt incorporata in uſibus feudorum, in tit. de ſta. cõtra libe. eccle. imponitur pœna publicationis omnium bonorum, & alia arbitrio regis: hodie ex conſtit. regni incipiẽ. rapinas. utrunque ius correctũ eſt circa pœnæ impoſitionem. quia imponitur pœna mortis, & ſucceſſores raptoris tenentur ad reſtituendum res raptas, quatenus ad eos peruenit unà cum quadruplo dominis eorum: & in tali periculo omnes qui poſſunt, debẽt ſuccurrere. quòd ſi nõ fecerint, & ſine legitima excuſatione fuerint negligentes, pœna unius auguſtalis mulctabuntur: nec ualet cõſuetudo de capiendis rebus ex naufragiis & incendiis abſq; metu pœnæ: ut dicit c. regis Caroli. incip. abuſum cõ-

123 tra naufragos. ¶ Cautela tamẽ erit, ut capientes tales res ad pœnã nõ teneantur, ut proteſtẽtur ſe eas capere pro conſeruando ipſas domino ipſarum rerum. per l. falſus. §. ſi alienum. ff. de fur. & uoluit Afflic. in d. conſtitu. rapinas. in primo nota, uerſi. rurſus quæro.

De rapinis & raptoribus aliarum rerum.

124 ¶ Auferentes res aliquas ſine pretio cõuento & ſoluto, excepta palea, pro pœna primæ rapinæ, ſi non ſunt nobiles, publicè fuſtigantur, & amittunt triplum ipſius rei, quod applicatur regiæ curiæ, & damnum paſſo ſimplum emendare debent: ſi uerò nobiles ſint, ſex uncias debẽt ſoluere, & triplum rapinæ curiæ & damnum paſſo emendent: niſi uoluerint potius fuſtigari. quia fuſtigabuntur, & in fronte ſignabuntur: & ſi ſoluere nõ poſſunt, & nolunt fuſtigari, ponantur in carcere per annum: & ſi uoluerint exire, emendẽt rapinam & triplum curiæ, & ſimplum damnum paſſo, & ſoluant ſex uncias: poſt uerò annum liberẽtur ſine pœna: pro ſecunda rapina ille, qui non eſt nobilis amittit manũ, ſi eſt exterus: & ſi eſt de regno, pedẽ: nobilis autem poſt ſecundã rapinã amittit arniſcum & gagia, & quicquid illi debet curia: & ſi curia nihil ipſi debet, ſoluat curiæ uncias xx. & ſi non poteſt ſoluere, ſtet in carcere, & poſteà expellatur de toto regno: & ſi poſteà inueniatur in regno, capiatur perſonaliter, & carceri mancipetur: & pro tertia rapina nobilis capite puniatur, & ignobilis furcarum ſuſpendio: ut habetur in c. incip. placuit de conſilio. & eſt contrarius. commune, ut in toto tit. ff. ui bo. rapto.

De furtis.

125 ¶ Si quis furtum in re unum auguſtalem uel infra ualente, commiſerit, fuſtigabitur & ſignabitur in frõte, & de tota prouincia bannietur: ſi uerò in re ultra auguſtalem uſq; ad unam unciã quis furetur, manũ perdere debet: ſed ſi ultra unciam, uel plura furta, licet minima fecerit quis, ſuſpendio condẽnatur, ſi ignobilis eſt: & ſi nobilis, capitali pœna plectatur. hoc eſt, quod uoluit c. re-

gis

gis Caroli,incip.ad hoc,quòd no-
ſtrorum.& de iure conſti.regni pu-
blicabantur bona furis pro furto:
ut patet in conſtitu.incip.baiulus ſi
furem.& de iure communi tali pœ-
na non puniebantur fures : ut per
Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.
fug.& Iaſ.in §.ex maleficiis.inſti.de
action.& Ange.Are.in tract.malefi.
in uerbo,& ueſtem cœleſtem.& Gã
di.in tit.de fur.& latro.& eſt aduer-
tendum,quòd Afflict.in conſti.ter-
minum uitæ,in 7.not.facit mentio-
126 nem de iſto c.¶ Et tenet nõ eſſe fa-
ciendam differẽtiam inter nobiles
& ignobiles in furto ultra unã un-
ciã:quia ambo ſuſpẽdũtur:ſed ſalua
pace,quia expreſſe contrariũ dicit
tex.in d.c.in fi.& de iſto c.facit etiã
mentionem idem Afflict.in conſti.
ſuper inciſionibus.in fin.colum.ubi
quærit,an duo furta dicãtur plura.
127 ¶ Nunquid hæc pœna habeat lo-
cum in eo,cui mercator dedit ma-
gnam pecunię quantitatem,ut per-
ferret ad alium , qui non tradidit,
ſed in proprios uſus conuertit.Iaſ.
in l.quas uerò.ff.ſi cert.pet.in 2.col.
dicit,quòd iſtum caſum habuerunt
de facto Floria.& Imo.& nihil po-
tuerunt allegare ad euaſionem in-
quiſiti:taliter,ꝙ fuit ſuſpẽſus. tandẽ
dicit ipſe,ꝙ ſi ipſi allegaſſent doctr.
Bar.nõ ita forte ſuccubuiſſent,idq;
ubi dicit,ꝙ ſi mercator dedit pecu-
niã ad numerũ,uidetur trãſlatũ do-
miniũ in recipientẽ.nã ſi eſt trãſla-
tum dominiũ,ut dicit Bar.ſequitur,
ꝙ iuuenis cõtrectando furtum non
committit rei ſuę.poſtea tamẽ dicit
ipſe,ꝙ talis iuuenis fuit ſuſpẽſus ꝓ-
pter tex.in l.ſi is cui.C.de fur.qui ad
literam decidit caſum noſtrũ: licet
ipſe conetur ſubterfugere illũ text.
128 ¶ Finge porrò quòd de furto du-
centorum ducatorum,quo caſu eſt
pœna mortis,nõ deponũt niſi tres
mulieres,an procedi debeat ad cõ-
dẽnationem.do. Io. de Lare.dicit,
ꝙ non:ut ff.de teſt.l.ex eo.& extrà,
de uerb.ſign.c.forus.& 33.q.v.c.mu
lierem.niſi in caſibus,in quibus in-
fames admitterẽtur.d.c.mulierem.
& eſt ratio,quia mulierum uanum
& mutabile eſt cor.l.filio.ff.de in-
of.teſt.& uide Gandinũ in titu.de
furibus & latronibus.in uerbo,po-
129 ne quæſtionẽ de facto.¶ Sed quę-
ro de quęſtiõe,quã habui de facto,
cũ eſſem auditor in toto ſtatu prin-
cipatus Salerni: quidã habuit lanã
à Titio.ut faceret pãnos,qui poſt-
ea aufugit non ſoluto pretio lanæ,
& abſportauit pannos ſecũ,an cõ-
miſerit furtum dubium conſiſtit in
hoc,an ille,qui accepit lanã,promi
ſerit ſoluere pretium lanæ,an uerò
promiſerit ex lana pãnos facere,&
dare domino lanæ.primo caſu te-
neò,quòd dato , ꝙ iſte talis factis
pãnis aufugiſſet nõ facta ſolutione
pretii,non poſſet ex hoc querulari
de furto,ex quo panni erant ipſius
abſportãtis:licet ipſe eſſet obliga-
tus ad pretiũ lanæ.nam poſtquam
quis ex materia fecit ſpeciẽ,effici-
tur dominus illius ſpeciei:maximè,
quia fecit ſpeciẽ nomine ſuo & bo-
na fide.& eſt talis ſpecies,quæ non
poteſt reduci ad materiam.hic eſt
tex.in l.adeò.§.cũ quis.ff.de acqui.
re.domi. ſed ſi ſurripuiſſet lanam,
& non emiſſet,tunc de furto tene-
retur,etiam in ſpecie.ſecundũ text.

l.ſi quis uxori.§.ſi quis ex maſſa.ff. de furtis.ſecundo uerò caſu poteſt agi de furto.quia dato, quòd ipſe fecerit ſpeciem,tamẽ quia fecit nomine alieno,non efficitur dominus illius ſpeciei:& per conſequens dominium pãnorum eſt illius,qui eſt dominus lanæ.per text.ſuprà allegatum in §.cum quis.iuncta glo.& eſt tex.in l.quicquid.§.ubi.ff.de acqui.rer.do.& ſic cũ ſit dominus,po
130 teſt agi de furto.¶Itẽ de iure cõmuni,ſi quis inuenit rẽ alienã,& domino non reſtituit,furtum committit.l.falſus.§.qui alienam.ff.de furt. & habetur per Abba.in ca.ſæpe.de reſti.ſpolia.concordat in hoc cõſti. regni incip.pecuniam ſi quis inuenerit.qua cauẽtur,quòd inueniens pecuniam uel aliam rẽ,animalibus exceptis,& non reſtituẽs domino uel baiulis furti,tenebitur:& ſi tales res fuerint aſsignatæ baiulis,expectabitur dominus per annum,quo elapſo applicantur fiſco.& licet furtum cõmittatur,ut ſuprà,nõ credo tamẽ,ꝙ habeat locũ pœna,de qua ſuprà:ſed pœna iuris cõmunis tantũ.& eſt ratio,quia licet ſit furtũ,nõ
131 tamẽ eſt furtum regulare.¶Itẽ,nemo debet capere animalia aliena, & illa detinere:niſi cum latrone ceperit,& iuſtitiariis aſsignet: quod ipm ſi nõ fecerit iſte ut fur & latro plectẽdus erit.& ſi quis inuenerit animalia dãnũ dãtia in ſua poſſeſſione,poteſt illa capere & iuſtitiariis aſsignare:aliàs ſi nõ aſsignauerit,pœna furti tenebitur.& qui animalia cũ latrone curiæ aſsignauerit præmium conſequetur.hoc uoluit conſtitutio,incipiens,peruenit ad aures.hodie autem ſufficit,ſi aſsignet baiulis locorum:ut habetur in conſtitu.cum per partes Apuliæ.
132 ¶Item ſi tres latrones concordes depoſuerint contra receptatores, fautores, conſocios,& participes, faciunt tantam fidem,quantam facerẽt duo teſtes probi uiri:niſi cauſa rationabilis ſuſpitionis adeſſet: ut eſt text.in c.frequens & ineffrenata.intelligitur tamẽ tex.ille,quãdo ille,qui nominatur per illos tres latrones,eſſet leuis perſona & infamata:aliàs ſecus,ut habetur in c.in-
133 cip.cõſtitutionem.¶Item iudex in eodem iudicio & inſtãtia debet cõdemnare accuſatum de furto ad debitam pœnam,& ad rei furtiuæ reſtitutionem.hoc eſt,quod uoluit tex. incip.ſi de furto.& concordat cum l.ſi quis ad ſe fundũ.C.ad leg. Iul.de ui.pro quo uideatur Bar.in l. interdũ.ff.de pub.iud.& in l.interdum.§.qui furem.de furt.& pro intellectu illius c.uideatur Par.de Pu. in lib.ſynd.in uerbo,condemnatio, uer.ſequitur modò alia quæſtio.

De iniuriis.

134 ¶Si quis iniuriam fecerit dixeritue officiali imperatoris uel regis, duplicata pœna plecti debet,qua plectitur, ſi dixerit feceritue priuato: ut uoluit conſti.regni incip.ut par-
135 ticipatio.¶Item iudices habentes iudicare ſuper actione iniuriarum, debent cõſiderare qualitatem perſonæ,cui dicta factaue fuerit iniuria:ut ſi ſit curialis uel in dignitate exiſtens:& etiam debet conſiderare qualitatẽ eius,qui dixit uel fecit iniuriam:& quo tempore facta fuit: & in

& in quo loco:& iſtis conſideratis procedant ad ſententiam. conſiderent etiam iudices,quòd iniuria facta dictis regiis curialibus,reſpicit non tantum ipſos:ſed etiam regis dignitatem. hoc eſt, quod uoluit
136 conſt.incip.obſeruent.¶ Item tunc demum debent duplicata pœna puniri facientes uel dicentes iniuriam regiis officialibus, quando dictam iniuriam facerent dictis officialibus in exercitio officii,ac prætextu officii:at ſecus,ſi ex priuato odio & particulari:uel ex eo,quòd officiales aliquid iniurioſè abſtulerint ab eis.imò tunc ipſi officiales debent puniri pœna quadrupli eius,quod ablatum fuit per eos iniurioſe ſubdito regis, applicanda paſſo iniuriam,quòd ſi aliter afflixerint ſubditos prætextu officii, de eo conuicti condemnabuntur ad tertiam partem bonorum ſuorum omnium regio fiſco:& in utroq; caſu condẽnantur ad perpetuam infamiam & ad amiſsionem officiorum: & declarabitur,quòd nullo tempore ad aliquod officium domini regis admittantur.hoc eſt,quod uoluit conſtitutio.incipiens,eos tantum.
137 ¶ Item in actione iniuriarum debet conſiderari qualitas perſonæ inferẽtis iniuriam,& qualitas perſonæ eius,cui illata eſt iniuria: an uidelicet ſint perſonę publicę,an priuatę,& an in dignitate cõſtitutę.itẽ cõſiderari debet,in quo loco ſit cõmiſſa iniuria,& quib. p̃ſentib. & an in iudicio,an extra.itẽ in qua parte
138 corporis facta ſit iniuria.¶ Item ille, qui intentat actionem iniuriarum,debet iurare,ꝙ potius uoluiſſet de ſuis propriis bonis tantum perdere,quàm talem iniuriam ſuſtinere:& ſecundum dictam æſtimationem debet ſubſequi condemnatio.poteſt tamen iudex taxare dictam æſtimationem ante ſententiam:& à tali ſententia poteſt uterque appellare.& de tali condemnatione fiunt tres partes:duæ ſunt curiæ,& tertia eius,qui paſſus fuit iniuriam.hoc eſt quod uoluit conſtitutio,incip.uarietates pœnarum,& quaſi tota eſt conformis cum iure communi.ſecundum glo.& docto.
139 ¶ Et eſt notandum,quòd pro uerbis iniurioſis nõ poteſt agi ad querelam uel denuntiationem ex officio curiæ:ſed debet agi per libellũ legitimè ordinatum:ut dictat ritus magnæ curię uicariæ,incip.ſtatuen
140 tes.¶ Sed hic occurrit dubium:ꝙ ſi pars iniuriata porrigat libellum, poſtea uerò deſiſtat,an poſsit curia ex officio procedere: & uidebatur dicendum, quòd ſic:& primò per text.l.fi.ff.de pa.ubi habetur, quòd ius mihi acquiſitum,non poteſt ſine facto meo tolli.unde ſi per libellum fuit acquiſitum ius curiæ, licet pars porrigens libellum remiſerit: non tamen præiudicat fiſco.item pro hoc facit c.regni,quòd accuſatore deſiſtente, curia procedit: & pari modo cauetur per regiã prag. ergo ſumus in claris.contrarium uidetur dicendum:& primò,quia fiſcus nullũ ius habet in pœnis ante ſententiam:ut notabiliter dicit Bal. in l.fi.C.de fru. & lit.expen.unde ſi ante ſentẽtiã nullũ habetur ius,nõ poteſt dici ipſi fuiſſe acquiſitũ ius p̃ porrectionẽ libelli:ſecũdò,quia in

crimine iniuriarũ eſt permiſſa trãſactio:& ubi eſt permiſſa trãſactio, parte deſiſtẽte, curia ex officio procedere nõ poteſt:ut dixi ſuprà in ti. de uſur.&c.& regiæ prag.de accuſatore deſiſtente loquuntur:& habet locũ in caſibus,in quibus aliàs poſſet ex officio procedi:& ita intelligo procedere dictum Bar.in l. j.C.de abolitio.& quia pẽdet nunc in facto,non aliter me extendo.

141 ¶Illud adnotãdum eſt,quòd pro iniuriis,offenſis, maleficiis, atque culpis,religioſis,clericis,& eccleſiaſticis perſonis illatis,poteſt ex officio procedi, ubi nullus accuſator apparet:ut uoluit text.in c.de iniuriis.debet tamen aliquis denunciare ad hoc,ut ex officio poſsit procedi.ſecundum Io. Criſpan.in d.c. & aliàs obtinui dictum c.intelligi debere non de ſimplici uerbali in-

142 iuria,ſed graui. ¶ Si quis ruſticus uerberauerit militem nõ per uiam defenſionis,ſed offenſionis,manus detruncatione puniri debet. eadẽ pœna imponitur uallecto,qui militem nobilioris gradus uerberare tentauerit.ſi autem quis æque nobilem uerberauerit, punietur priuatione nobilitatis, & exulabit extra regnum per annum.ſi nobilis minus nobilem uerberauerit,ipſo iure eſt priuatus nobilitate, & non poterit eſſe in iudicio nobilium.ſi miles militem uerberauerit, priuatur amiſsione omnium equorum & armorum ſuorũ, & exulabit per annum extra regnum.& ſi burgenſis aut ruſticus uerberatus ſit à milite,qui nõ eſt ipſius dominus,punietur miles iuxta ſacramentum paſsi iniuriam & taxationem iudicis.hoc uoluit conſti.regni incip.ut dignitatũ.& intelligitur hæc conſti.de nobilibus & militibus nobiliter & militanter uiuentibus: non aliàs.ſecundum Iſer.& Afflict.ibi.& ſic iſtæ perſonæ non continentur in conſti.præcedẽti,uarietates pœnarum.ſecundum Afflict.ibi.

De crimine peculatus.

143 ¶Si officialis pecuniam reipublicæ tempore ſuæ adminiſtrationis, ſubtraxiſſet,olim de iure communi pœna deportationis puniebatur.l. iij.ff.ad l.Iul.pecula.hodie uerò in regno punitur pœna capitis:ut uoluit conſtitu.regni incip.offi.reipublicæ.& glo.intelligit de pœna capitis,id eſt,mortis naturalis.ſed Afflict.dicit debere intelligi etiam de pœna deportationis, & ſic mortis ciuilis.uideant tamen c.inci.nouis moribus. & c.uulgaris famæ. & c. imprimis.& c.incip.cures attentè. ubi uidebis, quæ & qualia ſtatuta

144 ſint in hoc crimine.¶Et ſi officialis ex ſua negligentia deperire fecit bona publica,ipſe tenetur regio fiſco de facultatibus ſuis tantundem in æſtimatiõe ſoluere.hoc eſt quod uoluit conſti.inci.officiales,qui.

De inquiſitionibus faciendis.

145 ¶Inquiſitio generalis de iure cõmuni ſolebat fieri per prçſidem uel alium nouum officialem, quando accedebat ad capiẽdam poſſeſsionem ſui officij,ad purgandum prouinciam malis hominibus:text.eſt, & ibi Bar. in l.congruit.ff.de offic. præſi.poſtea ſucceſsit in regno cõſtit.incip. inquiſitiones generales. qua cautum eſt, quòd præſides & iuſti

iuſtitiarij prouinciarũ,ubi & quando eis uidebitur,ad libitum poſſent generales inquiſitiones facere, ad purgãdum prouinciam malis hominibus.demum ſucceſsit c.regni incip. generales inquiſitiones.qua cautum eſt,non ſemper & indiſtinctè licere præſidibus generales inquiſitiones facere:ſed ſemel tãtum in anno.& talis inquiſitio generalis non operatur,ut ex ea poſsit quis condemnari,quia nullus fuit contradictor:nec aliquis eſt citatus ad faciẽdas ſuas defenſiones.ſed operabitur tãtum,ut ex ea poſſet perueniri ad ſpecialem:& ſic eſt pręparatoria:ut dicit Feli.in c.inquiſitionis.col.iij.de accuſa.deinde ſuperuenit cõſti.ij,qui.quæ ſtatuit, quòd ſi facta inquiſitiõe generali per decem teſtes bonæ & optimæ opinionis conſtiterit contra aliquem de aliquo delicto,pro quo de iuſtitia non uenit inferenda pœna mortis naturalis,nec abſciſio alicuius mẽbri,& de dicto delicto fuerit conuictus,debet iudex ipſum ad opus publicum mittere ſuo arbitrio:ſi uerò per decem,ut ſuprà,cõſtiterit contra aliquem de aliquo delicto, ex quo ueniret imponẽda pœna mortis naturalis,aut membri abſciſsionis,& non eſt probatum, quòd eſt leuis uitæ & malæ conuerſationis, tunc poterit cõtra eum procedi ad citationem,ut compareat ad ſe defendendum:& ſi comparuerit, dabitur copia nominũ teſtium unà cum eorum depoſitionibus, & conſequenter terminus ad ſe defendendum:ſi uerò contra eundem,per dictos teſtes probetur,ꝙ cõmiſit crimen,in quo uenit imponenda pœna mortis, uel mutilationis membri,uel perpetui carceris,& ſit probatum per teſtes nu.x.bonæ opinionis, & non inimicos inculpati, quòd ſit homo leuis uitæ & cõuerſationis, tunc quando proceditur contra eum,debet ei dari copia nominum teſtium deponentium contra eum in generali inquiſitione,& non teſtimoniorũ ipſorum:& proceditur ad condemnationem iuxta qualitatem probati criminis.ſuperuenit poſtmodum conſti.item dura & dira.qua cautũ eſt, quòd etiã ſi probatum fuerit inquiſitum eſſe leuis opinionis & uitæ,debeat dari copia repertorum.& concordat cũ cap.incip.in generalibus inquiſitionibus.& cum capi.ſubiungendo.& quum in d.conſti.requiratur probatio per decem teſtes, in hoc dicta conſtitu.eſt correcta per cap.ſubiungendo.ubi ſtatutum eſt, quòd ſufficiunt quatuor teſtes.poſt hæc ſuperuenit pragma.reginæ Ioannæ inſerta inter capitula regni,quæ incip.item,ꝙ prædicti officiales nullatenus de cætero audeant.ibi,in regno prohibentem fieri inquiſitiones.& ſic correctę ſunt omnes cõſtit.& capitula permittentes inquiſitiones generales.

De accuſationibus.

146 ¶Nullus accuſator admittitur ad accuſandum,niſi ſe obligauerit ad certam pœnam pecuniariã, ſe probaturum crimen obiectum.hoc eſt quod uoluit conſti.incipi.præſenti lege.quæ concordat cũ l.iij.C.qui accuſa.nõ po. & iiij.q.iiij.c.ij.§.inſcriptio.& concordat cum conſtit.

pœnam calumniæ.& de hoc extat ritus magnę curiæ uicarię,incip.itē quòd curiæ.ſed hoc hodie parum
147 obſeruatur.¶ Item extat ritus magnæ curiæ uicariæ,quòd ſi filiusfamilias accuſat non admittitur, niſi fiat fides,ꝙ habeat bona caſtrenſia uel quaſi,uel alius pro eo principaliter ſe obliget ob probationem:ut in tit.incip.item ſeruat ipſa curia, quòd quando uenit aliquis.

De accuſationibus.

148 ¶Deſiſtentes ab accuſatione, ut quia lite conteſtata in accuſatione criminali,non comparent in termino eis pręfixo à iudicio ad aliquem actum faciendum in litem,ob contumaciam puniuntur in tertia parte bonorum mobilium:& ſi iterum citantur ad proſequendam accuſationem,& fuerint cōtumaces, punientur pœna centum auguſtalium.hoc eſt,quod uoluit conſti.incip. accuſatorem.& idem erit, ſi remittant expreſsè poſt litem conteſtatam accuſationi inſtitutæ.eſt etiam alia conſtitutio,incip.poſtquam citatæ partes.qua prouiſum eſt, ꝙ poſtquàm citatæ partes comparent, poſſunt tranſigere & paciſci,& ſic deſiſtere ab accuſatiōe:niſi in enormibus criminibus,in quibus non licet. eſt etiam c.regni incip.ad audientiam noſtram.quo cauetur,ut ſi quis accuſet in caſu, quo tāgitur tantùm intereſſe priuatum,& iurauerit de proſequendo, antequam partes compareant in iudicio,licitè poteſt deſiſtere:ſed ubi tangitur intereſſe curiæ,non admittitur accuſatio,niſi data cautione de proſequendo:& tunc ſi contra iuramentum deſiſtat,ad pœnam periurij poteſt procedi contra eum:ut ibi denuum ſuperuenit ritus magnę curię uicariæ,incip.item ſeruat ipſa uicaria,quòd accuſator.ſub rubrica,de deſiſtentibus.qui uoluit,quòd ſi accuſator uult deſiſtere ante litis cōteſtationē,ſoluit tarenos ſex: poſt litem conteſtatam,tarenos duodecim,& per dictum ritum corrigitur
149 c.ad audientiā noſtram. ¶ Solennitates accuſationum ſeu denuntiationum remittuntur in enormibus. tex.eſt in conſti.iuſtitiarij non per
150 Calendas. ¶ Nō debet admitti quis ad accuſandum,ſi eſt præſonerius uel familiaris officialis:niſi de crimine publico:& tunc iuſtitia mēdiante procedatur.hoc uoluit c.incipiēs,item ſtatuimus,quòd magni
151 fici iuſtitiarij. ¶ Accuſatore deſiſtente debet ſubſtitui per iudices unus in locum ipſius,cū quo procedatur ad definitionem cauſæ ex eiſdem actis.hoc eſt,quod uoluit c. regis Roberti incip.ſpectat ad pręſides ſeu ad conſultationem.¶ Ac-
152 cuſatione pendente ipſe accuſator accuſari non poteſt.& aliàs,ut plenè dixi ſuprà in uerbo , audiantur
153 exceptiones proponendæ. ¶ Licet olim popularis accuſatio uigeret, ut in toto titulo de popu.actioni. tamē hodie in regno nullus admittitur ad accuſandum,niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur: ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incipiēs,quòd nullus admittatur.& alius ritus incipiēs,item,quòd nullus.& in alio ritu incipiente,item,
154 quòd nullus laicus. ¶ Clericus nō admit

admittitur ad accuſandum etiam circa pœnam ſanguinis, niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur: ad denuntiandum autem admittitur cum obligatione pœnali, facta per laicum pro parte ipſius clerici. hoc uoluit ritus magnæ curiæ uicariæ incipiens, item, quòd nullus clericus. & eſt alius ritus incip. itẽ ſer-
155 uat ipſa curia, quòd quãdo. ¶ Tam accuſator, quàm accuſatus, tenetur ſe in curia præſentare in quolibet termino: & ſi accuſatus in aliquo termino non comparet, & accuſator comparet, accuſabitur contumacia contra ipſum accuſatum, & ſequenti die ad petitionem accuſatoris uel fiſci patroni poteſt idem accuſatus ſeu inquiſitus condemnari ad pœnam fideiuſsionis & banniri, & fideiuſſor condemnatur ad pœnam fideiuſsionis, hoc uoluit ritus incip. itẽ ſeruat ipſa curia, quòd ubicunque. & idem uult alius ritus incipiẽs, itẽ nota, quòd die ultimo.

156 ¶ Accuſator & accuſatus ſi colludunt, & in termino eis dato non comparẽt in iudicio, uel terminum prorogant, quem ſponte ceperũt, puniuntur in centum auguſtales, uteruis pro medietate: ut in conſtitu. ſæpe contingit. de pœna collu.

157 ¶ Et eſt notãdum, quòd accuſator de adulterio, ſi uxorem receperit, uidetur deſtitiſſe. adeò ut ulterius non admittatur ad querulandum. hoc uoluit conſtit. qui poſt crimen.

158 ¶ Licet olim de iure cõmuni ſi de minori crimine accuſans, reaccuſaretur de maiori crimine, antequam nomen eſſet receptum inter reos, impediebatur prima accuſatio. l.j. C. qui accu. non poſ. tamen de iure regni corrigitur, & in utraq; accuſatione proceditur. hoc uoluit con
159 ſti. ſi ciuiliter agens. ¶ Si commiſſo delicto in aliquem, ita ille eſt læſus, ut non poſſit ſuam iniuriam proſequi, nec in iudicio adeſſe, tum ſi accuſator deſit & cõſtet ſummariè, ſuppleat iudicis officium, ut ex officio procedat: ut in cap. regis Caroli incip. plerunque.

Ne filius pro patre, uel è diuerſo.

160 ¶ Pater pro filio delinquente non tenetur, nec econtra: niſi filius deliquerit in crimine læſæ maieſtatis. quia tunc pater tenetur denuntiare filium regi, & ducere filium ad ſatisfaciendum regi: ut in authenti. liceat matri & auiæ. §. ſi uerò contra imperium. & eſt ca. regis Caroli primi incipiens, ad uindictam. & econtra, ſi pater delinquit in crimine læſæ maieſtatis, filius punitur pœna l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maie. item ſi frater delinquat, alii fratres non tenentur pro eo. & idem dicẽdum eſt in coniugibus: ut ſi maritus delinquat, uxor nullum damnum pati debet in iuribus dotalibus. fallit ſi perſonæ præſentes filio delinquenti exuli uel fugitiuo uel foriudicato, uel fratri exuli uel foriudicato, præſentibus præſtitiſſent alimoniam. tunc enim bona eis dimiſſa publicantur regiæ curiæ. & quando filius uenit puniendus pœna pecuniaria, & non poteſt ſoluere, nõ poteſt cogi pater, ut pro eo ſoluat. hæc omnia uoluit cõſt. incip.

patres pro filiis.concordat cũ conſti.ob filiorum culpas.& cum conſti.pœnã carere uolentes.idem uoluit c.regis Caroli in planicie ſancti Martini,inci.item ſtatuimus , quòd ſi contingat aliquos damnati.item eſt ſciendum , quòd non licet filiis proditorum contrahere matrimoniũ ſine aſſenſu regis : ut in c.regis Caroli primi ſatis cõſtat. & per capitulum regis Caroli ſecundi incip. item ſtatuimus,quòd filię proditorum.eſt ordinatum,quòd filiæ proditorum non poſſunt dotari de bonis,quæ eis obuenerunt ex ſubſtantia paterna:ſed tantum de illis,quæ eis obuenerunt aliunde legitimè.& per ca.incip.humanitatem quoque ſectantes.eſt ſtatutum , quòd filiæ proditorum & hæreticorum non poſſunt contrahere matrimonium abſque aſſenſu regis:ſed filię forjudicatorum pro aliis criminibus , libere poſſunt matrimonium cõtrahere.ſed corrigit prædicta aliud ca. inci.item ſtatuimus,ꝙ licitum.& in alio c.inci.item ſeruetur c.de uerbo ad uerbum.

De foro competenti.

161 ¶ Siquis traxerit aliquem pro aliqua cauſa coram alio iudice,quàm regis,in caſu , quo ipſe regis officialis deberet cognoſcere,punitur pœna publicatiõis omnium bonorum mobiliũ & immobilium etiam feudalium,hoc eſt,quod uoluit cõſtitu.incip.cum iuſtitiæ.

De reorum cuſtodia.

162 ¶ Carcerati ſi nõ pernoctauerint in carceribus,nihil ſoluere tenẽtur: ſed ſi pernoctauerint , pro liberatione ſua quilibet eorũ granos decem ſoluere debet . hoc eſt,quod uoluit cõſtit.incipiens.caſtellani & ſeruientes. & ſi quis caſtellanorum uel ſeruientium ultrà receperit,nonuplum curiæ ſoluere debet,& reſtituere domino , id quod iniuſtè recepit.hoc uoluit conſtit.ſequens incip.ſiquis caſtellanorum.ſed prima conſtitutio inquantùm permittitur poſſe exigi granos decẽ, corrigitur per c.regis Caroli incip.magiſtro iurato , iuſtitiario , caſtellanis.ut dicit Afflict.in d.conſti.extat aliud c.regis Caroli primi incip.itẽ à collectoribus. quo cauetur,quòd nihil debet recipi à carceratis pro debito fiſcali,quando liberãtur.ſub pœna quadrupli. ſuperuenit demũ ritus magnæ curię uicarię incip.itẽ, ꝙ carcerarius.quo cauetur , ꝙ carcerati pernoctantes tenentur ſoluere granos xiij.de quo ritu meminit Afflict.in d.conſtit.caſtellani,& dicit,ꝙ neſcit,quomodo potuit illud introduci contra capi.regni.eſt etiam aliud capit.incip.item ſtatuimus , ꝙ priſonerij . quo cauetur,ꝙ nihil poteſt recipi præter id , quod ſtatutum eſt.adde quòd extat regia pragmatica Cæſa.maieſtatis, incip. item uolumus & mandamus quòd carcer.qua cauetur , quòd nihil debet ſolui à carceratis.

163 ¶ Si carcerati euaſerint negligentia cuſtodum, puniuntur cuſtodes ipſi pœna publicationis omnium bonorum , & incarcerãtur per annum : ſed ſi doloſè & frauduleter permiſerint carceratos fugere,capitali ſentẽtia cõdẽnãtur.hoc eſt,quod uoluit tex.in conſtitu.cuſtodes,de quorũ cuſtodia.ſed de iure cõmuni puniuntur

cadem

eadem pœna, qua debebant puniri ipſi carcerati. l. ad cõmentarienſem.

164 C. de cuſto. reo. ¶ Carceribus mãcipari minimè debent parati dare fideiuſſoriam cautionem. l. diuus. ff. de cuſto. reorum. concordat in hoc cõſtit. regni incip. humanitate. fallit in crimine notorio. itẽ in crimine læſæ maieſtatis: & aliis caſibus: ut plenè dixi ſuprà in uerbo, liberẽtur ſub fideiuſſoria cautione. idem uoluit c. incip. item iuſtitiarij delatos. ubi plus dicitur, quòd ſub pœna intra decem dies poſtquàm eſt concluſum in cauſa, debent carcerati expediri. adde, ꝙ extat regia pragma incip. inoleuit. quæ mandat ad capturam procedi ſeruato iuris or-

165 dine ſub pœna. ¶ Incidentes in pœnam pecuniariam, uel bannum de perſona: ſi idoneè caueant, nõ debent capi. hoc eſt, quod uoluit text.

166 c. ſtatuimus, ut nullus. ¶ Nõ debet quis capi de perſona abſq; conſilio iudicis, ſi idoneè cauerit: niſi in caſibus à regni conſtitutionibus permiſsis, & officialis contra faciens, perdit medietatem gagiorũ unius anni, & inſuper alia pœna plectitur ad arbitrium regis. & ſi iudices in caſibus prohibitis conſilium dederint ut capiatur aliquis, ipſi tenẽtur ad eam pœnam, & officiales liberantur. & ſi officiales aliquem ceperint contra ius, niſi iudices reſiſtãt, tenentur pœna prædicta. & ſi ipſis reſiſtentibus nihilominus officiales ceperint, ſub eadẽ pœna tenentur regi denuntiare. hoc eſt quod uoluit c. incip. item caueãt iuſtitiarij, ne aliquos. idem uoluit capitu. item, quòd prædicti iuſtitiarij.

167 ¶ Non debent prætextu cuſtodiæ carceratorum uel portãdorum de loco ad locum, grauari ſubditi & uaſſalli: ſed proprijs expenſis curię, & per ipſius ſeruos cuſtodiri. hoc eſt quod uoluit c. incipiens. prouiſum eſt pro meliori. & ſimiliter eſt ſtatutum in capitulis Papæ Honorij. in c. quod incipit. ad captiuorum cuſtodiam. de quo meminit Afflict. in conſti. caſtellani.

De caſtellanis.

168 ¶ Caſtellani nõ debẽt ſe intromittere de aliquo negotio terræ, ubi eſt caſtrum, palàm uel occultè: aliàs puniuntur pœna priuationis officij, & quinquaginta auguſtalium. & ſeruientes caſtrorum abſque licentia caſtellani, non exeant ſub pœna auguſtalium quatuor, quos ſi non poſſunt ſoluere, ad opus publicum condẽnantur. & concordat hoc ca. cum cap. regis Caroli primi, incipi. caſtellani & ſeruientes. & cum alio c. incip. quòd caſtellanis noſtrarum

169 arcium. ¶ Cauſæ criminales caſtellanorum per iuſtitiarios regionum tractantur. hoc eſt quod uoluit cõſtitu. caſtellanorum.

De contumacibus, & pœna contumacium.

170 ¶ Contumaces in cauſis criminalibus hodie in regno puniũtur pœna publicatiõis tertię partis bonorum mobilium, & eius nomẽ & alia bona annotantur: ut erat de iure communi. l. j. ff. de requi. re. uerum eſt differentia inter ius commune & regni, quia de iure regni reſeruãtur bona reis. ſecũdum diſpoſitiodum conſtit. incip. grandis utilitas. & aliud ius nouum ibi adducitur,

 quia

quia contumaces banniuntur ſecũ-dum formam ibi traditam.de quo dixi ſuprà in uerbo,reputentur cõtumaces.& in uerbo, banniẽtur.& perſeuerantes in contumacia per annum, foriudicantur:ut in conſtitutio.pœnam eorum.ut ſatis ſuprà dixi in uerbo,foriudicentur.

171 ¶ Contumaces ſecurè poſſunt cõparere intra duos menſes à die bãni:& intra illud tempus offendi nõ poſſunt.hoc uoluit conſtitu.incipi. clementiæ.idem uoluit ritus incip. item quòd nullatenus bannitus.

172 ¶ Siquis fuerit contumax reputatus,& de ſero comparuit ad purgãdam contumaciam,tenetur ſequẽti curiæ perſonaliter comparere,& dare fideiuſſoriam cautionẽ de ſtãdo iuri,& petere,quòd procedatur in cauſa:aliàs cõtumax remanebit, hoc eſt,quod uoluit ritus incip.itẽ, quòd plerunque.& quòd poſsit cõparere de ſero,& purgare contumaciam,eſt ritus incipiens,item ſeruat ipſa curia,quòd ſi aliquis bannitus. & fideiuſſor condemnatus purgat contumaciam,ſi comparet de ſero, & præſentat principalem, aliàs ſe-

173 cus:ut in eodem ritu. ¶ Et nota,ꝙ nullus debet de æquitate condemnari prima die poſt ferias:ut uoluit ritus incip.item ſeruat ipſa curia,

174 quòd primo.¶ Et contumax citatus in cauſa ciuili, non poteſt per procuratorem cõparere niſi priùs purgauerit contumaciam.hoc uoluit ritus incip.itẽm, quòd ſi aliquis uel aliqua bãnitus,&c.de aliis dixi ſuprà in uerbo,cõtumaces reputentur.

De citatis ad informandum.

175 ¶ Vniuerſitas citata in criminalibus,poteſt cõparere per ſyndicũ ſpecialiter conſtitutũ.idem permiſſum eſt mulieribus coniugatis: ut uidelicet poſsint cõparere per procuratorem cum ſpeciali mandato, hoc uoluit cõſtitutio,generalia iura.& eſt ius nouum.ſecundum glo. ibi.citari nõ poſſunt ad nouem homines locorum.ut in ca.item quòd iuſtitiarij de cætero.

De foriudicatis & bonis foriudicatorum.

Quia ſuprà in uerbo, foriudicẽtur, plenius retuli iura regni, ideo hic non repetam.

De citatis coram maiori iudice.

176 ¶ Si aliquis eſt citatus corã iuſtitiario regiõis ꝓ aliqua cauſa, ibiq; cauſa eſt incepta:& demum citatur coram magna curia uicaria,nõ põt deſerere illam cauſam,& comparere in magna curia uicaria: niſi crimẽ,de quo citatur eſſet maius.hęc diſtinctio non cadit in crimen lęſæ maieſtatis.hoc uoluit conſtit.incip. contingit interdum.

De pœna iudicis qui malè iudicauit.

177 ¶ Si iudex in cauſis ciuilibus doloſè iudicat, eius bona publicãtur: ſed ſi per ignorantiã deliquit,pœna arbitrio regis inferenda plectitur:ut eſt cõſtit.regni.ſi iudex frau-

178 dulenter. ¶ Et ſi malè iudicauit in cauſis criminalibus accepta pecunia,pœna capitali punitur:ut eſt cõſtitu.incip.iudex ſi accepta. ſecundum capitula regni iudex condemnans ad mortem, ubi non debuit, punitur pœna ſimilitudinis ſupplicij:ut in c.regis Caroli incip.ſi iuſtè quis

quis appellauerit. de iure uerò cõmuni non punitur iudex, quando malè iudicauit in cauſa ciuili, pœna publicationis bonorum: ſed quando doloſè iudicauit in cauſa criminali: ut patet in auth. nouo iure. C. de pœn.iudi.qui ma.iud.ſecundum Afflict.in d.conſtitu. ſi iudex fraudulenter.

De crimine corruptelæ.

179 ¶ Crimen corruptelæ eſt publicum, adeò, ut omnibus in iudicio liceat deferre oficialem de corruptela, & donatorem uel promiſſorem, & ſi per legitimas probationes conſtiterit de corruptela, accuſans uel denuntians præmiabitur: & erit præmium, quia oficialis condemnabitur ad ſoluēdum dicto accuſatori uel denuntiatori tantum, quantum fuerit promiſſum dicto oficiali: & ſi dictum promiſſum nõ ſit certũ, conſiderata qualitate cauſæ & perſonarum, punietur iudex arbitrio iudicātis, hoc eſt quod uoluit cõſtitutio, corruptelæ. & ſi quis dederit uel promiſerit certum quid iudici, & intra tres dies non detulerit, punitur in tãtūdē. ut in d.cõſti, in ſi. de iure uerò cõmuni, qui corrupit iudicem, litem perdit, ſiue ſit perſona priuata, ſiue publica, ſiue fiſcalis: ut l.j.C.de pœn.iu.qui.mal. iudi. uerùm ſi ipſemet corrumpens id detulerit iudici, & probauerit, eſt immunis ab omni pœna: ubi uerò deferens non probat, ſi delatus iurauerit ſe non recepiſſe, liberatur ipſe delatus: ſed deferēs in æſtimatione litis punitur: & ſi delatus per iuramentum ſe purgare recuſauerit, punitur ac ſi contra eum probatũ eſſet: ut in auth.nouo iure.C.de pœ.iud.qui mal.iud. & iudex corruptus efficitur infamis, & damna reſarcire debet.l.fina.C.eodem titu. idem uoluit conſtitutio. incip.litigator autem. item de iure communi, ſi quis nõ pecunia, ſed precibus corrumpit iudicem, punitur pœna centum aureorum.l.prima.in fin.cũ gloſſ.ff.ad legem Iuliam de ambi.

180 ¶ Et nota unum notabile uerbũ, quòd ſi inquiſitus corrumpit iudicem, ut certam pro ſe ferat ſententiam, non punitur de corruptela, nec ipſe, nec iudex. doctri. eſt Bart. in l. qui explicandi. C. de accuſatio.

181 ¶ Et de iure ciuili attentans corrumpere, punitur ac ſi corrupiſſet. l. imperator Seuerus. ff. de iure fiſ. & Bal. in authenti. ſed nouo iure. C. de pœ. iu. qui mal. iudi. in prima quæſtio. idem eſt de iure regni: ut in cõſtitutio. incip. litigator autem.

182 ¶ Demum ſuperuenit capit. incip. uulgaris famæ proloquium. quo datur forma procedendi contra iudicem impetitum de corruptela, & in primis ſtatuit capiēdam eſſe informationem de fama iudicis: demum procedatur ad examen teſtiũ ſuper corruptela: & ſi duo aut tres teſtes cõditionis electæ & morum depoſuerint de corruptela, tunc ſi iudex fuerit bonæ famæ, datur ipſi copia nominum teſtium: nõ autem dictorum: & niſi aliquid probauerit, quod ipſius innocentiam demonſtret, ad condemnationem ipſius procedi debet. ſi uerò fuerit malæ famę, nulla ipſi data copia cõdemnabitur. debet tamen iudex in hoc

in hoc circũſpectè procedere,ut ad teſtimoniũ inimici minimè admittantur:& ſic debet inueſtigare,qui ſint teſtes, & cuius qualitatis:quis ſit zelus delatoris:quæ cauſa ipſum mouerit ad deferendũ:& ſi per unũ teſtẽ tantummodò bonæ exiſtimationis & uitæ cõtra iudicẽ ꝓbetur, & deferens iuret ſe dediſſe pecuniam iudici, & quãtitas nõ ſit magna,& dans ſit honeſta perſona,cõdemnabitur iudex.ſed ſi per teſtes nõ poteſt probari de corruptione prædicta,& delatus ſit malæ famæ, & aliqua ſaltem præſumptiue probentur contra eũ:ut quia probatur dãtis captio & abſolutio ſine cauſa, uel tractatus ſeu pactiones cũ officiali habitæ pro liberatiõe,uel aliæ cõiecturæ appareant in d.c.deſcriptæ,& deferens iuret ſe dediſſe, & quãtitas nõ eſt magna,tunc poteſt ſimiliter iudex cõdẽnari. at ſi officialis fuerit bonæ famæ,quãtũcũq; probẽtur pręſumptiões & cõiecturæ uel indicia contra eũ,præcipuè, ubi deferens leuis uitæ compertus fuerit,tũc ad cõdemnationẽ minimè deueniri poteſt.ſed ſi deferens ſit perſona approbatæ uitæ,& probentur contra officialem uiolenta indicia, quantumcũq; ſit officialis bonæ famæ repertus, ſi quantitas data non eſt magna,condemnabitur officialis. ſed ubicunq; propter defectum probationis condemnatio ſequi non poteſt, & ſunt indicia,debet delatus per iuramentum ſe purgare,& ſi officiales fuerint de corruptela condẽnati:non poſſunt appellare:ſed tantũmodò ſupplicare:& ipſa ſupplicatio non ſuſpendit pronuntiatũ,niſi quouſq; ipſa ſupplicatio coram principe præſentetur.& dictum cap.fuit factũ ad beneplacitum,de cuius intellectu uideatur Par.de Put.in lib.ſyndica.in uerbo,corruptio.& uide c.inci.itẽ, quòd in omni caſu.quo cauetur, quòd quando contra officialẽ legitimè non probatur, poteſt ſe per iuramentum purgare:ſi uerò iurare recuſauerit,debet ſtari iuramento partis aduerſæ de eo,quod dicit ei dediſſe.

De non opprimendis uaſſallis à dominis.

183 ¶Non debent barones ſuos uaſſallos indebitè opprimere,uel eis aliquid auferre:& ſi cõtrà fecerint, puniuntur in refectione expenſarum,& rẽ ablatam tenentur reſtituere,& ſoluere duplũ curiæ.ſi uerò uaſſalli indebitè querulantur cõtra dominos, debent in expenſis condẽnari.hoc eſt quod uoluit cõſti.incip.pręſenti conſtitutione.demum ſuperuenit regia pragma.incip.magnifico uiro Aloiſio Coppulæ,quæ eſt regis Ferdinandi.qua cauetur,quòd barones exigentes & extorquentes à uaſſallis adiutoria in caſibus nõ permiſsis,ultra emẽdationem dãni faciendã illis,quibus illatum eſt,tenẽtur ad duplum regiæ curiæ: nec poſſunt barones ſuos uaſſallos prohibere uendere, uel cogere ut uendãt,ſub pœna ducatorum mille,& eſt prag.Cæſ.ma. Caro.v.imp. incip. quin etiam.qua cauetur uaſſallos nõ opprimi à ſuis dominis.item eiuſdẽ eſt alia prag. incip.item ex quo diuino.qua cauetur,quòd barones non debẽt impedire matrimonia inter ſuos uaſſallos

los directè uel indirectè, ſub pœna
reſeruata regiæ maieſtati ſeu uice-
regi. item eſt alia prag. incip. audi-
uimus etiã. quæ mandat non impo
ni nouas angarias & gabellas ſub-
ditis per barones: niſi in caſibus à
iure permiſsis. itẽ eſt alia prag. in-
cip. graues inſuper. quæ mãdat ba-
ronibus, ut nõ cogant ſuos uaſſal-
los ad emẽdum ſua bona, ſub pœ-
na reſeruata regi, & perditionis
pretii coactæ uenditionis: & quòd
uenditio ſit nulla. itẽ eſt alia prag.
incip. audiuimus etiã cõplures ba-
rones. quæ mandat baronibus, ut
non cõſtringant ſuos uaſſallos ac-
cedere ad ſua molendina, furnos,
uel torcularia: niſi habuerint baro-
nes ius prohibendi ex conſuetudi-
ne uel priuilegio.

De ſeruis fugitiuis.

184 ¶ Seruos fugitiuos nullus capere
debet, & ſi ceperit, ſtatim domino
reſtituat: & ſi ignorauerit dominũ,
aſsignet baiulis & officialibus lo-
corum: qui cõtrà fecerit, ipſe, & o-
mnia eius bona, regis efficiuntur.
hoc uoluit conſtitutio incip. ſeruos
& ancillas. & eſt alia pœna de iure
communi, quàm ſecundũ hanc cõ-
ſtitutio. ut habetur in l. quicunq;. C.
de ſeruis fugi. & hæc conſtit. in par-
te corrigitur per conſtitu. incipien.
mancipia.

De falſis.

185 ¶ Falſificãtes literas regias aut ſi-
gillum, capitaliter debent puniri: ut
habetur in conſtit. qui literas. & nõ
eſt diſtinguendum, an literæ regiæ
contineb it iuſtitiã, an gratiam: an
fiat falſitas per notarios cancella-
riæ, an partẽ: an talis falſitas ſit ali-
cui nocitura, an non: an modica ſit
raſura: nec an ille, qui falſificauit,
uſus fuit, an non: nec an illæ literæ
falſificatæ ſint iuſtæ, an iniuſtæ: ut
habetur per Afflict. ibi. & dicit Affli.
quòd intelligitur de pœna capitali,
quæ eſt deportatio: ſed ſuperuenit
c. regni regis Caroli incipiẽ. ut quæ
ab excellentia. quod ſtatuit pœnam
ultimi ſupplicij in falſificantes lite-
ras & ſigillum regis: ut refert etiam
186 Afflict. in d. conſtitu. in fin. ¶ Vtens
falſo inſtrumento ignoranter, ex-
cuſatur à pœna falſi: ut eſt conſtitu.
incip. qui falsò. & concordat cũ l. ſi
falſos. C. eo. ſed dicit ſubaudiẽdum
eſſe Afflic. ibi: ſi deſiſtat ab uſu. & in
hoc eſt emanata regia prag. incip.
teſtẽ falſum. qua cauetur, quòd niſi
producens renuntiauerit uſui infra
octo dies poſt proceſſum publica-
187 tum, poteſt de falſo puniri. ¶ Et qui
inſtruit teſtes ad falſum deponen-
dum, pœna falſi coërcetur: ut habe-
tur in conſtit. qui falſitatẽ. quæ cõ-
cordat cum l. j. in princ. & §. j. ff. ad l.
Cor. de fal. & intelligetur de pœna
ſecundũ ius commune, quæ in ho-
mine libero eſt deportatio cũ pu-
blicatione bonorũ. ſecundũ Afflict.
188 ibi. ¶ Et qui celat teſtamentum uel
aliud inſtrumentũ, tenetur de fal-
ſo: ut habetur in conſti. teſtamento
rum. cõcordat text. l. Paulus. §. Pau-
189 lus. ff. ad l. Corn. de falſ. ¶ Et ſimili-
ter de falſo tenetur, qui aboleuit te
ſtamentum patris, in hunc finẽ, ut
ei ſuccedat ab inteſtato, & perdit
hæreditatem: ut in cõſtit. ſi quis pa-
190 tris. ¶ Et in pœna falſi qualitas per
ſonæ eſt inſpicienda & ſatis atten-
denda; ut in conſt. qualitas perſo-
næ.

191 næ. ¶ Et ſi teſtes in aliqua cauſa falſum depoſuerint, poſſunt ex eodẽ proceſſu pœna falſi puniri: & ſufficit ſi citentur ad dicendũ cauſam, quare non debeãt puniri de falſo: qui ſi nõ comparuerint, illa contumacia ſufficit ad eos cõdemnandũ: ut habetur in regia prag. teſtẽ fal-
192 ſum. ¶ Et ſi teſtis de falſo condemnatus iteratò falſum committat, ultimo ſupplicio punietur: ut eſt alia regia prag. incip. teſtes inſuper falſos. ¶ Et per querelam de falſo cõtra teſtes & partem, non retardatur curſus cauſæ principalis: ut in regia pragma. incipiẽ. Raymundus uniuerſis.

De falſa moneta.

193 ¶ Cudentes falſam monetam, uel ſcienter accipientes aut conſentientes, pœna capitis & publicatione bonorum plectuntur: ut in conſtit. incip. adulterinam monetam. quæ concordat cum l. ij. C. de falſ. mo.

194 ¶ Et qui pecuniam argenteam uel auream raſerit aut diminuerit, pœna eadem plectitur: ut in conſti. qui nummos. & eſt confirmatũ per regem Carolum: ut habetur in c. iam ſæpe ad nos. & ultrà ſtatuitur, quòd tales puniẽtur, ſicut de crimine læſæ maieſtatis: & quòd accuſator talium ipſis conuictis, debet habere uiginti auguſtales: & plenam fidem faciũt in tali crimine unus teſtis fide dignus de uiſu, & fama publica.

De ueneficijs.

195 ¶ Capitali ſententia debent plecti, qui ad alienãdos animos: uidelicet ad amorẽ uel odiũ: aut ad fatuitatem cauſandam, mala medicamenta homini dederint, aut uenenum, ut homo moriatur. & ſimile ſi aliquis habuerit uenenum penes ſe uel in domo, uel illud uendiderit, ſimili pœna plectitur: ut in conſtit. mala noxia. concordat cũ c. homicidas. xxiij. q. v. & in l. iij. ff. ad l. Cor. de ſicar. & intelligitur text. de uendente & habẽte penes ſe, ita uidelicet, ſi cauſa occidendi hominem habuerit, uel uendiderit: & ibi dicit Afflic. quòd eadem pœna plectatur & emptor: ut in conſtitu. incip. eadem pœna. & inquantũ ſuprà dicitur, quòd eadẽ pœna punitur uendens uenenũ ad nocẽdum. idẽ ſtatuitur in conſtitu. incip. quicunque
196 toxicum. ¶ Et qui inſtruxerit poculum amatorium, etiamſi neminem lęſerit, nõ erit impunis: ut in conſti. incip. poculum amatoriũ. ſed punitur, ſi eſt honeſtæ uitæ, relegatione ad inſulam, amiſſa parte bonorũ: & ſi eſt ſeruus, ad metallũ dãnatur. l. ſi quis. §. abortionis. ff. de pœn. & porrigẽtes uel dãtes amatoria pocula, ſi ſequatur mors, pœna mortis plectentur: ſi uerò ſumẽs in aliquo non lædatur, publicantur omnia bona, & per annum carcerãtur: ut habetur in conſtitu. amatoria pocula.

De adulterijs.

197 ¶ Adultera licet de iure communi pœna mortis plectebatur: ut C. eo. tit. l. caſtitatem. & l. quãuis. tamẽ de iure regni punitur aliter. quia traditur uiro, ut ille ipſi truncet naſum: & ſi uir noluerit naſum truncare, publicè flagellabitur: ut in cõſtit. legum aſperitate. & ſic ſolũ in adultero eſt hodie pœna mortis, per d. l. quãuis. quæ per conſtit. regni non

immu

immutatur.& de iure etiam canonum eſt pœna capitis in adultero: ut extrà, de pro.c.tuæ.inſtit.de pu.
198 iu.§.ſed & lex.¶Et maritus ſi repe rit uxorem in adulterio, nulla mora protracta utrunq; occidere poteſt: ut in conſtitu.ſi maritus.& eſt notandum, quòd iudex eccleſiaſticus, eſt iudex competens in cauſa adulterij: ut in conſti.incip.maieſta ti noſtræ.quod qualiter intelligatur, uide Afflict.ibi.

De lenonibus.

¶De lenocinio dixi ſatis ſuprà in uerbo, & lenocinium commiſit.ubi habes, quæ ſint de iure regni ſtatuta, quæ hîc non repeto.

De uendente liberum hominem.

199 ¶Qui ſciens liberum hominē uendiderit, debet redimere ipſum ſic uenditum, & ipſe uendens efficitur ſeruus curiæ, & omnia eius bona publicantur: & ſi nō poteſt redimere illum ſic uenditū, debet ipſe tradi parentibus uenditi, & nihilominus omnia eius bona publicantur: & ſi contigerit, ut quomodocunq; ille ſeruus uenditus redeat, debet ipſe uendens tradi pro ſeruo regiæ curiæ in perpetuam ſeruitutē. hoc eſt quòd uoluit conſtitu.incip.qui ſciens.

De incendiarijs.

200 ¶Incendiarij domorū de nocte, puniuntur pœna mortis: ut prouiſum eſt per cōſti.incip.ſuper incendiariis.& per conſti.regni incip.qui ...loſè.ſtatutum eſt generaliter, ꝙ de... ...diarij domorū in ciuitate, ca... ince... ...antur: ut in conſti.qui do... pite puni... ...un duo capitula regis loſè.ſunt eti...

Caroli de imponente ignem reſtuchiis cāporū, quæ aliter nō refero.

De ludentibus ad dados.

201 ¶Ludētes quotidie ad aleā & dados, & tabernarum frequētatores, inter infames habentur, & proinde à teſtimonio repelluntur: ut in cōſtitu.mores diſſoluti.

De blaſphemantibus.

202 ¶Blaſphemantes deū linguæ amputatione plectuntur: ut in conſtit. blaſphemātes.de iure cōmuni erat pœna mortis: ut in authen.ut non luxu.contra na.colla.vj. ſuperuenit demum regia pragma. regis Ferdinādi incipi.maxima nobis ingratitudo.qua cautū eſt, ꝙ blaſphemantes nō attēta qualitate perſonarū, ſemper corporaliter puniātur, iuxta formā regni conſtit. & ſi officiales tales blaſphemantes non puniant, priuātur ſuis officiis, & aliis pœnis plectātur. de iure uerò canonico ſi ſacerdos uel clericus blaſphemauerit, priuabitur fructibus beneficiorū per annū pro prima uice: & pro ſecūda uice, ſi unicū habuerit beneficium, debet eo priuari: ſi autē plura, illud quod uoluerit ordinarius, debet amittere: & pro tertia uice dignitatibus & beneficiis omnibus priuabitur: eaq; liberè impetrari & conferri poterunt: & eſt ius nouiſſimum ſtatutum in cōcilio Lateranenſi ſub Leone decimo, ut refert Ioan. Dia.in prac. cri.cano. in uerbo, blaſphemiis.

De periurijs.

203 ¶Periurium cōmittentes in iudicio, uel extra, ſcienter, manus amputatione plectentur: ut eſt conſti. cos qui ſcienter, & nota ꝙ extant duo

duo ritus magnæ curiæ uicariæ: unus incipit, itē nota quòd.ille.alter incipit, item ſeruat ipſa curia, quòd ſi aliquis. quibus cauetur, ꝙ contra eum, contra quem præſentatum & liquidatum eſt inſtrumentum, proceditur ad mutilationem manus. hodie tamen in periurijs, quæ extra iudicium committuntur in contractibus, non proceditur ad ad mutilationem manus. & eſt notandum quòd eſt noua pœna, quæ non erat de iure communi. ſecundum Afflict.ibi.

De ſepulchro uiolato.

204 ¶ Qui ſpoliat mortuum uel occiſum, pœna manus punitur: & non ex hoc cenſentur ſublata diſpoſita per ius commune circa uiolatores ſepulchrorum: ut habetur in cōſtit. ſi quis aliquem occiſum.

De occupantibus rem ad fiſcum pertinentibus.

205 ¶ Qui occupatam tenuerit terrā, uel baroniam ad fiſcū pertinentē, publicatione omnium ſuorū bonorum plectetur: ut habetur in c.inci. prædeceſſorum noſtrorū. & ſimiliter qui occupat aliquam rem particularem de demanio regis, punitur pœna quadrupli omnium redituū & prouentuū, quos percepit occupator ex re demaniali ſpectante ad regium fiſcū: ut in d.c. & illud allegat Afflic.in conſtit.inter multas.in

206 iiij.not.in fi. ¶ Et eſt notādū, quòd debet ſeruari ordo iuris, quādo fiſcus prætendit, quòd aliqua perſona priuata detineat res uel iura fiſci occupata: & antequàm legitimè conuincatur occupator, non debet ſpoliari: ut habetur in c.item ſtatuimus, quòd ſi procuratores fiſci. de quo meminit Afflict.in d.conſti.inter multas.in iiij.not.in fine. eſt etiā aliud c.incipiē.ex commiſsi nobis. quo cauetur, quòd ſub pœna unciarum mille occupatores rerum demanialium debent bona occupata relaxare: aliàs ſine alio proceſſu procedetur ad exactionem dictæ pœnæ.

Vt nullus retineat commendatos in terris demanij.

207 ¶ In terris demanij nemini licet tenere affidatos: aliàs tenetur reſtituere ipſos cōmendatos, & ad pœnam decē librarum auri pro prima uice: & pro ſecunda uice tenetur ad pœnam publicationis omniū bonorum: & pro tertia uice ultimo ſupplicio condēnabitur: ut eſt text. in c.regis Caroli incip. prædeceſſo-

208 rum noſtrorum. ¶ Itē in terris baronis non poſſunt recipi uaſſalli demaniales ſub pœna omniū bonorum, quæ tenet baro in regis dominio: ut habetur in c.regis Roberti.incip. cùm ex noſtra cura.

De proditoribus eorumq́; pœna.

209 ¶ Proditores puniūtur pœna mortis & publicatione omnium bonorum: ut habetur in ca.nuper apud Tranum. & qui dederit conſiliū uel fauorem, aut receptauerit, eadem pœna punietur: & qui liberos receptauerit uel dederit auxilium uel conſilium, grauiſsimis pœnis arbitrio regis punietur. & ſi quis ſciuerit eſſe proditores in regno & celauerit: uel ubi potuiſſet capere, non ceperit: uel ſi nō potuit capere, non acclamauerit alta uoce, ut proditor regis in perſona & rebus grauiſsimè

210 uiſsimè puniatur. ¶ Et poſtquam captus fuerit quis pro crimine læſæ maieſtatis, non poteſt abſolui, nec datis uel non datis fideiuſſoribus à carcere liberari, uel eorũ bona reſtitui, ſine regis ſpeciali mandato. & quando denuntiatur regi, debet denuntiari in forma deſcripta in d.
211 c. nuper apud Tranum. ¶ Et ſi ex cauſa proditionis bona proditorũ ad curiam deuoluta fuerint, intra annum unum uel biennium, ſeruata diſtinctione abſentium uel præſentium, qui in dictis bonis ius habere confidit, contra curiam regiã, eumq; qui à curia tenet, ius ſuũ intentare debet: quòd ſi non intẽtare curet, ultrà non auditur: ut habetur
212 in c. & ſi frequẽter. ¶ Et filiæ filiiue proditorum non poſſunt matrimonia cõtrahere abſq; aſſenſu regio, ſub pœna publicationis omnium bonorum: ut in cap. ſatis conſtat. de quo dixi ſuprà: ne filii pro pa. & idẽ ſtatuitur in filiis & filiabus bannitorum & foriudicatorum: ut ibi. ſed iſtud ultimum corrigitur per c. incip. humanitatem quoq;. & proba-
213 tur primum. ¶ Et bona proditorũ ipſo iure ſunt fiſci abſq; adẽptione poſſeſsionis: & intra annos uiginti numerandos à die cõmiſsi delicti, poteſt ea fiſcus uẽdicare à quibuſlibet detentoribus: & poſſeſſores iuuentur legitimis exceptionibus: ſed proditores & filii nulla exceptione iuuantur: ut habetur in c. incip. bona proditorum.

De quæſtionibus & tormentis.

214 ¶ Ad torturam procedi nõ poteſt, niſi ſecũdum ordinationem & formam conſtitutionum regni & iuris communis: ut in cap. incip. item caueant. nec ad torturam procedi poteſt ſine conſilio iudicum, ut in ca. item quòd in cognitionibus omnium cauſarum. & per regiam prag. incip. mãdamus quoq; cautum eſt: ſi ſunt quatuor iudices, omnes debent uotare & ſubſcribere decretũ
215 de torquendo. ¶ Et tortura habet locum in his delictis, in quibus uenit imponenda pœna ultra relegationem in conuictis: & debet dari præcedentibus legitimis indiciis, argumẽtis, ſuſpicionibus, & excuſſione qualitatis & conditionis perſonæ quæſtionibus exponendæ: ut
216 in c. tormenta. ¶ Et tortura debet dari in publico coram aſſeſſoribus, actorum notario, & aduocatis: ſed ex cauſa in occulto datur. ſed confeſsio faciẽda per tortum, fit in ſecreto: ut habetur in c. habebitur. ſed de facto nõ ſeruatur: quia datur tortura in occulto & abſentibus aduocatis: licet aduocatus fiſci ex quo-
217 dam abuſu interueniat. ¶ Et ante torturam debet dari copia indiciorum, argumentorum, & ſuſpitionũ, propter quæ deuenitur ad torturã: aliàs proceſſus erit nullus: ut in eodem c. de quo dic. ut ſuprà. in loco
218 ſuo dixi. ¶ Et in accuſatis de crimine læſæ maieſtatis, hæreſis: & in publicis latronibus, & diſrobatoribus ſtratarũ, captis in flagrãti crimine, aut in fuga: & in teſte uacillante & in eo, qui deliquit iudice ſedente pro tribunali, debet ſeruari ius cõmune, ut præter formam & modũ præſentis edicti ſubdãtur quæſtionibus, ſicut iudici uidebitur: ut in c.

219 in accuſatis. ¶Et ſi contra formam à iure introductam fuerit quis per officiales tormentis expoſitus de conſilio iudicis & aſſeſſoris, debet puniri ipſe aſſeſſor, niſi arguatur officialis de dolo: quo caſu uterq; puniatur: ut in d.cap.in accuſatis. & ſi officialis tormentauit aliquem abſque conſilio aſſeſſoris, ipſe officialis punitur, & excuſatur aſſeſſor, ſi ignorauit: uel ſi ſciuit, & per-
220 tinaciter reſtitit. ¶Et quando aſſeſſor reſiſtit, tenetur notarius actorum ſub pœna ſcribere illam reſiſtentiam: ut in dicto ca.in accuſatis.
221 ¶Item per cap.incip.tormentis.eſt ſimiliter prouiſum, ut tormenta inferantur in crimine læſæ maieſtatis, aut in diſrobationibus ſtratarum, ita, ſi contra tales publica ſama ſit, & ſufficientia præcedant indicia: ſic etiã in homicida, aut aliàs delinquẽte enormiter, capto in flagranti crimine: ut habetur in ca.incip.tormentis. & adde, quòd iſtud capitu.licet ſit poſterius in ordine, quàm cap.in accuſatis, tamen illud corrigit iſtud, ut etiam tortura habeat locum in teſte uacillante, ut hic dicunt moderni. & intellige hoc & illud, ut tortura habeat locum in iſtis caſibus præter formam capitulorum regni, ſed ſeruata forma iu
222 ris communis. ¶Item per ca.incip. item prouiſa iuris ſanctio.eſt cautum, ut tormenta etiam die feriato inferantur latronibus, & ſtratarum diſrobatoribus, aut aliis enormiter delinquentibus, qui etiam poſſunt & debent tormentari, ſi, & prout uidebitur officiali, ut ex dicto cap. eſt ſumpta præeminentia magnæ curiæ uicariæ. & ſimiliter eſt ſtatutum per capitu. incipien.idem magiſtris. quo cauetur, ut in talibus caſibus nõ obſeruatis capitulis regni, de iure communi tormententur tales.

De appellationibus recipiendis.

223 ¶Si contigerit appellari à decreto de torquendo, & iuſta eſt appellatio, debet admitti, & interim ad torturam non procedi. quòd ſi non admiſſa appellatione iudex ad torturam proceſſerit, & ut dictum eſt, appellatio interpoſita erit iuſta: uel proceſſerit ad torturam, ubi non debuit: aut contra formam iuris, ſi tortus ex tormentis ipſis, uel propter confeſſa in tormentis, mortuus fuerit, iudex ipſe ad ultimum ſupplicium propterea tenetur: & ſimili pœna tenentur iudices, qui reiecta appellatione à diffinitiua condemnatoria ad mortem, exequutioni ſententiam ipſam demandauerunt. & ſi tortus ex tormentis mortuus non fuerit, iudex ipſe in pœnam carceris biennalis incurrit, & tertia pars bonorum ipſius omnium commodis curiæ ipſo facto applicatur. & ſimiliter ſi damnatus ad mortem non admiſſa appellatione, non fuerit traditus morti, ſed ad aliud ſupplicium, iudex in ſimilem pœnam incurrat: & officialis ſic ſemel punitus, ad aliud officiũ nunquã recipiatur: & ſi per proceſſum apparuerit, ꝙ cõtra formam iuris & capitulorũ fuerit ad torturam proceſſum, etiam ſi tortus confeſſus fuerit ſpõte, illa talis confeſsio nulla erit: ut habetur

tur in c.ſi iuſtè quis appellauerit.

224 ¶Et eſt notandum,ꝙ fiſcus nunquam appellat à ſententia abſolutoria: ut habetur in ritu incip.ubi uerò denunciatus.de quo ſuprà in loco ſuo dixi.eſt tamen bene uerũ, quòd de iure capitulorũ regni ubicunq; ex officio procederetur,& daretur ſentẽtia abſolutoria,à qua nullus appellabat,debebat ipſa ſententia abſolutoria notificari ſuperiori, ad quem deberet appellari: iſq; debebat intra decem dies reſcribere iudici,qui tulit ſentẽtiam, & interim cognoſcere de meritis cauſæ: & ſi appellatum ab aliquo foret,uel infra menſem à die,quo inferioris ſuſcepiſſet literas,de iuribus ſententiæ & proceſſus non cognouiſſet,ſententia in rem iudicatam tranſibat:ut habetur in capi. plerunq; contingit.quod eſt ſublatum per ritum,poſtquam appellari non poteſt.

De inuentore theſauri.

225 ¶Si quis inuenerit theſaurum,ſine ſpeciali mandato regis capi nõ poteſt,niſi de theſauro inuento conſtet, uel uerisimilibus indiciis appareat:quo caſu poteſt capi & carcerari:& inde ſtatim debet reſcribi ipſi regi tenor totius proceſſus,& quicquid inde inuentum eſt:ut habetur in cap.prædicti magiſtri procuratores.

De excommunicatis.

226 ¶Excommunicati qui ultra annũ in excommunicatione perdurauerint,debent curiæ ſeculari denunciari, ac per eam pœna debita plecti.hoc dicit tex.in capitu.item ſtatuimus,quòd ſi contingat: & hæc pœna ſtatuitur per aliud c.incip.ſi quis excommunicatione.quo cauetur,ꝙ talis excommunicatus ultra annum in excommunicatione perdurans,ſi comes fuerit, ſoluat curiæ uncias uigintiquatuor: ſi Baro, xij.ſi miles ſimplex,ſex:ſi burgenſis,tres:ſi ruſticus,unciam unam & ſemis:& ſi ſecundo anno perdurauerit, eſt pœna dupli quantitatis prædictæ:& ſi tertio,triplum:& ſic
227 de ſingulis.¶Item ſtatutũ eſt,quòd ſi agatur criminaliter uel de ſpolio uel ex quauis alia cauſa contra aliquem,& per accuſatũ excipiatur,ꝙ accuſator eſt excommunicatus,ne cauſa impediatur,debet procedi in cauſa per iudicẽ,ac ſi nullus accuſator foret,& nihilominus ipſum ſic excipiẽtẽ de excõmunicatione iurare faciat,ꝙ exceptionẽ ipſam nõ calumnię cauſa obiiciat,uel animo differendi iudiciũ:& deinde debet aſsignari terminus ipſi excipienti, intra quẽ probet dictã exceptionem:qui ſi defecerit in eius probatione,debet priuari poſſeſsiõe ipſo facto:ut habetur in c.regis Roberti
228 inci.pro bono ſtatu.¶ Et ſi fuerint teſtes allegati excõmunicati,debẽt ad cautelã abſolui:& ſi per eos ſententia fuerit lata,retractatur ſententia ipſa,ac ſi foret lata per falſos teſtes uel inſtrumenta:ut habetur in c.eiuſdem regis Roberti incip. ne per exceptionis anfractum.

Vbi de crimine agi oporteat.

229 ¶De crimine eccleſiaſtico nõ debet agi coram ſeculari,ſed corã eccleſiaſtico tantùm:ut in c.item ſta-
230 tuimus, quòd officiales. ¶Item uaſſalli eccleſiarũ in ciuilibus non

trahuntur coram ſeculari, ſed pro criminalibus: pro ſpretis uidelicet defenſis, portatione armorum, & aliis: ut habetur in c. item ſtatuimus
231 quòd iuſtitiarij. ¶ Itē de grauaminibus illatis per prælatos uel alias perſonas eccleſiaſticas uaſſallis eccleſiæ uel aliis, poteſt cognoſcere iuſtitiarius prouinciæ: ut habetur in
232 c. ad regale faſtigium. ¶ Item maleſactores aufugiētes de una prouincia in aliam, poſſunt inſequi per xv. miliaria intra aliam prouinciā, & per capiētem puniri: ut in c. Re-
233 gis Roberti. incip. diu iam. ¶ Item ſi delinquentes aufugerint de una ciuitate in aliam, debent capi ad requiſitionē iudicis delicti, & ad eum remitti, ut puniantur: ut habetur in pragmatica regis Ferdinandi, incipien. licet ut uniuerſalis Italiæ pax.
234 ¶ Item ſciēdum eſt, quòd pro primis cauſis nō debent extrahi extra diſtrictum proprij incolatus, ut in prag. regis Ferdinādi inci. itē quòd officiales regis. eſt cautum, quòd poſſunt capi delinquētes extra territorium, & remitti ad iudicem loci delicti ibidē puniendi: niſi eſſent latrones publici & diſrobatores ſtratarum, qui per quoſcunque puniri poſſunt.

De confeſſis.

235 ¶ Cōfeſsiones extortæ per ſobgeſtionem & promiſsionem gratiæ, ſunt nullius momēti: ut habetur in c. inci. multorum ad aures noſtras.

De procuratoribus.

236 ¶ Si ultra decem accuſantur uel inquiruntur, poſſunt conſtituere procuratorem, niſi in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis: ut habetur in c. incip. idem ſtudio. idem ſtatuitur in c. incip. ſtatuimus, ut quoties. ſed ibi eſt unū plus, quod corrigit præcedens c. in quātum uolebat, quòd ad hoc, ut procurator conſtitui poſſet, debebant eſſe ultra decem: ſed iſtud c. uoluit, quòd ſi ſunt decem, licet non ultra, poſſunt procuratorem conſtituere.

De pœnis.

237 ¶ In pœnis fiſco acquirendis pecuniarijs proceditur ſummariè, ſimpliciter, & de plano: ut habetur in c. regis Caroli incipien. ab olim.
238 ¶ Pœna portatiōis armorum, homicidij clandeſtini, aliæq; pœnæ, ſiue certæ ſiue arbitrariæ, poſſunt ſi pecuniariæ ſunt, componi & moderari, ubi paupertas, impotentia, uel alia rationabilis cauſa ſuaſerit: ut habetur in c. regis Roberti inci.
239 exercere uolentēs. ¶ Sed ſi proceditur contra latrones famoſos, aliosque maleficos grauium ſcelerum labe reſperſos, non poteſt eorum pœna corporalis in pecuniariam commutari: ut habetur in c. regis Roberti incip. ne peruerſo iudi
240 cio. ¶ Demum extat aliud c. eiuſdem regis, quo pinguius prouidetur, ne ī ullo delicto, ubi pœna corporalis ueniret imponenda, ea in pecuniariam commutetur ſub pœ-
241 na: ut in c. ne qs ſua malitia. ¶ Sed ſi quis bonæ conditionis & famæ aliquem uulnerauerit, & uulnus nō eſt letale, nec membri mutilario ſequitur, ad compoſitionem pecuniariam admitti poteſt: ut in c. incip. ad peruerſorum. de quo ſuprà dixi.
242 ¶ Item per prag. Cæſ. maie. incip. & quia

quia facilitas.cautum eſt,quòd pœnæ mortis & membri mutilationis, inconſulto pro rege,minimè commutari queſit:ſub pœna,de qua ibi.

243 ¶Et per ritum magnæ curiæ uicariæ eſt cautum,quòd nunquam deuenitur ad commutationem pœnæ uel compoſitionẽ,niſi parte denuntiante,remittente:ut in ritu.item ꝙ ubi proceditur ex officio.& in alio ritu incip.item quòd dictus locum tenens.licet in alio ritu ſtatuebatur,quòd poſſet componi de quocunque maleficio,ſaluo iure partis: & quando fit compoſitio,debet fieri in præſentia iudicũ,actorum notarij,& ærarij,curiæ.& idem, quod ſuprà,ſtatuitur per alium ritum incip.item ſeruat ipſa curia nullum.

244 ¶Item per alium ritum inci.item quòd nullus accuſatus eſt ordinatum,ut nõ poſsit deueniri ad compoſitionẽ, niſi probato delicto per teſtes , uel per confeſsionem rei.

245 ¶Compoſitiones non debẽt fieri abſque interuentu officialium, ærarij, & magiſtri actorum: ut in conſti.cauſas.

De receptatoribus.

246 ¶Receptatores malefactorũ eadem pœna puniendi ſunt, qua ipſi malefactores pro ſuis criminibus puniendi eſſent.& terra,ubi fuerint receptati per barones, per quinquennium erit fiſci.& ſi uniuerſitates receptauerint,illi,qui ſunt maiores de ipſa uniuerſitate,& potuerunt prohibere receptationem,puniantur, aliàs tota uniuerſitas puniatur,ut pro quolibet focularí augustale unũ ſoluatur: ut habetur in c.regis Roberti incip.licet contra

247 receptatores. ¶Sed per aliud c. eiuſdem regis Roberti incip.ad iniuſta remouenda grauamina eſt ſtatutum,quòd non poſſunt uniuerſitates cõponere & puniri de receptatione bannitorũ & aliorũ malefactorũ.alia uerò iura regni ſuper hocuide ſuprà in uerbo,bãniantur.

De fideiuſſoribus.

248 ¶Fideiuſſores in criminalibus urant,ſicut ipſi principales:ut habetur in ritu incip.in primis.& quãdo fideiuſſores ſe obligant pro principali inquiſito de eũ præſentãdo,ſi, & quoties fuerit ipſe principalis requiſitus,uel ipſi fuerint requiſiti de pręſentando,ſi curia uoluerit pręſentiam inquiſiti habere,& extraiudicialiter uoluerit requirere fideiuſſores,ut pręſentent, debent requirere ipſum principalẽ,ut ſe pręſentet:& fideiuſſores,ut præſentẽt, ad pœnã fideiuſsionis tenebuntur: & ipſe principalis ad pœnã unciarum quatuor.iuxta ritũ magnę curiæ uicariæ incip.item notandũ eſt.

249 ¶Et ex hoc infero,quòd licet forma fideiuſsionis ſit,ꝙ quoties fuerit requiſitus ipſe principalis,ut ſe præſentet,toties teneãtur fideiuſſores præſentare:tamen ſi nõ præſentarit ſe reus,non ex hoc ſunt in pœna fideiuſſores ipſi.quia debuerunt requiri iuxta formã dicti ritus: licet cõtrariũ uoluerit Bal.in addi. Spe.in tit.de dol.& cõtu.in rubrica.

250 ¶Itẽ debent requiri ipſi fideiuſſores cũ inſerta forma fideiuſsionis: & licet requiranẽ in eodẽ loco,ubi ſunt ipſi fideiuſſores,debet fieri citatio clauſa ſigillo iuſtitiæ,quo curia utitur iuxta ritum magnæ curiæ

uicariæ incip.item quando requiritur.ego non uidi fieri citationem clauſam:ſed cum ſigillo & cum in-
251 ſerta forma fideiuſsionis,ſic.¶ Sed nunquid iudices,ſi,& quãdo uidebitur, & ad ſuum libitum poſsint requirere fideiuſſores,ut pręſentẽt principalem.Bar.& Alex.in l.pe.ff. de quæſtio.dicũt,quòd nõ:ſed bene ſi poſtquam ipſe principalis liberatus fuit,ſuperuenerunt noua indicia,ex quibus poſſet ad torturam deueniri,& non aliter:& tunc ſi fideiuſſores non præſentant, condemnantur ad pœnã,& ipſe principalis contumax reputatur,ac ſi,& prout à principio poterat:ut ibidẽ habetur per Bartolum, & intellige ſi ſuperuenerũt noua indicia in eo delicto,pro quo fideiuſſores præſtitit. adde quòd hoc eſt uerum, quando reus fuit liberatus ſub fideiuſſoribus factis defenſionibus & purgatis indiciis:at ſecus,ſi ante cognitionem delicti fuerit liberatus, quia eo caſu poſſunt citari fideiuſſores ad præſentandum, etiamſi noua non ſuperuenerint indicia:ut bene concludit dom.Dyn.de Mux. in conſi.39.quidam nomine Citadi-
252 nus.quod nota.¶ Sed pone quòd reus liberatus ſub fideiuſſoribus nouum cõmiſit delictum,cuius rei cauſa iudex citat fideiuſſores, ut præſentent reũ illum,dicens, quòd ſuperuenerunt noua indicia in illo delicto,pro quo liberatus fuit ille, & quòd pro illo delicto eum cõparere uelit,cùm reuera nõ uelit pro eo delicto,ſed ꝓ nouo:quod quęſo hic remedium dabitur fideiuſſoribus?dicas,quòd poſſunt cõparere, & petere, ut iuret iudex pro qua cauſa uelit illã rei præſentationem:& nũ noua ſuperuenerint indicia in eo delicto,pro quo fideiuſſerunt:& tenetur iurare:ut notabiliter cõſuluit Alber.Brun.in cõſi.87. incip.circa primũ uidendũ eſt.in fine.ſi tamen ipſi fideiuſſores offerant ſtare ſuo iuramento.& ita ſępe
253 practicaui,& practicari uidi.¶ Sed pone quòd reuera curia eũ uoluerit pro illa cauſa,cũ inſuper ex nouo delicto effectus ſit rebellis, an teneantur fideiuſſores eũ præſentare.in quo Afflict.in conſti.humanitate.in 4.nota.uerſi.iterum quæro. dicit,quòd non tenẽtur:ex quo cũ ſit rebellis,habetur pro mortuo: & morte ciuili finitur fideiuſsio iudicio ſiſtẽdi cauſa facta:ut dicunt doctores in l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſda.
254 cog.¶ Sed finge quòd pro nouo delicto eſt bãnitus tantũ ſecũdum formam cõſtitutionũ regni,& practicã traditam per me ſupra in uerbo,bãniantur,nũquid fideiuſſores teneantur præſentare:in quo quidem Bar.in l.ſi uerò.ff.qui ſatiſda. cogan.inquit,ꝙ ſi fuit ille bãnitus abſque culpa fideiuſſorũ,tũc quidẽ ſi ipſe reus eſt bãnitus tantũ,& bona non ſunt publicata, fideiuſſores tenẽtur eũ præſentare, quia poteſt uenire reus, & purgare cõtumaciã, & ſiſtere ĩ iudicio:at ſec’(dicit ipſe) dicendũ eſt in deportato,ꝗ amittit omnia,quę iuris ciuilis ſunt, & idẽ (dicit ipſe)poteſt dici ĩ eo deportato,ſi eſſet talis cauſa, in qua etiam poſt deportationẽ poſſet ſiſtere ĩn iudicio,qa fideiuſſor remanet obligatus.& ſi bona eſſent publicata,&

ſiſcus

fiſcus accepiſſet illa bona,tūc ſi fideiuſſor promiſiſſet fiſco de iudicio ſiſti,ad fiſci utilitatē fideiuſſor liberatur:quia creditor ſuccedit debitori.ſed ſi fiſcus illa bona nō accepiſſet,ꝙ non eſſent ſoluēdo:uel promiſiſſet de iudicio ſiſti priuato,tūc non liberatur fideiuſſor.& ſic,ut uides,in regno,cùm bannitus nō ſtatim amittat bona,tenetur fideiuſſor eum præſentare,nō obſtante,ꝙ ſit bannitus reus pro alio delicto.ſecundum Bar.ubi ſuprà:ſed Spec.in titu.de accuſa.in §.de contumacia accuſati.uerſi. item quæritur: ecce Titius promiſit tenere ſimpliciter. quòd ſi eſt bannitus reus propter aliud maleficium, fideiuſſor eſt liberatus & amplius non tenetur:& ita dicit debere intelligi tex.in l.ſed ſi quis.ff.ſi quis cautio.& l.ij.§.fin. ff.de custo.& exhi.reo.Gandi.in titu.de aliqui.quæſtion.uar.in malefic.uerſic. item pone quæſtionem, quam Bononiæ.antepe.colum.ponit quæſtionem in eo,qui propter aliud maleficium fuerat bānitus bāno perpetuo,& eius bona fuerant publicata.& ſic,prout dicit Bart.& tenet in eo caſu nō teneri fideiuſſores:& ſic nō loqtur in caſu noſtro. ſed Ang.in l.ſi qs ſeruus.§.qui exhibēdi.ff.de cuſt.reo.tenet ſimpliciter opinionē Spec.ut ſi reus ſit bannitus propter aliud maleficium,fideiuſſores ſint liberati,& amplius nō teneantur:at ſecus,ſi eſſet bannitus pro eodem delicto,pro quo ipſi fideiuſſerunt.quia tunc non cenſentur liberati.& idem uidetur tenere in l.capitis.ff.de fideiuſſorib.in fin. & cum hac opinione nunc tranſeo.

255 ¶Sed quòd ſi iudex dederit cauſam,ut reus aufugeret:ut quia iactabat ſe uelle carcerare inquiſitum, eumq́; malè tractare:uel quia dixit inquiſito,quòd aufugeret:an fideiuſſores citati ad præſentandū teneantur,an minus.& in hoc reperio Barth.Cepol.in cōſil.xxv.incip. cum per ſer.Iacobū,qui arguit pro & contra:tandem dicit,quòd fideiuſſores nō ex hoc ſunt liberati,ſed adhuc tenentur.fatetur tamē,quòd ſi pœna deberet applicari ipſi iudici,quòd non tenerentur ad pœnā. puto tamen,ſi iudex dediſſet cauſam fugæ: ut quia inſequutus fuit eum:uel ſe iactauit de eū malè & peſſimè tractando,& ſit ſolitus ſimilia facere cum effectu: uel perſuaſit expreſsè reo, quòd fugeret, quòd tunc fideiuſſores non tenentur.arg.eius,quod notabiliter dixi, Pet.de Ancha.in conſi.409.probata tanta ſæuitia,uoluit,quòd ſi accuſator dedit cauſam fugæ inquiſito & accuſato, eius contumacia non obeſt:& ita refert & ſequitur Grāmat.in conſi.primo poſt regias deciſiones.nū.23.& ſic cùm contumacia ob dictas cauſas inquiſito non obſit,minimè debet obeſſe fideiuſſoribus:cogitate tamen.& pro hoc facit glo.not.in l.lege Corne.ff.ad Sylle.& multùm nōtabiliter tenet
256 Cepol.in l.idē ait.ff.de ædi.edi.¶Illud tamē adnotandū eſt,ꝙ ad hoc, ut pœna fideiuſsionis poſsit à fideiuſſoribus exigi,eſt neceſſe,ꝙ fiſcus accuſet pœnā:aliàs non poteſt exigi.bene tamē uerū eſt,ſi eſt factum mandatū fideiuſſoribus,ꝙ cōparerent ad dicēdū cauſam,quare non

debeat accuſari & exequi pro pœna fideiuſsióis,quòd túc debet declarari per iudicem pœnam poſſe accuſari & poſſe exequi:ut fuit deci.in ſacro regio conſilio,ut teſtatur Affli.in deciſio.tertia extat ob-
257 ſeruãtia.¶ Quòd ſi carceratus fuerit reus per iudicem pro eadẽ cauſa,pro qua fideiuſſores præſtitit,& demum aufugerit à carceribus uel à manibus familiæ, an ipſi fideiuſſores ſint liberati:hæc quæſtio latè pertractatur per Afflict.in deci.150. habuimus iſtum caſum.qui tandem refert in ſacro regio conſi.Neapolitano fuiſſe deciſum,quòd fideiuſſores ipſi ſint liberati : at ſecus, ſi fuiſſet captus ſeu carceratus reus pro alia cauſa:quo caſu ſi fideiuſſores cõparuiſſent & dixiſſent curiæ, quòd eum præſentãt, & quòd nolunt amplius teneri,etiam dicendũ eſt, quod ſint liberati:ut ibi dicit idem Afflict.per doctri.Ioan.Andr. in addi.Specul.in titu.de accuſa.§.
258 ſequitur. ¶ Sed pone quòd curia eum eũ habet carceratum, nec requiſiuit fideiuſſores,ut præſentarẽt eum, an fideiuſſores poſsint ex ſe reum præſentare,ut ſic amplius nõ teneantur,& curia teneatur dictam præſentationem acceptare : in hoc dico,quòd nõ:ut in terminis conſuluit Ludo.Roma.in conſil.127.incip.iſta promiſsio. tamẽ quãdo eſt carceratus reus pro alia cauſa, tenetur curia acceptare illam præſentationem:ut dicit idem Roma.in d. cõſi.dum ſequitur opinio.Io.And.
259 quę notes ¶ Quòd ſi fideiuſſores promiſerũt reũ præſentare,nõ adiecta certa pœna,qualiter puniũtur ipſi fideiuſſores,ſi non præſentant ipſum reum? Specu.in titu.de accuſa.§.ſequitur uidere.nume.15.dicit, quòd quando certa pœna fideiuſſioni non eſt adiecta,túc iudex puniet fideiuſſores pœna pecuniaria ſuo arbitrio,ſecundum qualitatem & conditionem perſonæ.
260 ¶ Sed pone quòd quis fideiuſsit pro aliquo de eũ præſentando toties quoties,uel de eum ſiſtẽdo iuri,& non pręſentauit,nec fecit eum in iudicio ſiſtere : quo caſu fiſcus accuſat pœnã & exigit:an ultra pœnam fideiuſsionis teneatur ipſe fideiuſſor ad intereſſe parti,ad cuius inſtantiã ille erat carceratus:ut breuiter in hoc caſu habemus deciſionem Afflict.in deci.234.incip.fideiuſſor. ubi refert fuiſſe deciſum, ꝙ ultra pœnam debitam fiſco tenetur
261 parti ad intereſſe. ¶ Quid operentur illa uerba poſita in ritu : toties quoties,quæ cõmuniter apponuntur in fideiuſsionib. Ang.in l.quòd ſi nolit.§.ſiquis ita.ff.de ædi.edi.dicit,quòd operãtur,quòd fideiuſſores tenentur præſentare uſque ad ſententiam:ſed ſi dicatur in fideiuſſione:toties quoties,& quandocũque curiæ placuerit, tunc tenentur fideiuſſores etiam poſt ſententiam repræſentare, & etiam quando eſt dictum ſimpliciter: toties quoties, per binam præſentationẽ liberantur fideiuſſores, ut euitetur infinitas.ſecundum eundem Ange.in l.ſi finita.ff.de dãno.infe.num.1.ſed in hoc ultimo dicto cõtrariũ expreſſe tenuit Imo.in d.l.ſi finita. quem ſequitur Alexan.latè in d.l.ſi finita. & ibi uide Paul.de Caſtro & Ludo. Roma.&

Roma.& uide Specu.in tit.de fide-
862 iu.nume.12.¶ Sed finge quòd quis fideiuſsit pro Titio inquiſito de uulnere illato in perſonã Sempronij, qui ex dicto uulnere mortuus fuit, an teneatur fideiuſſor ille præſentare Titium:Barto.in l.fideiuſſores magiſtratuum.ff.de fideiuſſ.dicit,ꝙ ſi fuit propoſita accuſatio de uulnere, & pro ea accuſatione interceſſerit fideiuſſor, ſequuta morte, non tenetur.ſed ſi nulla fuit propoſita accuſatio, ſed tantum quis interceſsit pro inquiſito de uulnere, tunc etiam ſequuta morte tenetur: & idem conſulẽdo tenuit Bar.Soc. in conſi.273.in 2.lib.ſed contrarium tenuit Albe.de Roſa.in l.diuerſum.
863 ff.quo.lega.¶ Sed pone quòd quis promiſit ad certã pœnã non offendere Titium,& dedit fideiuſſores, tandem uerò offendit,pro quo fuit citatus & contumax reputatus, & tandem forìudicatus,& ſic ficte habetur pro confeſſo,nunquid illa ficta confeſsio ſit tantæ potentiæ,ꝙ operetur,ut fideiuſſores poſsint cõdemnari?Philip.Cor.in conſi.211.in 3.lib.decidit, quòd non:ſed debet aliter conſtare: aliàs nõ poteſt agi contra fideiuſſores.imò quod plus eſt,dicit Alber.de Roſa.in l.cũ procurator.ff.de fideiu.quòd nec ſufficit in caſu propoſito confeſsio uera ipſius inquiſiti principalis, ut ex ea poſsint fideiuſſores cõdemnari.
864 ¶ Item notandum eſt,quòd in regno certa meta capiendarum fideiuſsionum data reperitur per ritum magnæ curiæ uicariæ inci.item nota quòd in criminalibus.quo cauetur,quòd in cauſa homicidij debet fideiuſſores tales eſſe, qui ſe obligent ad pœnam unciarum centum: & in cauſa priuati carceris, uel etiã falſitatis, ad pœnam unciarum 50. & in aliis delictis, ad pœna uncia-
265 rũ 25. ¶ Sed pone quòd eſt aliquis inquiſitus,qui nõ poteſt modo aliquo pręſtare fideiuſſores ꝑ d.ſumma,an præſtabit tales quales præſtarę poterit:& qd ſi nullos præſtare poterit?hanc q.poſuit Ioan.Mil. in ſua praxi cri.in uerbo, Andreas Irus,nu.8.& 9.fo.150.ubi dicit,quòd ſi nullos præſtare poterit fideiuſſores,præſtabit iuratoriam cautionẽ, quòd ſtabit iuri:& affirmabit ſe fideiuſſorem dare nõ poſſe.& ſi poteſt præſtare fideiuſſores, nõ tamẽ pro prædicta ſumma, præſtabit tales,quales poteſt.& ita uidi millies practicari in utroque membro in magna curia uicaria,& ego ipſe tẽpore mẽo practicaui:licet tex.in c. ab illo inchoandum.in fi.latis refragetur prędictæ opinioni.tamen utcunq; ſit de iure,ita practicatur, ut
266 ſuprà proximè dixi.¶ Item notandum eſt, quòd fideiuſſores debẽt eſſe habiles ad conueniendum & faciendum exequutionem contra eos:adeò ut nullus nobilis de Capuano uel de Nido recipi debeat: ſed unus de Nido recipitur ꝑ alio: & ſic de ſedili Capuano.hoc eſt qđ uoluit ritus magnæ curiæ uicariæ inci.itẽ quòd nullus. & in eo,quod dicit tex.quòd fideiuſſor debet eſſe idoneus, concordat cum l.j.& ibi Alexan.ff.in ius uocando.ut ca.
267 ¶ Item ulterius ſciẽdum eſt, quòd fideiuſsiones omni die recipi poſſunt, ſiue curia regatur, ſiue non:

ſiue de mane , ſiue de ſero : & in
quacunque hora, die : præſentibus
uel abſentib. iudicibus. ſufficit enim
quòd magiſter actorum eas capiat,
& ſtipuletur nomine & pro parte
curiæ : quo caſu ſufficit, & perinde
habetur, ac ſi fideiuſsiones ipſæ eſ-
ſent receptæ per ipſos iudices . &
per hunc ritum eſt ſopita illa longa
diſceptatio, quam facit do. Pet. Phi-
lip. Cor. in conſi. ccxj. in iij. lib. qua-
tenus diſcutit, nunquid ualeat fide-
iuſsio capta per actuarium nomine
curiæ. ná, ut uides , hic ritus appro-
bat talem fideiuſsioné . ex hoc ap-
paret malè (ſalua pace) dixiſſe Afili.
in conſti. magiſtri camerarij. in xiij.
no. qui immemor diſpoſitionis hu-
iuſmodi ritus dixit, quòd ſemel ex-
clamauit in ſacro regio conſi. quòd
fideiuſsio unius carcerati capta per
actuarium abſente iudice , non ua-
lebat. nam ſecúdum eum de neceſ-
ſitate requiritur, quòd fiat præſente
iudice. cuius contrariú, ut ſuprà pa-
tet, aduerte, quòd quatenus hic ri-
tus diſponit fideiuſsióes poſſe etiá
die feriato capi , corrigitur per aliú
ritum, quem infra referam. quia túc
per inſtrumentum publicum conſi-
268 gnatur carceratus. ¶ Item eſt ſcien
dum, quòd pro quolibet inquiſito
debét eſſe duo fideiuſſores, qui nó
ſint clerici nec filij familias , & de-
bent iurare quátum ualeát ſua bo-
na detractis debitis & dotibus mu
lierum . & licet ipſi fideiuſſores fi-
deiubeát ad certam ſummam: tamé
quilibet eorum tenetur in ſolidum
& ſi ſunt tres denuntiati , curia re-
cipit quatuor uel quinq; fideiuſſo-
res, ſi ſunt diuites : & quando ſunt
quatuor denuntiati , ſufficiunt ſex
uel ſeptem fideiuſſores diuites: ſed
quando ſunt multi denuntiati , cu-
ria debet recipere pro medietate
eos fideiuſſores , quos deberet re-
cipere ſecundum ordinem prædi-
ctum, & pro alia medietate ipſi de-
nuntiati inter ſe, unus pro alio , fi-
deiubent : & uocatur fideiuſsio ui-
caria. hoc uoluit ritus magnæ curiæ
uicariæ incip. item pro quolibet.
269 ¶ Ex dicto ritu notes perpetuò, ꝙ
ſi ſunt plures fideiuſſores , qui ſe
obligant de præſentando reum ad
certam pœnam , licet non dicatur
in fideiuſsione, quòd in ſolidú pro-
mittunt: tamen quilibet eorum te-
netur in ſolidum ex diſpoſitione
iſtius ritus, contra diſpoſitioné tex.
l. hoc ita. C. de duo. re. & nota, quia
270 nemo aduertit. ¶ Item notatur ex
eo, quòd quãdo ſunt plures denun
tiati ſeu inquiſiti , tunc dãtur fide-
iuſſores pro medietate : & pro alia
medietate ipſi denuntiati inter ſe,
alius pro alio , fideiubent : & ſic
in regno admittitur uicaria fideiuſ-
ſio: quod quidem cócordat cum l.
omnes. §. in hac autem regia. C. de
epi. & cler. & notat Din. in l. Roma-
nus Aquilius. ff. de tu. & cura. da. ab
his. & plené per Specu. in tit. de ſa-
tiſda. §. dicto uerſic. quid de ſchola-
ribus. & habetur per Bart. de Cap.
in conſtitu. humanitate. nume. 46.
271 ¶ Item eſt aduertendú, quòd quo-
ties contigerit iudicem uelle libe-
rare aliquem inquiſitum aliquo die
feriato, túc non liberat ſub fideiuſ-
ſoribus : ſed eo caſu ille inquiſitus
conſignatur per iudicem pro carce
rato per chlamydem aliquibus re-
cipienti-

cipientibus eum:& de dicta conſignatione rogatur notarius publicus,& conficitur publicum inſtrumentum:recipientes uerò dictum inquiſitum promittūt eum præſentare pri.die iuridico,& adueniente die iuridico,ut ſuprà,ipſum in curia præſentant,& tunc capienda eſt fideiuſsio,ut ſuprà dictū eſt.hoc uoluit ritus magnæ curiæ uicariæ in-
272 cip.item ſi eſſet. ¶ Et ex dicto ritu notes unum pulchrum dictū,quòd licet dictum ſit ſuprà,quòd fideiuſſio poteſt capi in abſentia iudicis, & per ſolum actuarium:tamen cōſignatio inquiſiti,quę fit modo prędicto die feriato , nullo modo poteſt fieri per actuarium abſente iudice : ſed neceſſariò fieri debet per ipſum iudicem ſtipulātem nomine & pro parte curiæ , & licet ritus nō procedat ultrà annullando actum, ſi contrarium fieret:tamen,quia ritus ille procedit dando formā qualiter capiatur uel fiat illa conſignatio,ſequitur , quòd forma non ſeruata,actus ille redditur nullus:licet ritus ultra non procedat annullando actum.ſecundum Alex.in conſi. xxiij.in iiij.parte.&ſic intelligitur id quod dicit Bald.in l.non poſſunt.ff. de legi.& in l.ſi quis mihi bona.§. coram.ff.de acqui.hære.& habetur per Cardi.in clemē.j.§.uolumus.ij. q. de foro cōpe.& per Bal.in l.j.antep.co.C. qui admitti ad.bō.& per Spec.in tit.de inſtru.edi.§.iiij.uerſi. ſed nūquid.de quo plene per Feli. in c.cū dilecta.de reſcrip.vj.colum. uerſicu.de forma.& quòd ritus ille procedat dādo formā,ꝓbatur manifeſtè,quia ubicunque eſt prius,& poſterius ibi eſt.ſecūdum Bal.in l.j. iij.colū.incip.ex dicto ergo Roffre. C.ne.li.ter.pro.ſed ritus ille dicit, ꝙ quando aſsignatur captiuus aliquibus,non aſsignatur illis ut fideiuſſoribus,ſed regens aſsignabit illum per chlamydē illis,qui promittant ad primā diē iuridicā eū præſentare:& ſic ad hoc,ut conficiatur illud inſtrumentum conſignatiōis, eſt neceſſe,quòd præcedat illa aſsignatio fienda per iudicem per chlamydem captiui:& de illa conſignatione rogatur notarius , ut cōficiat inſtrumentū:ergo manifeſtè liquet requiri pro forma,quòd iudex conſignet carceratum,& ſtipuletur nomine & pro parte curię:& ita arguit Fel.in d.c.cum dilecta.in uerbo,ſextum ſignum.& ulteriùs dicit Bal. in l.uniuerſa. C. de preci.imperat. offer.quòd forma,quæ debet præcedere,eſt de ſubſtātia:adeò ut nō poſsit ſubſequi : & ſic ex prædictis
273 teneo id quod ſuprà dixi.¶ Itē eſt aduertendū,quòd fideiuſſores,qui promiſerūt præſentare reum inquiſitum intra certum terminū,uel ad mandatū curię,& non præſentauerunt,incidūt ſtatim in pœnā:adeò ut non poſsint ad illam euitandum purgare moram:licet ſecundū formam iuris cōmunis(per l.& ſi poſt tres.ff.ſiquis cau.& ſecundum formam c.regni,inci.legem ueterem) poterant fideiuſſores purgare moram , ſecundum enim ritum magnæ curiæ uicarię incipiētē,itē nō poſſunt . eſt ſtatutum , quòd mora per fideiuſſores purgari non poteſt.tu tamen uideas Grāma.in deciſion.xcv.incip.in cauſa magnifici.

ubi

ubi apparet in ſacro regio conſi. Neapolitano fuiſſe cõtrarium deciſum ex æquitate l.apud Celſum.§. Labeo.ff.de do.excep.quatenus ibi dicitur,quòd durum eſt hominem
274 poſsidere & pœnã exigere.¶Itẽ eſt ſciendũ,quòd citatis fideiuſſori bus ad præſentandũ,& non cõparentibus in ultimo peremptorio,& effectis contumacibus,licet poſtea compareant eodẽ die,nõ purgant contumaciã,niſi eodem die præſen tauerint principalem:ut dictat ritus magnæ curiæ uicariæ incipiẽ.item, quòd ſi condemnatus.& eſt ratio, quia fideiuſſores ipſi ad duo erant citati,uidelicet ad cõparendum & præſentandũ.unde licet comparue rint,non tamen,cum alterum non adimpleant,purgant cõtumaciã.& pro hoc facit,quia citatus ad reſpõ dendum libello,dicatur contumax, etiã ſi compareat,ſed non reſpondeat libello.quia ad duo tenetur:ut l.de ætate.§.qui tacuit.ff.de interro.actio.& Bal.& Pau.& Alex.not. in l.ij.§.in fideiuſſorem.ff.qui ſati. cogan.& Bart.in authen.qui ſemel. C.quomodo & quãdo iu putarem tamen ita demũ procedere diſpoſi tionem ritus,quando cõpareret fideiuſſor,& nihil allegaret:ſed ſi talia allegaret,ex quibus meritò ad præſentandũ reum non teneretur, tunc credo, quòd admittitur.quia comparere eodẽ die operatur taliter,quòd reponitur in priſtinũ ſtatum,ac ſi à principio comparuiſſet: ut habetur in ritu incip.item,quòd illi,qui ſunt banniti,debẽt præſtare,& cæ.per cõparitionem enim ſatisfactum eſt,quò ad unũ caput citationis:& quo ad caput præſentationis rei ſatis uidetur fieri, ſi talia allegantur,quæ ſi uera eſſent,fideiuſſor non teneretur præſentare:ut probatur in l.ij.§.ſi ꝗs in iudicio.cũ §§.ſequentibus.& l.ſi is,ꝗ fideiuſ-
275 ſorem.ff.ſiquis cautio. ¶ Item eſt ulteriùs aduertendum,quòd ſi fuerit requiſitus principalis ut ſe præſentet, & minimè ſe præſentauit, poſſunt ſine alia requiſitione fideiuſſorũ,condẽnari tã ipſe principalis,quàm fid iuſſores ad pœnã fide iuſsionis.& hoc procedit attẽta for ma fideiuſsionis, ꝙ præſentabunt eum, ſi, & quoties ipſe principalis fuerit requiſitus. hoc eſt quod uoluit rit.incip.item eodem ſero ſeu die faciant.& ſic,ut uides,iſte ritus uidetur approbare opinionem Bal. in rubrica de dol.& cõtu.quatenus uoluit,quòd tenentur fideiuſſores ad pœnam, ſi fuerit factum præceptum reo:licet non ſit factum præceptum fideiuſſoribus,licet durum nimis uideatur:cũ regula ſit, quòd nunquam ſententia alteri præiudicat, quando lata eſt in contumaciam partis ſe non defendentis.igitur ſi fertur contra reum ſe nõ defendentem & in eius contumaciã, non debet fideiuſſoribus nocere: ut uoluit Romanus in conſilio 219. ut refert & ſequitur Marſi.in ſingu. quarto, de quo ſuprà dixi.imò in indiuiduo,ſi fideiuſſor promiſit aliquem præſentare intra certum terminum, non tenetur ad pœnam,ſi in termino non præſentauit: eò, quia non fuit requiſitus:ut habetur plenè per Marſilium in l.unius.§. cogniturum. ff. de quæſtionibus.

&

& contrarium uoluit ritus, de quo ſuprà mentionem feci, qui incipit, item notandum eſt. quare cogitandum eſt ſuper prædictis in facti cõtingẽtia: & teſtor Deũ, quòd nunquam uidi practicatũ illum ritum: ſed ſemper uidi requiri fideiuſſores & principalem. eſt tamen bene uerum, quòd alius ritus incip. item quòd à bãnitis. in fine. confirmat illum ritũ expreſsè. quia dicit attendendam eſſe formã fideiuſsionis, quæ uult, ꝙ quoties ipſi principales fuerint requiſiti, & nõ ſe præſentarint: uel fuerint requiſiti ipſi fideiuſſores ut præſentent, & non præſentauerint, teneãtur ad pœnã.

De ſodomia.

276 ¶Committentes ſodomiam igne concremantur: ut in prag. Ferdinãdus & Eliſabet, in qua aliàs quædã cumulaui, & ideo breuitatis cauſa eò me remitto.

De ſcoppectis & baliſtis.

277 ¶Ictum proiicientes ſcoppectis & baliſtis ad nocendũ alicui, licet nõ nocuerint pœna mortis puniũtur: ut in prag. incip. ad reſtringendum. ubi ſcripſi. Et ſic impono finem iſtis fragmentis ad laudem omnipotentis Dei & beati Matthæi, xvj. menſis Iulij die, anno 1554. & licet non omnia iura regni contineantur in iſtis fragmentis quò ad criminum materiam: comprehenduntur tamẽ frequentiora, & quæ uerſantur in palatiis utplurimùm.

FINIS.

PRACTICA ET THEORICA CAVSARVM CRIMINALIVM,

D. IACOBI DE NOVELLO I. V. Doctoris & Aduocati Veneti.

INDEX INQVISITIONVM in hoc opere contentarum.

FORMAE tres inquiſitionum pro homicidio penſato.
Indicia, ſuſpiciones, & præſumptiones in caſu præmeditati homicidij.
Formæ tres pro homicidio puro.
Indicia in caſu puri homicidij.
Formæ duæ pro homicidio caſuali.
Dubia in materia dicti homicidij.
Forma conſtituendi uulneratos uel percuſſos in omni caſu, tam cum periculo mortis, quàm ſine.
Formæ duæ contra fures inquiſitionum.
Indicia & ſuſpiciones in caſu furti.
Forma inquiſitionis contra Sodomitas.
De eorum pœnis in materia, tam de iure ciuili, quàm canonico.
Formæ duæ pro inſultu, uulneribus, ac percußionibus, inquiſitionum.
Dubia & quæſtiones in dicto caſu inſultus.
Forma inquiſitionis contra producẽtes teſtes falſos.
Quot teſtes in omni caſu requirantur ad probandum maleficium.
Forma inquiſitionis contra fractores confinium.
Forma inquiſit. contra delatores armorũ, & pro inſultu ac blaſphemia.
Alia in materia blaſphemiæ tantùm.

Dubia

Dubia & quæſt.in caſu blaſphemiæ,& eorum pœnis.
Forma accipiendi conſtitutos de plano à præſentatis,uel retentis.
Forma deſcribendi uulnera cadauerum, quæ appellatur : uiſum & repertum.
Forma conſtituendi reos ad quæſtionem,ſeu ad locum torturæ.
Forma:relaxetur per nunc ex carceribus,duobus modis.
Quæſtiones & dubia in materia adulterij,inceſtus,& lenocinij.
Forma inquiſitionis contra monetarios.
Quæſtiones & dubia in dicto caſu,& de pœnis eorum.
Forma condemnationum contra reos in omni caſu criminali.
Regula:ſpoliatus de facto,de facto reſtitui debet,cum fallent.nume. 50.
Forma inquiſitionis in crimine læſæ maieſtatis.
Quæſtiones & dubia in dicto caſu,& de pœnis eorundem.
Tractatus de concordia,pace,treuga,& eorum priuilegijs,numero centum & quatuordecim.

FORMA INQVISITIONIS PRO PENSATO.

HAEC eſt quædam inquiſitio,titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur, per magnificum & clariſsimum D.Ioannem Rheinerium digniſsimum poteſtatem,& capitaneum Taruiſij : necnon per ſpectabilem D.Iacobum de Nouello eius iudicem maleficiorum, ex eorum,& cuiuſque eorum,poteſtate,arbitrio,autoritate,atque bailia, contra & aduerſus Sempronium filium Antonii Maraboto mandantem,& Accurſium filium Ioannis Theut.mandatariũ.pub.homicidas.

IN EO, de eo,& ſuper eo,quod fama publica præcedente , & clamoſa inſinuatione ſic referente,non quidem à maleuolis & ſuſpectis,ſed à ueridicis , & fide dignis perſonis, non tantùm ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures & notitiam prælibati clariſsimi do.Poteſtatis eiúſque ſpect, domini iudicis, etiã per modũ notorii, auditu peruenit, quòd dum Sempronius prædictus maximo proſequeretur odio d.Titium & Caium fratres ex cauſa omnibus ſatis nota, decreuiſsétq; ob id uindictam ſumere,& eos malè tractare,quibuſdam perſonis communicare habuit:che piu preſto ei mãgeria ſuoi figliuoli per brama di pane,che laſciargli queſta uendetta : & ſubinde habito colloquio & tractatu

tractatu in pluribus uicibus, tam in hac ciuitate, quàm in uilla Pontiani cũ Accurſio inquiſito, de inueniendo in aliquo loco apto præfatum Titium, ad huiuſmodi homicidium committendum & perpetrandum, in executione huius nefandę ac deteſtandæ deliberationis. idẽ Accurſius uolens & cupiens rem ſibi iniunctam executioni demãdare, ſub die 27. Februarii proximè exacti, circiter horam dimidiam noctis, ſe poſuit in inſidiis retro certum plauſtrum ex oppoſito domus Iacobi fabri lignarii, ſitæ in cõtrata Sileti, ut melius præfatum Titium incautum offenderet, obſeruans cõtinuò aduentum præfati Titii illac tranſeuntis: qui nil mali ſibi euenire cogitans, ſed domum ſuam tendẽs, cùm ad locum inſidiarum applicuiſſet, idem Accurſius inquiſitus Deũ præ oculis non habens, ſed potiùs inimicum humani generis, manibus poſitis ad enſem, quem nudũ ſubtus cappã tenebat, furibundè irruit ad perſonam præfati Titii, & nullis per eum dictis percuſsit, & uulnerauit cęſim in crure ſiniſtro uno magno ac profundo uulnere, cum inciſione carnis, oſsis, ac chordarum, & effuſione ſanguinis, ex quo quidem uulnere domum delatus uitam cum morte commutauit: præſtãtes ſibi inuicem & uiciſsim auxiliũ, conſilium, & fauorẽ cooperatiuum ad dictum homicidium & nefandiſsimum ſcelus perpetrandum: cõmittentes prædicta omnia ſcienter, dolosè, proditoriè, & appenſatè contra Deum, ius, & iuſtitiam, & in uilipendium regiminis: Super quibus omnibus & ſingulis, &c. annexis, connexis, ac emergẽtibus, & ab eis dependẽtibus prædictus do. poteſtas & iudex, & quilibet eorum, ſecundum formam iuris procedere intendunt, & repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundum formam iuris, & ſtatutorum communis Tar. &c.

PRO PENSATO inquiſito.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur, per magnificum & clariſsimum do. poteſtatem. & cap. Tarui. contra & aduerſus Antonium Pariſoto de uilla Pagnani Baptiſta de Cumo de Baſſano, Hieronymum pullinarium, Sebaſtianum Fachinetum de Muſolenta, & alios, qui per me nunc tacentur, de Ter. Aſilii proditores, & publi. homicidas.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quòd fama publica præcedẽte, & clamoſa inſinuatione ſic referente, nõ quidẽ à maleuolis & ſuſpectis, ſed potiùs ab honeſtis, ueridicis, & fide dignis perſonis, non ſemel tantùm, ſed ſæpe ac ſæpius, ad aures & notitiam prælibati clariſs do. poteſtatis & ca. etiam per modum notorii, auditu peruenit, quòd in die Martis 22. Nouembr. exacti, prædicti omnes inquiſiti, publici homicidiarii, aſſaſſini, fures, & inſignes latrones, cum pluribus aliis complicibus & fautoribus, loco & tempore propalãdis, Deum præ oculis non habẽtes, ſed potiùs inimicum humani generis,

parum

parum timentes leges diuinas, & minus humanas, ac decreta excellen. concilij X. facta priùs facta, tractatu & coadunatione ipſorummet, & aliorum nominandorũ, ac dato ordine & tractatu de interficiendo & male tractando Hebręos loci Aſilij, ſeſe unanimes & cõcordes reduxerunt in loco Aſilij per ſingulas domos Hebræorum: hoc inter ſe firmato ordine & deliberatione, quòd prædicti inquiſiti accederent, & ſe conferrẽt in apothecis & domibus eorundẽ Hæbreorum, fingentes & ſimulantes ſe uelle emere pannos, ueſtimenta, ac alias merces, & uno ipſorum inquiſitorũ exiſtente ſuper ſtratis publicis dicti loci exibilante: ohe, ohe: & ambas manus pulſante, omnes prædicti inquiſiti deberent ſine aliqua mora diuiſi per ſingulas eorũ domus illico irruere cum manarinis, piſtorienſibus, & baſtonis, ad eorum perſonas, eosq; interficere: in executione cuius nefandæ ac deteſtandæ deliberationis, & rebus ita diſpoſitis, explorantes prædicti inquiſiti, quòd omnes ciues & habitatores dicti loci ſe reduxerant in eorum domus ad ſumendũ prandium, illico prædicti inquiſiti tanquam canes rabidi, & Hebræorum ſanguinem ſitientes, facto & audito ſigno prædicto exiſtente ſuper ſtrata publica Antonio Pariſoto, uno ex dictis inquiſitis, dicente: ſu ualent huomini amazzate amazzate: illico omnes irruerunt ad perſonas dictorum Hebræorum, & alios occiderunt, quoſdam uerò percuſſerũt & uulnerauerũt diuerſis percuſsionibus, &c. Et non contenti de prædictis, ſed malum malo, ac facinus facinori addendo, & in ſuis malis operationibus perſeuerãdo, interfectis & uulneratis illico prædictis Hebræis, aſcenſisq; eorum ſcalis habitationum, prædicti inquiſiti profecti ſunt in eorum thalamos, & fractis capſis ſubtraxerunt pecunias, cingulos ſericos, & annulos aureos non modici pretij & ualoris, & inde recedentes propter clamorem perſonarũ dicti loci, ſeſe in fugam dederunt, & reducentes ſe extra ciuitatẽ, ſe contulerunt in uilla Muſolenti, & prædã ac bona ipſa inter ſe diuiſerunt, & in uſus proprios conuerterunt, ut latiùs in proceſſu continetur. Committentes prædicti inquiſiti dictum homicidium, exceſſum, & rapinam, ſcienter, dolosè, proditoriè, appenſatè, ex propoſito, atq; data opera contra Deum, ius, & iuſtitiã, & in uilipendiũ regiminis. &c. Super quibus omnibus & ſingulis, &c. annexis, connexis, idem do. poteſtas & cap. procedere intendit.

FORMA PRO PENſato inquiſitionis.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quę fit, & fieri intenditur per magnificũ & clariſsimum domi. poteſta. & capita. &c. contra & aduerſus Titium, Semproniũ, & Accurſium pub. homicidiarios.

IN eo, de eo, & ſup eo, &c. Quòd prædicti inquiſiti cum aliis, qui pro nunc tacentur, homines nequam, ſcandaloſi, ſeditioſi, ac flagitioſi,

tioſi, parũ timentes leges diuinas, & minus humanas, ac decreta illuſt. cõcilij X. auſi ſunt diuerſis uicibus, diebus, & locis, medio diuerſarum perſonarũ, & cõſpiratorũ diuerſarum uillarũ territorij Aſilij, tractare de interficiendis & prædandis Hebræis loci Aſilij, & de ſuſcitando, & coadunando quàmplurimos ruſticos dicti territorij ad tale facinus perpetrandum, promittẽdo eis auxilium, conſiliũ & fauorem, & eos uerbis incitando ac exhortãdo ad facinus perpetrandũ, utẽdo opera, & miniſterio Antonij Pariſoti, Hieronymi pulinarij, & aliorũ complicum, ad eorũ tractatũ & ordinem exequendũ, inuitando etiã illos nõ ſolùm ad dictos Hebræos deprædandum, occidendũ, & ſubripiendũ eorum pecunias, & bona: ſed etiam ad portandum res ipſas deprædatas in domos ſuas. Quinimò die Martis 22. Nouemb. quo tempore ſequuta fuit deprædatio & occiſio ipſorũ Hebræorũ, dum priùs compoſitis rebus, & firmato tractatu & ordine, Titius unus ex prædictis inquiſitis iter faceret uerſus monaſteriũ ſanctæ Catherinæ, obuiauit Ioanni Baptiſtæ de Cumo cũ multis aliis complicibus, qui ex ordine dato ſeſe conferebant ad committendũ prædicta, & eis habuit dicere: ſu ualent' huomini da ſenno & non da beffe, ne ui ſmarrite come feſti l'altra uolta: eos inuitãdo, animando, ac perſuadendo, & exhortando, ut omnino uellẽt interficere & deprædari dictos Hebræos, ita, quòd eorũ perſuaſionibus, ſuggeſtionibus, & promiſsionibus ſequuta fuit ſtrages & deprædatio ipſorum Hebræorũ Aſilij, & poſtea bene conſcij ſcelerũ ſuorũ, illico ſe abſentauerunt à territorio, de quibus omnibus latiùs in proceſſu ipſo ſatis luculenter apparet. Accurſius uerò retẽtus licet in aliquibus conſtitutis, tam de plano, quàm ad torturam, negauerit prædicta ſic à ſe, ut ſuprà, commiſſa, cõfeſſus tamen fuit de plano ſe per antea intellexiſſe ab Antonio Pariſoto de Pagnano, uno ex principalibus huius ſeditionis, de ordine & tractatu interficiendi & deprædandi Hebræos prædictos, & tamen cõtra formam partiũ excellent. conſil. X. & in earũ executione proclamationũ factarũ de mandato, ſuæ magnificẽtiæ non manifeſtauit & propalauit, cùm tamen per ipſam partẽ & proclamata ſtatutum eſſet, quòd ſcientes, & nõ manifeſtantes caderent in eandem pœnam cum principalibus malefactoribus: ex quibus ſimul iunctis prædicti inquiſiti redduntur cõſcij & culpabiles tanti facinoris & ſeditionis cum aliis quàmpluribus, quæ contra eos tam ex manifeſtationibus & aſſertionibus reorum conuictorũ, quàm ex aliis in proceſſu colligibilibus clarè patent: cõmittentes prædicta ſcienter, doloſè, ſeditiosè, proditoriè, conſultò, & appenſatè, locis, modo, ac tẽporibus, prout latiùs in proceſſu conſtat, in contemptũ mandatorũ illuſt. concilij X. proclamationũ ſuper inde factarũ, in uilipendium iuſtitiæ, damnũ, præiudiciũ, & ruinã ipſorũ Hebræorum, & cõtra formã pacifici & quieti ſtatus, & in malum exemplum

exemplum aliorum, dantes ſibi inuicem & uiciſsim auxilium, conſilium, & fauorem cooperatiuum ad prædicta committendum & perpetrandum, & ut latiùs in proceſſu. Super quibus omnibus & ſingulis annexis, connexis, dependentibus ab eis, intendit idem clariſs. do. poteſtas cum dicto do. iudice maleficiorum inquirere, & procedere, & repertos culpabiles punire, & condemnare iuxta formam iur. & ſtatutorum, prout ſibi meliùs de iure uidetur conuenire, &c.

SVMMARIVM.

Inquiſitio quid, & quotuplex ſit.

1 *Crimina quædam ſunt priuata, quædam uerò publica.*

2 *Crimina publica, quæ dicantur.*

3 *Crimina leuia, grauia, & quæ grauiſsima nuncupentur.*

4 *Extraordinaria crimina, an pro motu iudicis puniantur.*

5 *In delictis ubi pœna nõ eſt à lege determinata, an arbitrio iudicis committatur.*

6 *Crimina leuia, quæ dicantur.*

7 *Iudex an debeat procedere ad retentionem alicuius rei legitimis indiciis non præcedentibus.*

8 *Fugitiuus, an poßit carcerari legitimis indiciis non præcedentibus.*

9 *Reus fugitiuus fractis carceribus, an pro confeßo habeatur.*

10 *Fugitiuus quis dicatur.*

11 *Reus deprehenſus in flagranti crimine, an ſine proceßu damnari poßit.*

12 *Quotuplex ſit ſpecies notorij.*

13 *Notorium quomodo differat à manifeſto.*

14 *Indicia quæ, & qualia eße debeant in materia præmeditati homicidij.*

15 *Indicia, an ſint arbitraria.*

16 *Indicia p duos teſtes probari debẽt.*

17 *Indicia ad torturam, qualia eße debeant.*

18 *Fama de per ſe, an ſit ſufficiens indicium ad torturam.*

19 *Indicia quædam ſunt generalia, alia remota, quædam propinqua.*

20 *Indicia ad iudicem informandum, quæ ſint.*

21 *Indicia ſufficientia ad quæſtionem habendam.*

22 *Indicia indubitata, & ad condemnationem ſufficientia, quæ ſint.*

23 *Præſumptio an ſit minor indicio.*

24 *Secreta ad aures locutio ante homicidium, an arguat indicium præmeditati homicidij.*

25 *Obſeruatio loci, an faciat indicium ad homicidium committendum.*

26 *Exercens ſe in armis in non ſolito, an habeat indicium contra ſe.*

27 *Proditio, an ſit ſufficiens ſignum ad homicidium committendum.*

28 *Vulnerans ad uiam capitis, an habeat indicium contra ſe ad homicidium præmeditatum.*

29 *Percutiens pluries baculo, an habeat animum occidendi.*

30 *Geminatio & reiteratio in uulneribus, an habeat quid exceßus.*

31 *Animus, an coniecturis & præſumptionibus probetur.*

32 *Tranſitus inſolitus, an arguat indicium delinquendi.*

33 *Incedentes per uiam non publicam, an habeant indicium contra ſe.*

34 *Frequentatio uiæ aßidua, in qua delictum eſt commißum, an faciat indicium.*

35 *Minæ & iactationes in ſolito illas exequi, an indicium faciant.*

36 *Facilitas ſe iactandi, & lubricum linguæ, an debeat ad pœnam trahi.*

37 Aggreſsio nullis dictis, an indiciat ad præmeditationem delicti.
38 Socius itineris, nulla intercedēte rixa ſi aliquem percutit, an dicatur proditoriè percutere.
39 Percutiens ad uiam capitis nullis dictis, an dicatur habere animum occidendi.
40 Proditor quis intelligatur.
41 Tempus noctis, an indiciat ad præcogitata homicidia.
42 Qui malè agit, odit lucem.
43 Modus percutiendi, an indiciat ad præcogitata homicidia.
44 Percutiens baculo ad uiam capitis, an dicatur habere animū ad occidendū.
45 Pluralitas uulnerū, an arguat omnimodam uoluntatem delinquendi.
46 Percutiens aliquem in aliqua parte corporis non periculoſa plures baculo, an propter reiterationem cenſeatur habere animum occidendi.
47 Geminatio, & reiteratio uulnerū, an ſit ſine ſpe ueniæ.
48 Geminatio, an arguat uoluntatem enixam ad malè agendum.
49 Tractatus delinquendi, an arguat præmeditationem.
50 Plures inculpati ſunt de morte alicuius, nec apparet cuius ictu perierit, an omnes ſint ad torturam ponendi.
51 Qualitas armorum, an faciat indicium.
52 Animus delinquentis, an ex genere armorum cognoſcatur.
53 Aſportatio bonorum, an inducat credulitatem ad delicta committenda.
54 Mala uita hominis, an faciat indicium ſufficiens ad delinquendum.
55 Vicini malæ conditionis, & famæ, ac ſoliti furari, an poſsint detineri pro furto commiſſo in uicinia.
56 Mala phyſiognomia, & turpe nomen cum aliquo indicio, an ſit ſufficiens ſignum ad torturam.
57 Mala phyſiognomia, an faciat præſumi quem procliuum ad ſcelera.
58 Trepidatio, & uox balbutiens, an ſit ſufficiens indicium ad torturam.
59 Varietas, pallor, & trepidatio, an faciant indicium ad quæſtionem.
60 Deus cordium eſt ſcrutator, & cognitor.
61 Animus quibus mediis dignoſcatur & probetur.
62 Mendacium & uariatio, an ſit ſufficiens ſignum ad eos torquendum.
63 Varietas in teſtibus, an ſit ſufficiens ſignum ad eos torquendum.
64 Iudex an debeat uariationes reorū in actis redigi facere.
65 Tranſactio ſuper delictis, an faciat indicium.
66 Tranſactio, an habeat uim tacitæ confeſſionis.
67 Auxilium ſiue aſſociatio in homicidio aut poſt, quomodo quis præſtare dicatur.
68 Arma ſcienter accommodans, an dicatur præſtare auxilium maleficio, ſeu delicto.
69 Auxilium cooperatiuū, quando quis præſtare dicatur.
70 Mutuans pecuniam ad emēdum arma pro maleficio committendo, an dicatur præſtare auxilium.
71 Recipiens malefactorem in domo, an dicatur præſtare auxilium.
72 Impediens capturam per familiam poteſtatis inſequētem malefactorem, an dicatur præſtare auxilium.
73 Sanguis interfecti profluens ante oculos occiſorum, an faciat indicium.
74 Fuga, an faciat indicium.
75 Fuga antequā contra imputatū inquiratur, an arguat ipſum culpabilē.

Rixa

76 *Rixa ſequuta parum poſt primam, an indiciat adpenſamentum.*
Fuga, an ſufficiat ad condẽnationem.
77 *Geminatio in homicidio ſeu delicto, an indiciat adpenſamentum.*
78 *Delatio armorum nudatorum ſub cappa, an faciat indicium ad retentionem.*
79 *Homicidia, quot modis cõmittantur.*
80 *Homicidium qui facit, ſemper expectet.*
81 *Homicidiũ ſequutũ animo non occidendi, an puniatur pœna ordinaria.*
82 *Homicidium facto ſequuto, an dupliciter committatur.*
83 *Homicidia & uerbo & lingua committuntur.*
84 *Mandantes & mandatarij, qua pœna, & quibus legibus puniantur.*
85 *Inquiſitio ſeu accuſatio de cõſilio, uel mandato, quomodo formanda ſit.*
86 *Conſulens, perſuadens, & ſolicitans in homicidio, qua pœna puniatur.*
87 *Aßiſtens maleficio, & prohibere potens, & non prohibens, an teneatur, ut faciens.*
88 *Quid de iure canonico.*
89 *Aßiſtens delicto, & uolens probare eò caſu deueniſſe, an puniri debeat.*
90 *Si minor committit delictum, factus maior an puniri poßit.*

INDICIA, QVAE præcedere debent.

QVàmplurimos fore arbitror ego Iacobus de Nouello iur. doct. inter ll. profeſſores minimus, qui nouo huic noſtro operi non ſolùm aduerſentur: ſed etiam conuitiis, ac morſibus uirulentis, nos inſectari non erubeſcant. Sed ut ſemper in Deum laudabilem uniuerſorum authorẽ & largitorẽ laus ipſa referatur, quicquid hactenus à pleriſq; truncatè atque diminutè ſcriptũ reperitur, hoc in opuſculo adeò perficitur, ut nullibi (pace quorundam) perfectiùs ac frugaliùs inueniatur. Et illã inquiſitionum materiam obſoletã ad ueram quandam formam, utilem, breuẽ, ac recentiorem componere conſtitui, ut ſciant poſteri, quæ diu iacuerant, ſtudio laborum noſtrorum, uigiliarumq́ue diligentia, excitata eſſe, & ad ſingulorum cõmodum ac utilitatẽ ubiq; commorantium, in lucẽ prodiiſſe. Et poſt has indiciorum materiam omnium oculis ſuis quibuſque locis, ſubiicere conſtitui. Vt illud non immeritò profiteri poſſim, quod à me hoc in opuſculo diſcuſſum reperitur, optimo iure defendi poſſe, & undecunque perfectum reperiri. Et ut noſtro huic operi rectam rationis normam accõmodemus, te ſcire oportet, quòd inquiſitio ſecundum Bart. & mode. in l. tranſigere. nume. 15. C. de tranſact. & in l. ij. §. iij. ff. de adult. & ibi Alex. in apoſt. & Bald. in l. ea quidem. col. 5. nu. 42. C. de accuſatio. eſt modus proſequendi in iudicio, quod inquirenti debetur. hoc eſt: quidã modus deducendi in iudicium ius alij competens. nam iudex in illa accuſatione fungitur uice accuſatoris: & illam accuſationem, quæ accuſatori competebat, ipſe in iudicium deducit: & inquiſitio loco libelli ſuccedit: ut Cardina. in clemen. ſæpe. §. j. colũ. ij. de uerborum ſignificatio. Marſil. in §. conſtante. nu. 32. in practi. crimi. Et ideo inquiſitionum materia alia eſt cõmunis, & alia exuberans, ſecundum

dum Bal.ſing.in c.j.uerſi.ſi reis.de pace tenēt.in uſib.feu.ſed quia inquiſitio fit ſpecialiter ſuper crimini
1 bus,* Crimina quædam ſunt priuata,ut actio furti,iniuriarum, ui bonorum raptorũ,& abigeatus,& ſimilia: & ad horum accuſationem nullus admittitur, niſi cuius intereſt:ut per totũ titulum ff.de priuat.
2 delict.* Quædam uerò ſunt publica,ut homicidium,adulterium,crimen leſæ maieſtatis,& ſimilia:& ad horum accuſationẽ admittitur quilibet de populo, fauore publicæ utilitatis,& publicorũ iudiciorũ.quædam ſunt capitalia,quædã non capitalia:ut l.ij.ff.de publi.iudic.& horum delictorum multa ſunt genera:ut ponit Bar.in l.leuia.ff.de accuſa.Bal.cõſil.412.in 4.uolu.per totũ.
3 * Quædam ſunt leuia,quædã grauia,quædam grauiora, & quædam grauiſsima:& horum quædam ſunt ordinaria,quibus lex ſtatuit certã pœnam,ut in crimine adulterij, & aliis,de quibus in l.j.ff.de pub.iud.
4. * Quædã extraordinaria, quæ pro motu iudicis puniuntur,ut in crimine furti,iniuriarũ,& ſtellionatus,&
5 in his, & aliis. * Vbi pœna non eſt determinata & certa,cõmittitur arbitrio iudicantis: ut l.hodie. ff. de pœnis.Bar.in l.j.§.j.ff.de effract.& expilat.in princip.Iaſon in l.nõ dubium.ff. de legibus.nume.6.& in l. iubere.nu.17.ff.de iur.om.iudicum. Abb.in c.ex literis.de conſtitu.ubi quærit,quòd ſi pœna eſt iudicis arbitrio imponenda,an debeat eſſe temporalis,capitalis ſeu perpetua.
6 uide ibi in iiij.col.* Leuia crimina illa dicuntur,in quibus non interuenit dolus,ut damnum iniuria datum.Bart.in d.l.leuia.quod quidem leue crimen iudicatur ex qualitate pœnæ,& paruitate cauſæ:ut Paris de puteo in tract.ſyndica. uerſi.iudex nume.28.fol.73.Bal.ſingu.cõſil. 412.nu.1.4.uolu.idẽ Bal.in l.ij.C.de lib.& eorum liber. Carre.in l.ij.C. quo.appe.nõ recip.nu.104.fol.100. Grauia dicuntur, ut priuata crimina,quæ dolum requirunt, & magnum afferunt prẹiudicium:ut l.reſpiciendum.§. furta.ff. de pœnis.l. auxilium.§.in delictis.ff.de minor. Bal.in d.conſil.412.& conſil.388.4. uolu.Flor.in l.liber homo.nu.7.ff. ad l.Aquil.Grauiſsima uerò illa appellantur crimina publica,pro quibus imponitur pœna mortis:ut latè Flor.poſt Bar.in d.l.liber homo. nume.7.ff.ad l.Aquil.quia in utraq; ſpecie eorundem crimina ipſa non debent remanere impunita:ut l.ita uulneratus.§.ſi quis abſurdè.ff.ad l.Aquil.l.ſi longius.§.ij.ff.de iudi.& l.per omnes.C.de defenden.ciuita. ſed undecunque clareſcant,punienda ſunt.c.in eccleſia. xxiij.quẹſtio-
7 ne tertia.* Et ideo antequam iudex procedat ad retẽtionem & rei carcerationem,ſecundum communes doctorum opiniones neceſſe eſt,ut in primis prẹcedant legitima indicia:ut per Bartolum & moder. in l.fi.ff.de quæſt.Hippo.de Marſi. in l.j.in princip.eodem titul. Blancus in l.fin.numero 2.poſt Franciſ. Brun.in tractatu de indiciis.col.ij. Cor.conſilio 134.4.uolu.Iaſon in l. j.numero 6.C. de ſacroſanctis eccleſijs.& in l.milites.nume.2.C.de teſta.mili.ac etiam ſecũdum decreta

ta

ta illuſt.du.do.anni 1524.21.Martij, & ob id dicuntur indicia ab indagando, quia ſunt adminicula ad ueritatem indagãdam: ut Bald.in l.ea quidẽ.2.col.C.de accuſa.doc.in l.fi. ff.de quæſt.& Cor.conſi.198.1.nu.2. uolu.quę quidem regula licet ſit ueriſsima, fallit tamẽ in reo fugitiuo,
8 uagabũdo,& ſuſpecto.* Quia tũc præhabita aliquali informatione, poteſt illico iudex procedere ad capturam & carcerationem, ne reus fugiat: ut l.ij.C. ubi de crimini.agi oportet. Sal. in l.nullus.nume.7.C. de exhib.reis.l. diuus Adrianus.ff. de cuſt.reorum. Blanc.in l.fi.nu.8. ff.de quęſt.Bal.conſi.177.in ij.uolu. nume.1.& maximè quando reus fugit per loca deuia & inſolita, quoniam maius contra ſe habet indicium: ut dic.Ioan.de Plac.in l.ij.C. de cur.pub. lib.12. Marſil.in ſingu. ſuis, nume.93.incipiẽte iudex licet. Gramma.in conſil.17.nume.11. ubi dicit, quòd qualitas loci ſatis attẽditur, ad reddẽdum quem ſuſpectum
9 de delicto.* Vel quando fractis carceribus reus fugam arriperet, quia tunc habetur pro cõfeſſo: ut Marſi. in rub.C.de probat.num.261.Bald. conſi.32.nu.1.3.uol.Iaſon in l.admonendi.num.69.& in repet.nu.141.& Bal.latè dicto conſi.32.nu.1.3.uolu.
10 * Et quis dicatur propriè fugitiuus uide ſing.Bal.cõſi.382.nu.9.5. uolu. Alex.in l.j.§.per ſeruum, qui.nu.7. uer.dico.Ange.ff.de acquir.poſſeſ. Cepol.l.j.C. de ſer.fugi.Iaſon in l.
11 uinum.nu.3.ff.ſi cer.pet.* Fallit etiã in reo deprehenſo in flagrãti crimine: ut eleganter Flo.in l.ſi ſeruus. nu.5.uerſi.ſed aduerte.ff.ad l.Aquil. Alex.cõſil.275.inci.uiſo themate.7. uol.ubi dicit, quòd deprehenſus in flagrãti crimine, etiã ſine proceſſu poteſt dãnari & puniri, per iura per eum ibi allegata. Hip.copioſe in l. unica.C.de rap.uirg.nu.89.uſq; 94. plura accumulans. fallit etiã in delicto notorio: ut Par.de Put.in tract. ſyndica.in uerbo, notorium.nu.10. fol.73.Gand.quomodo de maleficio cognoſcatur, in tract.malefi.in princ.Sal.in l.ea quidẽ.C.de accuſ. & Tanc.lib.2.qualiter cõtra crimi-
12 noſos.* Quotuplex autem ſit ſpecies notorij, uide Spec.de not.cri. §.iam uerò.&hoc not.Carre.in ſua ptac.nu.45.fol.9.ubi examinat, ſi iudex uidet corã ſe delictum ſeu homicidium committi, an ſine aliquo proceſſu & ꝓbatione, poteſt ipſum condemnare. refert Alex.in l.j.§.fi. in fine.ff.de ferijs. Anto.Butri.in c. ueſtra.in ulti.col.de cohab.cleri.& mul.Par.de Puteo in d.tract.ſyndi. in uerbo, notoriũ.Bald.in l.presby-
13 teri.C.de epiſ.& cle.*Et quomodo notorium differat à manifeſto, uide Alex.in l.ſi conſtante.nu.12.ff.ſolu. matri. Bal. conſil.162.nu.2.2.uolu.& 320.nume.2.3.uol.Alex.in l.ſi uerò. §.qui pro rei.ff.qui ſatiſda.cogan. Bald.in l.fin.15. oppo.C.de edicto di.Ad.toll.& an notorium excuſet aliquem ab onere probãdi, Bar.in l.j.nu.10.ff.de excep.Bal.conſil.129. nu.5.in 1.uolu.Iaſon in l.ſi unus.§. pactus ne peteret.nu.35.ff.de pact. gl.not.in cle.appellans.de appella. ubi concludũt doct.quòd notoriũ excuſat ab onere probandi, nõ tamen ab onere proponẽdi: ut Ang. in d.l.j.de exce.Alex.in l.fi.in princ.

ff.ſi cer.pet.& in l.eum,qui ita.ff.de uerb.obli. Et not.quòd longa eſt differentia inter notoriū,& manifeſtū:ut Alexā & Iaſ.in l.ſi uerò.§.qui pro rei.nu.9.ff.qui ſatiſda.cog. Frā. Aret.in conſil.164. Alexand. conſil. 82.ij.colum.in primo uol.Carre.in repe.l.obſeruare.num.44.C. quor. appel.non recip.alleg.Luc.de Pen. in cap.reg.Bald.in l.ea quidem.nume.53.C.de accu.& licet regulariter notoria non probentur.ſecundum Bald.in conſi.229.nu.5.in j.uol.Cor. in conſi.227.num.2. uol.maximè in notorio actu permanentis. quia ꝙ patet expreſse, nō eſt probare neceſſe.cap.euidentia.de accuſa.c.tua nos.de cohabi.cleri.& mul.& ij.q.j. cap.manifeſta.& aliis iuri,uul.Fallit tamē in notorio facti tranſeuntis, quia illud probari conuenit:ut Sal. in l.ea quidem.C.de accu.nu.77.gl. in ca.ad noſtram noueris.extrà.de iureiur.Io.And.in c.fi.de fo.cōp.lib. vj.Fallit etiā in notorio facti interpollati:ut in ca.diœceſi.& ibi gl.in uer. manifeſtos. de uſur. & ij.q.iij. eorum.in fin.& Sal.in d.l.ea quidē. nu.79. Fallit in notorio extra locū,quia illud probari debet:ut 11,q. eorū,qui accuſantur.& 24.q.j.c.pudenda.& c.præſentiū.17.q.4.& Sal. in l.ea quidem.C.de accu.nu.90.nā iudex nō poteſt in uniuerſo populo ſine ſiniſtra ſuſpicione iudicare: ut l.ſi uicinis.C.de nup. Fallit etiā quādo dubiū eſt,an ſit notorium, néene.qa in re ambigua debemus accipere partē tutiorē:ut l.ſemp in obſcuris.ff.de reg.iur. Marſi.in rub. C.de proba.nu.240.& gl.ij.in c.j.de officio delega.in vj. Modus autem probandi notorium primus eſt per aſpectum iudicis ſedentis pro tribunali:ut gloſſ. not.in l.j.C.qui, & aduer.quos.quia tunc proceditur iuris ordine nō ſeruato:ut Par. de Puteo in tracta. ſyndica.in uer. notorio.Alex.remiſsiuè in l.j.§.fin. in fin.ff.de feriis. Anto. de But.& mod.in cap.ueſtra. de cohabi.cleri. & muli. Secundus modus eſt per duos teſtes:ut in ca.in omni negotio.de teſt. & l.ubi numerus.ff.eodem titu.Bal.in l.data opera.C.qui accuſare non poſſunt.Salic.in dicta l.ea quidem.circa medium.ubi copioſè.C.de accuſa.Felin.in capi.iij. loco.v.colum. extrà, de præſumpt. Marſil. in rubr. de probationibus. num.229. Tertius modus eſt per confeſsiones teſtificatas, uel ſententias factas in aliis negotiis inter eaſdem perſonas:ut l.is,apud quē. C.de eden.& l.cum quærebatur.ff. iudicatum ſolui. Quartus modus eſt per confeſsionem factam in omni negotio.Nam confeſſus,& conuictus, æquè punitur. Innocen. & Abb.in c. quia ueriſimile. de præſumptio. Bald.in l.ſciant cuncti.C. de proba.Roma.in l.lege Cornelia. ff.ad Syllan. Bart.in l.j.de recept.c. de hoc.de ſimo.ubi qui conuincitur de ſimonia præſumptiuè, debet mitiori pœna puniri. Bar.in l.ſacrilegii.ff.ad leg.Iul.pecul.Abb.in cap. at ſi clerici.de iudic.In notoriis autem,an requiratur citatio,dic prætermiſsis doct. opinionibus, quòd nō:utputa, notorium eſt crimē eſſe commiſſum per aliquē.& ſimiliter notoriū eſt nullam ſibi cōpetere defenſionē,tūc ſuperflua erit citatio:

tatio.ut c.olim.de reſti.ſpolia.Bart. in l.ij.§.quod de frumentaria.ff.de admini.rerum ad ciuit.perti.c.cum ſit Romana.c.conſuluit.de appella. Bald.in l.à procedente.C.de dilat. Aretin. conſil.165. Socin. conſil.20. Marſil.in l.de unoquoq;.iiij.col.nu. 77.ff.de re iudi.Decius cõſi.274.incip.uiſo decreto.in fi.Feli.in c.cùm olim.in vj.colum.de re iud.Marſil. in rub.C.de probat. num.221.alleg. Bal.in l.ut uim.ff.de iuſtitia & iure. Et minus in notoriis requiritur ſententia interlocutoria, ſed ad ulteriora ſemper eſt procedẽdum:ut in c.j.de ord.cog.quandoq; tamen eſt utile,quòd pronuntietur:ut no.Io. And.in clemen. paſtoralis.extrà.de re iud.& gl.in c.ſuper eo.de teſtib. cogẽ.& hoc ad cautelam ad aliquid declarandũ:ut Bald.conſi.391.nu.3. v.uol. Et ſimiliter in notoriis nõ habet locũ recuſatio iudicis: ut eſt bona gl.ij.in c.j.de offi.deleg.in vj. Inſuper in notoriis criminoſus nõ appellat:ut in d.c.cõſuluit.c.peruenit.& in c.ſpeciali.de app.& ibi Deci.& Fel.Bal.in l.addictos.C.de epiſco.aud.& de appel.Marſi.in l.unica.nu.93.C.de rap.uirg.Ang.in tracta.malefic.in gl.præſente Caio.& de appel.nu.4.j.col. Bal.in l.j.C.ne de ſta.defun.Salic.in d.l.ea quidem, nu.78.C.de accu.& Inn.in c.ſtatuimus.extrà,de offic.deleg. Sentẽtia lata contra facti notorietatem, eſt ipſo iure nulla, etiam citra remedium appella.ut Inn.in c.fraternitatis.de frigi.& malefi.c.cum Bertoldus.extrà,de re iud.& latè Carre.in d.l.ij.C.quorum appella. non
14 recipian.nume.45. *Quæ autem,& qualia indicia eſſe debeant in materia præmeditati homicidij & pręſentium inquiſitionum,de ſingulis accumulatiſsimè ſuis locis demon-
15 ſtrabitur.*Et quia indiciorum materiæ arbitrariæ ſunt:ut Marſil.in §. diligenter.num.24.in ſua pract.crimina.in l.fi.num.2 ff.de quæſt.Sali. in l.fin.C.de quæſt.Bald.conſil.364. nume.2.3.uolu.idem cõſi.259. num. 4.j.uolu.Alexan.in l.ſi quis.§.ſed ſi. nume.17.ff. de acquiren . hæred.& horum,ut prędixi,quædam ſunt remota,alia uerò propinqua:alia dubitata,alia uerò indubitata:alia q; dẽ iuris,alia facti:alia ad retẽtionẽ, quædam uerò ad torturam & con-
16 demnationem.*Et iſta omnia ſaltẽ per duos teſtes probari debẽt.Bal. ſing.in l.ſi quis ex argentariis.poſt princip.ff.de eden.Feli.in cap.cùm cauſam.de probatio.Iaſ.in l.admonendi.ff.de iureiuran.Marſil.in l.de minore.§.plurium.l.unius.§.teſtes. ff.de quæſt.in ſua practi.crimi.§.diligenter.ij.& iij.colum.& conſil.18. circa medium. & conſil. 61.Alexan. poſt Bart.in l.j.§.idem Cornelio.ff. de quæſt.Marſil.in ſing.ſuis.nume. 585.incip.proba.17.Gramma.in uo-
17 to 22.in princip.*Et ſimiliter qualia indicia ſint ad torturam ſufficientia,de hoc doctrina certa dari non poteſt,ſed arbitrio iudicãtis remittitur:ut Bald.conſi.95.nume.6.j.uol. Marſi.in d.§.diligenter.Bart.in d.l. fin.de quæſt.Bald.in l.obſeruare.C. quor. appella. non recip.Bald.in l. cum probatio.ff de proba.Alex.cõſi.87.j.uol.& conſil.75.Io. de Amic. conſi.134.Deci.conſi.273.Tho.Grãma,cõſi.14.nu.6.& in fi.17.quæ etſi

arbitraria ſint, non tamen iudex ex quolibet indicio arbitrabitur reum eſſe torquendũ: ſed ex circũſtantiis & aliis qualitatibus deductis in ꝓceſſu, circũſpectus iudex ad torquẽdum ſe mouebit ad uiã ſemper ueritatis habendæ. nec quodlibet indicium ſufficit ad quæſtionẽ habẽdam: ſed requiruntur indicia uerisimilia, urgẽtia, & talia, quòd ſola cõfeſsio deeſſe uideatur, ſecundũ tex. in l.j.ij reſpõſo. ibi, ut ſola confeſſio. ff. de quæſt. Cor. Per. conſi. 101. j.lib.ij.uol. & Bal. in conſi. 259. nu. 4. in j.uol. ubi dicit, quòd indicia debent eſſe luce clariora in ſua ſpecie indiciorum: maximè, cùm de homi-

18 nis ſalute tractetur.* Et primò ſciẽdum eſt, quòd fama de per ſe ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam, neq; ad capturã, cùm ſit indicium remotum à maleficio: ut ait Marſi. in §. diligenter. nu. 18. in practi. crimi. Bal. in l. milites. C. de quęſtio. Alexan. conſi. 5. ij. col. j. uol. Bal. conſi. 447. nume. 12. v. uol. Cor. cõſi. 198. in fin. in ij. uolu. & in cõſi. 46. iij. uol. ubi dicit, quòd fama coadiuuat alias probationes: ut Barto. in l. de minore. §. plurium. ff. de quęſtio. plenius Iaſon in l. admonendi. ff. de iureiuran. Flor. in l. teſtium. §. eiuſdem. nu. 3. ff. de teſt. ubi dicit, quòd fama nõ probat, ſed cõfirmat probationem factam, alleg. Inn. dicẽtẽ, nec inducere uiolẽtã præſumptionem. Et idem Par. de Put. in tracta. ſynd. in uer. an fama. fo. 108. nu. 17. quę quidẽ fama & ꝑ duos teſtes ad minus ꝓbari cõuenit: ut Io. de Ana. conſi. 1. nu. 8. Bar. in l. teſtium. §. eius quoq;. nu. 2. ff. de teſt. cum infinitis.

ſed bene iũcta cũ aliquo generali indicio, ut infrà poſito, uel aliis adminiculis, ſufficiẽs erit indicium ad retentionẽ & torturã: ut uoluit Sal. in l. fi. C. de quæſt. Gãd. in tract. maleſi. qũo de maleſi. cognoſcatur. nu.

19 1. & Grã. cõſi. 32. nu. 7. & quę* indicia ſint generalia. remota, ſeu propinqua, tradit Frã. Bru. elegãter in trac. de indi. & tortu. in prin. Blan. in l. fi. de qõ. Carre. in ſua prac. in prin. nu. 106. fo. 24. uer. uideamus. Cep. cõſi. 40. Alex. conſi. 18. j. uol. Bal. in l. ij. C. quo. app. non recip. Bart. & Mar. in l. fi. ff. de quæſt. Ang. in conſi. 3. Mar-

20 ſi. cõſi. 44.* Ex quibus indiciis quædam ſunt ad iudicem informandũ: quod eſt quando ſuper aliquo exceſſu ſeu delicto examinãtur teſtes non integri, non idonei, ſed ex aliqua parte ſuſpecti: uel quando accipiuntur teſtes per iudicem ſine iuramento & ſubitò: habita quali informatione per iudicem inquiritur & proceditur: iſta ſunt ſatis ſufficiẽtia ad capturam & rei carcerationẽ: & de iſtis loquitur Alex. in apo. ad Bart. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriens. ff. ad Syllanianum. l. ſi abſentem. C. de accu. plenè Sali. in l. fi. C. de quæſt. idem in l. ij. C. de exhib.

21 reis. num. 7.* Quædam ſunt indicia urgentia ad quæſtionem habendã, quæ arbitrio iudicis committũtur: ut Bald. conſi. 427. v. uolu. num. 9. ut ſunt teſtes, qui à iure nõ repelluntur: ut unus teſtis de uiſu, teſtes idonei, integri, & non ſuſpecti. i. omni exceptione maiores. & iſti in proceſſu examinati faciunt ſufficiẽs indiciũ ad torturam. & ita intelligunt doc. text. in l. fin. ff. de quęſt. Bal. in l. milites.

militiles.C.de quæſt.idem Bal.in l.ij. C.quorum app.non reci.col.j.uerſ. & not.Abbas in c.cùm in contemplatione.col.j.de reg.iur.Bal.conſi. 515.nume.16.v.uolu. * Quædam uerò ſunt indicia indubitata,& iſta cũ aliis ſunt ſufficiẽtia ad condẽnationem:ut eſt tex.in l.fi.C.de proba.& l.qui ſententiam laturus eſt. C. de pœnis.Bal.in l.j.C.de ſumma trinita.& fide catholi. colum. v.uerſic.v. oppono.Abb.poſt Bal.in c.teſtimonium.extra,de teſt.Inn.in c.quia uerîſimile.de præſump.& Abb.in c.ſi quiſquam.uer.ex hoc infero.de coha.cle.& mulier.Et quæ indicia ſufficiant ad cõdemnationẽ,uide Bal. in l.milites.C.de quæſtio.Abb.in c. tertio loco.4.col.in fi.de proba. & dic,quòd aut indicia ſunt approbata à lege ad cõdemnationẽ faciendam:& tunc iſta ſufficiunt ad condemnandum:ut eſt bonus tex.in l. ſi qui adulterii.C.de adulte.uel approbantur à lege,& ſi agitur de pœna corporali leui,utputa de fuſtigatione,bene probant:ut eſt tex.in l. iij.uer.& quia plerũq;.ff.de off.pręfec.uig.Aut indicium eſt ſemiplenè probatum,puta per unum teſtẽ cõcurrentibus aliis argumentis:& tũc ſufficiunt ad condemnationem.Ita Barto.in l.prima.§.idem Cornelio. ff.de quæſtionibus.Aut non eſt ſemiplenè probatum : tunc etiam diſtingue ſecundum Abb. & doct.in d.c.tertio loco.& ubi iudex procedere intendit ex præſumptionibus, debet multum temperare ſuam ſententiam,& rarò pœnam inferre.idẽ Marſi. in l.prima.§.diuus. numero 37.ff.de ſica.Old.conſi.19.Roma.91.

22

Gramma.conſi.13.nume.37. ubi refert,quòd uiolenta præſumptio in criminalibus non ſufficit ad quem condemnandum : niſi eſſent præſumptiones & indicia multũ urgẽtia:quia haberentur loco legitimarum probationum:ut Bal.in conſi. 113.incipien. tria ſunt.ij.uolumi.idẽ conſi.132. nume.6.j. uolumi. Ioã.de Ana.conſi.59.num.2.ubi dicit,quòd uiolẽtæ præſumptiones habẽt uim legitimæ probationis:ut in c.afferte.de præſumpt. Mar. in §.diligenter.nume.21.in prac.cri.& in ſingu. 205.inci. uehemens opinio.ubi dicitur,quòd uehemens opinio habetur pro ſcientia & pro certitudine.Bal.in l.fin.ult.colum.de proba. Alex.conſi.15.iiij.col.j.uol.& 116.iij. uolu.Iaſ.in l.j.num.29.C.de ſer.fug. & ſic ſuper iſtis dantur gradus probationis,cũ minor probatio requiratur ad capturã:maior ad quæſtionem & torturam habendã:maxima uerò ad condemnationẽ.Quę omnia nota,quia non reperies iſta alibi tã ordinatè collecta.& ſcire debes,quòd * præſumptio minus eſt, quàm indiciũ:ut colligitur ex dictis per Bart.in l.ea quidẽ.in ij.col.c.de accu.Io.An.in addi.ad Spe.in ti.de noto.crimi.§.ut autem.in addi.magna.Iaſ.in l.j.in ij.col.nu.8.ff.de eo, per quẽ factũ erit.& melius, quàm alibi.Bal.in l.j.in j.colum.uer.extrà quæro.ff.de excu.tu.ubi dicit,quòd præſumptio eſt probatio probans, & non probatio probata:ſed indicium eſt probatio probata.& quòd præſumptio indirectè tangit factũ: ſed indicium directè tãgit ipſum factum.& ſic cõcluditur,quòd minus

23

eſt

eſt præſumptio, quàm indiciũ. & ſic ad quæſtionem habendã de neceſſitate requiruntur indicia, & nõ ſufficiunt præſumptiones. ſecundum Bar. & alios in l. j. l. milites. & l. fi. ff. & C. de quæſt. Gram. cõſi. 32. nu. 10. ubi dicit, ꝙ plures præſumptiones faciũt indiciũ ad torturam. & nota, quòd plures ſunt gradus præſumptionum, cùm alia ſit cõtumaciæ: ut in clerico citato ad redeundum ad eccleſiam, qui cùm non reuertatur, præſumptio eſt, eccleſiam haberi pro derelicta. Alia eſt præſumptio famæ, per quam proceditur per iudicẽ ad inquiſitionẽ: ut in c. qualiter & quando. el ſecundo. de accuſa. Alia eſt naturæ: ut in patre exhæredãte filiũ: nã præſumitur, quòd iniuſtè agat. quia natura nõ permittit filium patrẽ offendere: ut l. omnino. C. de inof. teſt. l. ult. C. de cur. furio. Et ut ad propoſitũ reuertamur, dic, quòd homicidium apoſtatę, appẽſatè, & ex propoſito dici poterit, ſi aliquod indiciũ ex infrà poſitis in proceſſu, apparuerit. & primò ſi ante ſequutũ homicidiũ interuenerit
24 *ſecreta ad aures locutio ĩter duos uel plures, & illico ſequatur homicidiũ, neceſſario dicendũ erit præceſsiſſe tractatũ de homicidio pertractando. ita Bald. in l. multum intereſt. nu. 3. C. ſi quis alteri. idẽ Bal. in l. j. C. de ſer. fug. col. iij. nu. 10. Bal. cõſi. 382. nu. 1. uol. 5. Bart. in l. ſi uẽtri. §. fin. ff. de priui. cred. dũmodo hæc tria cõcurrerint, uidelicet: capitalis inimicitia, ſecũdò, ſecreta ad aures locutio, tertiò, ꝙ incontinenti ſequatur homicidiũ. Nam his tribus concurrẽtibus plena oritur probatio penſamenti & pręmeditari homicidij. Bald. & Iaſ. in d. l. j. C. de ſer. fug. Felin. in c. afferte. de præſump. Blanc. in l. fi. ff. de quæſt. nu. 232. cum infinitis uulgaribus. amplius Carre. fol. 33. nu. 134. in ſuo tracta. crim.
25 *Obſeruatio loci, pręcogitationem oſtendit: ut l. aut facta. §. locus. de pœn. nam ſi quis armatus poſuerit ſe in aliquo loco explorans aduentum alicuius, ſumitur argumẽtum, quòd ibi acceſſerit ad homicidium committendũ: uel ſi quis armatus acceſſerit in prætorio, eccleſia, uel ad domum alicuius, & reperiatur ibi cadauer hominis, præſumptio eſt illum talẽ ibi acceſsiſſe ad homicidium perpetrandũ, & in eo loco uoluiſſe hominem interimere: ut Paris de Puteo in tractatu ſyndica. in uer. & indiciis. Gandin. in tracta. malefi. in rubri. de præſump. colum. j. in princi. Blanc. in d. l. fi. nu. 200. de quæſt. quod quidem ſignum per ſe ſolum, nõ eſt ſufficiens ſignum ad faciendum plenũ indicium, ſed bene cum aliquo alio ex infrapoſitis, ex quibus deueniri poterit ad capturam, & quæſtionem habendã: & maximè, ſi is talis uiſus fuerit eme-
26 re arma, eaq́; aptare: uel ſe* exercere in armis, cũ nõ ſit ſolitus ea deferre: uel ea ponere in aliquo loco: aut amicum, uel attinentẽ præmonuerit, ut audito rumore cũ armis deberet illico accurrere in auxiliũ aggreſſoris: uel deferre in manu pilas ferreas: uel ſub cappa ſtocum ferreum: uel minatus fuerit de illũ talem interficiẽdo: uel ſe iactando de illũ interficiendo, cũ is talis ſolitus ſit & minas & iactationes perficere

ficere: ut Alber.in l. & ſi amici domum.ff.de adult. & in ſuo tract.ſta. q.64.tertia parte.Franc.Brun.tract. de indi.col.12. Bald.in l. metum. C. quod met.cauſ.l.j. C. ſi quis imper. maledixe. Quæ omnia ſupradicta demonſtrant præcogitationem homicidij præmeditati, cùm tendant ad illum finem: ut uoluit tex. in l.j. §. ui poſsidere. ibi.in hoc ipſum aptus,& præparatus uenit.ff.de ui &
27 ui ar.*proditio eſt indicium mali animi,& præmeditationis ſignũ, repertum ad hominem interficiendũ. quod eſt quando ex propoſito antecedẽti committitur homicidium. ſecundum Feli.cap.j.de homic. ſed qualiter animus iſte probetur, cùm ſit quædam intrinſeca animi paſsio & qualitas, quæ directò probari nõ poteſt, niſi per qualitates exteriores.l.dolum.ubi Alexand.C.de dolo.l.j.C.de ſicar. & in l.j.§.diuus. ff. eod.tit.dic, quòd probatur animus ex genere armorũ:ut in d. §.diuus. & in c.ſignificaſti. el ſecũdo.de homic.& ibi Felin.nume.18. utputa, ſi quis cum gladio, aut ronca, uel en-
28 ſe aliquem percuſſerit*ad uiam capitis, animum occidendi & homicidium perpetrandi habere dicitur. Sed ſi cum poterat armis & ferro percutere, pomo, baculo, uel haſta percuſſerit aliquem, animum occidendi habere non præſumitur: niſi
29 ex reiteratione * percuſsionis, cùm haſta uel baculo in capite pluries percuteret. quia tunc deprehenderetur habere illum talem animum occidendi, ut ſi is talis in capite ſæpius percuſſus moreretur. quia tũc illa præſumptio ex genere armorũ tollitur ratione geminationis,& ex
30 reiteratiõe percuſsionis: quia* reiteratio & geminatio habet quid exceſſus.Bart.& Bal.in l.licitatio.§. quod illicitè.ff.de publi.Deci.in authen.caſſa & irrita.nu.16.de ſacroſ. eccl.Marſi.ſing.378. Gram. in uoto
31 17.nu.8.& 9.ſimiliter ex uerbis*animus probatur & declaratur:& nulla maior probatio, quàm qualitas expreſſa uerborum. Bal.in cap.j.de teſtam. nemo enim præſumitur dixiſſe, quod non priùs mente agitauerit.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſup.leg.probatur etiã ex aliis coniecturis, præſumptionibus, & circunſtantiis præcedentibus aut ſequentibus: ut uoluit Marſil.in d.§. diuus.& in l.j C.de ſicar.Felin.in d. c.ſignificaſti. Gandi.in rubr. de homici.col.12. & Bonifa.in tit.quid ſit accuſatio.col.2. Et not.quòd animi indicia ſeptem ſunt:ut Bal.in cap.j. §.& quia.col.6.uerſi.quomodo apparet de intentione ſtatuẽtis.alleg. glo.not. in l. ſi ſeruus plurimum.§. fin. ff. de leg.j.in uerb.conſuetudo.
32 *Tranſitus non ſolitus arguit præmeditationẽ delicti, ſi ibi homicidiũ ſequutũ fuit,& per ea loca pertrãſierit aliquis. nã oritur præſumptio, ꝙ illac tranſitum fecerit præter conſuetudinẽ ſuam cauſa interficiendi, cùm aliud pręſumi nõ poſſit, cõcurrente inimicitia, uel unum ex indiciis ſuprà dictis uel inferiùs dicẽdis: ut uoluit.Par.de Puteo, in tract.ſynd.in uerſi. uiſo de indiciis. Blãc.in d.l.fi.nu.70.Bart.in l.ij.C.de
33 cur.publ.lib.12.dicẽs, ꝙ*euntes extra uiam publicã uel conſuetã, habent præſumptionẽ contra ſe, ut in

eo, qui ingreditur uel egreditur domum uel ciuitatẽ aliã, quàm per portam publicam & conſuetã: ut in
34 l.fi.ff.de rerum diui.cũ uulga.*Frequentatio aſsidua uiæ ſeu itineris, in quo delictum eſt cõmiſſum, arguit indiciũ penſamẽti. nam ſi Sempronius uiſus fuerit per plures uices armatus frequentare ſeu incedere per aliquam uiã eundo & redeundo, uno uel pluribus diebus ſolus uel aſſociatus, & in eodẽ die uel ſequenti homo inuentus fuerit interfectus, præſumptio, indicium, & ſuſpitio oritur contra eũ, qui talem uiam frequentauerit, uel qui in eo loco multũ conuerſabatur. nam præſumptio eſt, quòd ibi uerſaretur hominis interimendi cauſa: ut facit tex. in l. iuſto. de uſucap. Blanc. in d.l.fin.nume.72. Ray. Imo. & Ange. in d.l. iuſto. dicentes, quòd ſi in ſtrata aliqua publica reperiatur aliquis mortuus, nec appareat ſeu cõſtet, quis ſit occiſor, præſumptio & ſuſpitio eſt cõtra frequentantem illam uiã, uel ibi prope: ut eleg. uoluit Par. de Put. in tracta. ſyndica. in uerſicu. tortura. lo primo. ibi. ſi quis eſt inuentus. Barto. & Marſil. in d.l. fin. de quæſt. idem in ſing. ſuis. nume.378. uerſicu. geminatio. fol.38.
35 *Minæ & iactationes in ſolito & conſueto illas exequi, præſumptio eſt, talem minantẽ animum habuiſſe ad interficiendum & delictũ cõmittendum. nã ex uerbis minatoris antecedentibus ipſum crimẽ coniecturari poteſt, quòd fraudem & dolum in ipſo delicto cõmiſerit: & ſic minæ & iactationes faciunt indicium pẽſamẽti, ſi is, cui factæ fuerint, mortuus reperitur: ut uoluit Brun. in tract. de indiciis. colum. xv. Bald. in l. metum. C. quod met. cau. Mar. in §. diligenter. nume.85. in ſua pract. Gram. in cõſi. xiij. nume.18. cũ infinitis uulgaribus. quod ita per doct. cõmuniter diſtinguitur, quòd aut ille, qui minas facit, ſolitus eſt minas ipſas exequi, & executioni demandare, ut eſt uir potens: tunc præſumptio eſt cõtra dictũ minantem, nedum ad retentionẽ, ſed etiã ad torturam habendã: ita Specu. in tit. de preſump. in §. ſpecies. uer. ſed pone P. minatus eſt. Alberic. in d.l. metum. Bald. & Imo. in l. ulti. ff. de hære. inſti. in l.j. C. de ſer. fug. Feli. in c. cũ oportet. nume.9. de accuſa. aut iſte talis minans eſt homo uilis, impotens ad talia perpetrãda, neq; ſolitus minas exequi: tunc ſecus dicendum eſt. quia lubricũ linguæ, &
36 *facilitas ſe iactandi non debet ad pœnam trahi: licet de hoc tali leuis ſumenda eſſet quæſtio: ut uol. Imo. in l. fi. ff. de hære. inſtitu. dicẽs, quòd ſæpe minas faciunt homines, qui magna minãtur: affirmãs ibi, quòd ita per doctores cõmuniter diſtinguitur: & ſub iſta diſtinctione intelligitur illud dictum Alexã. in d.l. metum. & Brun. in dicto ſuo tract. col. xiiij. uerſi. quæro ulterius. Aret. in trac. maleſi. in uer. fama publica. colũ. x. nu.39. Marſi. in §. diligenter. nume.85. in ſua prac. & in cõſil.1. & 72. & cum iſta diſtin. omnes docto. pertranſeunt, quos legendo poteris per te ipſum uidere. & Alberi. in tra. ſtat. q.64. num.3. in tertia parte. fol.54. Bal. in conſi.143. circa mediũ.
37 in uolu. ij. *Aggreſsio nullis dictis uerbis

uerbis arguit præmeditationẽ delicti:quod eſt quãdo unus aut plures inſultum faciũt in aliquẽ nil dicto:tũc præſumptio,& ſuſpicio eſt, quòd illud maleficium proditoriè, appẽſatè,& ex propoſito fecerint. nam aggreſsio nullis dictis facta dicitur,quando aliud in mente geritur,& aliud actu oſtenditur:ut Bar. in l.reſpiciendũ.§.delinquunt.ff.de pœn.utputa,ſi ueniens tecum tan-
38 quam*ſocius itineris, nulla interueniente rixa,te percutio,non poteſt dici contra te inſultum eſſe factũ,ſed dicitur hoc proditoriè eueniſſe,intuitu & cõtemplatione alicuius:ut ibi Bar.& in l.fin.C.de delat.lib.x.Pet.Anch.latè in conſi.217.
39 uel quando aliquis de retro*ad uiã capitis nullis dictis percutitur,tunc indicium & præſumptio eſt,ꝙ illud ex propoſito & proditoriè cõmiſſum ſit:ut Barto.in d.§.delinquunt. Itẽ,quãdo aliquis uenenatur,ſemper dicitur præceſsiſſe præcogitationem delicti:ut Bal.in l.nemo clericus.nu.8.C.de ſum.trini.Barba.in conſil.70.incipiẽ.ubi Chriſt.col.iiij. Alex.latè in conſil.145.incip.uiſo.in
40 iij.col.in vij.uol.nam propriè*proditor dicitur,qui occultè offendit: uel,qui ſine ulla cauſa,uel ſine ulla diffidatione,eum,qui de eo cõfidebat,uulnerat,uel grauiter offendit. Item,qui dat potationẽ uenenatã, dicitur agere proditoriè. ſecũdum Bal.in c.j.uer.quid de rebus eccleſiæ.quib.mod.feu.amit.& ideo nimirũ magis dicitur delinquere ueneficus, quàm ſiccarius, propter clandeſtinitatẽ,quæ delictũ aggrauat:ut Marſil.in l.j.nu.5.ff.de ſica.& in ſing.ſuis.nu.16.incip.proditores. qui tripliciter dicũtur ſecundũ Bal. in conſi.361.nu.3.uol.iiij.& cõſi.211. nu.2.eo.uol.qui uerò dicãtur aſſaſſini,Bal.not.conſi.383.uol.5.Alex.in l.æquiſsimum.§.& hæc actio.nu.4. ff.de eo,per quem factũ erit.Bar.in l.Cicero.ff.de pœn.Ange.conſi.14. Bar.in l.non ſolũ.§.ſi mãdato.ff.de iniur.Bald.in l.non ideo minus.in prin.C.de accuſa.Ang.in l.j.in fi.ff. de eo,per quem factum erit.& in c. pro humani.de homic.in vj.in quibus locis apparet,quòd nedũ dicitur aſſaſsinus,qui recipit pecuniã, ut alium occidat:& eadem ratione, qui mandat per pecuniã aliquẽ occidi,ſiue poſtea ille fuerit occiſus, ſiue non,forſan,quia inſultatus fuit ſolum uulneratus,uel euaſit mortẽ: ut in d.c.pro humani.ſed etiam ille dicitur aſſaſsinus,qui per pecuniã aliquẽ tantũ uulnerauit,ſeu uulnerare uoluit: & eadem ratione,qui mandat aliquẽ tantũ uulnerari ſeu percuti per pecuniam:ita colligitur ex not.per Bal.in d.l.non ideo minus.in prin.ubi dicit,quòd mãdans per pecuniã aliquem occidi,dicitur conducẽs ſeu conductor,& ille,qui ſuſcipit mandatũ & pecuniam,uel promiſsionem pecuniæ,dicitur cõductus: & Bald.dicit iſtos propriè uocari aſſaſsinos.Gemi.in d.c.pro humani.dicit,quòd neceſſe eſt, ꝙ præcedat mandatũ de occidendo aliquem cum datione uel promiſſione pecuniæ,etiã ſi mors nõ fuerit ſequuta: & ideo procurantes alios interfici pro pecunia,dicũtur crudeles ſine humanitate,ut Gemi. & Ioã.And.ibi.& Ang.cõſi.xiiij.& l. ij.§.

ij.§.fi.ff.de eo,per quem factũ erit, & tales aſſaſsini trahuntur ad caudam equi in aliquib.locis propter deteſtationem criminis ex conſuetudine. Grammat.uoto ix.nume.r.

41 *Tempus noctis arguit indicium precogitationis,cũ lex ſemper malè præſumat contra operantes de nocte:ut eſt glo.not.in l.furem.circa mediũ.ff.de ſicar.iuxta illud euãge.Ioan.cap.iij.Qui malè agit,odit lucem.lex enim in delictis conſiderat & obſeruat tempus noctis ad ipſum grauandũ:ut l.aut facta.§.tẽpus.ff.de pœ.& ibi Bar.& doc.Bald. in conſi.427.incip.quædam mulier. circa fin.uolu.5.Decius in cap.conſuluit.col.ix.nu.8.de offic.delega.& dicit Tancre.in ſuo cõpend.vij.q.v. q.princi.Quod ſi delictum cõmittatur de nocte,& inuentus fuerit aliquis illo tempore ibi prope, tunc præſumptio & ſuſpicio eſt cõtra il-

42 lum,quia * tenebræ factæ ſunt ad malè agendũ.Mar.in rubri.de ſica. nume.12. ubi acriùs punitur delictũ factum de nocte,quã de die.& ideo ſi maſculus & fœmina noctis tempore reperiuntur eſſe in locis ſecretis,indicium eſt præſumptæ turpitudinis. iuxta illud nocte uagatur adulter:ut Bal.in d.cõſi.427.in principi.Alex.in conſi.24.in ij.uol.Fed.de Sen. conſil.119.incip.nulli dubium. Gramma.uot.21.nu.4.ubi multa accumulat.& ante eum Bar.in l.ſi quis ex argent.§.an.uer.hæredi.nume.3. ff.de edendo.ubi in delictis de nocte cõmiſsis,propter defectũ probationis,ſufficiunt cõiecturæ.Bald. in c.j.§.porro.j.colum.quæ fuit prima cauſa benef.amit.Gramma.cõ-

43 ſil.17.nume.3.fol.12. *Modus percutiendi facit indicium penſamẽti, ut ſi quis exiſtens in abſcondito de retro ſuper caput uel punctim in renibus percutiat aliquem,aut in aliqua parte corporis nullis dictis: tunc talis in inſidiis percutiens,dicitur appenſatè,proditoriè, & per induſtriam id facere.Abbas,Feli.& Innoc.in c.j.de homic.nam percu-

44 tiens*ad uiã capitis aliquem cum ferro,demonſtrat animũ ſatis præmeditatum ad occidendũ ratione loci,cũ ex paruo uulnere in capite facillimè quis poteſt mori:ut in c. ſignificaſti.de homicid. & ibi But. Carre.in ſua p.in §.circa.nu.344. fol.149.circa medium.dicens,quòd percutiens aliquem baculo in capite dolosè,& occidens,pœna capitali eſt puniendus,allegãs Gand.in rub.de pœn.Marſil.in ſingularibus ſuis,incipiẽ.uoluntas & propoſitũ. clxxvi.& in cõſi.7.& 67.& per Tho. Grammat.in uoto 23.& in conſi.20. ubi plura accumulat.& Marſil.in l.j.

45 §.diuus.nume.23.ff.de ſica. *Multitudo & pluralitas uulnerũ arguit determinationem uoluntatis occidendi:& quòd præmeditatus fuerit uelle omnino occidere:& quòd in corde ſuo per anteà pluries homicidium cõmittere deliberauerit:ita Alber.in l.& ſi amici domum.ff.de adult.Marſil.in l.j.colũ.v.ff.de ſicar.

46 nu.37.dicens,quòd ſi quis * percutiat aliquem in aliquo loco corporis non periculoſo,idq; inſtrumento non apto ad interficiendũ,tamẽ propter geminationem & reiterationem arguitur habuiſſe animum ad interimendũ:ita in l.aut facta.§. quan

47 quātitas.ff.de pœn. nam ex* gemi-
natione & reiteratione arguitur
malus animus ad delinquendū.Bal.
in l.nemo.C.de epiſc.aud.Corſe.in
tract.de uera geminatione.num.18.
ubi dicit,quòd geminans uulnera,
eſt ſine aliqua ſpe ueniæ:alleg. Bar.
in l.licitatio.§.quod illicitè. de pu-
blican.Gram. in uoto 17.nu.8. & 9.
Rom.in l.ſi uerò.§.de uiro.uerſi.in
hoc caſu.ff.ſol.matr. latè Blan.in d.
48 l.fi.nu.195.* Nam actus geminatus
multū operatur,& declarat enixam
uoluntatē agentis : prout etiam in
teſtamentis late Iaſ.in l.cunctos po
pulos.nu.21.C.de ſum.trini.& in l.ſi
quis in cōſcribēdo.C.de pact. & in
l.cum filioſam.nume.64.ff.de leg.1.
49 *Tractatus ſi eſt factus cauſa com-
mittendi aliquod delictū, quod di-
citur eſſe, quoties duo uel plures
inter ſe & inſimul cōueniunt ad de-
lictum committendū,& ad hoc de-
ueniunt in eandē opinionē cogi-
tando, tractando, & deliberando:
ut dicit tex. in l. & ſi amici domum.
ff.de adult & in l.fi.§.notiſsimū.ibi.
ampliori tractatu habito. C.de iure
delib.Innoc. in c. bonæ memoriæ.
el ſecundo. de electione.Gram. in
uoto 19.nu.2.Alber.in d.l. & ſi ami-
ci. & idē Alber. in tract.ſta.in q.64.
in tertia parte.dicens,quòd tracta-
tus dicitur,quando cōſilium,& de-
liberatio præcedit ad homicidium
50 committendum.* Vnde ſi unus eſt
interfectus, & plures ſunt inculpa-
ti, nec apparet, cuius ictu perierit,
omnes indifferēter tenentur. uulg.
l.nil intereſt ff. de ſicar. Quod eſt,
quādo homicidiū eſt ſequutum ex
propoſito & tract.præhabito:quod
ſecus eſt in pura rixa:quia tunc oēs
tenentur de eo,quod geſſerunt : ut
ait tex. in l.fi.ad l.Cor. de ſica.Bart.
Ang.Cy.Sal.& doct.mod.in l.quo-
niam.C.ad l.Iuliam de ui.Blanc.d.l.
fi.nu.228.de quęſt.plura accumulās.
51 *Armorum genus:ut ſi quis ambu-
lauerit cum armis,haſtis,arcu,& ſa-
gittis, cum arcobuſio, cum baculo
ferreo,uel ſimili armorum genere,
quæ facillimè hominē interimunt,
& uulnerando occidunt, præſum-
ptio & ſuſpicio eſt,quòd is talis ani
mum habuerit appenſatè occiden-
dum:ut uoluit Bal.in c.j.de præſum.
Bal.in l.pen.§.diuus. ff. ad l.Cor.de
ſica.doc. in c.ſignificaſti. el ſecūdo.
de homic. Nam ex genere armorū
52 præſumitur * animus , & atrocitas
maleficij cōmittendi. per d.c.ſigni-
ficaſti.& ibidem Fel.Sal. in l.j.C.de
ſica.Cep.in conſi.44.ante fi. Flo.in
l.ſed etſi.§.ſi magiſter.ff.ad l.Aquil.
nu.6.Gram. in uoto 24.nu.6.Bal.in
53 l.raptores.C.de epiſ.& cler.*Aſpor-
tatio bonorū de loco ad locū, uel
alienatio ipſorū bonorū ante ho-
micidiū, inducit credulitatē ad ho-
micidiū & delictū appenſatè com-
mittēdū:ut uol.Sal.in l.fi.col.ij.uer.
nunc tranſeamus. C. de quæſt.latè
Bar.in l.poſt contractū.ff.de dona.
qui exactè cōſiderat ſex præſump.
54 quæ omnia per te uide & not. *Vi-
ta hominis:ut ſi quis ſolitus eſt cō-
mittere homicidia, & eſt malæ con
ditionis & famæ, per l. habet præ-
ſumptionē cōtra ſe delinquendi,&
delicta cōmittēdi:ut l. ſi cui §.j.ibi.
qui ſemel calumniatus.ff. de accu.l.
non omnis. §. à barbaris. ff. de re
milit.ita, ut ſine aliquo indicio po-

teſt ad torturã poni:ut dicit Marſil.
in §. diligenter. nu.99. in ſua pract.
aſſerens, quòd ferè omnes doct.in
hoc cõueniũt.poſt Bar.alleg. Sal.in
fin.C.de quæſt.Alex. in conſil.77.in
cauſa accuſationis.3.col.& in conſi.
50.incip.uiſis & opportunè. in pri-
mo uol.Blanc.in d.l.fi.nume.411.de
quæſt.alleg.Bar. in l.Caſsius.de ſe-
natoribus.pro.quibus optimè facit,
quod dicit Bald. in l.dominus hor-
reorũ. in lectura antiqua.C.locati.

55 *Quid ſi eſt cõmiſſum furtũ in ali-
qua domo, an uicini poſſunt capi
& detineri pro furto inueniendo?
quod utique uerum eſt,& locũ ha-
bet in uicinis malæ conditionis,ui-
tæ,ac famæ, & qui ſunt conſueti ſi-
milia facere : ut uoluit Bart.in l.j.§.
ſerui.ff.furt.aduerſus nautas. & in l.
j.de officio præfect.uig.& ita etiam
tenuit Marſil.in l.qui falſam.nu.117.
ff.de fal.alleg.multa iuxta ſolitũ.idẽ
in ſua pract. crimina. §. diligenter.
nu.97.Bald.in l.j.C.locati.& Bart.in
l.dominus horreorum.C.eod.titu.

56 *Mala phyſiognomia, & turpe no-
men, cum aliquo ex prædictis in-
diciis, eſt indicium ſatis ſufficiẽs ad
torquendũ reum:ut Sali. in l.fi.ult.
col.uerſicu.quæro an ſufficiat.C.de
quæſtio.Gand.in trac.maleficiorũ,
ſub rubr.de præſumptionibus. uer.
tene menti.Bal.in l.ij.col.ij.C.quo.
appel.non reci.ubi dicit, quòd bo-
na phyſiognomia prodeſt, & mala
57 nocet reo carcerato : quia * mala
phyſiognomia facit præſumi quem
procliuũ ad ſcelera : de quo dicto
uide dominũ Parid.de Puteo in ſuo
tract.ſynd.char.108.in 2.col.Marſil.
in §.expedita.nu.52.53.in ſua prac.&
ſic turpe nomẽ cum uno ex prædi-
ctis indiciis, eſt ſatis ſufficiẽs indi-
cium ad torturam:ut latè per Ioan.
And.in c.cùm in contẽplatione. de
reg.iur.Ang.de Are.in ſua practica.
in uer.fama publica.in 27. col.uerſi.
nunc uideamus. & latiſsimè per
Marſ.in l.j.nu.39.ff. de quæſtio. ubi
dicit, ꝙ turpe nomen eſt indicium
58 iniquitatis. * Trepidatio & uox
balbutiens rei carcerati in cõſtitu-
tis,& loquela trepida, pallor,& in-
conſtantia, licet hæc ſint remota à
maleficio(quoniã unumquodq; de
per ſe non eſt ſufficiẽs indicium ad
torturã)tamẽ ſi concurrunt cũ uno
ex ſupradictis indiciis, poterit reus
carceratus optimè torqueri:ut ele
ganter Bar.in l.de minore.§.pluriũ,
nu.3.ff.de quęſt.alleg.Innoc.in cap.
quoniam cõtra.de probat.dicẽs,ꝙ
omnia iſta ſunt ſcribẽda in actis no
59 tarii:ꝙ reus hoc dicebat*trepidan-
do,balbutiendo,& uariãdo.Gram.
uoto 30.nu.4.nam in hoc iudex de-
bet eſſe cautus, ne tempore ſyndi-
catus ei dicatur,quòd reum ad tor-
turam poni fecerit non exiſtẽtibus
cõtra eũ legitimis indiciis. & uide,
quæ ponit Bal.in l.presbyteri.C.de
epiſc.& cler.& in l.iij.C.de teſt.nam
animum intrinſecum nullus morta-
lium cognoſcere poteſt, niſi ſolus
60 *Deus, cordiũ ſcrutator & cogni-
tor. Daniel. cap.13. & uidi multos
reos in eorum conſtitutis accipien
dis ridere, qui intrinſecus ualde ti-
merent:unde ſi apparent aliqua ſi-
gna metus per trepidationem,uel
per uocẽ rei balbutientis, tunc o-
61 mnino ſcribi facias. Quia * animus
his mediis dignoſcitur,ut experien

tia

tia rerum magiſtra docet. & uide,
quæ dicit Hippo.& Marſi.in ſingul.
ſuis.nume.325.incip dixi tibi.Gram.
62 conſi.17. *Mendaciũ etiã,& uaria-
tio rei,facit indiciũ ad torturã.nam
ſi reus carceratus deprehenditur in
aliquo mẽdacio in ſuo conſtituto,
maximũ habet indicium contra ſe.
per text. in l. unius. §. teſtes. ff. de
quæſt.& Felin.in c. literas. de præ-
ſump.Roma.in conſi.8.inci.uiſo fa-
cto.Gram.conſi.17.nu.9.& uoto 30.
nu.3.Alex.conſi.62.7.uol. Nam quis
ratione mẽdacii præſumitur eſſe in
dolo?ut l.ſeruus.§.ſi perſuaſerit mi
hi.ff.de dolo.Franc.Brun.in trac.de
indiciis.col.9.uerſi.quæro,an men-
dacium.Marſi.cõſi.15.51.& 130. & in
63 ſing.ſuis.nu.103.dicit, quòd*uarie-
tas etiã in teſtibus facit, ut poſsint
ſine aliquo alio indicio torqueri:ut
habetur in l.ex libero. & ibi glo. ff.
de quæſt.Bal.in l.milites.C.eod.tit.
Bal.in l.nullum. & ibi Sal.C.de teſt.
Ang.in cõſi.275.dicit, quòd quãdo
iudex habet reũ præ manibus,quẽ
ponit ad torturã pręcedentibus in-
diciis,ſi in ſuis conſtitutis uariat &
uacillat,notarius & iudex non de-
bet parcere calamo:ſed omnes ſuas
64 uariationes*ſcribi faciat in ſuis a-
ctis.quia ſemper poterit eũ in tor-
tura repetere.alleg.Bar.in l.de mi-
nore.§.plurium.ff.de quæſt.Aret.in
trac.maleſi.uer.fama publica.in 17.
col.in uerſi.9.quæro.& quid ſit ua-
riare, contradicere , & uacillare:&
quõ inter ſe differãt,uide Flor.in l.
teſtibus.nu.1.ff.de teſtib.cum infini
65 tis uulga.*Tranſactio ſuper aliquo
delicto an faciat indicium: dic, ut
per Iaſ.in l.tranſigere.C.de tranſac.
& ibi Bal.Albe.Abb.Alex.& Pau.de
Caſt.qui diſtinguentes dicũt,quòd
aut tranſigitur in caſu à iure cõceſ-
ſo:ut in crimine , in quo ingeritur
pœna ſanguinis : & quia ius illud
permittit,ſuper eo paciſcendo non
dicitur crimẽ cõfiteri, ex quo lege
permittente tranſegit : & iſto caſu
cùm tranſactio ſit conceſſa à iure,
tunc nõ oritur aliquod indiciũ ſuf-
ficiens aut trãſactio eſt facta in ca-
ſu,in quo non ingeritur pœna ſan-
guinis,quod à iure nõ conceditur,
ut in crimine adulterij:& tunc facit
66 indicium:& illa* tranſactio habet
uim tacitæ confeſsionis:& hoc di-
cit tex.in l.quæ ſupra.ff de his, qui
not.infa.& uide Iaſ.in d.l.tranſige-
re.ubi dat& aſsignat multas caute-
las,per quas tranſigens nõ dicitur
crimen fateri.Marſ.in §.diligenter.
nu.78.in ſua practi.Blanc.in l.fi.nu.
306.ff.de quæſt.Brun.in tract.de in-
67 di. col.11. * Auxiliũ ſiue aſſociatio,
præſtitum ſeu præſtita , interuenit
aut ante maleficiũ,aut in ipſo ho-
micidio,aut poſt maleficiũ & homi
cidium.primo caſu dicitur opẽ,au-
xiliũ,& fauorẽ pręſtare homicidio,
ſi quis præſtiterit ferramẽta ad do-
mum aperiendã : uel ſcalã,ut aſcen
dat per feneſtras,ut uel ibi aſcẽdat,
uel ut homicidiũ cõmittat:uel ſciẽ-
68 ter*arma accõmodet:de qua ſciẽ-
tia cõſtare debet ꝓ homicidio uel
maleficio committendo:de quibus
per Bar.in l.qui domum.ff.de adul.
Alex.in l.furti,de furtis. Bar.& Bal.
in l.quicunq;.C.de ſer.fu.Bar.in l.oẽs.
C.de agri.& cen.Fel.ĩ c.ſicut dignũ.
de homi.& ideo ĩ inquiſitiõe ſemꝑ
dici debet:aſsiſtẽdo dicto maleſi.ut

habilius cõmitteretur:ut per Bart. in l.qui ſeruo.§.fi.ff.de furt.& in l. is,qui opem.nu.5.ff.eo.tit.Bal.cõſi. 41.nu.5.in 5.uolu.Alex. & Barto.in l.fi.in 10.addit.ff.de ſiccar. Cepo.in
69 conſi.27.per totum.& in hoc* auxilio præſtito oportet ponere locũ & tempus delicti commiſsi:ut per Bar.in l.furti.§.ope.ff.de fur.Marſi. in l.fin.ff.ad l.Corn.de ſicca.nu.29. 30.& 31.& idem Marſ.in l.ſed ſciente.nu.2.ff.ad l.Corne.de ſic.ubi di-
70 cit,quòd* mutuans pecuniam ad emendũ arma pro maleficio committendo, tenetur de auxilio.aut præſtatur auxilium in ipſo maleficio:& tunc eſt diſtinguendum: aut auxilium eſt immediatũ & cooperatiuum,aut mediatũ & nõ cooperatiuũ:quod dic,ut per text.in l.itẽ Mela.§.ſi alius tenuit.ff.ad l.Aquil. & ibi Flo.Are.& Boniſ.in rubri.de inſultu & percuſsione.in tracta.maleſi.nu.38.& latè per Cep.in conſil. 34.nume.20.in ſecundo dubio.Bar. in l.i.§.j.ff.de ui & ui arma.cũ infinitis.Marſi.in ſing.ſuis.nu.15.fol.3. incip.ſtatuta communiter. quòd ſi ſtetit armatuscum aliquo occiſore, & tamen nil fecit uirium,an ex illa reſiſtentia debet puniri tanquã præſtans opem:dicẽdum eſt,quòd ſic. ſecundum Innocen.in c.ſi.de cleri. percuſ.Ab.in c.ſicut dignũ.de hom. Ro.conſi.17.Bald.in l.j.C.de ſer.fu. Roma.l.j.§.eodẽ.ff.ad Sylla.Marſi. conſil.24.col.4.Poſt maleficium & homicidium dicitur auxiliũ præſtare,quãdo poſt delictũ commiſſum
71 ſtatim aliquis* recipit in domo malefactorem:ut Bal.in l.non ideo minus.C.qui accu.poſſ.Fel.in ca.3. de offi.deleg.& in c.ſicut dignũ.de
72 homi.uel quãdo* aliquis impediret capturam per familiam poteſtatis inſequentem malefactorem & homicidam:ut per Gand.in rub.de hom.col.3. Bart.in l.furti.§.ope.de furt.uel quando quis aſſociaret malefactorem in eccleſia extra territorium,uel in aliquo loco tuto:ut latè per Cep.conſil.1. Albe.in tract. ſtat.34.quæſt.iiij.Sal.in l.j.in col.iiij. & v.de recep.latè Cep.in cõſil.20. nu.9.Car.latiſ.in ſua prac.nume.29. uſq; 34.Nam receptator & aſſociãs dicũtur participes occulti conſilij. Salice.in l.unica.C.de raptu uirgi. Bal.conſi.211.nu.1.4.uolu.& in cõſi. 255.nu.1.in 3.uol.cũ aliis doct.quod intellige ſecundum conſi.Grãmat. 37.nume.23.& in uoto 15.nume.2.&
73 doct.in l.ſi.C.de his,qui latro.*Sanguis interfecti profluens ante oculos occiſorum,an faciat indicium: dic,quòd ſic,concurrente fama uel aliquo alio adminiculo,& quod eſt miraculum in natura:ut dicit Blãc. in l.ſi. numero 402.ff. de quæſtio. quod etiã ego uidi in quodam cadauere,dũ eſſem iudex maleſi.Tarui.& pro indicio traditur per Hip. in §.diligenter.nu.181.fo.21.in trac. male.& Car.in ſuo tract.nu.141.fo. 34.& quia indies iſta poſſunt occurrere,ut aliàs occurſa etiã ſunt,ideo
74 nota,& tene menti.*Fuga arrepta poſt imputationem,an faciat indicium:uide latiſsimè per Blan.in l.ſi. de quæſt.& diſtingue,ut ibi per eũ, poſt Marſil.in ſingu.ſuis.119.incip. fuga.& 197.incip.ſæpiſsime.& latiſſimè per do.Iaſ.in l.admonẽdi.col. 67.in fin.de iureiur.Lud.Roma.in l.

lege

lege Corne.ff.ad Syll.& do.Philip. Deci.in cõſi.234.incip.in effectu.in j.col.poſt Cepol.in conſil.29.nu.8.
75 ubi dicit,quòd * fuga facit aliquem culpabilem antequàm cõtra ipſum inquiratur.per ea,quæ dicit Saly.in l.j.C.de rap.uirg.& ibi Marſi.Bald. conſi.515.5.uolu.nu.5. Alb.in tracta. ſtat.4.parte. quæſt.54. ubi dicit, ꝙ fugiens fracto carcere,habetur pro cõfeſſo de criminibus,pro quibus erat in carcere.ibi.nu.2. Gramma.
76 uoto 37.num.1. * Et nunquid fuga ſeu contumacia ſufficiat ad cõdemnationem criminis,pro quo inquiritur ſeu proceditur:uide ibi,& do. Philip.Cor. in conſi.58.2. uolu.lite. O.in fin.ubi tenet,quòd fuga non facit plenam probationem ad condemnationem,& in cõſi.198.lite.d. quòd per comparitionẽ poſtea factam,purgantur indicia prouenientia ex ipſa fuga:ut lit.q.fol.1.58.uol. 2.Par.de Put.in tracta.ſyndi.in uer. & in indicia,nu.2.in fin.Rixa ſecunda uice facta parum poſt primã,indiciat ad penſamentum,nam ex geminatione ita breui tempore facta facit præſumi,quòd inter ſe conuenerint pro maleficio & delicto cõmittẽdo:ut Feli.in c.ſi cautio.extrà
77 de fide inſtru. Nam * geminatio arguit magnam & animi,& propoſiti firmitatem delinquẽdi:ut Lud. Roma.in conſi.352.in 2.col.Mar.eleganter in l.j.§.quæſt.ff.de quæſt.per totum.Nam geminatio arguit ueritatem enixam:ut dicit text.in l.ij.§. furioſus.ibi.per omnia,& in omnibus.ff.de iure codi.Quem text.alleg.pro ſing.Ange.in l.in negociis. ff.de re.iur.Hip.in ſin.ſuis.378.Grã-
78 ma.uoto 17.nu.8.*Ferens arma euaginata ſub cappa,habet p̄ſumptionem cõtra ſe,ꝙ habeat animum ad occidendũ & maleficiũ perpetrandum,ut elegan.Cep.in cõſi.28.col. 2.uer.2.quia.nu.9.Nam deferens arma euaginata habet animũ maleuolũ & procliuẽ ad malum:ut Blã. in l.fi.nu.79.& nu.82.ff.de quæſtio. dicens,ꝙ armans ſe,ſemper præſumitur de rixa, & bello cogitare:ut Flo.in l.ſcientia.§.qui cũ aliter.nu. 3.ff ad l.Aquil.Cep.conſil.2.nu.6.in
79 ciui.Grãma.uoto 24.nu.6.*Notandum eſt autẽ, quòd homicidia tribus modis cõmittuntur,animo,facto,lingua ſeu uerbo:ut dicit gloſ. notab.in c.homicidiorũ.de pœnitentiis,diſt.j.Cepo.in cõſi.38.incip. in Chriſti.in fine.homicidia animo committuntur,quando quis dolo malo hominẽ aggreditur cauſa illũ occidendi,& illũ occiderit:ut dicitur in l.j.& l.diuus,de ſicca.& hi ca-
80 pitali pœna puniuntur.nam * homicida quod fecit,ſemper expectet.l. nemo.C.de epiſ.audi.nam ſanguis occiſorũ clamat continuè ad Deũ, ut in Apoc.Ecce poſt hæc uidi animas interfectorum clamantium ad Deũ.c.6. Marſi.in ſing.ſuis.nu.270. Exo.c.11.ibi.maleficos nõ patieris uiuere.Grãma.cõſi.4.nu.16.fol.4.ꝙ ſi uolens hominẽ occidere, equum occiderit, an puniatur de homicidio pœna ordinaria l. Corneliæ, propter animũ occidendi hominẽ: dic,quòd ſic,ſi proceſsit ad aliquẽ actum.ſecundũ Bart.in l.impuberẽ. §.j.in fi.ff.de falſ.Bart.Ang.& Marſ. in l.diuus.nu.9.de ſica.c.fi.de homi. in 6.licet aliter de cõſuetudine.Sed

81 ſi quis non haberet * animũ occidendi,ſed uulnerãdi uel percutiendi,tunc nõ puniretur pœna l.Cornelię,ſed alia minori pœna arbitrio iudicãtis,ex quo apparet,quòd nõ habebat animum occidendi,neque aderat dolus:ut per Rom.in l.cum mulier.32. col.uer.aduerte tamẽ.ff. ſolu.mat.Pau.de Caſt.conſi.92.inci. in cauſa carceratorũ. Feli.in c.dilecti.de excep. Panor.in c.olim.el ij. de reſcrip.Cep.cõſi.53.inci.in Chriſti no.nu.5.& idem dicẽdum eſſet, quãdo qs interfectus fuiſſet nõ do lo,ſed leui aut lata culpa:ut Cep.in dicto conſil.53.Car.in ſua practi.§. homicidij autem ſpecies.per totũ.
82 Gram.uoto 24.nu.18.* Facto uerò dupliciter cõmittitur homicidium: aut per ſe immediatè occidẽdo,aut mortis cauſam præſtando,aut mediatè,quãdo quis maleficio aſtitit: & cauſam remotã præſtat:ut Bar.in l.in furti.§. ope.ff.de fur. Quis autẽ dicatur auxiliũ & opẽ præſtare homini homicidiũ cõmittenti, & qua pœna puniatur, uide Ang.in glo.au xiliatorẽ.j.col.uer.quęro.Fel. & alij in c.ſicut dignũ.de homic.latè Ce. conſi.27.nu.9.& cõſ.34.& cõſi.1.nu. 17.Car.in ſua pract.in §.homicidiũ autem.Sal.& Hip.in l.j.de rap.uirg. Bal.in l.fi.C.de ſic.idem Bal.in l.ob hęc uerba.ff.de infam.Bon.in ti.de percu.& inſul.Bal.in cõſi.492.nu.1.
83 1.uol.* Verbo & lingua cõmittitur homicidiũ·aut mandãdo,ut quãdo quis mãdat hominem pecunia mediante occidi:& hi aſſaſsini dicuntur,tã mãdãs,quam mãdatarius:ut in c.j.de homicid.in 6.Bal.in l.non ideo minus.iu prin.C.de accu.Bar. in l.nõ ſolũ.§.ſi mãdato.uer.uenio ad cõductorẽ.ff.de iniur.Ange.in l. qui ſepulchra.C.de ſepul.uiola.uel quãdo aliquo nõ dato uel promiſſo,ſed ut alteri cõplaceat.Alex.in l. j.§.& hæc actio.nu.4.ff.de eo.per quẽ fact.ubi latè de hac materia.&
84 tã * mãdãs, quàm mãdatarius eadem le.& pœna puniũtur:ut p Ce. in cõſi.36.inci.in Chriſti.nu.10.Bar. in l.furti.§.ope.& in l.is q opẽ.ff.de fur.aut cõſulẽdo,ut quãdo quis cõſuluit interfici,uel perſuadet maleficiũ cõmitti:uel p literas:ut quãdo nũtius portat literas, uel mediator criminis,qui punitur,ut delinquẽs. Anca c.j.de teſt.in 6.tex.in l.ſi ſciente,de par.Car.in ſua prac.nu.113.fo. 69.& illa aduertenda ſunt,ut ſciatur
85 proponi accuſatio,uel formari* inquiſitio,an de mãdato,uel de cõſilio formãda ſit:ut dicit Cep.in cõſ. 27.in dub.61. Et quãdo uerba poſſunt ſe habere ad cõſiliũ uel mãdatum,uide ibi nu.8.& 9.& latè Card. in ſua pra.§.circa.char.104.n.158.Et
86 qua pœna puniatur * cõſulẽs,perſuadẽs,uel cõmittẽs:dic,ut ibi per eũ.nu.163.Aut auxiliũ & fauorẽ pręſtando,aut cõſulẽdo, ſolicitando, hortãdo,uel inſtigando.qđ dic, ut per Bal.in l.ob hæc uerba ff.de his, qui not.infa.Bar.poſt.Alex.in d.§.ſi mandato.de iniuriis. & Car.ibi in ſua prac.in nu.180.Grã.cõſ.36.nu.8.
87 14.& 15. Et ſi quis * aſsiſtit delicto ſeu maleficio,& põt,phibere,& nõ prohibet,an teneat.ut faciens:dic, ꝙ aut quærĩt de iure ciuili,aut de iu re cano.ſi de iure ciuili,dic,ꝙ aſsiſtens maleficio non tenet obuiare, niſi in certis caſibus:ut p Fel.in c.j. de off.

de off.deleg.c.ſicut dignũ.de homi. Mar.in l.j.ff.de ſic.& in cõſi.126.la-
88 te.de ᵇ iure uerò canonico,ꝙ indiſ ferēter aſsiſtens maleficio,tenetur obuiare,aliàs punitur:ut in c.qñ.de de ſentẽ.excõ. Ro.cõſi.95.314.Ang. in l.j.C.de Nili agge.nõ rũp.Blanc.
89 in l.fi.nu.236.ff.de quæſt.niſi ᵃ aſsiſtens maleficio uellet probare eò caſu ſe deueniſſe:qa tũc nõ puniretur aliqua pœna:ut p Bal.& Sal.in in d.l.nõ ideo minus.C.de accuſa.
90 ᵇ Et quid dicẽdũ de minore cõmittente delictũ in minore ætate,an factus maior,poſsit cõtra eũ inquiri, & ꝓcedi,& puniri:aut an ut maior, an aut minor.dic,ut per Marſi.in l. infans.ff.de ſica.& in l.de minore. in fi.prin.ff.de quæſt.& p Feli.in c. exhibita.de homicidio.& Panor.in c.fin.de ſenten.excõ.qđ ibi uide & nota.Reliqua per te ſtudendo uidebis,& indies conſiderabis.

MODVS CONSTITVENDI uulneratos ſeu offenſos in practica ita ſeruatur.

Conſtitutus ad præſentiam ſpecta.do.iudicis maleſi. quidã uir iacẽs in lecto in quadã camera habitationis dicti Sépronij,ſitæ in contrata Callis maioris Taruiſij in certa cariola,habẽs caput faſciis & ligaminibus inuolutũ,interrogatus de eius no. cogno.& patria, Reſpon.

Interrogatus,quare ita iacet in lecto,& à quãto tẽpore citrà,Reſp.

Interrogatus,ubi, quãdo,à quo ſeu à quibus, & quibus armis fuit uulneratus, Reſpondit.

Interrogatus, ex qua cauſa fuit uulneratus, Reſpondit.

Interrogatus,ſi habet aliquã inimicitiã cum aliquo ſeu aliquibus, & à quãto tempore citra, Reſpon.

Interrogatus, contra quem ſeu quos ſuſpicatur, Reſpondit.

Interrogatus,ſi poteſt imaginari de hoc caſu cõtra aliquem ſeu aliquos, Reſpondit.

Interrogatus de præſentibus ad dictum caſum,qui uiderint, Reſp.

Interrogatus,ſi uult & intendit quòd procedatur contra repertos culpabiles, Reſpondit.

Interrogatus,ſi uult qđ in dicto caſu iuſtitia ſuũ ſortiat effectũ. Rñ.

Quibus habitis,&c.

MODVS AVTEM conſtituendi reos criminoſos de plano.

Cõſtitutus coram magnifico & clariſ.domi.poteſtate & capitaneo Taruiſij,quidã uir proceræ ſtaturæ, indutus pãnis camelinis,caligis albis,dyploide alba,ſine bireto,tonſus,cũ barba nigra,& ut ex aſpectu uidebatur,annorũ xxx.uel circa,interrogatus de eius nomine,cognomine,& patria, Reſpondit.

Item interrogatus ad quẽ finem ſe ſponte ad carceres præſentauit, uel quare & ex qua cauſa fuit retentus,& in carcerem detruſus, Reſp.

Interrogatus ſiue admonitus ꝙ narret, quomodo ſucceſsit caſus mortis.q.Sempronij, Reſp.

Interrogatus,quibꝰ certis, loco, die,& hora fuit interfectus prædictus.q.Sempronius, Reſp.

Interrogatus,quibus armis,& in qua parte corporis fuit idem Sempronius uulneratus, Reſpondit.

Interrogatus,quomodo intellexit prædicta, Reſpondit.

Interrogatus, à quo ſeu à quibus prædicta dici audiuit, & in quo loco, Reſpondit.

Interrogatus, in quo loco ſe reperiebat ipſe retentus ſeu conſtitutus tempore ſequuti homicidii in perſonam præfati. q. Sempronii, Reſpondit.

Interrogatus, qui habitant in domo ipſius conſtituti, Reſpon.

Interrogatus ubi ſtetit illa nocte, in qua ſucceſsit caſus mortis. q. Sempronii, Reſpondit.

Interrogatus, cum quo ſeu quibus dormiuit ea nocte, Reſpon.

Interrogatus ob quam cauſam præfatus. q. Sempronius fuit interfectus, Reſpondit.

Interrogatus, an ſibi conſtituto uel aliis ex correis per aliquem ſeu aliquos fuit datum uel promiſſum, ut tale committeret homicidium, Reſpondit.

Interrogatus, in quo loco datus fuit ordo occidendi præfatũ. q. Sempronium, Reſpondit.

Interrogatus de præſentibus ad dictum caſum, Reſpondit.

Interrogatus, ſi ipſe conſtitutus loquutus fuit de hoc caſu cum aliquo ſeu aliquibus, Reſpondit.

Interrogatus, quæ inimicitia intercedebat inter aggreſſores & ipſum Sempronium, Reſpondit.

Interrogatus de ordine & tractatu interficiendi præfatum. q. Sempronium, Reſpondit.

Interrogatus de indumentis, habitu, & ſtatura aliorum complicum, Reſpondit.

Interrogatus, ſi de hoc ordine & tractatu pluries ſermo inter eos habitus ſit, uel cum aliquo ex prædictis, Reſpondit.

Et admonitus, ꝙ aduertat dicere ueritaté tã circa factũ, quàm circa ordiné tractatũ, & deliberationé cõmittẽdi dictum homicidiũ, aliter cogetur mediis iuris eam in tormẽtis fateri. quibus habitis fuit reductus ad locum ſuum, animo, &c.

PRO PVRO INquiſito.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, &c. cõtra & aduerſus Titium filium q. Ioannis de Vegla.

IN eo, de eo, & ſuper eo, ꝙ fama publica præcedẽte, & clamoſa inſinuatione ſic referẽte, nõ quidẽ à maleuolis & ſuſpectis, ſed à ueridicis & fide dignis perſonis, nõ tantũ ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures & notitiã prelibati clariſs. domi. potestatis, eiusq; ſpectab. domi. iudicis maleficiorũ, etiã p modũ notorii auditu peruenit, ꝙ dũ dictus Titius odio pſequeretur Caiũ filium Ambroſii de Antiberi Taruiſii cõmorãtẽ, ex cauſa ſeparatiõis cuiuſdã rixæ ſequutę diebus pręcedẽtibus inter pfatũ inquiſitũ & Accurſiũ à Serico, in qua quidẽ rixa idem Titius pcuſſus & uulneratus fuit à dicto Accurſio duob⁹ uulnerib⁹ in manu ſiniſtra. cũq; ſub die 12. Febr. nup exacti idẽ inqſitus de ſocietate nõnullorũ ſederet ſup bãchis ꝓpe plateã Taruiſii, & intueret Caiũ illac tráſeũtẽ, quærẽs occaſionẽ & opportunitatẽ rixãdi, & ad manus ueniẽdi cũ dicto Caio, cõſurgẽs dicto loco, & ſe ad eũ appropinquãs, cœpit uti aliquibus uerbis minatoriis,

riis,& parũ timẽs uires iuſtitię,nulloq; habito reſpectu loci pdicti,poſitis manibus ad enſem,quẽ ad latus habebat,furibũde irruit ad perſonam dicti Caii,quẽ uulnerauit in brachio ſiniſtro cũ inciſiõe carnis, & ſanguinis effuſione: necnõ percuſsit & uulnerauit eundem ad uiã capitis uno magno, profundo, ac letali uulnere, cum inciſione carnis & cranei,ac maxima ſanguinis effuſione:ex qbus quidẽ uulneribus domũ delatus,& habita p peritos de eis diligenti medela , inde ad paucos dies obiit:cõmittẽdo prædicta ſciẽter,doloſè,cõtra Deũ,ius & iuſtitiã,in uilipẽdiũ regiminis ac pacifici ſtatus,ac cõtra formã iuris & ſtatutorũ communis Taruiſii , ſuper qbus omnibus & ſingulis,&c.

PRO PVRO ALIA.

Hęc eſt quędã inquiſitio,titulus, ſeu forma.&c.cõtra & aduerſus Accurſium filium Matthæi de Iadra.

IN eo,de eo,& ſup eo,&c.ꝙ dum præfatus inquiſitus diebus præcedẽtibus ad manus deueniſſet cum Matthæo dicto.Moro famulo Laurẽtii de Roſetis,ex cauſa nõnullarũ arborũ dictarũ polloni,quarũ cauſa Matthæus ipſe dixerat pnarrato inquiſito,ꝙ eas ſubripuerat in cãpis & terris Laurẽtii eius patroni, cupiẽsq; inqſitus ipſe de prædictis uerbis uindictã ſumere in die lunæ 26.Feb.nup exacti in crepuſculo noctis,ſumpto ſecũ enſe in domo Dominici Marci molendinarii mõtis Bellunę,& trãſitũ faciẽs ante ianuã magiſtri Baptiſtæ de Lidolo cerdonis,ſup ſtrata callis Taruiſinæ,obuiauit eidẽ Matthęo uenięti à labo rerio ſuo,ad quẽ cũ applicuiſſet,factis prius aliqbus uerbis,cœperũt inter ſe manus cõſerere,quẽ Matthæũ idẽ inquiſitus pũctim percuſſit & uulnerauit uno magno, ꝓfundo,ac letali uulnere in coxa dextra, in parte domeſtica,penetrãs ad intus uſq; ad alterã partẽ dictę coxæ, cũ inciſione carnis,neruorũ,& ſanguinis effuſione:ex quo quidẽ uulnere illico Matthęus ipſe ad terram corruẽs uitã cũ morte cõmutauit: cõmittẽdo prędicta ſciẽter & doloſè cõtra Deũ,ius & iuſtitiã,in uilipẽdium regiminis. Super quibus omnibus & ſingulis idẽ clariſs.do. poteſtas procedere intendit &c.

FORMA INQVISITIOnis pro puro homicidio.

Hęc eſt quędã inquiſitio,titulus, ſeu forma , &c.contra & aduerſus Caiũ & Sẽproniũ Iuſtinopolitanũ.

IN eo, de eo, & ſuper eo, ꝙ ſama publica pcedẽte,& clamoſa inſinuatione ſic referẽte,nõ quidem à maleuolis & ſuſpectis,ſed à ueridicis & fide dignis perſonis,nõ tãtũ ſemel,ſed ſępe ac ſępius ad aures & notitiã prælibati clariſ.domi.poteſtatis,etiã per modũ notorii,auditu peruenit,quòd die lunę proximè exacto circiter horã 23.dũ Sẽpronius eſſet,& ſe reperiret in domo propria penes ignẽ ꝓ ſe calefaciẽdo,& audiret rumorẽ quẽdam nõ multũ lõgè à domo ſua per nõnullos ruſticos rixãtes, domum exiit, Caiũ fratrẽ requirẽdo, ut rõculam ſibi porrigeret,intermediãdi cauſa, ne quid mali ſequererur:quam cùm Caius ipſe afferre recuſaret, inclinãs ſe deorſum ſaxum de terra ſuſtulit,

ſtulit, quē manibus deiicere uolens ad perſonā ipſius Caii, cæſiā quādā percuſsit: intererat uerò hiſce Frāc. filius Donati de Giadra, q occaſionē quęrens rixādi, dixit erga ipſum Sēproniū: che uuol dir q̄ſto trare: & reſpōdēte ipſo Sēpronio: nō trago a te, ma a Gaio mio fratello, nō gli poſſo io trare. tūc Frāciſcus ipſe quęrēs opportunitatē ad manus ueniēdi cū p̄dicto Sēpronio, acceſsit ad locū ubi erat ipſe Sēpronius, ad cui⁹ pſonā cū appropinquaſſet, manibus apprehēdit p dyploidē: & ſic adinuicem altercātibus ſuperuenit Caius eius frater, q uolēs fratri auxiliū p̄bere, apprehēſo manib⁹ cultello, quē ad latus habebat, pūctim admenauit ad pſonā eiuſdē Frāciſci, quē uulnerauit duobus magnis, pfundis, ac letalibus uulneribus in dorſo, cū inciſione carnis, & ſanguinis effuſione, q domū delatus poſt dies octo occubuit uulneratus: aſsiſtente ibi ſemp dicto Caio auxiliū, cōſiliū, & fauorē cooperatiuū p̄ſtāte, cōmittēdo p̄dicta ſciēter & doloſè contra Deū, ius & iuſtitiā, &c. Sup q̄bus omnibus, & ſingulis &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudici cōſtare debet de delicto, antequam contra aliquem procedat.*

2 *Rectores terrarum, an debeant mittere iudices ad conſpicienda uulnera cadauerum.*

3 *Inimicitia, an faciat indicium.*

4 *Cauſa inimicitiæ, an exprimi et probari debeat.*

5 *Solitus delinquere, an habeat indicium contra ſe.*

6 *Offenſus ſi habet unicum uulnus, & plures fuerint in rixa, à quo illatum eſſe creditur.*

7 *Fugiens cū gladio in manu ſanguinolento, an habeat contra ſe indicium.*

8 *Fugiēs ex aliqua domo cū gladio ſanguinolento, & cū facie pallida, an ſit ſufficiēs indiciū ad condemnationem.*

9 *Viſus admenare gladiū, nec apparet de pcuſsiōe, an ſit indiciū ad torturā.*

10 *Contra deferentem arma, an lex præſumat omne malum.*

11 *Pallıditas & trepidatio, an faciat indicium.*

12 *Aſſertio uulnerati in articulo mortis, an faciat indicium contra uulnerātē.*

13 *In articulo mortis, an quis præſumatur immemor ſalutis æternæ.*

14 *Aſſertio offenſi, an faciat ſuſpicionem ad inquirendum.*

15 *Contumacia, an faciat ſufficiens indicium ad torturam.*

16 *Cōtumacia, an indiciet quem culpabilem abſque aliis indiciis.*

17 *Infamia delinquentis, an faciat indicium ad torturam.*

18 *Cōfeſſio ſocij contra ſocium criminis, an faciat indicium.*

19 *Dictū ſocij criminis contra conſociū, an faciat indicium ad torturam.*

20 *Reſiſtentia facta per aliquem, ne malefactor capiatur à familia poteſtatis, an faciat indicium.*

21 *Deprehenſus in delicto, an faciat indicium ad torturam contra ſe.*

22 *Fur deprehenſus in crimine furti, an poſsit furca ſuſpendi.*

23 *Clericus repertus in flagranti crimine adulterij, an pater uel maritus poſsit eum occidere ſine incurſu excommunicationis.*

24 *Taciturnitas ſocij, quando ſocius reperitur mortuus in domo, an faciat indicium contra ſe.*

25 *Acclamatio, an faciat indicium.*

26 *Mulier reperta uulnerata in aliqua domo, an præſumptio inſurgat contra*

exeuntem de dicta domo cum gladio euaginato in manu.

27 *Sciens,& nõ prohibens cũ potuerit, an habeat indicium contra ſe.*

28 *Prohibere potens,& non prohibens, an dicatur particeps delicti.*

29 *Recipiens malefactorem in domo poſt delictum commiſſum,an dicatur conſcius eiuſdem delicti.*

30 *Cõiũctus cũ malefactore in aliquo affinitatis gradu,et eũ recipiẽs,an dicatur particeps conſcius eiuſdẽ delicti.*

31 *Aſſertio mandatarij,an faciat indicium contra mandantem.*

32 *Dictum mandatarij contra mandantem,an faciat probationem.*

33 *Dictum mandantis,an faciat indiciũ ad torturam contra mandatarios.*

34 *Petitio ueniæ extra iudicium,an faciat indicium.*

35 *Confeſſio extraiudicialis, an faciat indicium ad torturam.*

36 *Cohabitatio cum inimico,an dicatur inimicus inimici.*

37 *Mortuus in domo, an iudicetur, & præſumatur interfectus ab habitantibus in eadem domo.*

38 *Trepidatio,uariatio,et pallor in reo, an ſit ſufficiens indicium ad torturã.*

39 *Vita mala rei imputati,an ſit ſufficiens indicium.*

40 *Deploratio facta in domo alicuius,et de morte illius iudici nõ ſit data notitia,an ex hoc inſurgat indiciũ cõtra inhabitantes in dicta domo.*

41 *Repertus prope mortuum cũ aliquibus armis,an indicietur.*

42 *Vulnerãs,an ſemp teneatur de occiſo.*

43 *Medicis & peritis ſemper ſtandum eſt in materia uulnerum.*

44 *Vulnera mortalia ab aliquibus illata,an omnes teneantur ut principales,uel ut opem præſtantes.*

45 *Vulnus de per ſe non mortale,ſed illatum in corpus ægrotum,an mortale iudicandum ſit.*

46 *Percuſſus uel uulnerãs,q ex interuallo deceſſit,an ex uulneribus,uel ex alia cauſa deceſſiſſe intelligendum ſit.*

47 *Vulneratus non adhibens medicum, ſi moriatur, an uulnerans de occiſo teneatur.*

1 SCiẽdũ eſt aũt,ꝙ iudici imprimis cõſtare debet de delicto, antequã ꝓcedat cõtra aliquẽ:ut in crĩe homicidii,de corpore interẽpto:& in caſu furti,de re furata & ſubtracta:uel ꝑ famã in uicinia, aut alibi, ꝓut iformari poterit iudex:ut dicit Iaſ.ĩ l.iuſiurãdũ.§.ꝓcurator.de iureiu.Bar.l.fi.ĩ prin.ff.de qõ.Blãc.ĩ l. 2 fi.c.ti.n.15.& ideo rectores terrarũ & locorũ,antequã cõtra aliquẽ ꝓceſſum formẽt,mittũt iudices & officiales cũ notariis ad uidẽdũ cadauera mortuorũ,& ad cõſpiciẽda uulnera in dictis cadaueribus illata,teſtes examinãdo,ꝓut ſeruat hacten⁹ cõſuetudo.Quod utiq; formari debet,& appellatur:uiſum & repertũ.

FORMA CONSPICIENdi cadauera,& deſcribẽdi uulnera mortuorũ,qđ appellatur:uiſum & repertum.

VIſum & repertũ fuit ꝑ ſpe.do. iudicẽ maleficiorũ,clariſſ.poteſtã.Veronę cadauer uni⁹ hominis maſculi,ex aſpectu ut uidebat annorũ xxx.uel circa,poſitũ in quodã feretro in medio eccleſię ſancti Petronii,indutũ pãnis nigris,qđ denudatũ,uolutũ,& reuolutũ ꝑ Raphaẽlẽ Mõticulo ꝑconẽ officij maleficiorũ,cõptũ eſt habere īfraſcripta uulnera,uidelicet:Vnũ uuln⁹ ĩ pectore penetrãs ad ĩtus ꝑ palmũ,facta experiẽtia ꝑ dictũ ꝑconẽ ſtylo ferreo:

quod uidetur eſſe factũ pugione, uel ſimili armorũ genere. Itẽ aliud uulnus in fronte trãſuerſum, penetrans ad intus per duos digitos: quod uidetur eſſe factũ enſe, uel ſimili arma incidẽti. Cuius quidem cadaueris nomẽ, dum eſſet in humanis, uocabatur Sempronius, filius q. Gircli Vallis Pulicellæ, prout iuramento affirmauerũt Antonius & Franciſcus de eadem uilla Vallis
3 Pulicellæ, &c. *Inimicitia an faciat indiciũ: uide ſi cauſa inimicitiæ eſt grauiſsima, & ex cauſa famoſa, tũc facit indicium: ut Bald. in cõſi. 138. 3. uolu. Et quæ dicatur inimicitia capitalis, uide Bal. cõſil. 41. 5. uolu. nume. 2. & uide etiam Grãm. uoto 34. nume. 4. 5. & cõſi. 44. 9. & 46. nu. 9. & cõſi. 3. nu. 5. & Io. de Amic. conſil. 51. & Blan. in l. fi. de quæſt. nu. 89. & 91.
4 Bald. in l. j. C. de ſic. & aduerte, *ꝙ cauſa inimicitiæ exprimi & probari debet: ut per Marſi. in ſing. ſuis. 178. aut enim inimicitia oritur ex lite, aut opinione, aut iniuria: ut Blanc. ibi. nu. 91. Bar. & Marſil. in l. j. §. præterea. ff. de quæſt. aſſerentes, ꝙ aut inimicitia oritur ex cauſa leui, aut graui ſeu capitali. ſi ex leui cauſa oriatur, nõ oritur indiciũ: ſi uero ex graui & capitali, tunc reſultat indicium. & ſic cũ iſta opi. pertranſeunt ferè omnes doct. Hippoly. in prac. cri. in §. diligenter. nume. 69. & 70. & duplex eſt inimicitia ſecundum Pet. Sant. Luſit. in trac. de ſpo. mercato. char. 45. nu. 42.
5 * Solitus delinquere habet indiciũ contra ſe, ut uoluit Marſi. in §. diligenter. nu. 99. in ſua pra. fol. 17. Sali. in l. fina. C. de quæſt. & in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de ui pub. Alex. in conſil. 77. incip. in cauſa accuſationis. 3. col. & in conſi. 50. Viſis & opportunè primo uolu. dicẽs, ꝙ ſi plures fuerũt in rixa, & offenſus nõ habet niſi unicũ uulnus, & ignoratur à quo ſit illatũ: ſi fuerit * unus ex ipſis uir malæ conditionis, & famæ, & ſolitus delinquere, is talis torqueri poterit. Blanc. in d. l. fi. de quæſtio. nu. 246. Barto. in l. fin. ff. eo. tit. Bald. in l. fin. ff. de hære. inſtit. Franc. Bru. in tracta. de indiciis. uer. circa tertium, col. 7. dicentes. Quòd ſolitus delinquere habet contra ſe iuris præſumptionem, ut Carre. in ſua practi. §. homicidij. nume. 35. fo. 61. & no. quòd ſolitus differt à conſueto, ut Bar. in l. Mela. §. ſed ſi alimenta. ff. de alimen. & ciba.
6
7 leg. * Fugiens cum gladio in manu euaginato, ſanguinolento de aliquo loco, in quo reperitur homo mortuus, habet ſuſpicionem, & indicium contra ſe ad retentionem, & torturam. Vt dicit Bar. in l. fur manifeſtus, in prin. ff. de fur. Aret. in c. tertio loco. de proba. Bal. in l. neq; natales. in fine. j. col. de proba. Ang. in tract. malefic. in uerſi. fama publica. ibi, quæro. nu. 17. Imo dicit in l. fi. in princ. ff. quod met. cauſa. Augel.
8 * quòd ſi quis eſt uiſus exire ex aliqua domo cũ gladio ſanguinolento, & cũ facie pallida. Quę domus nõ habet niſi unicũ oſtiũ, & intus reperiatur homo mortuus, ꝙ eſt ſufficiens indicium ad cõdẽnationẽ. & alleg. Tom. Pipara. prout refert Io. And. in addi. ad Spec. in titu. de proba. §. j. uer. 15. & iſta eſt communis opinio, prout refert Blan. in l. fi. ff. de quæſt. nu. 292. Carre. in ſua

pract

practi.fo.33.nu.135.Marſil.in rub.C.
de proba.nu.237.ubi dicit,quòd ho
micidium dicitur manifeſtũ cũ enſe
ſanguinolento,quãdo quis eſt ui-
ſus exire aliquam domum,& poſt
puſillum auditus eſt clamor, & in
domo repertus eſt homo mortuus.
& not.quia ſeruiet tibi ad multa.
9 *Viſus admenare gladium,licet nõ
appareat de percuſsione:& ſic de
actu proximo,facit indiciũ ad tor-
turam,quia deponit de actu pro-
ximo,maleficio , & homicidio , ut
Ioan.And.in addi.ad Spec.in tit.de
probat.§.iij.uer.xiij.dicẽs,quòd lex
10 præſumit omne malum* cõtra de-
ferentem arma,ut l.unica.C.ut ar-
morum uſus.lib.xj.Ange.in uerbo,
fama publica.uerſi.quæro,an unum
indicium.nu.18.alleg.Imo.in l.fi.de
hæred.inſti.Pau.de Caſt.cõſi.197.in
primo uolu.Alex.conſi.15.in j.uolu.
Cep.conſi.32.& conſil.39.& Petr.de
Ancha.conſil.254.Bald.in §.ſi ruſti-
cus.de pace tenend.in uſib.feu.&
Ang.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Sylla.
Cepo.in conſil.32.nu.5.Rom.in l.p.
11 §.hoc reſcriptum.ff.ad Sylla.*Palli-
ditas,& trepidatio eſt optimum ſi-
gnum,& indiciũ,ut uoluit Io.And.
in addi.ad Spec.in titu.de proba.§.
5.uerſi.is circa fin.Barto.in l.de mi-
nore.§.pluriũ.de quæſt.Bal.in l. iij.
C.de teſtib.& in l.j.in princi.C.de
epiſ.audi.col.j.uerſi.item ponit iu-
dex,Iaco.de Bel.in ſua prac.crimi-
nali,in titu.de quæſt.colum.iij.qui
reddit rationes & iura.Franciſcus
Brun.in tit.de indiciis.col.xij.uerſi.
alia quędã indicia.Mar.in ſua pract.
§.diligenter.nu.74. Blanc.in l.fi.de
quæſt.nu.259.Bal.in l.preſbyteri,in
princi.de epiſc.& cle.cum infinitis.
Gramma.uoto xxx.nu.4.ubi bene.
12 *Aſſertio facta per uulneratum in
articulo mortis,an faciat indicium
contra uulnerantẽ:dic ut per Bald.
in conſi.25.incip.in caſu ſuper quo.
in col.ij.in j.uolu.Marſil.in ſua pra-
cti.cri.nu.117.§.diligenter. dicens,
quòd nemo præſumitur immemor
13 ſalutis ſuæ in articulo mortis,*&
maximè ille qui laborat in extre-
mis.cõtra quem nõ poteſt cadere
aliqua præſumptio quòd mentia-
tur.alleg.Alexã.in conſil.405.incip.
habita ſuper his in princi.iiij.col.in
primo uolu.Blãc.in l.fi.de quæſtio.
nu.390.Carre.in ſua pract.fo.31.nu-
me.124.Ange.l.ſi quis in graui.§.ſi
14 quis moriẽs.ff.ad Syllanianũ.*De-
ci.in conſil.362.dicit,ꝙ aſſertio hu-
iuſmodi facit leuem ſuſpicionẽ ad
inquirendũ,& nõ ſufficiens indiciũ
ad torturã,niſi aliis cõcurrentibus.
Bal.in tit.de pace Cõſtãtiæ,in uer-
bo,uaſſalli:dicit morientẽ nõ eſſe
ſanctũ Ioannẽ Baptiſtã,& quòd ſi
dictum moriẽtis probaret,eſſet te-
ſtis in cauſa propria.Quod utiq; à
iure eſt prohibitum:quod tamẽ di-
ſtingue,ut per Blan.in d.l.fi.nu.393.
& 394.Marſi.in ſingu.ſuis.nume.22.
15 fol.4.incip.confeſsio offenſi.* Cõ-
tumacia an faciat indicium ad tor-
turam contra contumacem, dic ut
per Bal.in l.j.in xj.col.C.de hæredi.
inſti.Franciſcus Brun.in tracta.ſuo
de indiciis,in xxxv.col.in princi.in
uer.addo aliũ.Marſil.in ſingul.ſuis
cxvij.inci.ad torturam &c.Idẽ in l.
de unoquoq; cccviij.col.in fi.de re
iudi.& in §.diligenter.nu.136.in ſua
pract.Car.fol.27.nu.114.dicit,quòd
ſola

ſola contumacia non facit quẽ cul-
16 pabilem abſq; aliis indiciis.* Sed eſt ſufficiens indiciũ ad quæſtionẽ habendã, cõcurrente banno ultra cõtumaciam, allega. Bald. in l. j. C. de hæredi. inſtitut. quod dic, ut latiùs per Carre. in nume. 114. & Blanc. in l. fin. de quæſtio. nume. 272. ſing. Bal. in c. j. §. iniuria, uerſic. quæro utrum ualeat ſtatutum. de pace iura. fir. ubi dicit, quòd ex ſola contumacia poteſt ad mortem quis damnari. ut ibi quoq; not. Et Barto. in l. diuus. nume. 4. il ſecundo. ff. de cuſto. reo.
17 *Famoſitas delinquentis, an faciat indicium. Car. in ſua practi. crimi. nume. 148. tenet quòd ſic: ſed nullam rationẽ aſsignat. Tu uero dic, quòd infamia delinquentis tam iuris, quàm facti facit reputari infamem uilem perſonã. Et quando uita & ſtatus alicuius, legibus & moribus eſt reprobatus, tunc facillimè poteſt reus diffamatus detineri, & torqueri, ut Grammat. in uoto iij. nume. 27. & 28. & uoto iij. nu. 37. nec poteſt formari inquiſitio cõtra aliquem de aliquo crimine, niſi præcedat diffamatio, ſecũdum cõmunes docto. opin. in c. qualiter & quando & c. inquiſitionis de accuſa. Ange. in l. ſi uacantia. C. de bonis uacantibus. Bar. in l. de minore. §. tormenta. nu. 15. ff. de quæſt. & Bal. in l. Caſsius, de Senat. Alex. conſi. 179. 2. uol. Cepo. conſi. 17. Grãma. cõſi. 34. nu. 6. Anch. cõſil. 189. unde ſi contra aliquem præcedat diffamatio pro furto, homicidio, uel aliquo alio delicto, poterit is detineri, & ad quæſtionẽ poni, pro illa imputatione, pro qua detentus fuit: diffamatione tamẽ præcedẽte iuribus prædictis, quæ quidem infamia quatuor producit effectus ſecundum Bar. & Bal. primo, quia repellit infamem à quacunq; dignitate, ut Bar. in d. l. Caſsius. Cepo. conſi. 57. nu. 7. alleg. l. relegatorũ. ff. de inter. & releg. Bar. in l. eadem. §. hac le. nu. 2. ff. ad l. Iul. repet. cano. in regula, infamibus. de reg. iur. in vj. Secũdo attenuat teſtimonium Bal. in l. cunctos populos. C. de ſumma trini. Bart. in d. l. Caſsius. Marſil. in §. aggredior. nu. 66. in ſua prac. cri. tertio repellit à querela, ut Bart. in l. qui accuſare. nume. 6. ff. de accu. Cy. & Sali. in l. ſi magnũ. C. qui accuſ. poſ. & in tract. meo ad defen. c. 37. nume. 2. Quartò querelam inducit, ut l. fratres. C. de
18 inoffi. teſta. *Confeſsio ſocij criminis an faciat indicium cõtra ſocium eiuſdem criminis. dic ut per Gand. in rub. de quæſtio. iij. colũ. Barto. in l. j. §. ſi ſeruus. & in l. repeti. §. j. ff. de quæſtio. Ange. in glo. fama publica. uerſic. quæro an particeps. & in x. quæſt. in tracta. malefic. Sali. & Bal. in l. fin. C. de accuſa. Marſi. in §. diligenter. nu. 60. Car. 16. uerſic. ulteriùs quæro, an ſocius criminis. Fulg. cõſil. 71. Cepo. conſi. 31. Roma. in conſil. 154. Deci. in conſil. 234. Paris de Put. in uerbo, tortura. lo tertio. in uer. an ſtetur dicto torti. ex quorũ
19 omnium dictis cõcluditur,* ꝙ confeſsio & dictum ſocij criminis non facit indicium ad torturã, ſed bene ad inquirendũ tantũ, & ita cõmuniter per docto. tenetur, ut latiſsime per Carreriũ in dicta ſua practica. §. diligẽter. nume. 59. fol. 15. ut ibi per eũ. Ange. in tract. malefi. in uer. fama

fama publica præcedente.nume.21.
20 fo.47.ibi,quæro particeps.*Reſiſtẽ-
tia ne malefactor capiatur à fami-
lia poteſtatis an faciat indicium ta-
lis reſiſtẽtia,dic ut per Carre.in ſua
practi.fol.22.nu.123.& nu.121.fol.33.
Marſi.in l.i.ff.de ſica.nu.78.& nu.25.
Ioan.de amicis in cõſi.134.Paris de
Put.in ſuo tract.in uerbo,reſiſtẽtia.
Alex.cõſi.35.2.uol.Cep.cõſi.14.Feli.
in c.afferte.de præſumpt.Gandi.in
rubri.de indiciis indubitatis.nu.19.
uer.iiij.ind.Blanc.in l.fi.ff.de quæſt.
21 nu.294.*Deprehenſus in delicto an
faciat indiciũ ad torquendũ.dic ut
Panor.in c.cũ non ab homine.uer.
ad ſecundũ.de iudi.Alex.in cõſ.275.
incip.uiſo themate.Mar.in l.unius.
§.cogniturum.ff.de quæſtio.nu.84.
22 *dicit,ꝙ fur deprehenſus in fragrã-
ti crimine poteſt illico furca ſuſpen
di.idem Marſil.in l.unica.C.de rap.
23 uirg.nu.88.& 89.*dicens,ꝙ ſi cleri-
cus reperiatur in fragranti crimine,
quòd pater uel maritus poteſt eum
occidere ſine incurſu excommuni-
cationis. allegat Bal.Ang.& Raph.
Cu.in l.quid ergo.§.ſi hæres.ff.de
24 leg.j.*Taciturnitas ſocij facit indi-
cium cõtra ipſum,quãdo reperitur
ſocius mortuus in domo,& nõ de-
nunciat ex hoc mortẽ ſocij:& pote
rit iudex ſecure ipſum quæſtioni
ſubiicere.Ita not.dicit Lud.Rom.in
l.excipitur,in fin.§.ad Syllani.Paris
de Put.in trac.ſyndi.fol.99.in ij.col.
Marſi.in §.diligẽter.nu.150.& §.ex-
pedita.nu.93.in practi.cri. Carre.in
ſua prac.fol.34.nu.142.quẽ omnino
uide,Blan.in l.fi.ff.de quæſt.nu.274.
Ang.in uer.fama publica.nu.53.fol.
25 39. *Acclamatio facit indicium:ut-
puta,ſi in aliqua domo,uel loco au
dita fuerit puella,ſeu aliqua de do-
mo acclamans,ſuccurrite, ſuccurri
te.Et uiſus eſt ex prædicta domo
exire aliquis enſe,uel gladio eua-
ginato in manu:& mulier reperia-
tur uulnerata:præſumptio eſt con-
26 tra illum talem exeuntẽ,*prout uo-
luit Nico.de Matar.in l.fin.de pro-
bat.Brun.in tract.de indiciis.colũ.
xvij.uer.item ponit.Paris de Puteo
in tract.maleficiorũ,in uer.tortura.
lo primo.in uerbo,uiſo de indiciis.
Carre.in ſua pract.nume.136.fol.33.
Blan.in l.fin.ff.de quæſt.nume.290.
fol.76.Alex.in apoſt.ad Bar.in l.fin.
ff.de quæſtio.in uerbo,inquirere.
27 *Sciens,& nõ prohibens cum po-
tuerit,habet indiciũ & ſcientiã de-
licti contra ſe,ut in l.culpa caret.ff.
de regu.iur.cap.ſicut dignũ.de ho-
mic.Ange.in glo.fama publica.uer.
quæro an unum indiciũ.in uer.ſed
28 adde.nu.20.*Nam qui potuit pro-
hibere, & non prohibuit, uidetur
eſſe particeps delicti,ut latè dixi in
uerſi.notandũ eſt autẽ circa finẽ,in
fin. Recipiens malefactorẽ in do-
29 mo ſua poſt*delictum commiſſum,
habet indiciũ cõtra ſe,quòd fuerit
30 conſcius eiuſdẽ delicti,*niſi fuerit
coniunctus cũ reo ſeu malefactore
in aliquo affinitatis gradu, ut per
Bal.in l.fi.de offic.proconſu.Marſi.
in l.unica.nume.197.C.de rap.uirg.
Feli.in ca.afferte.pen.colũ.de præ-
ſump.Gand.in rubri.de indiciis in-
dubitatis,ſuper tertio indicio, &
Bonifa.in rub.de indiciis.Carre.in
ſua practi.fol.33. nu.130. Marſil.in l.
unica.nu.196.C.de raptu uir.& Luc.
de pe.in l.j.col.iij.C.de nu.& adiu-
torib.

toribus.ubi dicit,quòd uiſitatio , receptatio,& ſimilia indicium faciũt.
31 *Aſſertio mandatarij contra mandantẽ,an faciat indicium,dic ut per Bal.in conſi.97.quinto uolu.Marſil. in §.diligenter.nu.27.uerſic.quæro igitur.ubi dicit,quòd dictũ mandatarij facit indicium cõtra mandãtẽ,
32 *quò ad inſtructionẽ , non autem quò ad probationem.alleg.Alex.in conſi.88.incipiente,quoniã omne. quinto uolu.Itẽ Mar.in l.j.§.ſi quis dicatur.j.colũ.de quæſtio.Paris de Put.in ſua practi.in uerbo,tortura. lo tertio,dicẽs,quòd cõmunis opi-
33 nio eſt,*quòd dictum mãdãtis,ſeu mandatarij,nõ facit indiciũ ad tor-
34 turã,niſi aliis concurrentibus.*Petitio ueniæ extra iudicium,nõ facit indicium,ut uoluit glo.in c.exhibita.de homic.in fi.Abb.Ioã.And.Io. de Ana.& Hoſti.diſtinguunt.Quòd aut quis petit ueniam ſolẽniter,aut in iudicio:& tunc uidetur fateri delictum,ut dicit tex.in c.uenerabilis. de electione.aut quis petit ueniam extra iudicium,& tũc non uidetur fateri,& maximè ſi cõprehendi poteſt,quòd id ex benignitate,& humilitate petatur.Hoc idem uoluit Rom.in l.j.ff.de ope.noui nuncia. in ij.notab.Cepo.notabiliter conſil.21.nu.11.Blan.in l.fi.de quæſt.nu-
35 me.308. *Cõfeſsio extraiudicialis an faciat indicium,uide latè Car.in ſua pract.fol.29.nu.121.ubi dicit , q̃ ſi confeſsio eſt per teſtes & conteſtes comprobata loco,& tempore, tunc talis cõfitens poteſt torqueri. alleg.Barto.in l.capite quinto.ff.de adult.Alex.poſt Bar.in l.quoniã.C. de infamib.Bal.in l.j.colum.ulti.C. de confeſ.Iaſ.in l. magiſtratibus.ff. de iuriſd.om.iudi.Marſi.in §.diligẽter.char.16.uer.quæro ulterius.nume.76.an confeſsio,& in §.examinanda,& in §.quoniã.in ſua pract. crimi.& in ſing.ſuis.210.& 594.Bal. in l.clarum.C.de autho.pręſtã.aliàs ſi talis confeſsio non eſſet certa,& uериſimilis,loco & tẽpore non aliter faceret indiciũ,quod dic,ut latè ibi per eum,dũmodo per duos teſtes ſit comprobata,ut Bart.in l.fi. C.fam.her.Blanc.in l.fi.nu 206.ff.de quæſtio. Alcia.in l. fugitiuus. ff. de uerbo.obli.qui plura dicit,& accumulat.Paris in tract.ſyndi.uer.tor-
36 tura,ibi,quia. *Cohabitans cũ inimico meo,habet præſumptionem, quòd ſit inimicus meus.ut Feli.in c.cum oporteat,in quinto nota.de accuſ.& ibi Abb.Gand.in trac malefic.de præſump.colum.penul.uer. ſecundũ.nume.17.Bal.& Sali.in l.liberi.C.de in offic.teſta.Bartol.in l. ſciendum.§.ſi accuſatio.ff.de legat. Blanc.in l.fi.de quæſt.nu.163.Bal.in
37 l.ſi quis.nu.8.C.de teſti. *Mortuus in domo habet indicium cõtra exiſtentes in ea,ut præſumatur interfectus ab his qui in ea habitant,ut uoluit Dy.in l.j.§.ſi quis in uilla.ff. ad Syllanianũ.Rom. & Moder.ibi. Paris de put.in tract.ſyndic.in uerbo,mandauit.col.5.uerſi.ſi reperiatur.Ang.de malefi.in uer.fama publica.nu.52.uerſi.quid autem,ſi ſunt quinq;.Ioã.And.in c.ſignificaſti extrà de homic.Alber.in tracta.ſtatutorum,in ſecũda parte.quæſt.174. ubi diſputat ad partes gloſ.notabilis.in c.quieſcamus.42.diſtin.& ibi Archi.in c. nolite.xj.q.iij.Hoſtiẽ.in ſumma.

ſumma.in titu.de homicidio.§.qua pœna. uer. ſed nunquid omnes. & moderni doctores in d.c.ſignificaſti,ut ſuprà.& Blanc.in l.fi.de quęſt.
38 num.299. *Trepidatio, uarietas, inconſtantia, & pallor in reo faciũt indiciũ ad torturã, ut uoluit Bar. in l.de minore.§.plurium.ff.de quæſt. Ang.in tract.de malefi.uer.fama publica.nu.105.fo.45.Marſi.in auerolda.§.diligenter. num.74.& 98.& §. quoniam.nu.27.fol.26.Blanc. in l.fi. nu.259.& 263.ff.de quæſtio. & num. 264.Car.in ſua practi.nu. 119.fol.29. & dixi ſuprà.Marſil.in ſing.ſuis,nu.
39 103. fol.10. *Vita imputati bona, & mala facit indicium, ut ſingulariter uoluit Bart.in conſil.ſuo.192.incip.d.Paci de Burgo. Quem ſequitur d.Bald.in conſi.131.incip.uiſis.in ij.col.2.uol.Feli. in c. ueniens.5.col. de teſtib.Alex. in apoſtillis ad Bart. in l.fi.de quæſt. ibi.& ſi tu.Blanc. in ea.l.nu.241.fol.66.Carre. in ſua practica. fol.33.nu.128. dicit, quòd tale indicium cum aliquo ex prædictis eſt ſufficiens ad torturã.alleg.Alex. in conſil.5.conſil.50.& 77.1.uolumi. Marſi.conſi.44.Gram. conſi.45.nu. 31.& in uoto 3.num.36.& dixi ſuprà.
40 nu.17. *Deploratio in domo alicuius, facit indiciũ & præſumptionẽ,utputa ſi reperiatur homo mortuus in domo alicuius, & uicini dicant per diem antè audiuiſſe in illa domo puerũ plorãtẽ:nec de morte illius data ſit iudici notitia, ex hoc ſurgit ſufficiens indicium ad torturam, ut dicit Barto. in l.de pupillo. §.ſi quis ipſi prætori.ff. de ope.noui nunc.Bal.in c.cum noſtra.in fi.de elect.Carre.in ſua pract.nume.146. fol.34.Paris de Puteo in tract.ſynd. uer.tortura.in fi.uer.ſecũdum Dyn.
41 eſſe argum.nu.8.fol.106. *Repertus prope mortuum cum aliquibus armis,uel in loco commiſsi delicti, habet ſatis ſufficiens indicium ad torturã, cùm ſit indiciũ propinquũ maleficio,ut dicit Bar.in l.fi.uer.ſed quæro, in fine,nu.6.ibi, uel captus. ff.de quæſt.& ibi doctores moder. Paris de put.in trac.ſynd.in uerbo, tortura.lo ultimo.ibi, ſi quis eſt inuentus.nu.13.fol.106. Quod intelligo iudicio meo procedere, quãdo in uiſione cadaueris clarè cõſtaret, offenſum habere uulnera conuenientia armis delinquentis : quod nota. In caſu uero puri homicidii omnino animaduertendum eſt, ꝙ interdũ occiſus uulneratur ab uno, quandoque à pluribus, & uulnera illata quandoque ſunt mortifera, quandoque nõ, interdũ dubitatur. Primo caſu dicendum eſt,quòd aut uulneratus deceſsit ſine nouo ictu,
42 *& uulnerãs ſemper tenetur de occiſo, ut l.huic.§.ſi ſeruus.l.ſi ex plagiis.in prin.ff.ad l.Aquil.aut uulneratus deceſsit ex nouo ictu, & tunc aut uulnus fuit illatum ab eodẽ uulnerãte,aut ab alio:ſi ab eodẽ, tunc tenetur de uulnerato & de occiſo. l.illud.§.fi.ff.eo.tit.ſi ab alio, maturius eſt occiſus,uterque de occiſo
43 tenetur,ut d.§.fi.eo.tit. *Secũdo caſu principali, quando certum eſt per relationẽ peritorũ uulnus non eſſe mortiferum,tunc uulnerans de uulneribus tantùm tenetur.ut l.qui occidit.§.fi.ff.eod.titu.Gram.uoto 24. Tertio caſu quando dubitatur, dic aut uulneratus deceſsit ſine no-

uo ictu,tunc ſiue in continenti,ſiue ex interuallo uulneratus moriatur, ex uulnere ſemper præſumitur eſſe mortuus.ut d.§.ſi ſeruus.Gramma. conſil. 49.nu.2. & uoto ſuprà dicto. niſi contrariũ probetur,uel de mala cura medici,aut cuſtodia infirmi, ut l.proinde,in prin.& in l.ſi ex plagis, in princ. & in d.l.qui occidit.§.fi.ff.ad l.Aquil.aut ex nouo ictu: & tunc præſumitur uulnus præcedens non fuiſſe mortiferum. Et ideo primus tenetur de uulnerato tantùm, ut l. item Mela.§.Celſus.ff.eo.tit.& in hoc ſemper eſt ſtandum iudicio medicorum, ut Cepol.conſi.67.nu.17.& 21.fol.69. & de hac materia uide Cepol.in prælleg.conſil. & per totum titu.ff.ad l.Aquil. & ibi Flor. Gram.cõſi.49. & cõſi.2.& uoto 24.

44 *Item quid ſi duo intulerũt uulnera mortalia, an quilibet teneri poſſit ut principalis, uel ut præſtans opem.dic ut eleganter, per Bald.in l.nõ ideo minus.penult.col.uer.ſed iuxta hoc uenit quæſtio.C.de accu. qui dicit,quòd diuerſis reſpectibus teneri poſſunt, uel reſpectu ſui, ut principalis,uel reſpectu alterius,ut præſtans opem. & idem tenuit Sal. ibi,Marſi.in l.nihil intereſt.num.22. ff.ad l.Cor.de ſica. Quomodo autem puniatur auxiliũ & opem præſtans, dic ut ſuperius examinatum fuit,& Angel.in l.j.C.de Nili agger. non rump.Ant.de Butr.& Panor.in cap.j.de offic.deleg.Bart.in l. is qui opem.ff.de fur.docto.in l.j. de rap. uirg.Cep.in conſi.2.incip.ſuper caſu homicidii,in princ.fol.3.Carre.in ſua pract.crimi fol.94.nu.69.Gram.
45 conſi.4.per totũ. *Inſuper quæritur, ſi uulnus de per ſe nõ eſt mortale, ſed eſt illatũ in corpus ægrotum, an ex hoc tanquã mortale iudicari poſſit? dic quòd ſic. ut per text. in l. qua actione. §. ſed ſi quis ægrotum.ff.ad l. Aquil. & maximè, quando à medicis peritis deponitur, tale uulnus uideri aliqualiter mortale:ex quo dictũ uulnus uidetur acceleraſſe mortem,ut doct.canoni.in c.ſignificaſti,il ſecundo.extrà de homicidio.& Cepol.in dicto conſi.67.in princ. num.2. & 3.fol.69.

46 *Quid dicendũ,quãdo aliquis percuſſit aliquẽ,qui poſtea nõ in continenti, ſed ex interuallo deceſſit, utrum ex illis uulneribus præſumatur deceſſiſſe, an ex alia cauſa? dic ut per glo.in l.1.C. de emen.ſeruo. quæ dicit,quòd ſi uulneratus ſurrexit è lecto.& deambulauit poſt triduũ. quod in dubio nõ uidetur deceſſiſſe ex dictis uulneribus. Sed doctores cõcludunt,ꝙ in hoc ſtandum eſſet iudicio Medicorũ,ut Cano.in c.2.de cleri.percuſſo.Marſi.in l.fi.num.56.ff.ad l.Corn. de ſica. ubi dicit, quòd ex diuturnitate tẽporis offenſus non dicitur deceſſiſſe ex dictis uulneribus, maximè in caſu dubio.Gram.d.conſi.2.& 49.nu.10.
47 & uoto 24. *Vlterius quæritur,ſi aliquis uulneratur,& uulnus poteſt ſe habere ad uitam, & ad mortẽ, & uulneratus uoluit habere Medicũ, an tali caſu uulneratus de occiſo teneatur? dic quòd non.ex quo dici poteſt,talẽ culpa ſua obiiſſe,ita notabiliter Bal.in l. qui occidit.§.fi.ff. ad l.Aquil.idẽ in l. ſi ab hoſtibus.§. ſi uir ff.ſol.ma.Marſi.in §.& quare. in pract.crimi.nu.18.19.fol.54.& hãc

materiam

materiã uide per doct. moder. in l. fi.ff.ad l.Corn.de ſica.Hipp. in d.§. & quia,in ſua prac.Cepo.latiſsimè, in cõſi.61.per totum.Soc.conſi.168. Ang.in l.ꝙ ſi nolit.§.ſi mancipiũ.ff. de ędil.edi.Grã.uoto.24.nu.11.& 12. & in cõſil.2.nu.7.alleg.Bar. in l.ſi in rixa.ff.ad l.Cornel.de ſicar.

DE FORMA CONſtituendi reos criminis ad torturæ locum.

EDuctus ex carceribus Titius anteſcriptus, & conductus ad præſentiam magnifici & clariſsimi domini poteſtatis,& capitanei Taruiſi, & ſuorũ aſſeſſorũ ad locũ torturæ, & interrogatus nũ deliberauerit melius dicere ueritatẽ, quàm dixerit in præcedenti eius conſtituto. Reſpondit.

Interrogatus, qũo ſucceſſerit caſus mortis.q.Sempronii.Reſpõdit.

Interrogatus, quandiu eſt ꝙ non fuit in uilla Pontiani. Reſpondit.

Et ei dicto,cum quibus ſociis ibi acceſſerit,& quot erãt numero.Rñ.

Interrogatus de armis, quibus erãt armati,& maxime qñ ipſe cõſtitutus acceſsit ad dictã uillã.Reſp.

Interrogatus,unde habuerit prædicta arma. Reſpondit.

Interrogatus de ordine in ſimul coadunandi,& in quo loco datus fuit ordo. Reſpondit.

Interrogatus,an unquàm cũ aliquo,ſeu aliqbus locutus fuerit de malè tractãdo dictũ Sẽproniũ?Rñ.

Interrogatus in quo loco ſe reperiebat ipſe conſtitutus, tempore quo uulnera illata fuerunt dicto q. Sempronio. Reſpondit.

Interrogatus an eo die quo ſecuti caſus mortis q.Sempronij obuiã habuerit eundem Semp. Reſpon.

Interrogatus an cum eo locutus fuerit,& quibus præſentibus. Reſp.

Interrogatus de ordine poſito male tractandi præfatũ q.Sempronium. Reſpondit.

Et cum ſua magnificẽtia uideret ipſum conſtitutũ dare uerba,& nolle ueritatẽ fateri,iuſsit ipſum ad funem duci,ſpoliari,& ligari,& dum ligaretur, & antequam eleuaretur fuit de pluribus interrogatus ob quam cauſam fuit q. Sempronius interfectus,& de ordine,& tractatu poſito de eum malè tractando. Reſpondit.

Et cũ cõſtanter nollet ueritatem fateri,iuſſus fuit ipſum eleuari,& ae ſignum cabaletæ poni,qui poſitus fuit interrogatus de ueritate dicenda Et quis interfecit Sempro.Reſp.

Interrogatus,quę arma habebat ipſe conſtitutus. Reſpondit.

Et cũ uerba daret,& nollet ueritatem fateri,data fuit ſibi cabaleta, qua data fuit eleuatus,&c.

Interrogatus ubi ſtetit illa nocte in qua ſucceſsit caſus mortis q.Sẽpronij. Reſpondit.

Interrogatus in quo loco,ſeu cũ quib' dormiuit in dicta nocte. Rñ.

Interrogatus nũ ante caſum mortis ſecutæ obuiã habuerit Sẽp.Rñ.

Et ei dicto,che parole raſonaſti inſieme. Reſpondit.

Interrogat',q aderãt ei tũc. Rñ.

Et cũ nollet ueritatẽ fateri,datus fuit ſquaſſus,quo dato cœpit clamare dicẽdo,o Dio,o noſtra Donna,che uoleuo che diga:& iterum fuit eleuatus,&c.

Interrogatus quis interfecit Sẽpronium. Reſpondit.

Interrogatus de ordine, & tractatu ipſum interficiendi. Reſpon.

Interrogatus in quo loco datus, & poſitus fuit ordo, & cum quibus perſonis. Reſpondit.

Et ei dicto, cõ che perſone haſtu parla de ſto caſo, Reſpondit.

Interrogatus, ad quem finem, & effectum ſe contulerit ad uillam Pontiani, Reſpondit.

Interrogatus à quanto tempore citra non fuerit in dicta uilla. Reſp.

Et cùm nollet ueritatem fateri, datus facit ſquaſſus, quo dato cœpit clamare, dicendo, o Dio, o noſtra Donna, che uoleuo che diga. Et cùm ſatis per bonum ſpatiũ ſtetiſſet appenſus, & ſua magnificẽtia uideret nil aliud abeo haberi poſſe, juſſit ipſum pro nunc ex animo deponi, diſſolui, & ad locum ſuũ m reponi &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex an debeat in infinitũ ad quaſtionem, & torturam procedere.*

2 *Iudex procedere debet ad torturam cum moderamine, id eſt, non excedere tres uices.*

3 *Torturæ uera diffinitio.*

4 *Ad torturam in quibus caſibus ſit procedendum.*

5 *Quæ perſonæ torqueri debeant.*

6 *Quomodo ad quæſtionem & torturam ſit deueniendum.*

7 *Tortura an ſemel uel pluries ſit repetenda.*

8 *Tortus indebitè, & de facto, an impediat proceſſum formandum.*

9 *Tortus indebitè ſi moriatur uel debilitetur, an iudex teneatur.*

ET qa ſæpénumero in aduertenter indocti aſſeſſores procedũt 1 ad condẽnationem reorum* nullis aſsignatis dilationibus ipſis reis: ideo aduerte, ꝙ ſi reus inquiſitus, uel accuſatus petierit copiã indiciorum, illis omnino danda erit, & audiendi ſunt antequam ad torturam ponãtur, ut Cepo.cõſi.69. per totũ. Marſi.in l.1.nu.4.& l.fin.nu.7.ff.de quæſt.Grã.uoto 3.nu.23.quæ quidẽ indicia etiãſi ſunt multum urgẽtia, non debet ob id iudex cõtra reum in infinitũ procedere ad quęſtionẽ, 2 & torturam,* ſed cũ aliquo moderamine, ut Par.de Put.in uerſ.an ſtetur dicto torti.nu.10.quod fieri debet per tres dies, & nõ ultrà, id eſt, per tres uices: & qualibet uice reus habere debet tres ſaccatas, uidelicet unã cabaleta, & duos ſquaſſus, prout quotidie practicatur, ut Mar. in l.repeti.ff.de quæſt.Blanc.in l.fi. eo.tit.Ang.in l.fi.col.j.C.de quæſt. Bar.in l.unius.§.reus.nu.2.ff.eo.tit. Sali.in l.fi.C.eo.tit. Grãm.conſi.21. nu.17.Paul.de Caſt.cõſi.197.in fi.Et ſi uis ſcire qd ſit quæſt. ſeu tortura, 3 dic* ut per Azo.Odof.Gand.in tit. ff.de quæſt.& maxime Mar.in rub. ff.de quæſt.& Panor.in c.cũ cõtem pla.de reg.iur.ubi dicunt, quòd eſt corporis & mẽtis cruciatus ad eruẽdam ueritatẽ repertus. Grãma.cõſ. 15.& in quibus caſibus ad ipſam torturam deueniatur, dic quòd in criminibus grauibus, & non leuibus, ut per Franc.Brun.in tract.de indi. in 3. q.principali. & quæ dicantur crimina leuia, & quæ grauia, dic ut ſuprà in princ.nume.1.Bar.in l.non ſolum.§.ſi mãdato.nu.7.ff.de iniu.

L.leuia

l.leuia.ff.de accuſa.Carr.in ſua pra.
nume.179.fol.43.& Gandi.in titul.
5 de quæſt.* Quæ autẽ perſonæ tor-
queri poſſunt, dic ꝙ indifferenter
omnes,quæ à iure nõ prohibitæ re
periuntur,ut per Fran.Brun.in titu.
de indi.in 4.q.princip.Bart.& doct.
in l.ex libero. numero.1.idem in l.
unius.§.reus.ff.de quæſt. Ange. de
Are.in tracta.de maleſi.in uer.fama
publica.6. quæſt.nu.93.fol.44. Car.
in ſua pract.cri.nu.180.fol.45. Marſ.
in ſin.ſuis.556.Bar.in l j.C.de aduo.
6 diuer.iudi.* Quando autẽ ad quæſt.
deueniatur, dic poſtquàm conſtat
delictum eſſe cõmiſſum,ut in l.j.§.
illud.ff.ad Sylla.Bald.in l.iij.§.eiuſ-
dem.ff.de teſti.Bru.in ſuo tracta.de
indi.4.q.uer.item nota quòd nun-
quam.& quando nomen rei eſt re-
ceptum inter reos,ut Bar.in l.is qui
reus,in princi.in iij.col.num.3.ff.de
iudi.Blanc.in l.fi.nu.331.fol.86.idem
Brunus in ij.co.uer.quæro an teſtis.
Paris de Put.in tract.ſyndi.in uerſi.
tortura,lo primo.uer.an ſtetur di-
cto torti.ibi, à tormẽtis.Mar.in ſua
pract.§.nunc uidẽdum.nu.28. Alex.
7 poſt Bar.in l.j.ff.de quæſtio.* Et an
in tortura reus pluries repeti po-
teſt, dic abundanter per Barto.&
Marſi.in l.repeti.ff.de quæſtio.& in
l.unius.§.reus.ff.eod.titu. Gand.in
tracta.de quæſtio. Boniſa.in tit.de
maleſi.in rub.quæ debent præced.
tor.Ange.in dicto tracta.in uer.fa-
ma publica.Bal.& Sali.in l.fi.C.de
quæſtio.Carre.in ſuo tract.nume.
189.fol.49.& 50.ubi concluditur,ꝙ
tortura de iure repeti non poteſt,
niſi legitimis indiciis, & nouis ſu-
peruenientibus,& primis urgentio-
ribus,& quę à primis indiciis omni
no ſint diuerſa.ut per Mar.in prac.
cri.§.quoniã.nu.9.fo.26.Et late per
Car.in ſua pract.nu.189.uer.ex cõ-
trariorum omniũ.fo.50.Marſi.in d.
8 l.repeti.per totam.ff.de quæſt.* Itẽ
quid ſi tortura fuit indebitè lata,&
in caſu nõ permiſſo,aut de facto,&
reus conſtanter negat,an impediat
proceſſum fiendũ ſuper delicto.dic
quòd nõ,prout dicit Paris de Put.
in tract.ſyndi.in uer.tortura, quia
plerũque in principio.nu.2.fo.105.
Bal.in l.milites.& in l.j.C.de quæſt.
Alex.in l.quæſtionis modum.ff.de
quęſt.Car.in ſua practi.cri.fo.52.nu.
199.& qua pœna puniẽdi ſunt iudi-
ces inferẽtes torturam indebite,&
de facto alicui,uide Marſ.in l.quę-
ſtionis modũ.in fi.nu.73.ff.de quęſ.
Car.in ſua practica.crimi.in fol.52.
nume.200.alleg.multa. Marſi.ſing.
107.& Gramma.conſi.1.nu.16.& 14.
9 * Item ſi tortus indebitè moriatur,
uel ſibi brachium frangatur,an iu-
dex & aſſeſſores teneantur.dic aut
excedunt modum in torquẽdo,aut
nõ.primo caſu,dic quòd aut iudex
doloſe hoc agit,aut culpa,aut caſu.
Primo caſu pœna capitali tenetur.
Secũdo caſu pœna extraordinaria
arbitrio iudicantis.Tertio caſu nul
la pœna tenetur,ex quo dabat ope
ram rei licitæ,ut per Marſi.in tract.
maleficiorum.§.expedita,num.87.
folio 25.uerſi.quæro cõſequenter.
Bald.in l.decuriones.C.de quæſti.
& in l.j.C.de requir.reis.Idẽ Bald.
in rubri.C.de pœna iudi.qui malè
iudic.in uerſi.quæro qualiter.Salic.
in l.ij.C.de exhibendis reis.Angel.
in l.Gracchus.C.de adulte.Paul.de

Caſt.in l.ſi ut certo.§.nunc uidendum.in fi.ff.locati.Alex.poſt Bar.in l.quæſtionis modum.ff.de quæſtio.

PRO HOMICIDIO caſuali inquiſitio.

Hæc eſt quædam inquiſitio,titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit per magnifi.domi. poteſtatem , & capitaneum Taruiſij,contra magiſtrum Stephanum Plazonem grammatices profeſſorem.

IN eo,de eo,&ſuper eo,quód fama publica præcedente,& clamoſa inſinuatione ſic referente , non quidẽ à maleuolis,& ſuſpectis,ſed à ueridicis,& fide dignis perſonis non tantum ſemel,ſed ſæpe ac ſæpius ad aures,& notitiam prælibati clariſsi.domini poteſtatis,etiã per modum notorij auditu peruenit. quòd,dum die Iouis.11.Iulij inquiſitus ipſe poſt meridiem deambularet in ludo literario,& intuens circumſpiceret Antoniũ filium Ioannis de Carauagio ludentẽ in gymnaſio cum diſcipulis ſuis,uolens & intendens more ſolito eum diſciplinare,accepta corrigia,qua cingi ſolebat,cœpit eundẽ afficere ꝗ plurimis percuſsionibus: cumq́. eum ſic uerberibus afficeret , cultellus exiſtens in uagina,quę cingulo adhærebat,& ex eo appendebat, collapſus ad uiam capitis præfati Antonij,eũ acriter uulnerauit cum inciſione carnis,& ſanguinis effuſione:ex quo quidem uulnere habita per peritos ſuper eis diligenti medela,inde ad dies uiginti mortuus fuit,& eſt : committendo prædicta omnia culpa, incuria,negligentia, & inconſideratè,contra Deum,ius & iuſtitiam,& in uilipendium regiminis contra bonos mores,& perniciem animæ ſuæ. Super quibus omnibus,& ſingulis annexis,&cõnexis depẽdentibus,& emergentibus idem clariſs.dominus poteſtas procedere intendit,&c.

ALIA PRO SIMILI caſu.

Hæc eſt quædã inquiſitio,ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intenditur per magnificũ dominum poteſtatem,& Capi. Taruiſij contra,& aduerſus Semproniũ,filium Ioannis de Vegla.

IN eo,de eo,& ſuper eo,quòd fama publica præcedente,& clamoſa inſinuatione ſic referente , non quidem à maleuolis,ſed à ueridicis & fide dignis perſonis, non tantũ ſemel,ſed ſæpe ac ſępius etiam per modum notorij ad aures prælibati magnifi.dom.poteſtatis &c.auditu peruenit.Quòd dũ Sẽpronius inquiſitus in die Veneris.20 menſis Iulij proxime exacti ſe cõferre uellet ad uillã Pontiani cum nonnullis ſuis attinentibus, & amicis ſolatij cauſa,perueniſſetque ad loca ſullonum,haud longe à ciuitate Taruiſij,equus quem aſcenderat idẽ Sempronius,præter ipſius uoluntatem cœpit ſaltibus laſciuire:quem ut habenis comprimeret,uim fræno(ut moris eſt)intulit,& calcarib⁹ equũ ſtimulauit, frænoque illico fracto, equus in curſum raptus eſt.cũque equus ſic in curſu eſſet , Iacobum filium Antonij de Giadra , puerum annorum decẽ,ex obliquo uenientem obuiam habuit, illumq; calcibus percuſsit,& abiecto non multum

tum longe ſeſſore in fugam ſe dedit: qui quidem Iacobus domum illico delatus, inde ad paucos dies obiit: Committendo prædicta incuria, culpa & negligétia contra Deũ, ius & iuſtitiam, & in uilipédium regiminis cõtra formam iuris, & ſtatutorum &c. Super quibus omnibus & ſingulis &c.

SVMMARIVM
pro caſuali.

1 *Homicidium caſu commiſſum, an de iure ciuili ſit punibile.*

2 *Homicidium caſu commiſſum ab aliquo acclamante caue, caue, an ſit punibile.*

3 *Homicidium caſu commiſſum ab aliquo, dante operam rei illicitæ, an de iure canonico ſit punibile.*

4 *Homicidiũ caſuale cõmiſſum ab aliquo dante operã rei licitæ, an de iure canonico ſit punibile.*

5 *Homicidium caſuale commiſſum ab aliquo, qui adhibuit eã diligentiam, quam quilibet uir adhibere ſolitus eſt, an ſit punibile.*

6 *Homicidium caſuale culpa præcedente cõmiſ. an pœna mortis punibile ſit.*

7 *Si curſu equi puer occidatur, an currens teneatur pœna capitali.*

8 *Currens cum equo in loco deputato, & doloſe occidens, an pœna capitali ſit feriendus.*

9 *Currens cum equo, nec potens eum retinere, ſciens uitium equi, & occidens hominem, qua pœna puniendus ſit.*

10 *Homicidiũ caſuale culpa cõmiſſum qua pœna puniri debeat.*

11 *Homicidium caſuale qualiter puniatur iure ciuili & canonico.*

12 *Concitans canem ut mordeat tranſeuntes, & mortificatos interimat, qua pœna puniri debeat.*

13 *Canem ducens per locum publicum, & mordicans hominẽ, an puniri debeat.*

14 *Proyciens lapides in canẽ tranſeuntem ut mordeat, & percutiẽs aliquẽ, an puniendus ſit.*

15 *Medicus perperam medicans uulneratum, qua pœna puniri debeat.*

16 *Culpa lata an dolo æquiparetur.*

17 *Caſus fortuitus, & improuiſus quomodo inter ſe differant.*

18 *Incendium an inter caſus fortuitos numeretur.*

1 Si quæratur de iure ciuili, an ho-
micidium caſu cõmiſſum ſit pu-
nibile, nec ne: dic quòd ſi culpa ca-
ſum non præcedit, nõ eſt punibile.
utputa ſi extrahens ſagittam, aut
exonerans arcubuſium, ut feram
ſeu anſerem percutiat in nemore
ſeu in uallibus, & hominẽ occidat,
non punitur aliqua pœna in foro
contentioſo, ut l. reſpiciendum. §.
delinquunt. ff. de pœnis. l. abſentem
in fine, eodem titulo. & l. ſi putator.
in fin. ff. ad l. Aquiliam. Nam ſi quis
in ſylua proiecerit ramum, & homi
nem occiderit, uel quid aliud ex lo
co conuerſabili, & acclamauerit
2 * caue, caue: tunc non tenetur. c.
ex literis. il ſecundo. & in c. lator
de homicidio. de iure uerò canoni-
3 co * eſt diſtinguendũ, hoc modo ui
delicet, aut exonerãs arcubuſiũ da-
bat operã rei illicitæ, & tũc ſiue ad-
hibuit diligentiã, quam quilibet uir
prudẽs adhibere ſolitus eſt, ſiue nõ:
omni caſu tenetur de caſuali homi
cidio, ut in c. cõtinebatur. de homi-
4 cidio. * aut dabat operã exonerans

arcubuſium rei licitę,& tūc aut adhibuit eam diligentiam,quam quilibet uir prudens adhibere ſolitus
5 eſt*.& tunc non tenetur,ut in c.lator.c.Ioãnes.c.ad audientiam.c.dilectus.& c.ex literis. cum ſequentibus.de homicidio. aut exonerans nullam adhibuit diligentiã: & tunc tenetur,ut in c. continebatur. & c. ad audientiam.ſuprà de homicidio. Gand.in rub.de homicidio.col.iiij. uer.ſed quid dicemus nos de maleficio caſu cõmiſſo?& ſic concluditur,ꝙ quando datur opera rei licitę in aliquo exercitio , & ſequatur homicidiũ,nõ licet eum occidere,
6 ut per Marſi.in conſi.115.in fine.*in caſuali uerò homicidio,ita per doctores diſtinguitur,aut culpa pręcedit caſum,& tunc punitur non pœna mortis,ſed alia minori pœna arbitrio iudicãtis,ut per Bar.in l.reſpiciendum.§.delinquũt.ff.de pœ.Sal. in l.j.C.de ſica.plenè per Ang.in gl. ſcienter,& dolosè.& in l.j.in fin.§. diuus.de ſica.& quis dicatur eſſe in culpa,uide ſing.Par.de Put.in trac. ſynd.uerſi.an ſi plures. nume.78.Et ideo ſi curſu equi puer occidatur,
7 *ut in caſu præſentiũ inquiſitionũ, ſedens aut currens non tenetur pœna capitali,ſed mitiori pœna,prout uoluit Sal.in l.nõ ideo minus.uerſ. quæro quintò.C.de acc.Boniſa.uerò in rub.de inſultu.in fin.nu.45.diſtinguit,aut currit in loco deputato ad currendũ,& tunc aut dolo,& tunc pœna capitali eſt puniendus,
8 *aut culpa,& tunc minori pœna,& in culpa dicitur eſſe,ſi currens non acclamauit,caue, caue. quod bene nota , quia tibi proderit ad multa,ut Flor.in l.ſi putator.nume.3.ff. ad leg.Aqui.Si uero nõ fuit in culpa aliqua, nõ tenetur,*niſi ſciuerit 9
uitiũ equi,quia ineffrænatus . nam tũc eſſet in aliqua culpa,& puniretur pœna leui arbitrio iudicãtis.Si uero currẽs curreret in aliquo loco nõ deputato,tũc aut dolosè,& tũc pœna capitali,ſi uero nõ dolo, teneretur de culpa,prout in c.ſignificaſti.& ibi Fel.de homicidio.Sal.in l.non ideo minus.C.de accu.Bald. in l.data opera.C.de acc.Flo.in l.ſi putator.§.ſi nauis.ff.ad leg.Aql.Cepo.in ſuis cautelis.2.3.&.4. Pau.de Caſ.in l.j.C.ubi ſenatores uel clariſ.
10 *& qualiter delictũ caſuale cõmiſſum puniatur,dic ut latè per Marſi. in conſi.65.& in conſi.91.& in l.eum qui.C.de ſica.& Cẽpo. in conſi.30. & 31.Deci.cõſi.19.& Ang.cõſi.27.& per Boniſ.in tit.quid ſit accuſatio.5. col.Fel.in c.ſi.de homicidio.& latè Sal.in l.j.C.de ſica.& plenè per Carre.in ſua prac.fo.74.§.circa.nu.6.7. & fo.173.nu.106.ubi multa.cõſi.222. Bald.v.uolu.nu.j.Deci.in conſi.7.in
12 culpa autem* eſſe dicitur,ſi quis canem concitauerit,ut mordeat trãſeũtes,& mortificatus obierit.ſi dolo fecit pœna capitali tenetur,ſed ſi euenit,quia canem retinere nõ poterat. Vel quia non debuit ducere canem ipſum per locum publicum,
13 *tenetur mitiori pœna,arbitrio tamen iudicantis,ut per Flo.& Ang. in l.j.§.ſi canis.ff.ſi quadru.paup.feciſ.dicatur.Salic.in l.non ideo minus.5.col.C.de accuſ.Et ideo ſi aliquis proiiciat lapidem,ut percutiat canẽ ne ipſum mordeat, & percutiat alium , & occidat , tenetur de culpa

14 culpa tantum.*ratio,quia non habet animum occidendi, ut conſuluit Signo.de homi.conſi. 27.Iaſ.in l.in actionibus.ff.de in litem iuran. ſed melior eſt tex.in l. ſcientiam.§. qui cum aliter.ff.ad leg. Aquil.latè Decius in l.ut uim.ff.de iuſti.& iur.
15 Anch.in conſi.282.*Idem eſt dicendum de medico perperàm,& malè medicamenta adhibente,ne infirmus moriatur, ut in l.qua actione in fi.cum l.ſequenti.ff.ad leg.Aquil. & in l.imperitia culpæ.ubi Decius. ff.de reg.iur.quod limita ut ibi per eum. Et de homicidiis caſu commiſsis,ſeu culpa,latè proſequere,ut per Car.in ſua prac.in §.circa.nu.7. 8.& 9.uſq; in finem.fo.74.Grammati.conſi.5.nu.8.Marſi.cõſi.247.Cep. conſi.33.Anch.conſi.282. Gramma. uoto 29.nu.4.& quid ſit culpa lata,
16 *& an dolo æquipararetur,uide Cep. conſi.36.nume.6. & conſi.37. nu.11. Bart.in l.quod Nerua.nume.8.ff.de depoſi.Iaſ.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitũ.nu.31.ff.ſi qs cau.fo.133.idẽ Iaſ. in l.à diuo.§.ſi poſt additum.nu.7. fo.152.ff.de re iud.Et aduerte,quòd caſus fortuitus,& improuiſus inter
17 ſe differũt,*ut dicit Bal.& Mar.in l. j.in fi.C.ad leg.Cor.de ſica.& Oldr. conſi.92.ubi dicit,quòd caſus fortuitus eſt,qui nullo humano iudicio præuideri poteſt.alleg.l.in rebus,in prin.ff.cõmod.nam caſus fortuitus nullo modo punitur, improuiſus uerò ꝑ modo culpæ puniri debet. uel dic ꝙ caſus fortuitus ꝓprie eſt inopinatæ rei euentus,cui humano iudicio prouideri nullo modo poteſt:ubi autem diligẽtiſsimus præcauiſſet & prouidiſſet, non dicitur proprie caſus fortuitus,ut l.ij.§.eo tempore.ff.de admi.rerum.de quo Alexã.in l.Nerua.ff.depoſi.& in l.ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.improuiſus dicitur qui ſolet imprudẽtibus contingere, ſeu euenire. de quo per Bal.in l.fi.C.de tẽp.app.in princ.ij.col.Abb.in c.j.de cõmoda. Et Bal.in l.ij.C.de nau.fœno.& hæc
18 obſerua,qa alibi nõ reperies.*& an incẽdiũ numeretur inter caſus fortuitos,dic ut alleg.per Flo.in l.ſi qs. §.pen.nu.4.uer.circa.ff.ad leg.Aql. Bal.conſi.136.nu.2.iiij.uol.& Iaſ.in l. ſed & ſi quis.§.quæſitum. ff. ſi quis cautio.

FORMA CONDEMNATIONIS cõtra delinquentẽ Stephanum Plazonem Grãmaticæ profeſſorem.

Contra quem proceſſum fuit, & eſt per nos,& curiã noſtrã per inquiſitionem cõtra eum legitime formatam,de eo quòd præfatus inquiſitus,dum die Iouis 11.Iulii,poſt meridiem deambularet in ludo literario,& deambulans intueretur Antonium filium Ioan.de Carauagio ludentem in gymnaſio cũ diſcipulis ſuis,uolens & intendens more ſolito eum diſciplinare,accepta,& apprehẽſa corrigia,qua cinctus erat,cœpit quàmplurimis percuſsionibus eundem afficere,dũq; eum ſic uerberibus afficeret, cultellus exiſtens in uagina,quæ cingulo adhærebat,collapſus ad uiã capitis eiuſdẽ Antonii eum acriter uulnerauit,cũ inciſione carnis,& ſanguinis effuſione.ex quo quidẽ uulnere inde ad paucos dies uitam cum morte commutauit, & ut latius in

inquiſitione, & proceſſu deſuper formato cõtinetur, citatũ, & proclamatum, ac contumacem, quæ cõtumacia ipſum de prædictis culpabilẽ reddit: quòd prædictus Stephanus ſit bãnitus de Taruiſio & agro Taruiſino, Ceneta, territorio Cenetẽſi, & per quindecim milliaria ultra confinia p annos quinq; & ſi in aliquo tempore fregerit cõfinia ſui banni, & captus fuerit, tũc ſtet clauſus in carceribus per mẽſes ſex, & ſoluat capienti lib. 100. paruorum, & reuertatur ad bannum, quod tũc de nouo incipiat. & hoc toties quoties in his ſcriptis ſentẽtialiter condemnamus, &c.

INQVISITIO CONtra fures.

Hæc eſt quædã inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ hic fieri intẽditur per magnificũ & clariſ. domi poteſtatem Veronæ, necnõ per ſpe. iudi. maleficiorũ ex eorum & cuiuſq; eorũ puro, mero, ac ſine mero officio, poteſtate, authoritate, atq; bailia, necnõ ad accuſationem Sempronii Vincentini, contra & aduerſus Accurſium de Minerbio furem inſignem.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quod fama publica præcedẽte, & clamoſa inſinuatione ſic referẽte, nõ quidem à maleuolis, & ſuſpectis, ſed à ueridicis, & fide dignis perſonis, non tantũ ſemel, ſed ſæpe ac ſępius ad aures, & notitiam prælibati clariſs. domi. poteſtatis, eiuſq; ſpe. domini iudi. etiã per modũ notorii auditu peruenit. Quòd dũ prædictus inquiſitus ſtaret in uilla de Minerbio, in domo cuiuſdã do. Gratię de Alexiis, ſimul cũ Donato filio q. Ioãnis Baptiſtæ de comitibus Ceſanæ cauſã erudiẽdi puerũ eiuſdẽ D. Gratiæ ad legendũ. cũq; in nocte uigiliæ Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti idẽ inquiſitus, fur publicus, profectus eſſet ad eccleſiã uillę prænarratæ cũ aliis de eadẽ domo pro audiẽda miſſa, & omnibus exiſtẽtibus in eccleſia prędicta ad miſſam, inquiſitus ipſe occultè in principio dictæ miſſæ inde recedẽs, ad domũ dictæ D. Gratię ſe cõtulit, oſtiumq; ingreſſus accepit certũ manerinum exiſtẽtẽ ſuper uno ſcãno, & extracta capſula illius Donati totis uiribus eã extra curtiuũ portauit, in certis cãpis nõ longè ab ipſo curtiuo, & ibi cũ dicto manerino, quẽ præ manibus habebat capſulã ipſam ui aperuit, & ex ea furto ſubtraxit unã crumenã de tela nigra, in qua aderãt ſcuti uigintiquinq;, & multa bona, mobilia uidelicet. quæ omnia ſupradicta bona, & pecuniã de loco ad locũ aſportauit cõtrectauit, & in uſum propriũ cõuertit, nõ ad modicũ dãnũ, & præiudiciũ dicti Donati. qui quidẽ inquiſitus tãquã fur manifeſtus à certis ruſticis de Minerbio deprehenſus, in carceribus noſtris detruſus fuit: qui cũ de plano conſtitueretur, omnia confeſſus fuit, & eſt cõmittẽdo prædicta ſciẽter, doloſè, appẽſatè, cõtra Deum, ius & iuſtitiã, & cõtra mentẽ, ſcientiã, & uoluntatem prædicti Donati, patroni rerum, ut ſuprà ablatarũ in perniciem animæ ſuæ, & in uilipendium regiminis. Super quibus omnibus, & ſingulis annexis &c.

ALIA

ALIA INQVISItio contra fures.

Hęc eſt quędam inquiſitio, quæ fit &c.

IN eo, de eo, &c. Quòd dũ prædicti inquiſiti, tãquã fures uagabũdi in nocte diei ſabbati. 18. Febr. ꝓxime exacti, ſe cõtuliſſent in cõtratã ſancti Firmi ad domũ Galeazzi de Cherubinis, in itinere dixit erga pręfatũ B. tu ſtarai qui ſon tã per un pocho a ſerta, perche uoglio andar in caſa di Galiazzo, & ſi tu uedi quelli da Rauenna ſubia: & ſic idẽ aperta porta domus ꝑdicti Galeazzi ex quodam mezzato furto ſubtraxit unũ rubonẽ de ſerico, & unã ueſtẽ ueluti nigri à muliere, dicẽdo erga dictũ B. potta della noſtra donna non ho dinari, ho tolto queſto, nõ credo che Galeazzo eſſendo mio amico, per queſto mi fazi impicar. Quẽ rubonẽ idẽ A. uendidit Marco hoſpiti exiſtẽti ſup curſu pro ducatis 12. & ueſtẽ uendidit cuidã Hebræo pro ducatis 15. & nõ cõtenti præfati inquiſiti de prædictis, in die dominica ſubſequẽti, 19. eiuſdẽ mẽſis ex ordine inter ſe dato unanimiter hoſpitium uillæ Minerbii ad ſumẽdũ cœnã petierunt. ſumptaq; ibi cœna profecti ſunt circa tres horas noctis in domo domini Accurſii pro furãdo certã equã baleã, ad cuius curtiuũ cũ perueniſſent, ide A. cũ alio ſocio, loco, & tẽpore propalando ingreſſus fuit, & antequàm ingrederetur, dixit B. tu ſtarai qui di fora, & noi duoi andaremo drento in cortiuo per che hauemo prattica del luogo, & delli cani, & ſe ti pareſſe, che ſtiamo troppo ua all'hoſtaria, & aſpettane li. & ſic idẽ A. cũ alio ſocio ut ſuprà ingreſſus fuit ipſum curtiuũ, expectãte in ſtrata ꝓxima dicto B. & uolẽs oĩno furto ſubtrahere ipſam equã, quã ꝓculdubio ſubtraxiſſet, niſi qdã ruſtici acclamare cœpiſſent, dicẽdo ſu Barba Biaſio, che A. uuol menar uia la caualla. & audita ipſa uoce, omnes ꝑdicti inquiſiti ſeſe in fugã dederũt, recipiẽtes ſeſe in certã caſonẽ Thomęi, Iacobi Ceruelini in uilla ꝑdicta: q à ruſticis dictę uillæ deprehenſi in carceribus noſtris detruſi fuerũt. & cũ de plano cõſtituerẽtur, omnia cõſtanter negauerunt, ſed habiti in quæſtionibus & tormẽtis, omnia prędicta confeſsi fuerũt, eaq; omnia cõprobauerũt, & ratificarunt cõmittẽtes prædicta furta ſciẽter, doloſè, appẽſatè, & ex propoſito contra Deum, ius & iuſtitiam, contra mentem, & intẽtionem præfati Galeazzi, & in pernitiem animarum ſuarum, & in uilipendium iuſtitiæ. Super quibus omnibus, & ſingulis annexis, connexis, idem clariſs. domi. poteſtas. &c.

SVMMARIVM.

1 *Furtũ quomodo diffiniatur, & quotuplex committatur.*

2 *Furtum tribus legibus, & tribus modis puniri debet.*

3 *Viſus exire tẽpore noctis ex aliqua domo, in qua furtum eſt commiſſum, an habeat indicium contra ſe.*

4 *Suſpectus iudicatur ſemper, qui nocturno tempore operatur.*

5 *Repertus penes aliquam domum animo furandi, licet non furetur, quomodo puniri debeat.*

Viſus

6 *Viſus exire domum cum fardello ſub cappa, an habeat præſumptionẽ fur-tis contra ſe.*
7 *Exiens domum cum aliqua re ſub ueſte, an ſit ſufficiens indicium ad torturam.*
8 *Res furtiua reperta penes aliquẽ, an is pro fure iudicandus ſit.*
9 *Res furtiua reperta penes hominem bonæ conditionis, & famæ, an pro furto imputari poßit.*
10 *Aßidua frequentatio, facta per aliquos in aliqua domo, in qua bona ſint furto ſubtracta, an faciat indicium.*
11 *Qui hodie unam rem, & cras aliã furatur, an talis ex lege ſuſpendi poßit.*
12 *Conſuetudo furandi an faciat indicium.*
13 *Malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.*
14 *Fuga famuli ex domo in qua res eſt ſubtracta, an faciat indicium contra ſe.*
15 *Famulorum natura ſemper eſt furari.*
16 *Expendẽs multam pecuniam in nõ ſolito, an habeat indicium contra ſe.*
17 *Mercatores expendentes abundanter pecunias, an contra illos oriatur mala præſumptio.*
18 *Forma pedis furãtis in terra humida, an habeatur pro indicio.*
19 *Iudex non debet procedere ad quæſtionem ex furore animi, ſed cum moderamine rationis.*
20 *Scala ante feneſtras domus, in qua furtum eſt factum, & uiſa in domo alicuius, an contra talem oriatur præſumptio.*
21 *Vicini quãdo in uicinia res ſint ſubtracta, an contra illos oriatur præſumptio.*
22 *Vicini mali quando in uicinia furtũ eſt commißum, an poßint torqueri.*
23 *Cuſtos alicuius rei, quæ per aliquem furto ſubtracta ſint, an torqueri poſſit ut furem indicet.*
24 *Famuli hoſpitũ, & nautarum quando bona ſunt ſubtracta, an ex l. torqueri poßint.*
25 *Zuntatores an acrius ſint puniendi, quàm fures.*
26 *Pyratæ an poßint furca ſuſpendi in loco, in quo furtum commiſerunt.*

FVrtum eſt cõtractatio fraudoloſa rei alienæ inuito domino 1 *animo lucrandi facta. tex. eſt in l. j. §. fi. ff. de fur. inſti. de obli. quæ ex quaſi delicto naſcuntur. §. furtũ cũ aliis, quod quidẽ furtũ prohibitum eſt ex l. diuina, ut in lib. Exodi. 2 cap. 20. lege cõmuni, ac decretis* & ſtatutis ciuitatũ, ut uoluit Gandi. in rub. de furtis, & latronibus. nu. 9. & x. dicens, ꝙ fur punitur tribus legibus, & tribus modis, prout latè ibi per eũ. & Carre. in ſua pra. cri. fo. 19. nu. 96. Aret. in c. cum nõ ab homine extra de iudi. Feli. in ca. qualiter & quando, il ſecundo. §. ad corrig. de accu. & quotuplex furtum cõmittatur, uide Iaſ. in l. rem quę nobis. nume. 4. ff. de acqui. poſ. & quia plurima ſunt indicia, quæ oriuntur ex diuerſis præſumptionibus, & ſuſpitionibus cõcurrentibus, prout in maleficio, & homicidio, ideo particulariter de ſingulis inferiùs ſubnectemus.* Viſus exire tẽpore noctis ex 3 domo in qua furtum eſt cõmiſſum, habet præſumptionẽ, & indiciũ cõtra ſe, cũ lex malè ſemper prǽſumat contra operantẽ, & agentẽ de nocte, ut eſt glo. in l. furẽ ff. de ſicar. Et 4 ob id quicquid* operatur de nocte, ſemper eſt ſuſpectũ, & habet indicium,

eium,& præſumptioné malè agen-
di,ut l.fi.ff.de effracto.& expi.Bald.
eleganter conſi.427.incip.quædam
mulier.in fine, in quinto uolu.ubi
dicit, ꝙ perambulantes de nocte
ad loca ſuſpecta,& cū perſonis ſu-
ſpectis.Quæ probatio in caſu præ-
dicto ſufficiens erit per ſigna,præ-
ſumptiones,& argumenta:quia in
his,quæ ſunt difficilis probationis
lex contentatur omni probatione,
etiā per coniecturas,ſigna & præ-
ſumptiones,ut Bar.in l.in illa ſtipu-
latione.in fin.nu.10.ff.de uer.obli.
Bald.in l.quicunq;.C.de ſeruis fug.
Bart.in l.ſi quidē.C.de diuort.& in
l.quotiēs.C.de nauf.lib.xj.quia ubi
iudex non poteſt habere claras &
liquidas probationes,ſufficit quòd
ex fama uel ex uehementi opinio-
ne informationem habeat. Gram.
conſi.17.nu.15.Paul.de Caſt.in l.ad-
monendi.ff.de iureiur.Ange.& Iaſ.
in l.ſi quis ex argentariis.§.prætor
ait.penult.col.ff.de edendo.Fed.de
Senis conſi.118.Pau.de Ca.cōſi.268.
& conſi.326.Alex.conſi.64.j.uolu.&
conſi.23.in v.uol.Ange.cōſi.218.Bal.
ſing.in c.j.§.uaſſallus.ſi de feud.fue
rit contro.inter domi.Inn.in c.ue-
niens.de uerbo.ſigni.Bal.in authē.
quas actiones.in ulti.colū.C.de ſa-
cro.ſanct.eccle.& ideo à talibus de
nocte frequentantibus quæſtiones
neceſſariæ ſunt,ut l.dolū.C.de do-
lo.Blanc.in l.fin.nu.419.de quæſtio,
Gram.cōſil.17.nu.4.& 5.Bal,in l.iif,
5 C.de epiſc.audiētia.*Et ideo ſi quis
fuerit repertus penes aliquam do-
mum animo furādi,nō tamē fuerit
furatus,qualiter puniri debeat,dic
extra ordinem puniri debet,ut per
Bart.in l.ſaecularij,nu.2.ff.de extra-
ordi.crimi.Iaſ.in l.poſsideri.§.ſi rē.
nume.2.ff.de acqui.poſ.Alex.cōſi.3.
in j.col.5.uolu.Marſil.in l.de mino-
re.nu.20.ff.de quæſt.fol.37.Bal.in l.
ſi quis nō dicam rapere.C.de epiſ.
& cle.nu.4.Iaſ.in l.poſsideri.§.ſi rē.
nu.2 ff.de acqui.poſ.fol.79.Alber.in
tract.ſta.in q.cxlvii.par.ij.incip.in l.
quæro.iij.q.fol.26. Viſus exire do-
mum cum fardello ſub ueſte,& hoc
per duos teſtes cōprobatum fue-
6 rit,*habet indiciū contra ſe,ꝙ res
deficientes in domo,ex qua ille ta-
lis exiuit,& quæ dicebantur furatæ,
& inde ſubtractæ fuerint,ut uoluit
Angel.in l.ij.C.de quæſtio.Et talis
pręſumptio eſt ſignū habile ad tor-
7 turam.*cū ſit indiciū propinquum
delicto,prout dicit elegāter Hipp.
in ſing.ſuis.nu.292.uerſi.aduerte ad
unū.& late per eum in l.qui falſam,
in col.xiiii.& 15.ff.de falſis.idē Sali.
in l.fi.in ulti.col.C.de quęſt.Alex.in
cōſil.205.incip.ponderatis.in ij.col.
in vj.uolu.Par.de Put.in tract.ſynd.
in 96.char.in ij.colū.uer.ſi quis eſt
inuentus.circa fin.Bald.& Imo.in l.
fi.ff.de hæred.inſtit.cōcurrēte mala
8 fama.*Res furtiua ſi reperiatur pe-
nes aliquem,habet ſuſpitionem &
indicium,illū talem eſſe furē,ut l.in
ciuilem.& l.ciuile.& ibi Salic.C.de
furt.Bar.in l.fi.ff.de quęſt.Quod in-
tellige,ſi prædicta illa perſona non
fuerit grauis, ſed leuis, ſecundum
opi.Bal.& Sali.Grāma.cōſi.14.nu.2.
niſi habēs rē furtiuā penes ſe oſtē-
derit illico à quo ipſe habuerit,ut
dicunt doctores moder.in legibus
prælleg.ita quòd ſi is talis inuētus
fuerit cum re furata,nec docuerit
unde

unde eam habuerit, habet indiciũ furti contra ſe, ut torqueri poſſit, quod tamẽ diſtinguendũ eſt, ut dicit Sali. in l. fi. C. de quæſt. Ang. in l. ancillæ. Grãm. conſi. 141. C. de furt. Alex. in conſil. 205. incip. ponderatis
9 ij. col. in vj. uolu.* Quòd autem non habent locum prædicta in homine bonæ conditionis, uitæ, & famæ, prout dicit Sali. in d. l. fi. C. de quæſtio. ubi dat exemplum de ſtrazarolis Bononienſibus, latè Mar. in ſingul. ſuis. 392. uerſi. aduerte ad unum glo. ſing. in l. inciuile. in uerſicu. incidatis. C. de furtis. Viæ frequentatio: utputa ſi quis uiſus fuerit per plures uices frequentare per ali-
10 qua loca* ſeu contratas, & ibi in aliqua domo res aliquæ ſubtractæ appareant, præſumptio eſt contra iſtum talẽ frequentantem, ut uoluit Bal. in l. apud antiquos. C. de furt. in
11 fine. ubi dicit* quòd ſi quis hodie fuerit furatus unã rem, & cras aliã, quòd propter reiterationem, & frequentationem iſte talis poterit furca ſuſpendi. & idem Bal. in authen. nouo iure. C. de ſer. fugi. & Marſi. in ſingu. ſuis. 378. ubi dicit, quòd conſuetus litigare, poteſt repelli à teſtimonio, & aſsiduos litigantes cõponere ad pacem. Barb. conſil. 24. ij. uolu & in ca. quia ſuſpectos. tertia quæſtione quarta alleg. quòd conſuetus furari, poteſt puniri pœna mortis. & allegat Pari. de Puteo in tracta. ſyndic. in 118. char. in ij. colũ. uerſic. ſi aliquis eſt inuentus, plura accumulans. Cep. conſi. 34. nume. 2. Iaſ. in l. i. nume. 4. C. de preci. impe. offe fol. 42. Bald. conſi. 247. in quinto uol. Grammat. uoto 17. nume. 12.

Solitus furari, habet indicium con-
12 tra ſe,* quòd rem furto ſubtraxerit, ut eſt glo. in d. l. inciuilem. & ibi Bald. & Salice. C. de furt. facit glo. in l. cum allegas. C. de uſuris. Barto. in
13 l. Caſsius. ff. de Senatori.* Vbi dicit, quòd malus ſemper præſumitur malus in alia re ſimili. & in l. fina ff. de quæſtio. & ibi Blanc. nume. 411. dicens, quòd hoc indicium per ſe nõ eſt ſufficiens, niſi alia indicia concurrerint. & idem Blanc. in ſupradicta l. nume. 410. Carre. in ſua pract. nume. 107. fol. 173. ubi plura accu-
14 mulat.* Fuga famuli ex domo domini, in qua res fuit ſubtracta, facit indicium cõtra eum, ut uolu. glo. in §. ſi uerò. in uerbo, factum. in authẽtica, de exhiben. reis. dicens ibi eſſe optimum argumentum contra famulos ſeruientes, & fugiẽtes, ut ex ipſa fuga res amiſſas uideãtur ſubtraxiſſe. Brun. in tracta. de indiciis. quæſt. iij. in princi. Quod indicium puto eſſe ſufficiens ad torturam, ſi dominus illico furto facto cõque-
15 ſtus ſit:* quia natura horum famulorum eſt ſemper furari. Quando maxime concurrit ueriſimilitudo ex parte, domini condolentis, & famuli fugiẽtis, maxime ante inquiſitionem uel poſt accuſationem, quia tunc facit indiciũ ad torturã, prout dictum fuit ſuperiùs in uerbo, fuga. Grammat. cõſi. 32. nume. 6. Barto. in l. eum probatio. ff. de probat. & ibi do. Hippo. in ſingul. ſuis. 497. incip. ſæpiſsime. Blanc. in l. fi. nume. 423. ff. de quæſtio. Marſil. in pract. crimi. §. diligenter. nume. 47. fol. 15. & nu. 91. do. Iaſ. in l. admonendi, in pen. char. in princi. ff. de iureiur. Gramma. cõſil. 23.

16 ſil.23.nume.6.* Expendens multam pecuniam ultra ſolitum,habet indicium cõtra ſe,ut dixit Ang.in l.milites.C.de quæſtio.Brunus in tract. de indiciis, quæſtione tertia,circa princi.& maximè cùm iſte talis expendens antè eſſet homo pauper, ut uoluit Bart.in l.fin.ff.de quæſtio. & idem Barto.& Sali in l.fin.C.eo. titu.quod tamen fallit in mercato-
17 ribus,*quia conditio perſonæ tollit præſumptionem reſultantem ex tali indicio,ideo neceſſe eſt,ut alia indicia cõcurrant.ut dicit idẽ Brunus,in dicto tracta uerſi.circa tertium,ibi:ita quia uiſus fuit expendere.& Blanc.in l.fi.421.ff.de quæ-
18 ſtio.Forma pedis furantis*in terra humida facit indicium, ut uoluit Albet.in l.indicia.colum.ij.C.de rei uendic.quod tamen indicium non eſt ſufficiens ſignum,neq; indiciũ ad torquendum,neq; ad retentionem, ut dicit Blanc.in d.l.fina.nume.426.de quęſtio.allegans Bald.in conſi.427.incipiẽ. quædã mulier.v.
19 uolu.dicens*quòd iudex nõ debet procedere ad tormenta ex furore animi,ſed debet habere moderamen rationis,& quòd per ueſtigia pedum ſignificatur qualitas luporum,uulpium, & ſimiliũ animaliũ, & ex ſemita pedum cognoſcitur, unde tranſit latro. Scala ante feneſtras domus,in qua factum fuit furtum,ſi ſcala ipſa uiſa fuerit in do
20 mo*alicuius,præſumptio eſt.cõtra iſtum talem ad tormenta,ut uoluit Paris de Puteo in tracta.ſyndica.in uerbo,an ſtetur dicto torti.colum. vij.uerſi.an ſi reperiatur.xxij.prout etiam uoluit Bart.in l.fi.ff.de quæſtio.per text.in l.1.§.ſed ſi quis inſtrumento.C.de lati.liber.tollenda. Blan.in l.fi.ff.de quæſtio.nume.428. & late Paris de Puteo in tract.ſyndica.in uer.an ſtetur dicto torti.in fin.nume.24.niſi ſit uir bonæ cõditionis, & famæ, & docere uelit à quo ſcalam ipſam habuerit, & ut
21 dixi in nume.85.*Vicini habẽt præſumptionem ſemper cõtra ſe,quando aliquæ res ſunt ſubtractæ ex aliqua domo,& maximè contra illos uicinos qui frequentant dictam domum,uel habent notitiam domus.Ita eſt text.in l.dominus horreorum.ibi,propter ædificiorũ notitiam.ff.loc.& ibi Bald.in l.ſi ita.in fin.ff. de fide inſtrumen.ubi dicit, quòd ſi in aliqua cõtrata committitur aliquod delictum, prius debent ad tormenta poni uicini, & domeſtici, qui habent notam dictam domum, quàm illi qui non ſunt uicini,ſumpto argumento ab eo text.quòd furtum præſumitur factum à conuerſantibus in domo,& qui habent notitiam,& pra-
22 cticam in dicta domo,*& quòd faciimè poſſunt iſti tales ad torturã poni,quando maximè contra iſtos tales laborat mala ſuſpitio,& malum nomẽ,quod ſæpe ſeruaui dum fui aſſeſſor,iuxta doctrinam Bal.& Salic.in l.fin.C.de quæſtio.& Marſil.in ſua pract.crimi.in §.diligẽter. nu.97.fol.17. Iaſ.in l.in actionibus, nu.40.ff.de in litẽ iur.fol.116.Cor. conſi.156.in iij.uolu.ubi dicit,ꝙ iſta præſumptio militat in his uicinis, quibus ſolẽt innoteſcere,& non in aliis

aliis. Culpa cuſtodis ob quam furtum factũ ſit, facit indicium ut ipſe
43 cuſtos* torqueatur ad manifeſtandum furẽ, ut uoluit Bart. in l. j. ff. de offic. præfect. uig. Bald. in l. iij. §. cognoſcit, in fi. eo. tit Blan. latè in l. fi. nu. 425. ff. de quæſt. Bart. in l. j. §. ſerui. in fin. nu. 5. ff. de fur. aduer. nau. & ſtab. Bald. & Sali. in l. j. C. loca. nam furtum ut in pluribus, fit culpa & negligentia nõ bene cuſtodientiũ. l. cũ duobus. §. damna. ff. pro ſocio. & ibi Sali. & P. Santerna in trac. de
44 ſpõſionibus mercat. iiij. par.* Famuli hoſpitum, & naurarũ habent indicium contra ſe, maximè quando bona ſunt depoſitata per uiatorem penes eos, & ſunt ſubtracta, quòd tunc torqueri poſſunt ex ui legalis præſumptionis, ut uoluit Nico. de Matar. & ibi Bald. in l. j. C. locati. & Bart. in l. j. §. fin. ff. de fur. aduer. nau. caupo. in fin. Ange. de Arimino in addi. Ange. de Aret. in uerbo, fama publica. nu. 107. quod tamẽ dicendum eſt prout diſtinguit Blanc. in l. fi. de quæſt. nume. 415. & de materia furum uide Cep. cõſil. 26. fol. 32. nume. 12. 13. & 14. 17. 18. 24. & an Zun-
25 tatores acrius puniẽdi ſint,* quàm fures, dic ꝙ ſic, prout fuit de mente Ioan. Baptiſtæ de ſancto Seuerino in rub. l. cunctos populos. in j. col. x. char. C. de ſumma trini. & fi. cath. in ultima repetitione. ibi plura iura alleg. idẽ Marſil. in ſing. ſuis nu. 318.
26 fol. 32. & quid de pyratis,* uide Bal. in c. j. §. iniuria. uer. ſeu furtũ. de pace iur. fir. ubi dicit, quòd pyratæ ſuſpenduntur uerſus eũ locũ ubi furati ſunt, alleg. l. capitaliũ. §. famoſos. ff. de furt. Petrus Luſitanus in tract. de ſpo. mercatorum. in d. iiij. parte. nume. 54.

FORMA CONDEMnationis contra fures hoc modo formatur, ut Antonium filium Gireli de Lendenaria furem inſignem.

Contra quẽ proceſſum fuit, & eſt per nos & curiam noſtram, per inquiſitionẽ contra eum legitime formatã: de eo ꝙ præfatus inquiſitus, dum ſtaret in uilla de Poſthuoma in domo cuiuſdam do. Gratiæ de Aleſsiis ſimul cũ Donato filio. q. Ioannis Baptiſtę de comitibus Ceſanæ cauſæ diſciplinandi, & in literis erudiendi puerũ eiuſdem do. Gratię, cumq; in nocte uigiliæ natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti inquiſitus ipſe profectus eſſet ad eccleſiam uillæ prænarratæ cum aliis de eadem domo pro audiẽda miſſa, & omnibus exiſtentibus in prædicta eccleſia, inquiſitus ipſe occultè inde recedẽs, & ad domum prædictæ Gratiæ ſe contulit, oſtiumq; ingreſſus accepit manarinũ exiſtentẽ ſuper uno ſcãno, & amota capſula ipſius Donati, eam totis uiribus portauit extra curtiuum in certis campis, non longe à dicto curtiuo, & ibi cum dicto manarino quem præ manibus habebat aperuit dictã capſulam, & ex ea furto ſubtraxit crumenam de tela nigra cũ ſcutis uigintiquinq;, & multa alia bona &c. Quæ quidem bona de loco ad locũ aſportauit, contractauit, & ad uſum ſuum cõuertit ad non modicũ damnũ, & præiudicium dicti Donati. qui quidem inquiſitus tanquam fur manifeſtus

feſtus à uillicis eiuſdē uillę deprenſus, & in carceribus noſtris detruſus fuit. Qui cum de plano conſtitueretur, omnia cōfeſſus fuit,ut latiùs in inquiſitione ipſa,& proceſſu deſuper formato continetur, cui cum aſsignatus fuiſſet terminus ad ſe excuſandum & defendendū,nullas fecit defenſiones , unde ne de prædictis gloriari ualeat,& cæteris ſit exemplo,quod prædictus Antonius ponatur ad ſeruiendum ſuper triremibus Sfortiatis illuſtriſ.dom. ſine aliqua plaga,& ī compedibus per annos ſex cōtinuos, & ſi in dicto termino fugerit ex dictis triremibus,& captus fuerit,tunc ſoluat capiēti libras 200. & reponatur ſuper dictis triremibus ad ſeruiēdum per duplicatum tempus.Et hoc toties,quoties:& in expenſis proceſſus ex arbitrio in his ſcriptis ſententialiter cōdēnamus,& proferimus.

INQVISITIO PRO uendentibus rem duobus.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intēditur per mag. & clariſ. do.poteſtatem Paduæ,nec non per ſpec.do. iudicē maleficiorū, ex eorum & cuiuſque eorum puro, mero,ac ſyncero officio, poteſtate,authoritate,atque bailia,necnō & ad querelā do.Sulpitii Arbenſis:cōtra & aduerſus Turonem de Cumo.

IN eo,de eo,ac ſuper eo,quòd fama publica præcedēte,& clamoſa inſinuatione ſic referente : non quidē à maleuolis & ſuſpectis : ſed à ueridicis, & fide dignis perſonis: non tantū ſemel,ſed ſæpe ac ſæpius ad aures & notitiam eiuſdem prælibati clariſsimi. do. po. etiam per modum notorii auditu peruenit, Quòd præfatus inquiſitus,uir improbus, & ſine fide, parum timens leges, ſtatuta, ac decreta illuſtriſs. dom anni.1535.29.Martij in materia diſponentes , ac diſponentia auſu temerario licitum ſibi fecit uendere & alienare, quaſdam terras ſitas in uilla Maxeradæ Sempronio de Albericis,anno 1537.& inde ad paucos dies ea uenditione nō obſtante,uolens idem inquiſi. debita ſua fraudibus, & dolis perſoluere, auſus fuit eaſdem terras & loca uendere,& diſtrahere do.Federico uulpato,pretio,modis, & conditionibus,prout diffuſius in inſtrumentis officio cancel. M. V. productis & proceſſu deſuper formato cōtinetur. Committēdo prædicta omnia ſcienter, doloſè , ac fraudulenter, animo ac intentione decipiendi ac fraudandi ſecundum emptorē contra formam ll. St. ac ordinum ſubinde diſponentium in damnum, ac perniciem animę ſuę,& in utilip.iuſtitiæ. Super quibus omnibus, & ſingulis,&c.

ALIA CONSIMILIS.

Hæc eſt quædā inquiſitio,titulus, ſeu forma inquiſitionis, quæ fit,& fieri intēditur per magnificū & clariſ.do.poteſtatē Veronę,necnō per ſp.D.iudicē maleficiorū,ex eorū,& cuiuſq; eorū poteſtate, authoritate, atque bailia,contra & aduerſus Carolum Bigolino de oppitergio.

IN eo,de eo,ac ſuper eo,quòd fama publica præcedēte,ac clamo-

ſa inſinuatione ſic referente, non quidẽ à maleuolis, & ſuſpectis, ſed à ueridicis, & fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati clariſs.d.poteſtatis,eiuſque ſpect. do.iudicis etiam per modũ notorii auditu peruenit:quòd idem inquiſitus uir natura ſua peſsimus, paruifaciẽs leges diuinas,& minus humanas,auſus eſt contra formam legum, illuſtriſsimi do.uẽdere certas terras ſitas in uilla Minerbii iuriſdictionis.M.V.Infra ſuos confines. do.Alfonſo Teuthenico pretio, ut in documento ſtipulato manu. do. Auguſtini de Maffeis not.de anno, 1550. Cupiénsq; idem inquiſitus uir nequam alienis bonis ditari, & in perniciem animæ ſuæ locupletari, licitũ ſibi fecit,illaſmet ſcienter terras & loca uendere ſecunda uice. do.Iuliano de Ferraria,pretio,modis & conditionibus, ut in inſtrumento maleficiorum producto ſub die, ac milleſimo, ut in eo apparet. Et ut latiùs in proceſſu ſubinde formato continetur,cõmittendo prædicta ſciẽter,dolosè, ac fraudulenter animo ſubripiẽdi,ac ſubtrahendi pecunias proximi in detrimentum,ac perniciem animæ ſuæ. Et in uilipendium iuſtitiæ, ac regiminis contra formam ll.ſtatutorũ. ac decreta illuſtr.Senatus Venet.&c. Super quibus omnib.& ſingulis,&c.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſcienter eandem rem duobus uendiderit,an pœna falſi teneatur.*

2 *Quam pœnam incurrant hodie, qui eandem rem duobus alienauerint.*

3 *Si primus emptor pretium ſoluit: ſecundus uerò nec obtulit, nec numerauit,an uenditor incurrat pœnã legu.*

4 *Qui ignoranter uendidit rem duobus,an puniri debeat.*

5 *Si uaſallus ignoranter feudum ſine licentia domini uendiderit: an ipſo iure feudo priuetur.*

6 *Hæres emphiteotæ ſi per biennium libellum non ſoluerit: an & quando cadat à iure ſuo.*

7 *Si uir & uxor uendiderint prædium alicui: poſtea uerò eandem rem defuncto uiro ſuperſtitibus liberis uxor tanquam tutrix filiorum & nomine proprio alteri uendiderit: an uxor incidat in pœnam legis.*

8 *Si prælatus eccleſiæ uendiderit iura ſuæ eccleſiæ alicui, an poßit eandem rem alteri concedere,*

9 *Si unus eandem rem ſcienter duobus inſolidum donauerit, an incidat in pœnam legalem.*

10 *Appellatione uenditionis, an ueniat permutatio.*

1 INdubitati iuris eſt,ut qui * eandẽ rem duobus inſolidum ſcienter uendiderit, pœna falſi teneatur, ut l.quoties.C.de rei uendi.l.qui duobus inſolidum.ff.de falſ.Alex.& Iaſ. in l.à diuo Pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iud.nu.6.Bald.in l. inciuile. C. de rei uend.Quæ quidem pœna ex iure committitur arbitrio ius dicentis,ut l.3.ff.de crimi.ſtellio. * ex de-
2 cretis.V.illuſtriſsimi duc.do.Venet. eſt ſtare in carceribus per annum, ſoluere lib.300. & poſtmodũ banniri de loco commiſsi criminis per annos ſeptem, ut in parte maioris
3 cõſilii prȩallegata cõtinetur.*Quid ſi primus emptor pretium non numerauit & minus obtulit,ſecundus uerò

uerò emptor pretium perſoluit,an uenditor pœnā legis præallegatæ incurrit:dic quòd non , ſecundum Alexā.in d.§.ſed ſi emptor.nu.6.ff. de re iud.Bal.in c.j.§.ſi facta.in tit. ſi de feudo.ſuc.inueſt.inter domi. & agna.ſing.Marſ.in l.qui duobus. nu.8.uerſi.quod eſt uerum,quando uterque.ff.de falſ.ego tamē credo, quòd hoc eſſet iudici arbitrarium, & religionē iudicantibus commit-
4 tendum.*Quid ſi ignoranter rē ali quam duobus uēdiderit:an is talis incurrat pœnam legis prædictæ? conclude quòd nō,quia ſi uaſallus ſine licentia domini ignorāter alie nat feudū,non priuatur feudo ipſo:
5 ſecus in ſciente,ut eſt text.in c.j.§. ſi uaſallus.in titu.ſi de feudo fuerit cont.inter.do.& agnat.Bal.in cōſi. 240.2.uolu.eadem ratione ſi hæres
6 emphyteotæ * nō ſoluit canonem per biennium,nō cadit à iure ſuo, ſi ignorauit rē eſſe emphyteoticā: ut Anca.cōſi.183.inci.do. Lazarius. Roma.cōſi.66.incip.uiſo,& diligen ter.in fi.ubi idem Rom.in l.ſi uero. §.de uiro.fall.51.ff.ſolu.matr.Marſ. in l.qui falſam.nu.71.ff.de falſ.Bald. in conſi.518.nu.1.5.uolu.& in cōſil.
7 290.in 2.uolu. * Quid ſi uir & uxor uendiderint prædium, ſeu fundum alicui perſonæ:poſtea uiro defuncto ſuperſtitibus liberis cōmunibus uxor tāquam tutrix,& proprio nomine eundem fundum alteri uēdiderit:an uxor incidat in pœnam legis prædictæ?dic per Bal.ſing.cōſi.
8 240.nume.1.2.uol. * Quid ſi prælatus eccleſiæ uendiderit aliqua iura ſuæ eccleſiæ uni perſonæ,an poterit cōcedere alteri aliquo titulo?dic ſecundum Bald.in conſi.322.nu.3.4.
9 uol.*Inſuper quid dicendū,ſi unus eandem rē inſolidū ſcienter duobus donauerit an is talis incidat in pœnam legalē?dic quòd ſic,ſecundum do.Alex.in cōſi.14.incip. circa primum,in primo uol.quā opinionem amplectitur Marſi.in ſuis ſingu.nu.82.in fi.ratione præſumptæ
10 fraudis.* quid in permutatione,an appellatiōe uēditionis ueniat permutatio,uide Iaſ.in l.2.nu.102.C.de re.empti.uel alio contractu, in quo dominiū trāsfertur.Vide Bal.conſi. 326.nu.1.in 5.uol.& cōſi.175.4.uol.& Cor.conſi.127.litera.l.il ſecundo,in uol.2.Cor.cōſil.257.nu.k.4.uol.Bal. ſing.in l.cum hi.§.ſi cui.ff.de trāſac. Idē Bal.in cap.j.in fi.de cōtro.inter do.& empt.& in c.j.§.noui.p quos fiat inueſtitura.l.ſtatuliberi.§.quintus.ff.de ſtatulibe.& quia præſens materia ſtatutis locorū, legibus, ac decretis illuſtriſs.dominii, ſatis eſt deciſa ac determinata,ideo ad alias quęſtiones & dubia nō me extēdā.

INQVISITIONIS FORma contra Sodomitas publ.

Hæc eſt quædā inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit,& fieri intēditur per magnificū domi. Federicū Rheinerium poteſtatem Cremæ,necnō per ſpect.dom.iud. maleficiorum contra & aduerſus Sulpitiam filiam Ambroſii de Vico mercato.

IN eo,de eo,& ſuper eo, quòd fama publica præcedente & clamoſa inſinuatione ſic referente ,&c. Quòd prædicta inquiſita mulier improba,ac inhoneſtiſsima meretrix Deum præ oculis non habens,

INQVISITIO PRO filicidio.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quę fit, & fieri intéditur per clariſsi. domi. Ioannem Rheinerium poteſtatem, & capitaneum Taruiſij, necnō per ſpe. do. iud. male. cōtra & aduerſus. Sulpitiam filiam Antonij Baiuli mulierem improbam.

IN eo. de eo, & ſuper eo. Quòd prædicta inquiſita mulier improba, ac inhoneſtæ uitæ poſtpoſita diuino timore, grauida facta ſe cōtulit ad habitandum in domo do. Luciæ de Vonico, in cōtrata ſanc. Andreæ huius ciuitatis pro cameraria, cùm qua domina Lucia inquiſita ipſa ſtetit, & habitauit per menſes quinque, interea negās, & diſsimulans ſe grauidam eſſe: exiſtimans hoc medio huiuſmodi ſua furta uenerea occultaturā. doloribus uerò partus accelerantibus, ne à patrona, & domeſticis audiretur, die Veneris 17. Februarij. proxime præteriti, ſe recepit & reduxit in quēdam thalamū inferiorem eiuſdem domus, circiter horas tres noctis: & poſita ſe ſub neceſſario poſt aliquā cubationem puerū peperit, eumq́; in cloacam & ſtercora miſit. cuius eiulatus cum familiares, & domeſtici domus ſenſiſſent, accurrentes ad foramen inferius eiuſdem neceſſarij, eum illico inde extraxerūt, qui uix ſumpto ſacro munere Baptiſmatis à quodā pręsbytero domeſtico, quàmprimùm uitam cum morte commutauit. quæ quidem inquiſita uolens tam nefandum ſcelus occultare, puerulum ſic demortuum in ulnas ſuas accepit, & ad hoſpitale ſanctæ Marię Batutorum afferre uolens ab officialibus deprehēſa fuit, & in carceribus detruſa: committendo omnia prædicta ſcienter, doloſe, appenſate, & proditorie cōtra Deum, ius & iuſtitiam, & contra omnem pietatem maternam, in ſcādalū & peſsimū exēplū huius ciuitatis, & in perniciem animæ ſuę, loco, die & temporibus, de quibus in proceſſu ſubinde formato latiùs continetur. Super quibus omnibus, & ſingulis, &c.

ALIA.

Hæc eſt quędā inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur, per magnificū dominū poteſtatē Veronæ, contra & aduerſus Calfurniam improbiſsimam fœminam homicidam.

IN eo, de eo, & ſuper eo. Quòd fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem à maleuolis, & ſuſpectis perſonis, necnon à ueridicis, & fide dignis perſonis, non tantū ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures, & notitiam prælibati clariſs. do. poteſtatis necnon eius iud. etiam per modum notorij auditu peruenit. Quòd præfata inquiſita in nocte, die 19. Iunij proximè præteriti, ueniente die 20. eiuſdem in domo do. Galeazzi de Cherubinis, in cōtrata ſancti Firmi, ex dānato coitu filiā peperiſſe, diabolico afflata ſpiritu infantulam ipſam ſic à ſe editā in cloacā domus prædictæ cōtinguā ꝓiecit, arbitrata hoc medio ſua furta uenerea occultare: ſed ſcelus ſceleri addendo,

flagitium ipſum patefecit.ſummus enim Deus nõ patiens illius innocentiſsimæ puellæ animam pariter cũ corpore perditũ iri, ſuſcitauit ad eiulatus ipſius nõnullos ex uicinis, qui fracto muro ex cloaca eã extraxerũt, habentẽ alterum oculum eiectum, ipſaque perſona penitus contuſa erat. quæ quidẽ puella lauacro baptiſmatis ſuſcepto ſub nomine Ioãnæ, & poſtea in eccleſia ſancti Firmi expoſita, ac demũ inde in hoſpitale delata, ibi circa quatuor horas ex percuſsionibus, & cõtuſionibus expirauit. Cõmittendo prædicta ſcienter, doloſe atque data opera, animo & intẽtione homicidium cõmittendi in propriam carnẽ, contra nedũ humana, uerum etiã diuina præcepta in malũ exemplum aliarũ puellarũ huius ciuitatis benẽ uiuere cupientiũ, & in dedecus regiminis. Super quibus omnibus, & ſingulis, &c. idẽ clariſsi. do. poteſtas procedere intẽdit. de hac materia uide Bonifa. in tract. maleficiorũ. de parricidiis, & eorũ pœnis. Auge. cõſi. 27. Bar. in l. & diuus. de parric. Car. in ſua pract. in §. homicidij. fol. 6. nu. 147. Moderni in l. j. ff. de parric. Gram. cõſi 57. nu. 23.

INQVISITIO CONtra producentes falſitates.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus, ſeu forma inquiſitionis, quę ſit, & fieri intẽditur per clariſsi. do. poteſtatem Paduæ, necnon per ſpec. domi. iudi. maleficiorum, contra & aduerſus Caium filium Iuliani de Tridento, & Sempronium filium Accurſij de Padua.

IN eo, de eo, & ſuper eo, quòd fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidẽ à maleuolis & ſuſpectis, ſed à ueridicis & fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius, &c. Quòd tempore de quo in querela Iacobi à Sapone inquiſitus ipſe Deũ prę oculis nõ habẽs, poſthabito timore legũ, nedum humanarum, uerũ etiam diuinarũ: & præſertim partis captę nouiſsimè contra huiuſmodi productores falſorũ teſtiũ, auſus fuit, ut oĩno uoti ſui cõpos eſſe poſſet, pollicitationibus, & ſuggeſtionibus inducere quoſdã ex teſtibus per eũ productis & ad eius inſtantiam ſuper ipſa querela examinatis, ad eã deponendũ de quibus erãt ignari: & ſic falſum deponere. Ac inter cæteros teſtes induxit ipſum inquiſitũ, qui ſalutis æternæ immemor, diabolicis & malignis ſuaſionibus, & ſuggeſtionibus ipſum Caiũ induxit, ad falſum deponendum teſtimoniũ, & periuriũ committendũ. nam primus examinatus teſtis iuramento depoſuit ſe audiuiſſe dum eſſet in hoſpitio, &c. nominando in conteſtem huiuſmodi aſſertionis tertium teſtem, & ad reliqua, prout in eius depoſitione, contra omnem ueritatẽ deponendo ut in ea. Committẽdo prædicta ſcienter, appenſatẽ & doloſe cõtra Deum, ius & iuſtitiam, & cõtra formam partis illuſtriſ. dominij nouiſſimè captę cõtra huiuſmodi falſorũ teſtiũ inductores. & iuſtitiæ, & ueritatis peruerſores, ad nõ modicũ dãnum, & præiudiciũ, &c. Super quibus omnibus &c. idem clariſsimus domi.

domi. poteſtas procedere intendit &c.

DE TESTIBVS IN materia criminali.

SVMMARIVM.

1 *Crimina obiecta probanda omnino ſunt.*

2 *Quis non debet præſumptionibus dãnari in cauſa capitali.*

3 *Maleficium in omni caſu per duos teſtes probari debet.*

4 *Dictum unius teſtis in criminalibus, an ſufficiat.*

5 *Plures ſunt caſus, in quibus unus ſolus teſtis plenè probat.*

6 *Dictum unius teſtis reuelantis inſidias contra Papã, uel Imperatorem an probet.*

7 *Dictum unius teſtis, an faciat indicium ad torturam. & 8.*

9 *Teſtis blaſphemator, an repellatur à teſtimonio.*

10 *Teſtis ſi conteſtem nominauerit, qui conteſtis depoſuit nõ interueniſſe: cui ſtandum ſit.*

11 *Teſtis ſi aſſerit aliter depoſuiſſe, quàm ſcriptum ſit à notario, an magiſteſti, quàm notario credendum ſit.*

12 *Teſtes in criminalibus, an debeant eſſe omni exceptione maiores.*

13 *Quis dicatur teſtis omni exceptione maior.*

14 *Teſtis deponens actu de propinquo maleficio, an requiratur, quòd ſit omni exceptione maior.*

15 *Teſtes in criminalibus, an debeãt reddere cauſam ſui dicti.*

16 *Teſtes ad defenſam, an rectè probent etiam ſi nõ reddunt cauſam ſcientiæ.*

17 *Teſtis familiaris in cauſa criminali an repellatur à teſtimonio.*

18 *Teſtis familiaris non ſalariatus, an repellatur a teſtimonio.*

19 *Iudæus contra Chriſtianum, an poſſit eſſe teſtis.*

20 *Teſtes inhabiles an admittendi ſint, quando ueritas aliter haberi non poteſt.*

21 *Teſtes domeſtici an admittendi ſint ſuper his quæ domi tractantur.*

22 *Teſtes inhabiles an de uolũtate partium recipiendi ſint.*

23 *Teſtis laicus contra clericum, an admittatur in cauſa criminali.*

24 *Teſtis laicus an faciat indicium ad torturam.*

25 *Teſtis inimicus an repellatur à teſtimonio.*

26 *Teſtimonium deponens in articulo mortis ſe falſum dixiſſe, an ei credendum ſit.*

27 *Dictum uulnerati, aſſerentis ſe mori culpa medici, an proſit percuſſori.*

28 *Teſtis credens dicere ueritatem, & iurans, an dicatur periurus.*

29 *Teſtis ſi in prima depoſitionè dicit unum, & poſtea in ſecundo dicto dicit cõtrariũ, an ei fides ſit adhibẽda.*

30 *Teſtis deponens per uerbum iudicio ſuo, an probet.*

31 *Teſtis deponẽs aliquid fuiſſe factum præſente Sempronio: & ille dicat illi actui præſentem ſe non fuiſſe, an dictum teſtis uitietur.*

32 *Teſtis cui in ſecreto aliquid dictum fuit, & eum iuramento: an poſſit illud iudici reuelare.*

33 *Teſtis deponens uidiſſe duos ſimul rixantes, & ſedata rixa comperitur alterum ex ipſis eſſe percuſſum, an ex hoc dicto poſſit deueniri ad condemnationem.*

34 *Ex præſumptione uiolenta, an poſſit perueniri ad ſentẽtiam diffinitiuam.*

35 *Teſtis uarius in depoſitione ſua, an ad torturam poni poſſit.*

36 *Teſtis minor quatuordecim annis, an in cauſa criminali examinari debeat.*

37 *Teſtis minor uiginti annis, an in cauſis criminalibus idoneus ſit.*

38 *Teſtes minores an in ſubſidium examinari poſſint in cauſa capitali.*

39 *Teſtes ſingulares, an ſint coniungendi ad faciendam plenam probationem.*

40 *Teſtes deponentes de aliquo facto, ſecuto præſentibus Seio & Titio, & interrogati de præſentibus, reſpondeant, nullus alius, an eis fides ſit adhibenda.*

41 *Teſtes falſum deponentes in eo, in quo non conſiſtit ſubſtantia negotij, ſed in circunſtatiis, an eorum dicta uitientur.*

42 *Teſtes cõtrarij in quibuſdam acceſſoriis, an plenè probent.*

43 *Teſtis in cauſa criminali deponens falſum, an debeat pati illam pœnã quã ſubire debebat accuſatus.*

44 *Teſtis deponens de ueritate, coniũctus cum alio teſte de fama, an plenam faciat probationem.*

45 *Teſtes ſingulares in eorum depoſitionibus, an ſint coniungendi ad faciendam perfectam probationem.*

46 *Teſtis mulier, an in teſtamento, chirographo, uel in cauſa criminali idonea intelligatur.*

47 *Mulier teſtis in teſtamẽto ad pias cauſas, an poſſit interuenire.*

48 *Teſtes domeſtici, & minus idonei, an probent ad defenſam alicuius.*

49 *Teſtis omni exceptione maior, ſolus aliis non cõcurrentibus an faciat iudicium.*

50 *Teſtis omni exceptione maior, non ritè receptus, an probet.*

51 *Producens teſtes falſos, ex lege punitur in capitulum quidam produxit unum tantum, an puniatur in capitulum.*

52 *Fautores & conſpiratores de iure, an à teſtimonio repellantur.*

53 *Quot teſtes reprobent teſtes.*

1 CRimina* obiecta probanda
ſunt, nec ex præſumptionibus & indiciis quis eſt dãnãdus, ut l. ſciãt cuncti. C. de proba. l.
abſentẽ. ff de pœ. l. qui ſententiã laturus eſt. C. eo. tit. latè Oldr. in cõſi.
291. in fi. uer. propterea opponẽdo.
Gram. conſi. 13. nu. 37. Bald. in l. ij. C.
de his, quæ pœnę nomine. Marſi. §.
diligenter. fo. 14. nu. 22. idem Marſi.
in l. repeti. nu. 26. fo. 56. ff. de quæſt.
Io. de Ana. conſi. 59. incip. uiſa inquiſitione, in ij. col. poſt principiũ. ubi
dicit, quòd præſumptiones proba-
2 biles,* & uehementes nõ operantur, quod ex ipſis poſſit reus in cauſa
criminali dãnari. alleg. plura iura. niſi eſſent ita uiolẽtæ, quia tũc haberẽtur loco legitimarũ probationũ.
Qui & quot uerò teſtes requirantur ad probandũ maleficiũ, & delictum cõtra quãcunq; perſonam, de
ſingulis inferius ſubnectemus. Maleficiũ ergo probatur per numerũ
3 opportunũ, ad minus* per duos teſtes, ut eſt text. ibi, ubi numerus. ff.
de teſti. c. in omni. extrà de teſtib.
Alber. in l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſti.
Marſil. in ſingula. ſuis. nu. 47. & nu.
4 3. incip. trita. quod intellige etiã
contra Papam, & Imperatorem, ut
in c. præſul. ij. q. v. Decius in conſil.
342. Pau. de Caſt. conſi. 303. amplia
etiam, ut in cauſa hæreſis, ubi duo
teſtes ſufficiũt, ut uol. Cardi. in clemen.

men.j.§.penult.de hæreticis. Et in
4 quocunq; actu*regulariter unus te ſtis non ſufficit, maximè in criminalibus,ut plenam faciat probationem.l.iuſiurandi.C.de teſtib.& d.l. ubi numerus.Socin. in regula.423. in tracta.fallentiarum.Marſi.in cõſi.20.Felin.in cap.ſuper uerſicu. extra glo.de teſti.idem Marſi.in cõſi. 61.& conſi.116. Sunt tamen plures caſus,in qbus unus ſolus teſtis plenè ꝓbat,quos ponit accuratè Specu.in tit.de teſtibus.§.reſtat.in uerſic.hoc tamen fallit,ubi*enumerãtur triginta caſus in quibus unus ſo lus teſtis plenè probat,ut per Ioannem Andr.in cap.ut circa de elect. in ſexto.per Innocen.& Bald.in ca. ueniens,el primo,de teſtibus.Marſil.in l.de minore.in §.tormenta,in ultima col.de quæſt.nu.18.Nam creditur uni teſti reuelanti inſidias cõ-
6 tra Papam aut Imperatorem.*Item creditur uni teſti affirmanti ſe corruptum à tali, ut per Marſil.in l.ij. §.Cornelia,in princip.de teſti.& latè in ſingulari ſuo 112.fo.2.Carre.in ſua prac.fol.38. nu.162.quod tamen intellige ꝑ prædicta.Vnus enim teſtis plenè probat ad faciendũ indicium ad torturam,nõ autẽ ad plenam probationem,ut quis damne-
7 tur,*prout uoluit Bal.conſi.259.nu. 6.j.uol.& in l.fi.C.fa.herc.Grã. cõſi. 37.nu.1.Boniſa.in trac.maleſi.in tit. de proba. ubi ponit multos caſus, uide Soci.in rub.507.in fin.in trac.
8 fallen.*Teſtis unus ſolus de uiſu facit ſufficiens indicium ad torturã, dummodo ſit integer.gl.eſt no.in l. maritus.ff.de quæſt.& ibi.Bar.nu.2. Idem.in l.j.§. Idem Cornelio.ff.de quæſt.& ibi Alex.in apoſtil.nu.3.litera b.ubi concludit, quòd dictum unius teſtis integri cum fama faciat indicium optimum ad torturam. Bald.in cap.j.§.ſacramenta.de conſu.recti feudi.uerſi.ſed qualis debet eſſe.colum.ij.gl. Abb.& Imo.in ca. ueniens.de teſti.col.iij.ſingu.Marſi. in §.diligẽter.nu.131.in prac.crimi. Gram.cõſi.1.nu.1.Cor.cõſi.247. nu. c.in ij.uol.Idẽ Cor. cõſi.13. nu.a.in j.uol.Carre.in pra.crimi.nu.110.fol. 25.Alex.conſi.124.in vj.uolu. Gram. uoto 70.nu.31.& uoto 3.nu.21.Bald. in l.ij.C.quorum appel.j.col.Ioã.de Amicis.cõſi.36.Bru.in trac.de indi.
9 çolum.ij.in fin.*Teſtis luſor, pariter & blaſphemator,repellitur à teſtimonio,ut in ſpecie cõſuluit do. Alex.in conſi.152.in colum.iiij.in uolum.v.& do. Decius conſil. 143.in cauſa matrimoniali.xj. col. Lãfran. de oria in repe.cap. quoniam. contra in uerbo, teſtium. colum.xlj.de proba.ratio eſſe uidetur, quia cum blaſphemator ſit Deo infidelis,hominibus fidelis eſſe nõ poteſt. Bal. in c.cum Ioannes.de fide inſtr.Frã.
10 Cur.in conſi.55.ij.col.*Teſtis ſi allegauerit conteſtem interfuiſſe in aliquo actu, in quo ipſe conteſtis depoſuit nullo modo interueniſſe, an ipſi credendum ſit,uel neutro fides aliqua ſit adhibẽda, Bal.in cap. cauſamq;.v.uol.de teſt.& do.Alexã. in conſi.90.in iij.col.uol.iiij.Tenẽt & concludunt,quòd propter contrarietatẽ inter eos,nemini ex ipſis credendũ ſit.Io.And.& do.Moder. can.in c.in noſtra.de teſti.magis cõ muniter cõcludunt,ꝙ neutri credi debet,ex quo unus alteri cõtradi-

cit.Ita Fed.de Sen.cõſi.142.& Alex. cõſi.34.ul.col.uol.3.& in cõſi.43.cir ca med.iiij.uol.Grã.cõſi.26.num.21. Cor.cõſi.160.nu.g.in uol.ij.& Grã. cõſi.31.nu.8.Bal.in conſi.33.iij.uolu.
11 & infrà dicã abundanter.*Teſtis, ſi aſſerit aliter depoſuiſſe,quàm ſcriptum reperitur, an magis teſti quàm notario credendũ ſit.Bald.in indiuiduo tetigit hoc dubiũ, in l.ſi quis legatũ,in nu.5.ff.de fal.Spe.in tit.de teſti.§.j.c.quid ſi teſtis.Fel.in c.ad audientiã.de præſcrip.Abb.in c.cũ cauſam.de teſti.& in c.cum autem.eo.tit.Alex.conſi.70.incip.uiſo proceſſu inquiſitionis,in j.col.j.uo. & in cõſ.49.ij.uol.Tho. Ferra.caut. 26.Ange.& Imo.in l.j.§.ſi quis neget.ff.quemad.teſta.aperi.Sali.poſt Cy.in l.ſi quis decurio.uer.pone ꝙ teſtis.C.de fal.ubi concluditur, ꝙ non creditur tabellioni contra teſtem,quãdo teſtis fuit examinatus ad iudicis pręſentiam.Ita Gramma. conſi.30.circa finem.ubi nota.Teſtes in criminalibus debent eſſe o-
12 ni exceptione maiores,*prout dicit Bart.in l.admonendi.ff.de iureiur.Gramma.conſi.26.nu.48. Hipp. in ſua prac.§.diligenter.in prin.nu. 6.& 7.dicens,quòd unus teſtis de uiſu facit indicium ad torturam, quãdo eſt omni exceptione maior.Et idem uoluit Iaſ.in conſi.22.in j.uol.
13 Bal.conſi.41.nu.8.v.uol.*Et aduerte quòd teſtis dicitur omni exceptione maior,quando nulla imputatio contra eum fieri poteſt,& nil penitus patiatur,per glo.in §.item uerborum.inſti.de inuti.ſtipu.Ioan. de Ana.conſi.17.nu.8. Gram. conſi. 55 nume.35.Cepo.conſi.11.nume.8. & Bald.in rubric.de contro.inueſti. Bart.in l.maritus.ff. de quæſtionib. Blanc.in l.fin. eod. titu. nume.317.
14 quod intellige de teſtibus*deponẽtibus de ipſo maleficio,ſecus ſi deponãt de remotis à maleficio.nam tunc non requiritur,quòd ſint omni exceptione maiores, ut uoluit Bald.conſi. 427. nume.6.v. uolumi. Marſi.in l.j.§.fi. de quæſtio.Carre. in ſua prac.fo.37.nu.165.Bal.in l.fin. C.de proba.&ibi Sal.item Bal in l. optima.C.de contrahen.& committen.ſtipula.Bru.in ſuo tracta.de indiciis,in j.char.Bar.in l.maritus. ff. de quęſ.Teſtes in criminalibus etiã
15 non interrogati* debent reddere cauſam ſcientiæ,aliàs non probãt, nec faciunt indicium.ut uoluit Sali. in l.fi.C.de proba.Bal.conſi.182.nu. 2.iiij.uolu.ubi refert hanc eſſe communem opinio. Gramma.conſi.12. nume.12.Alex.conſi.70.iij.colũ.primo uolu.Iaſ.in l.admonendi, colũ. 103.de iureiu.Soc.in regu.302.v. fal. in trac.fal.Deci.in conſi.27.Marſ.in ſua prac.§.diligẽter. & in ſing.ſuis. nu.19.incip.tu ſis.& nu.183. incipiẽte,diffusè.Carre.in ſua prac.fo.40. nu.168.quod limita,quando deponunt,& teſtificantur ad offenſam,
16 ſecus ſi ad defenſam.*nã rectè probant etiam ſi non reddunt cauſam ſcientiæ,quia iudex debet eſſe fauorabilis reo ſuper defenſionibus,ut uolunt doctores. & idem Marſi.in l.fi.C.de proba.in xj.& xij.char.ubi per te uidere poteris.Soci.in regu.
17 496.j.fallen.in trac.fallen.*Teſtis familiaris licet regulariter à teſtimonio repellatur,l.ſecunda.C.de teſt. l.idonei.& l.teſtes. C. eo.titu. fallit tamen

tamen in famulo nō ſalariato, quia
tunc admittitur ad teſtificandū pro
18 domino, * & maxime in familiari
honeſtæ uitæ, prout dicit Fel. in c.
cùm à nobis. in ult. colum. in fin. de
teſt. Spe. in ti. de teſti. §. j. uer. ſed de
quo mercenario. Marſi. in ſing. ſuis.
nu. 5. incip. regula eſt. Bal. cōſ. 50. nu.
19 4. ij. uol. * Iudæus nō poteſt eſſe te-
ſtis cōtra Chriſtianū, ut habetur in
l. quoniā multi. C. de hæret. & ibi Sa
li. Io. de Imo. in cōſi. ſuo 11. incip. in
caſu propoſito. Alex. conſi. 11. & 64.
j. uol. circa fin. Iaſ. in rub. de iuſti. &
iure. nume. 14. Gramma. conſi. 12. &
conſilio 14. nume. 4. Alexand. in l.
admonendi. ff. de iureiuran. Soci. in
conſi. 70. in j. col. incip. in præſenti.
Barba. in l. illa ſtipulatione ſi cal. in
col. 15. ff. de uer. obli. Marſi. in ſing.
ſuis nu. 41. incip. Iudæus. & 273. in-
cip. notiſsimum. Teſtes inhabiles
20 admittuntur * quando ueritas aliter
haberi non poteſt, ut uoluit Sali. in
uulgata l. ea quidē. in uerſ. ad quin-
tam quæſt. C. de acc. & Ang. in trac.
malefic. in l. fin. C. de proba. in iiij.
char. circa medium, quod intellige
quando ex natura ipſius facti, ſeu
negotii alii teſtes occurrere nō poſ
ſunt, ut uoluit Alex. in conſi. ſuo 68.
incip. uiſo. in ij. col. in ij. uol. Nam ea
quæ fiunt in domo, poſſunt proba-
21 ri per * eos qui habitāt in domo, ut
in l. conſenſu. C. de repud. quod ſe-
cus eſt, ſi alii teſtes idonei ex natu-
ra illius negotii & rei poterant ad-
eſſe, & occurrere, ut dixit Marſi. in
ſing. ſuis nu. 73. Gram. conſil. 58. nu.
4. & in conſi. 59. nu. 16. Philipp. Deci.
in conſi. 133. incip. uiſo. in ult. col. ſed
ubi negotium actu, habitu, & con-
curſu ſe habet, quòd alii teſtes ha-
beri poſſunt, tunc tales teſtes inha-
biles non ſufficiunt ad plenam fidē
faciendam. Gram. conſi. 58. nume. 4.
Alex. conſi. 68. Marſi. conſi. 31. nu. 31.
& 33. & conſil. 41. num. 6. Abbas in
22 cap. fin. de teſtib. cogen. * & late do.
Alex. in conſi. 64. incip. uiſo thema-
te. in primo uolu. & idem dicendū
eſt, quando teſtes ſunt à partibus
rogati: quia tunc licet eſſent inha-
biles, tamen plenam facerent pro-
bationem, ut uoluit eleganter Mar
ſil. in ſing. ſuis, incipien. licet teſtis.
23 Teſtis laicus * nō admittitur in cri-
minalibus contra clericum ad ple-
nam probationem faciendam, ut in
c. ueniens, el primo, de teſti. Spe. in
tit. de teſte. §. j. uer. itē quòd eſt lai-
cus. Abb. in c. de cætero. de teſti. ſe-
cus tamen eſt dicendum ad faciēdū
indicium, ſeu ſuſpicionem, quia di-
24 ctum laici * cōtra clericum facit in-
dicium ad torturam, ut dixit Abb.
& Feli. in d. c. de cætero. de teſtib.
Alexan. in l. maritus. ff. de quæſtio.
Alexan. in conſi. 64. prima colū. in j.
uol. Marſi. in ſingu. ſuis. nu. 98. Bart.
in l. fi. in fi. ff. de in litem iur. ubi di-
cit quòd quotieſcunq; probatio in
ciuilibus, facit indicium ad torturā
in criminalibus. Socin. in reg. 500. v.
fallen. in tracta. fallen. Teſtis inimi-
25 cus * repellitur à teſtimonio. capi-
tu. repellantur. c. cum p. de accu. c. ſi
teſtes. iiij. q. iij. & in l. liberi. C. de
inof. teſta. Bart. ſingulariter in l. j. in
fi. ff. de his quib. ut indig. Ludo. Ro-
ma. in l. j. § reſcriptum. in prin. ff. ad
Syllanianum. Gramma. cōſi. 12. nu.
1. & conſi. 7. nu. 17. & uoto 11. nu. 17.
Alex. in conſi. ſuo 99. in cauſa inqui-
ſitionis

ſitionis in ij.col.in j.uolu.latè Mar. in l.j.§.præterea.ff.de quæſtio.nume.3.char.16.cum inſi.uulga.& Blã. in l.fin.nu.130.ff. de quæſtionibus. Teſti deponenti in articulo mortis,ſe falſum dixiſſe non creditur,
26 *ut uoluit Innoc.in c.cum dilectus. de elect.& alleg.c.ſicut.de teſti.Ludo.& Ange.in l.ſi quis in graui.§.ſi quis moriens.ff.ad Syllanianum.& dicit Petr.de Ancha.in c.fi.extrà de ſucceſſ.ab inteſt. Quòd ſi uulneratus dixit ſe mori culpa,& defectu
27 medici,*quòd propter hoc nõ iuuat percuſſorem.quod dictũ ſequitur Feli.in c.literas,in penul.col.de præſumpt.Marſil.in ſua pract.§.reſtat.nu.3.Iaſ.in l.iuſiurãdum.§.procurator.num.24.25.& 26.ff.de iniur.
28 *Teſtis credens dicere ueritatẽ,& iurat licet ueritas ſit in contrarium, non tamẽ dicitur periurus,ut notabiliter diſtinguit Bal.in l.ij.§.obſeruare,in iiij.notab.C.de iuramẽ.calum.Pet.de Anch.in c.ij.de iuramẽ. calum.Feli.in c.circa fin.de lit.conteſt.Archid.in c.beati.ij.q.vij.Marſi. in l.j.§.præterea,fo.7.num.13.& de materia teſtium uariantiũ,uide Bal. in conſil.455.in primo uol.Teſtis ſi in prima teſtificatione dixit unum
29 *poſtea in ſecundo dicto dicit contrariũ,neutro dicto ſtandũ eſt,maximè ſi nullam cauſam aſsignet, quare contrariũ dixit in primo ſuo dicto,ut uoluit Marſi.in l.ex libero. fol.54.nu.28.ff.de quæſtio.alleg.tex. in l.i.ff.de teſtib.& in l.qui falſa uel uaria.eo.titu.in c.cũ eccleſia ſutrina,de cauſa poſſeſsionis, & proprietatis.Spe.in tit.de teſti.§.j.uer. item quòd teſtes ſunt uarij,& uer. quid ſi idem teſtis,& ibi Ioan.And. idem Marſi.in ſingu.nu.103. incip. uarietas,cum infinitis. Teſtis deponens per uerbum iudicio ſuo iun-
30 ctum cum aliqua ratione,*uel præſumptione probat, & dicto ipſius fides eſt adhibenda,ut Cyn.in l.teſtium.C.de teſti.Bal.in l.ſolam.in ij. col.uer.ex hoc not.C.de teſti.Iaſ.in l.j.nu.25.fo.127.ff.de re iud.Io.And. in addi.ad Spec.in tit.de teſte.§.ſuper.uer.item quòd deponit de credulitate.Alexã.in conſi.186.incip.in cauſa,& lite.in pen.col.ij.uol. idem Alex.in conſi.119.incip.uiſo proceſſu.in tertia colum.in vij.uol. Marſi. in ſing.ſuis.nume. 183.fo.17. Gram-
31 ma.conſi.29.nu.35.& 36.*Teſtis qui deponit aliquid fuiſſe factum præſente tali,ille autẽ examinatus, an fuerit præſens illi actui,dicit quòd non,an per talem contradictionẽ annulletur actus,& depoſitio ipſi⁹. Bal.concludit,quòd nõ.in l.teſtiũ. in iiij.col.C.de teſti.quem refert & ſequitur Alex.in conſi.ſuo.34.inci. uiſis & ponderatis his.in pen.col.in iij.uol.& in conſi.90.4. uol.ulti.col. ubi ad hoc alleg.Bart.in l.j.§.j.ff.de auto.tuto.Bald. Ange.Imo.in l.hæredes palàm.in prin.de teſta.Bal.in l.j.in fine.C.de bono. poſ. ſecundũ tabu.Alexan.in conſi.ſuo. 65 incip. uiſis proceſsibus.in penul.col.in ij. uol.Bal.in conſi.ſuo 33.incip.quidã tabellio.iij.uol.Iaſ.in l.ij.in §.uolũtatem.in 4.col.nu.21.ff.ſolu. matri. Alex.in conſi.134.in ij.uol. incipiẽ. in cauſa & lite. Gramma.conſil.31. nume.8.& cano.in ca.in noſtra.de teſtibus.Marſi.in ſingulari.ſuis, numero 408.fo.41.Teſtis cui dictum fuit

32 fuit aliquid in ſecreto,*& ſub uinculo iuramenti,poteſt nõ obſtante iuraméto,illud iudici reuelare.Abbas in c.ſi ſacerdos.in ij.col.de offi. ordina.Inno.in c.qualiter,& quando.de accuſ.& in c.omnes utriuſq; ſexus.circa finem de pœni.& remi. Ratio eſt,quia iuramentũ nõ extenditur ad iſtũ caſum,quando ſcilicet producitur in teſtem. Ratio rationis eſt,quia ſi intendebat iurãs ad hũc caſum extẽdere,iuramentũ certè fuit temerarium,& nõ ſeruandũ. quod dictum refert & ſequitur Iaſ. in l.fi.in iij.col.uer.xiij.ff.qui ſatiſd. cogan.Marſil.in ſingul.ſuis.424.incip.accipe quæſo. latè Ioan.Næui. in ſylua nuptiarũ.in xi.c.in iiij.col. Teſtes qui deponunt uidiſſe duos
33 adinuicem rixantes,*& ſedata rixa dicunt,ꝙ uiderint alterum ex ipſis eſſe percuſſum & uulneratũ, certè ex hoc reſultat indicium indubitatum,quòd ille talis eũ uulnerauit: ex quo dicto poterit deueniri ad cõdemnationẽ.ita ſingulariter dicit Sali.in l.fi.C.de probat.Soci.in conſil.54.inci.uiſis teſtibus,in pen. col.iij.uolu.Franc.Brun.in tractatu ſuo de indiciis,in v.char.in j.colũ. uerſi.aliud exemplũ.Hippol.latè in rubri.C.de proba.nu.230.231.232.&
34 233.hinc illa quęſtio*an ex pręſumptione uiolẽta poſsit perueniri ad diffinitiuam.Et idem Mar.in ſingu. ſuis.288.fol.29.Ange.in l.ſi quis alicui.C.ad l.Iuliam maieſta.De quo tamẽ uide do.Iaſ.in l.ſeruũ fugitiuũ. col.vj.nume.29.C.de ſer.fugi.Ioan. de Ana.in conſil.59.num.2.Math.in ſingu.ſuis.nu.122.& 123.Paul.de Ca. in conſi.197.Ioan.Andr.in addit.ad Spe.in tit.de probat.§.uidẽdũ.uer. xiij.Bald.in l.ij.C. de his quæ pœ. nom.in teſt.In quibus locis cõcluditur ſecundũ cõmunem opinionẽ doctorũ, quòd ex præſumptionibus uiolentis nõ poteſt in criminalibus deueniri ad ſententiã diffinitiuam,niſi in aliquibus caſibus,utputa in caſu adulterij,ubi probationes non poſſunt haberi ita cõmodè,ut ex eis ueritas habeatur:& ob id propter difficultatem probandi ſufficiunt præſumptiones & cõiecturæ,ut eſt caſus in l.ſi qui adulterij.C.de adult.& in criminibus occultis,ut in ueneno.in quo caſu lex contentatur facilioribus indiciis,ut Gramma.uoto iij.nu.2.idẽ in conſil.131.nu.37.Alex.conſil.24.uol.ij.&
35 Pau.de Ca.in cõſi.278.col.ij. *Teſtis uacillans in ſuis depoſitionibus an quæſtionari debet,ut in l.ſuper ſtatu.C.de quæſtio.Paris de Put.in tract.ſyndic.in uer.uiſo de indiciis. Are.in tract.malefi.in uer.fama publi.nu.105. Brun.in tracta. de indiciis.col.xij.Rom.conſi.viij. Alex.cõſi.2.3.colum.vij.uol.Hippoly.in ſua pract.in uerb.diligenter.nu.74.qui multas cotas adduxit iuxta ſolitũ. Teſtis minor quatuordecim annis
36 in cauſa*criminali non debet examinari,ut eſt text.in l.iij.§.lege Iulia,ibi,quiue impubes erit.ff.de teſti.& hoc propter lubricum cõſilij ſui.idẽ determinat Ang.in auth.de teſti.§.ſancimus,Hippo.l.de minore,in prin.nu.22.ff.de quæſt.Blãc.in l.fi.nu.346.ff.eo.tit.& ſi examinaretur,non faceret indiciũ plenum,ſed quale quale,ut dicit Flor.in l.teſtimonium,nu.2.ff.de teſt.quod nota.

Teſtis

Teſtis minor uiginti annis in cau-
37 ſis crimi.* nō eſt idoneus teſtis ad probandū propter ætatē.ut in l.teſtimonium.ff.de teſti.Quod tamen fallit,quando aliæ probationes ha-
38 beri* non poſſunt, utpute ſi duo minores uiginti annis uidentes delictum,& alij non uidentes,ſed deponentes de aliquo,indicio remoto à maleficio,an in ſubſidium plenè probent.dic per Alber.in d.l.teſtimonium.qui tenet quòd ſic.Ioā. And.in titu.de teſte,in Specu.ſuper illo uerbo,item excipitur quòd eſt impubes.& in ca.forus,cum gloſſ. de uerbo.ſignifi Alexand.in conſil. xxiiij.ij.uol.incip. animaduerſis.iiij. colum.ubi tenet,quòd duæ fœminæ plenè probant,quādo aliæ probationes haberi nō poſſunt.ut Iaſ. in l.fin.C.de his quib.ut indig.nu.7. quia minus idonei teſtes in ſubſidium reputantur idonei.& Grammat.conſil.45.& 59.nu.12.ubi plura
39 accumulat.* Teſtes ſingulares quādo coniunguntur ad faciendā plenam probationē,dic ut per Bal.in rub.de cōtrouer.inueſtitu.& in authen.rogati,circa finem.C.de teſti. & idem uol.Deci.in c.licet cauſam. nume.16.uer.& hoc primo.de probat.Soci.in conſil.54.Blanc.in l.fin. de quæſtio.nu 369.fol.97.quod dic, ut per Iaſo.in l.gallus.§.ille caſus. nu.6.& 7.ff.de libe.& poſthu.quod ad faciendā plenam probationem opus eſt,ut in ſua ſpecie ſemiplenæ probationis unuſquiſq; ſit perfectus. Teſtes deponentes de ali-
40 quo facto,* ſeu delicto præſentibus Seio & Titio,& in fine ſuarū depoſitionum interrogati de præſentibus,dicant nullis alijs præſentibus:intelligitur ſemper exceptis, Titio & Seio.ita uoluit Alber.in l. ait prætor.§.iurati.ff.de iureiuran. Deci.in l.j.ff. ſi cer.peta.nu.15.Roma.in l.j.in princ.ff.de ope.no.nun. Specu.in tit.de noto.crimi.§.fama. uer.quid ſi etiam.Bal.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus hæredem.ff. de interrog.actio.Soci.in l.ait prætor.§.iurati.ut ſuprà,nume.10.& ibi Alex.Teſtes ſi deponunt falſum in
41 eo in quo* non conſiſtit ſubſtantia negocij.ſed in circunſtantiis,an uitietur eius dictum.dic ut per Iaſ.in l.ſi ex falſis.nume.10.C.de tranſac. Grammat.uoto 36.nu.7. Deci.in l. mutui.§.creditum.ff ſi cer.peta.nume.7.ubi dicit,quòd licet teſtes ſint
42 cōtrarij in quibuſdam* acceſſoriis, non uitiatur eorū dictū.alleg.Spe. in titu.de teſti.§.i.uer.item quid de ſuo.Ange.in cōſi.194.inci.uiſo proceſ.& conſil.272.incip.ex themate. col.vij.Bald.in l.de quibus.col.pen. ff.de legi.& in l.pen.circa finem.C. de tranſact.Iaſ.latè in l.ſi quis nec cauſam.nu.22.ff.de rebus cred.& de materia horum teſtiū,uide notabile conſilium Cepo.nu.60.per totū. Soci.in tracta.reg.nu.520.in uer.teſtis.Teſtis deponens falſum in cau
43 ſa criminali* debet ſubire illā pœnam,quam de iure pateretur accuſatus.text.ſing.in l.j.poſt principiū. in uerbo,qui ne falſum teſtimoniū. ff.ad l.Cor.de ſica.Bald.in c.i.§.iniuria.in ulti.col.de pace iura.firmā. idem Bal.in l.ij.C.de reb.cred.& in l.preſbyteri.ij.col.C.de epiſ.& cler.

& idem

& idẽ Bal.in l.data opera.10.col.C. qui accu.nõ poſ.Iaſ.ĩ l.& ſi legibus. nu.6.C.ſi cõtra ius uel publi.utilita-
44 tẽ. Teſtis deponẽs de ueritate,* & idẽ cum alio de fama inducit plenã probationem, ut uoluit Soci.in l. Gallus.§.ille caſus.nu.4.ff.de lib.& poſthu.Lud.Rom.in conſi.7.ubi dicit, quòd teſtes ſingulares in eorum depoſitionibus,& ſuper facto
45 *ſuper quo deponunt ratione ſingularitatis,cõiunguntur ad faciendam perfectã probationem.Cy.in l.ij.in iiij.q.princip.C.quæ ſit longa conſuetudo.Bal.in l.ſi ex cautione. C.de non nume.pecu.Salic.in l.teſtium,in fi.C.de teſtib.Aret.& moder.in ca.licet ex quadam.extrà de teſtib.Marſil.in ſua practi.crimi.§. diligenter, nume. 14.ſol.14.& nume.149.cogita,& uide prædicta in locis præalle.quia non reperies ali
46 bi ita declarata.* Teſtis mulier neq; in teſtamento neq; chirographo, neq; in cauſa criminali idonea eſſe poteſt, ut l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta.inſtitut.eo.titu.§.teſtes.& per Bal.ſingulariter in l.nec ſcripturas. C. qui po.in pig.hab.& Gand.in tracta.maleficiorum,in ti. de furtis,in fine.Ioan.de Ana.in ca. tanta labes.extrà de ſimo.Idem in conſi.17.nume.16.uer.faciat.ubi dicit,quòd cõmunis opinio eſt de iu. cano.ut in cauſa criminaliter mota non eſt idonea teſtis,ſecus de iu. ciuili.Grammat. conſi.45.nume.20. Alex.conſi.incip.circa primum,primo uolu. licet Imo.in d.§.mulier. teneat contrarium,& dicat ibi eam eſſe communem opinionem.Soci. in tract.regularum cũ fallentiis,nu-
47 me.511.* Dicit,quod hæc regula nõ habet locum in teſtamẽto facto ad pias cauſas,ut uoluit Paul.de Ca.in conſil.161.& in codicillis.ac etiã ad probandum teſtamentũ,ut latè per Alberic.in d.§.mulier.ubi diſputat hanc quæſtionẽ,eam examinando ad partes.Quæ quidẽ materia examinatur per Cepol.in conſi.60.per totum. Teſtes domeſtici & minus
48 idonei licet* nõ probent,attamen ad probandã innocentiam alicuius nõ excluduntur,ut ſingulariter dicit Ioan.de Ana.in cõſi.59 incip.uiſa inquiſitione.j.col.Alexã.in conſil.114.incipiẽ.uiſo themate.4.uolu. Marſil.in ſingu.ſuis,nu.59.incip.innocentibus.ſol.6. & 72.incipiẽ.ferè per totã Italiam. Teſtis omni ex-
49 ceptione maior,non * facit indiciũ ad torturam ſi eſt ſolus,niſi cõcurrant alia indicia,ut fama,cõtumacia, præcedens inimicitia , uel alia remota indicia.quod dic ut per Cy.in l.fi.C.de quæſtio.Iaſ.in repe. l.admonendi,nume.187. ff. de iureiuran.alleg.Alex.conſi.153.incipien. uiſo themate anteſcriptæ inquiſitionis,colum.ij.Marſi.in ſingu.ſuis nume.242.incipiẽ.quando teſtis omni exceptione maior,quod not. Teſtis omni exceptione maior nõ
50 rite* receptus,& examinatus in cauſis criminalibus,non facit indiciũ, ut notabiliter dicit Bald.in d.§.ſacramentum.uerſi.& unum ſcias.iij. colum.de conſu.recti feu.Barba.in conſi.11.incipiẽ.illud in medium.in antepenult.colum.iiij.uolu.Bald.in authen.ſed & ſi quis.in penul.colũ. C.de teſti.ubi dicit,quòd teſtis nõ ritè receptus non probat. Marſil.

hoc

hoc idem in ſing.ſuis.nu.342.incip. quando teſtis.fol.35. Teſtes falſos
51 producentes* ex l.municipali puniuntur in ducatis centũ,& ad alias pœnas,quidam produxit unum teſtem tantũ,an puniri debeat in ducatis 100.& ad alias pœnas.dic,ꝙ ſic.ut per Alberic.in l.ij.§.homines. ff.ui bono.rap.idem in tractatu ſta-
52 tuto.q.28.par.ij.fol.28. Fautores*& conſpiratores in delictis ſeu criminibus de iure repelluntur à teſtimonio,ut in c.licet heli.& c.per tuas.
53 extrà de ſimoni.* Quot teſtes reprobent teſtes,dic quòd unus per duos reprobatur:& duo per quatuor,ut in ca.cum Ioannes.de fide inſtru.Cyn.in l.in exercendis.C.de fide inſtru.Bal.conſi.492.5.uol.

INQVISITIONIS forma contra fractores confinium.

Hæc eſt quædam inquiſitio,titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit, & fieri intenditur per clariſsi.do. poteſtatẽ Paduæ,necnon per Spe. domi.iudi.maleficiorum ex eorum & cuiuſq; eorum arbitrio,poteſtate bailia atq; authoritate,contra & aduerſus Baldum de Carauagio.

IN eo,de eo,& ſuper eo,quòd dictus inquiſitus,qui eſt bãnitus de Padua,& agro Paduano,& per xv. miliaria ultra confinia per annos decem &c.cũ hoc,quòd ſi in termino dierum xv.proximè futurorum carceribus noſtris ſe præſentauerit,ut mittatur ad ſeruiendũ ſuper trimeribus Sfortiatis Illuſtriſsimi Domini &c.ut latiùs in ſententia: nondũ in termino ipſo ſe præſenta uit,ſed parũ timens ſtatuta,leges, & decreta cõtra huiuſmodi inobedientes,& fractores confinium per illuſtriſs.duc.dominium indies auſus fuit in dedecus regiminis, in ſcandalũ,ac malũ exemplũ bene uiuere cupientiũ ſuo temerario auſu,& banno ipſo nõ obſtante,animo forſan aliquid mali cõmittendi,uenire in hanc ciuitatẽ,& per eã ad ſui libitum uagari,nõ ſecus ac ſi non eſſet bãnitus,ubi ſuper tripudio,quod fiebat in domo Thomęi de Bruno, ſita in contrata ſanctæ Catherinæ per uicecomeſtibilem noſtrum,& in fortiis noſtris præſentatus,& non obſtãte lapſu temporis,de quo in ſentẽtia banni illi intimato,an uti uelit beneficio in ſententia limitato,& reſeruato, ut medio ſeruiendi per mẽſes xviij.ſuper triremibus Sfortiatis,ut ſuprà à banno ſuo ſe redimere ualeret per ſcripturam,per patrẽ illius productam.huiuſmodi beneficio uti uelle recuſauit,& ut latiùs in proceſſu cõtinetur. Super quibus omnibus,& ſingulis idem clariſsi.do. poteſtas procedere intendit,&c. Iſta materia deciditur per ſtatuta terrarũ,& per ll.& decreta illuſtriſsimi,& excellentiſsimi concilij decimi, anni 1521. 30. Auguſti, & 1503. 21.Iulij,& ideo nota & obſerua.

FORMA INQVISITIOnis pro inſultu & uulneribus.

Hæc eſt quædã inquiſitio,titulus ſeu forma inquiſitionis,quæ fit & fieri intẽditur per magnificũ & clariſsimũ do.poteſtatẽ Taruiſij, necnon per ſpecta eius do.iudi.malefi cio.ex eorum & cuiuſq; eorum &c. necnõ ad querelã,& denuntiã Vicecom

eecommilitonis, &c. contra & aduerſus Sempronium filium Accurſii Florentini, & alio loco, & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſup eo, &c. Quòd præfatus Sempronius inquiſitus non contentus multis inſolentiis, hactenus per eũ tam de die, quàm de nocte temerariè commiſsis, in hac ciuitate cum multis aliis ſuis complicibus, fautoribus ad numerũ uiginti, loco & tempore propalãdis in uilipendiũ regiminis, quòd in die dominico. 16. Ianuarii proxime exacti, idem Sẽpronius, & complices armati diuerſis armorũ generibus de ſocietate etiam aliorũ, loco, & tẽpore propalandorũ, auſi fuerunt circa horas quinque in ſex noctis eiuſdẽ diei accedere ad domũ Dominici Cararii huius ciuitatis, in qua priuatim agebantur choreæ, & ui ac uiolentia prædictã domũ ingredi nitebãtur cõtra uoluntatẽ prædicti Dominici, conantes omnino iidẽ inquiſiti oſtiũ prædictæ domus in terram deiicere: quæ niſi intus munita & fortificata fuiſſet, illã proculdubio in terrã deieciſſent, acclamãtes, & dicẽtes auerzeti becchi fotui caſtronazzi, che ſe ui trouueremo uia de qui ui uolemo pelar la barba, & cauarui el cuor: & non contenti de predicto inſultu, ſed perſeuerantes in eorum malo propoſito, uolentes omnino præcedentes minas executioni demandare, in die lunæ 17. eiuſdẽ mẽſis, dicti inquiſiti euntes in ſectam per hanc ciuitatẽ, quæritantes præfatos artifices animo omnino eos offendẽdi, & cùm obuiã habuiſſent Franciſcũ Cararium nepotẽ eiuſdẽ Dominici, ei dixerũt, eſtu de quelli del filo del predito Domenego? Qui cùm eis reſpõdiſſet, ꝙ ſic, tunc unus ex dictis inquiſitis ſine aliis uerbis cum uanto de maleis alapã dedit dicto Frãciſco, & in cõtinẽti dimiſſo pallio enſéq; euaginato cœpit admenare plures ictus ad perſonã eiuſdem Franciſci: qui cùm ſaluti ſuæ aliter prouidere nõ poſſet, fugã arripuit in domũ cuiuſdã cerdonis ibidẽ propinquã. Interiecto autẽ tẽpore cùm ſe reduxiſſet ſuper ſacrato eccleſiæ cathedralis del domo, tanquã in loco tuto, & ſecuro, dictus Sẽpronius hoc animaduertens, de ſocietate aliorũ loco & tẽpore propalandorũ acceſsit ad dictum locũ, & non obſtante, ꝙ præfatus Franciſcus eſſet ſuper ſacrato eiuſdẽ eccleſiæ, idẽ inquiſitus nullo habito reſpectu loci barbã manu ſiniſtra apprehendit, & dextram nudato pugione, quem ad latus habebat, furibundè poſuit ad pectus ipſius Frãciſci, tirãdolo per la barba, & dicendoli bechi futui ne uoglio ſquartar tutti. aſsiſtẽtibus tũc, & auxiliũ, & fauorẽ dãtibus pręfatis cõplicibus, & fautoribus ipſi Sempronio. qui oẽs inquiſiti non contenti prædictis, ſed uolentes omnino eorum diabolicũ, & pręmeditatum propoſitũ executioni demandare, ita armati, & in ſecta uagãtes per laſciuiã ſuper cõtrata prædicti Dominici animo & firmo propoſito de eum offendendo, qui cũ pluries exploraſſent Ioannẽ Cararium eiuſdẽ Franciſci nepotem eſſe ſub porticu liberalis pinaldelo, impe-

M tueſè

tuoſè unanimes irruerunt in eum: qui ſaluti ſuæ conſulens in domum Lucæ fabri ferrarii ſe contulit inſequentibus prædictis inquiſitis: qui cum diu illũ perquiſiuiſſent, & nullatenus habere potuiſſent, inde receſſerũt. & pauló pôſt prædicti oẽs inquiſiti impulſi diabolico ſpiritu, cùm inueniſſent Dominicũ Caratiũ cum duobus aliis, in eum impetũ fecerũt, & irruerũt, duóſq; eorũ percuſſerunt, & plures ictus & percuſsiones intulerunt præfato Dominico tam ad uiam capitis, quàm in dorſo, & brachiis, ibi ſemiuiuo relicto, aſsiſtẽtibus ſemper præfato Sempronio, & complicibus multis aliis, fauorẽ, auxiliũ, & opem cooperatiuum præſtantibus, & dicẽtibus ammazza ammazza. Cõmittentes præfati inquiſiti dictũ exceſſum, & inſultũ ſciẽter, doloſè & appenſatè contra Deũ, ius & iuſtitiã, & in uilipendiũ regiminis ac pacifici ſtatus, contra regulam, & normã benè uiuendi, & in malum exemplum aliorum bene uiuere cupientiũ. Super quibus omnibus, & ſingulis, annexis, cõnexis, depẽdẽtibus, & emergentibus idẽ clariſsimus domi. poteſtas, & dictus domi. iudex procedere, & inquirere intẽdunt, & contra prẹfatum Sempronium, & alios culpabiles repertos punire & condemnare ſecundum formam iuris & ſtatutorũ Taruiſii, prout iuri & iuſtitiæ conuenire uidebitur.

INQVISITIO PRO inſultu & uulneribus.

Hæc eſt quædam inquiſitio, titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit, & fieri intenditur per magnificũ dom. poteſtatẽ Citadellæ, &c. cõtra Antonium dictum Dageta, & alios loco & tempore propalandos.

IN eo, de eo, & ſuper eo, Quòd dum præſenti mane circiter horam 14. cum dimidia prædictus inquiſitus eſſet de ſocietate nõnullorũ, loco, & tẽpore propalãdorũ, & iret uagãdo per ciuitatẽ trãſitúmq; faceret per plateam, deueniſſẽtque penes angulũ domus illorũ de reſana, inquiſitus ipſe non contẽtus de alio graui uulnere illato perſonæ Andreæ de Variſcis, ſed uolens omnino, & illũ & fratrẽ interficere, adductis ſecum aliis duobus accuſatis, cõplicibus, fautoribus, & conſpiratoribus, explorato prius ipſum Andream euntem de ſocietate fratris uerſus contratã ſanctæ Mariæ, dedita opera, atq; ſtudioſè illis obuiam proceſſerunt, nullíſque dictis illico omnes prædicti inclinatis eorũ armis maximo impetu & rabie irruerũt in prædictos fratres, clamantes ammazza ammazza. in quibus continuis admonitionibus idem Andreas uulneratus remanſit tribus uulneribus letalibus, uno in capite, & duobus in crure ſiniſtro cum inciſione carnis, neruorũ, muſculorũ, ac ligamẽtorũ, & niſi ſummo ſtudio prædicti fratres ictus in ſe factos repercuſsiſſent, & fuga ſaluti ſuæ conſuluiſſent, utique ipſi interfecti, & malè tractati fuiſſent. Cõmittentes prædicti inquiſiti dictum exceſſum ſcienter, doloſè, atque data opera contra Deum, ius & iuſtitiam, & in uilipendium regiminis. Super quibus omnibus, & ſingulis, idem clariſsimus domi. poteſtas

poteſtas procedere intendit.&c.

SVMMARIVM.

1 Intereſt reipubl. delicta puniri.

2 Delicta in aliquibus caſibus, an punienda minime ſint.

3 Inſultus quomodo diffiniatur.

4 Inſultus, & aſſultatus quomodo inter ſe differant.

5 Faciens inſultum cum armis, licet ad arma manus non poſuerit, an de inſultu cum armis puniendus ſit.

6 Percuſſio facta ſeu illata uno ictu in manu, & ad uiam capitis, an una uel duplici pœna puniri debeat.

7 Statuta imponentia pœnam alicui percutienti in platea, an ſe extendant in confinibus plateæ.

8 Inſultum faciens ad domum, an ad porticum adhærentem domui ſe extendat.

9 Percutiens aliquem in confinibus platea, an eadem pœna puniendus ſit, ac ſi in platea percuſſiſſet ſtante ſtatuto.

10 Vulnerans aliquem animo occidendi, non tamen interfecit, an pœna homicidij puniendus ſit.

11 Voluntas & actus perfectus in delicto, an pro facto reputentur.

12 Statutum puniens percutientem aliquem in domo, an habeat locũ in eo, qui proiicit gladium contra aliquem exiſtentem in domo.

13 A uerbis ſtatutorum nullatenus eſt recedendum.

14 Statur depoſitionibus medicorum affirmantium cum iuramento uulneratum obiiſſe ex alia cauſa, quàm ex uulneribus illatis.

15 Vulnera illata per Sempronium Titio morienti propter coitum, uel malam cuſtodiam, an de homicidio puniri debeat.

16 Quomodo intelligatur eſſe aliquid factum ad neceſſariam defenſam, uel tutelam ſui corporis. 17. 18.

19 Inſultus factus per Accurſiũ cũ aliis ſociis, ignorantibus animum illius ad perſonam inimici ſui, an cõtra ſocios procedi debeat.

20 Quomodo quis dicatur particeps, ſciens, uel auxiliũ præbens in delictis.

21 Vulnera illata à pluribus in perſonã Titij, qui illico mortuus eſt, aggreſſores uolunt probare Titium eſſe mortuum ex alia cauſa, nunquid audiendi ſint.

22 Peritis in arte ſua ſemper eſt credendum.

23 Titius percuſſus à pluribus, & interfectus, aggreſſor uult conſtare cuius ictu mortuus ſit, an alij ſocij de homicidio puniendi ſunt.

24 Percutientes aliquem pluribus percuſſionibus uno impetu, an percuſſores condemnari debeant ex una, an ex pluribus percuſſionibus.

25 Secta, & coadunatio hominum quomodo facta eſſe intelligatur.

26 Sempronius Titium uulnerauit, ex ſucceſſu temporis propter febrem Titius mortuus eſt, nunquid Sempro. de morte puniendus ſit.

27 Medicorum iudicio ſemper eſt ſtandum, cùm debito ordine & canonicè proceſſerint. 28.

29 Aggreſſus an aggreſſorem interficere poſſit pro defenſiõe bonorũ ſuorũ.

30 Stante ſtatuto, quòd qui debilitauerit hominem pœna librarum centum puniatur, ſi quis aliquem debilitauerit in digito, an in pœnam ſtatuti incidat.

31 Inquiſitione formata contra Titium de uulnere illato in Marſi. qui paulò pòſt obiit, nunquid ex ea ſequi poſſit

condemnatio, an alia formanda ſit.

33 *Appellatione iniuriarum an ueniat offenſa.33.*

34 *Offenſa illata alicui in diſtrictu Paduano, an ueniat in ſtatuto loquente de offenſa facta in ciuitate Paduæ, ſtante ſtatuto.*

35 *Pugnus an comprehendatur ſub dictione uulnerum, ſtatuto diſponente de uulneribus.*

36 *Pœna ſoluenda per aliquem, an eo mortuo hæredes illã ſoluere teneãtur.*

37 *Sub nomine & uerbo condemno, an ueniat mulcta.*

38 *Banniti iuſte, uel iniuſte, an poſſint impune offendi.*

1 INtereſt Reipub.* delicta puniri. uulgata l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquiliã. c. ut famæ. de ſenten. excõ. & ideo omnis qui deliquit, debita pœna eſt puniendus, iuribus uulga
2 ribus, fallit in caſibus * à iure communi deciſis, ut Boniſa. in rubri. de inſultu, & percuſ. in princ. in rub de perſonis, quæ poſſunt ſine offenſa puniri. ut in titulo de inſultu. nu. 48. & in caſibus à ſtatuto permiſsis & conceſsis. & quia de pluribus in præſenti materia inſultus quærendum eſt: ideo antequã ad quæſtiones & dubia deueniat, primò quæ-
3 rendũ eſt* quid ſit inſultus: ubi dic, quòd eſt contra alium impetuoſus aggreſſus: unde inſultare eſt ira, & impetuoſo animo in aliũ irruere, animo offendendi. Cor. conſi. 107. nu. g & h. in j. uolu. ut uoluit Barto. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœniſ. Fran. Aretius cõſi. 33. col. fi. Ang. Are. in tract. maleficiorum, in uer. fecit inſultum. in princip. & ibi Ang. alleg. Gand. in rub. de pœna imponenda pluribus delinquentibus. ubi uidetur conſtituere diffe
4 rentiam inter inſultum * & aſſaltũ. & inſultare proprie eſt, qui alium prouocat, & ſe promouet de loco ad locũ, facit l. ij. de ſica. quod intellige pro ſtatutis diſponentibus de inſultu, ut dic. Bar. & Flo. in l. j. §. cum arietes. nu. 5. ff. ſi quad. paup. feciſſe dicatur. Bal. conſi. 287. num. 2. 3. uolu. apud quem omnia latius per te uide in locis præalleg. Et primò. Statuto cautũ eſt, quòd ſi aliquis fecerit inſultũ cum armis, puniatur in
5 lib. centum * Quidã habens arma ad latus, puta enſem, pugionem, uel piſtorienſem, facit inſultum contra aliquem, nõ tamen arma euaginando, nunquid punietur de inſultu cũ armis? Reſponde quòd ſic, ut uoluit Barto. in l. idem eſt. uerſi. qui armat. ff. de ui & ui arma. Albe. idẽ tenet in quæſtione ſtatutorum, in ſecunda parte, quęſt. 36. Boniſa. in titu. de inſultu, in princi. nu. 3. Sed ſi quis percuſſerit Titiũ uno ictu in capite, &
6 in manu, * quæritur an unica uel duplici pœna puniri debeat. Cõcluſio eſt quòd unica tantum pœna puniri debeat propter unicũ actum, ex quo uno impetu uulnus intulit, ut uoluit Alber. in ſecũda parte, quæſtio. 30. dicẽs iſtam quæſtionẽ aliàs fuiſſe diſputatam per Iacobum de bel. ui. in quęſtionibus ſuis. 318. in li. magno quæſt. diſputa. alleg. pro & contra, ubi per te uidere poteris argumenta ad partes. & Bald. conſil. 433. nu. 1. 5. uolu. & quid de morſicatura facta cum dẽtibus, uide Bald. conſi. 160. nu. 1. in 4. uol. & Alexã. in apoſtil. ad Bart. in l. idem. §. armati. ff. de

ff.de ui & ui arma.Pone quòd per
ſtatutum imponatur pœna librarū
100. alicui percutienti in platea.
7 *aliquis percuſsit Titiū in confini-
bus plateæ, quæritur an puniatur
eadē pœna.dic ꝙ ſic,ut per Albe.in
tracta.ſtatutorum,in 2.par.q.30.al-
lega.l.præſenti.§.j.C.de his qui ad
eccle.confu.l.prędiis. in fi.ff.de le.3.
Dicens quòd ſi quis fecerit inſultū
8 ad domū,* quòd eadē pœna tene
bitur ille,qui ad porticum adhęren
tem domui inſultum fecerit,ut uo-
luit Gand.in tit.de percuſ.& inſul.
uer.itē pone,quòd aliquis aliquem
percuſsit.Spe.de iniuriis.§.j.uerſic.
ſed pone, quòd in ſtatuto.Boniſa.
in titu.de inſultu,in princ.uerſi.ſed
quid ſi ordinatum eſt.nu.4.& idem
Alberi.in ij.parte ſtatutorum.q.35.
tenet quòd ſi quis fecerit inſultum
9 in confinibus plateæ* quòd ea-
dem pœna puniatur,ac ſi percuſsiſ-
ſet in platea.Et idem in dicto trac.
in ij.par.quæſt.203.inci.ſtatuto Ber
gomi.Item quid ſi Titius inſultum
10 fecit contra Sempronium,*& cum
gladio percuſsit & uulnerauit ani-
mo occidendi,non tamen occidit,
nunquid de homicidio puniendus
ſit.dic quòd iuris rigore punitur
pœna ordinaria, ut in l.j.§.diuus.
ibi,ſi uulnerauerit ut occidat pro
homicida damnandus eſt.ff. de ſi-
car.l.aut facta.§.euentus.ff.de pœ-
nis.l.ſi is qui cum telo.C.de ſicar.
nam uoluntas, & actus pro facto
reputātur.hodie tamen ſecundum
cōſuetudinem,& formam ſtatuto-
rum punitur pœna extraordinaria
arbitrio iudicantis,ut uoluit Boni-
facius in titu.de inſultu.num.15.fol.
189.Alex.conſil.15.1.uolumi. Carre.
in ſua pract.§.homicidij.nu.8.fo.58.
Gramma.conſil.36.nu.12.& uoto 8.
nu.19.& 21.Marſi.cōſil.7. Quæritur
ſi ex forma ſtatuti cautū ſit,quòd ſi
quis percuſſerit aliquem in domo
12 ſua,an puniaī pœna lib.100.* & dū
aliquis eſſet in uia, proiecit gla-
dium,uel alia arma contra aliquem
exiſtentem in domo ſua,& eū per-
cuſsit & uulnerauit,quęritur an pœ
na dictarum lib.100.puniendus ſit:
dic quòd non,quia ſemper inſpici-
tur initium,& non finis delicti,ut
uoluit Alex.in cōſi.74.col.2.uerſic.
quod ad aliud.in 3.uol.& ratio eſt,
quia percuſſus non erat in domo
percuſſoris,ut ſonare uidētur uer-
13 ba dicti ſtatuti,à quibus nullatenus
eſt recedendū.ut l.non aliter.ff.de
legatis iij. l.j.§. ergo.ff. de exerci.
acti.Item quæritur ſi Sempronius
uulnerauit Titium,& ipſe ſua culpa
14 uel propter coitū,* uel aliam cau-
ſam,uel malā cuſtodiam, uel quia
non faciebat ſe mederi,quod ſi fe-
ciſſet conualuiſſet,nunc uerò mor-
tuus eſt,nūquid Sempronius con-
dēnabitur de homicidio?dic quòd
non,ut in cap.tua nos.extra,de ho
micidio.nā damnū, quod quis ſua
culpa ſentit,ſibi imputatur,ut l.dā-
num.ff. de regu. iur. Idem Pet.de
15 Anca.in conſi.283.col.ij.* ubi dicit,
quòd ſufficit dictum unius medici
atteſtantis cum iuramento,uulne-
ratū deceſsiſſe ex alia cauſa, quàm
ex uulnere.& idem Boniſ.in tit.de
inſultu & percuſſ.nu.13.& nu.31.ubi
latè ibi per eum.Bal.in conſi.328.in
2.uolu.uide Marſi.in l.j.§.diuus.nu.
32.ff.de ſica.Item, ſi quis irato ani-

mo inclinatis armis inſultum facit
16 cõtra te,* & tu uereris ne te uulneret aut occidat, ad tutelam tui corporis eũ percutis, uel occidis, quæritur an tu tenearis de uulnerato,
17 aut occiſo. dic ꝙ non: ratio, * quia quicquid ad tutelam ſui corporis quis facit, iuſtè facere uidetur, ut doc. in l. ut uim. & ibi Iaſ. & Decius. ff. de iuſt. & iur. Feli. & Bal. in c. ſignificaſti. de homicid. c. ſi uero. de ſenten. excom. Franci. Aret. in cõſil. 34. col. 2. Ang. in l. qui aggreſſorẽ. C. ad l. Corn. de ſica. Bart. in l. j. §. cũ arie-
18 tes. ff. ſi quad. paupe. feciſ. dica. * & quãdo qs dicatur facere ad tutelã, & defenſionem ſui, uide Bart. in l. j. §. diuus. ff. de ſica. & ibi Mar. ff. ad l. Cor. de ſica. Boniſa. in titu. de inſul. & percuſſ. nu. 9. latè Floren. in l. ſcientiam. §. qui cũ aliter. ff. ad legẽ Aquil. Et Socin. in l. j. nu. 17. col. 3. ff. ſi cer. pet. cum infinitis uulgaribus. Cepol. in conſi. 28. incipi. in Chriſti nomine. fol. 34. nu. 25. & in prouocato ad delictum ſemper pœna mitigari debet. Abb. in c. j. col. prima. uerſi. puto tamẽ. de iniur. Decius in d. l. ut uim. nume. ij. fi. de iuſti. & iur. Quidam Accurſius cum aliis ſociis ignorantibus intentionẽ illius, quẽ
19 aſſociabãt, * inſultũ fecit, percuſsit, & occidit inimicũ ſuũ, iſte homicida cum prædictis ſociis fuit captus, quæritur quid iuris de ſociis prædictis. dico, & reſpõdeo, quòd quantum ad homicidã, pœna ordinaria eſt puniendus, uulgata l. j. §. & q hominẽ. ff. de ſicar. l. qua actiõe. §. occiſum. ff. ad l. Aquil. Sed ſi ſocij non
20 * fuerũt participes nec ſciẽtes, uel auxiliũ dantes, dico quòd non tenentur, nec puniuntur: quia deceptis, & non decipiẽtibus iura ſubueniunt. ſed ſi cõſtaret quòd auxiliũ dediſſent cooperãdo ad maleficiũ committendũ, & ſcienter aſſociaſſent, tunc pro tali ope, & auxilio mitiori pœna arbitrio iudicantis puniendi eſſent, ut uoluit Boniſa. in rubrica, de * inſultu & percuſ. nu. 38. Cepo. in cõſil. 34. fol. 44. nu. 20. ibi, ſed quomodo. idẽ cõſi. 27. & conſil. primo. Blanc. in l. fin. nu. 201. fol. 54. Carre. in ſua practica. §. iiij. nu. 2. 3. 4. fol. 76. quæ ſcientia utiq; probanda eſt, ut Bald. in l. quicunque C. de ſeruis fugi. Barto. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & dicunt doct. prædicti in locis ſupradictis. Sed ſi Titius fuit à pluribus uulneratus
21 * & percuſſus pluribus uulneribus, & dicatur, quòd ex uulnere Alberti mortuus eſt, ipſe uult probare ꝙ intulit uulnus in tali parte corporis, ex quo mori nõ potuiſſet, ſed quòd alius intulerit uulnus mortale, & in ea parte corporis illud tale uulnus illatũ, fuit mortale, nũquid ſit audiẽdus. dico, ꝙ ſic, ut eſt tex. in l. ita uulneratus. §. fi. ff. ad l. Aquil. & ibi Flo. l. j. §. ſi quis ultro. uer. ibi de innocentia ſua. ff. de quæſt. & maxime ſi talis probatio fieret per teſtes, uel
22 medicos peritos, quibus * propter experientiam artis ſuæ credendum eſt, ut in l. ſeptimo menſe. & ibi Bal. ff. de ſtatu homi. c. ſignificaſti. extra de homici. Gram. conſil. 49. nu. 3. & uoto 24. Hoſtien. in c. cõſtitutũ. 50. diſtinctione. l. ſemel. ff. de re mili. cũ infini. uulga. Si idem Titius à pluribus percuſſus fuit, & Ant. legitime
23 cõſtare uellet * cuius ictu mortuus eſſet

eſſet,tunc puto,quòd ille ſolus de homicidio puniretur: alij uero de inſultu & uulnerato.ex quo nõ apparet de intentione eorundem uolentium occidere,ut in l.fi.ff.de ſica.& in l.ſi is qui cũ telo.C.de ſica. Bonifa.in tract.de malefi.in rub.de inſul.numnro.30.uerſi.ſi uero in rixa. Duo fratres uidentes inimicos
24 ſuos * tranſire eorum domum,inſurrexerunt in eos,& illis in terram deiectis,cum manibus & pedibus fortiter percuſſerunt, iſti percuſsi accuſant percuſſores,inſtãtes iſtos puniri ex forma ſtatutorũ loquentium de percuſsionibus, quæritur an iſti percutientes bis aut ſemel condemnari debeant.dic ut per Albe.diſputantẽ iſtam quęſtionem ad partes in tractatu ſtatutorũ in ſe-
25 cunda parte.q.32.* ubi conſiderat, quãdo plures ſe inuicẽ coadunãt, quod facit ad multa indies occurrentia.nam proprie collecti dicuntur,quãdo ad hoc principaliter ſunt uocati,& collecti,utputa ſi quis faceret teſtamentum cõuocatis teſtibus, tunc dicitur,quòd conuocati proprie dicuntur,quando ad illum effectum ex propoſito ſunt uocati, alleg.l.hæredes palã.§.in teſtamentis.ff.de teſt.& ſic in materia ſectæ, & monopolij,quod cõuocatis hominibus intelligitur,quãdo ex propoſito,& ſtudioſe ſunt coadunati, ut ibi per eũ.Bar.in l.prætor.§.hoc edicto,el ſecundo.ff.ui bono.rap. Sempronius uulnerauit Titiũ non
26 mortifere,* ex ſucceſſu temporis ſuperuenit febris, & mortuus eſt, nunquid Sempronius de morte puniendus ſit. Gand.in tract.de maleficiis,in rub.de homicidio,circa finem.nu.23.diſputauit iſtã quæſtionem,& quærit an percuſſor teneatur de uulnere tantũ, an de occiſo. Alb.in trac.ſuprà alleg.ſecũda par-
27 te,quæſtiõe 36.dicit,* quòd ſuper hoc ſtandũ eſt iudicio medicorũ,& quòd ita in facto obtinuit.alleg.ea quæ dixit in l.huic ſcripturæ. §.j.ff. ad l.Aquil.& maximè ſi uulneratus poſt uulnus illatũ uiuat lõgo interuallo,ut poſt octo mẽſes,non præſumitur deceſsiſſe ex uulnere illato ſed aliter:ut c.ij.cũ ibi not.extra de cler.percuſ. quæ omnia uide apud Cepol.in cõſi.61.fol.70.per totum, ubi multa cõſiderat.Et primo depoſitio medicorũ.Secũdo,ſi febris ſuperuenit die tertia,poſt illatũ uulnus, Tertio,ſi medici in ipſa cura
28 circa * dictũ uulnus ꝓceſſerint debito ordine & canonicè.Quarto,ſi percuſſus non peccauerit in ſex rebus nõ naturalibus,quæ omnia uide & conſidera. Quæritur ulterius an aggreſſus poſsit impunè aggreſſorem interficere pro rerũ ſuarum
29 * & perſonæ defenſione.dic ꝙ ſic, quando aggreſſus eſt cõſtitutus in periculo,& diſcrimine uitæ ſuæ, ut in l.ſi quis percuſſorem.& l.is qui aggreſſorẽ.C. ad l.Cor.de ſicar.& in l.ſcientiã.§.qui cum aliter.ff.ad l. Aquil.quæ quidẽ opinio etiam de iure cano. cõprobatur,ut in cap.ſi furioſus.de homici.in clemen.glo. j.in c.ſuſcipimus. de homicidio. in uerbo,ligauerũt.Cepol.in cõſi.44. per totum.& in l.ſed & ſi quæcunque.ff.ad l.Aquiliam. Flor. Rapha. Fulg.in l.j.C.unde ui.Titius debilitauit Sẽpro.in digito ſiniſtro cum

30 fractura oſsis* & digitũ ipſum peni
tus debilitauit: quæritur an Titius
prædictus teneatur pœna ſtatuti,
prouidentis qui hominem debilita
uerit in aliquo membro. dic ꝙ nõ,
quia digitus non eſt membrum,ſed
membri pars,& officium, ut dicit
Barto.& Imo.in l.ij.ff.de public.iu-
dic.Bald.in c.j.de noua for. fidel.in
uſib.feud.& in auth.ſed nouo iure.
C. de ſer.fug. & Alber. de Roſa.in
trac.ſtatuto.ij.parte q.25.& pulchrè
per Fel.in c.cum illorum. in uer.&
utrum digitus.de ſententia excom-
municatio. Formata fuit inquiſitio
contra Titium de uulnere illato in
31 perſonam Sempronii,*& dum for-
maretur proceſſus ſuper dictis uul-
neribus,& facta proclamatione cõ
tra Titium, Sempronius uulnera-
tus moritur,quæritur an ex eadem
inſtantia ſequi poſsit condemnatio
contra Titium de occiſo.dic ut la-
tè per Alber.de Roſa.in ij.parte ſta-
tu.q.46.incip.item quæro cõtinuã-
do.qui examinat hãc quæſtionem.
& conclude,quòd neceſſarium eſt
formare nouam inquiſitionem de
morte,& ita communiter practica-
tur.Statuto cautum eſt,quòd offen
ſa illata alicui ad præſentiam clariſ.
32 domi. poteſtat.* puniatur arbitrio
ſuæ magnificentiæ.quidam in præ-
ſentia poteſtatis dixit alicui multa
uerba iniurioſa, an incurrerit talis
in pœnam ſtatuti?dic quòd ſic,ut di
cit Alb.in trac.ſtatuto.in ij.parte.q.
173.ubi dicit,quòd uerba iniurioſa
33 *continentur ſub dictione offenſa.
& idem in l.cũ te.C.de inoſ.teſt.&
l.in ipſius.C.fa.her.& in ſuo alpha-
beto in dictione offendens. Ali-
quis offendit aliquem in ciuitate
34 Paduæ ubi uiget* ſtatutũ,quòd qui
percuſſerit aliquem in ciuitate Pa-
duę,puniatur libris 200 paruorum.
& ſimiliter eundem offendit in di-
ſtrictu Paduano,quæritur an puniẽ
dus ſit ex forma dicti ſtatuti.dic ꝙ
ſic,ut Alberi.in l.ij.ff. de uerb.ſign.
l.iij.de ſuppelle.leg.tex.expreſſus.in
c.ſi ciuitas. de ſenten. excom.& ibi
Fel.& Bal.& idem Albe.in trac.ſta-
tuto.ij.parte qõ. 215. Statuto caue
tur, quòd qui uerberauit aliquem
35 puniatur in decem.*quidã percuſ-
ſit Sempronium cum pugno,quæ-
ritur an iſte talis puniendus ſit pœ-
na ſtatuti.dic quòd non, ut inſtitu.
de iniur.§.ſeruis. nam magis dici-
tur percuti quàm uerberari,ut in l.
ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi mulier.ff.ad leg.
Aqui.Albe.in trac.ſtatuto.in ij.par-
te.q.230.incip.pone ſtatuto. Quidã
36 accuſatus de maleficio * & procla-
matus non comparuit in termino,
& poſitus fuit in bãno ea cõditio-
ne,ꝙ à bãno prædicto poſsit ſe li-
berare ſoluẽdo libras 100.iſte ban-
nitus deceſsit,quęritur an dictę li-
brę exigi poſsint ab hęredibus iſti*
bãniti.dic quod Iac.Belui & Bal.in
l.ex iudiciorũ.ff.de accu.diſtinguũt,
quòd aut dictũ eſt in banno,quòd
iſte talis nõ poſsit exire à bãno,ni-
ſi ſoluat 100.& tunc dicunt hęredes
nõ teneri.per l.ſi quis ſub cõditio-
37 ne.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.*Si uero
dictum eſſet condemno, uel mul-
to dictum talẽ in lib.100. dicũt hæ-
redes teneri.alleg.l.j.uer.cæterum.
ff.ſi quis ius dicẽ.nõ obtẽp.& Alb.
in l.j.§.fi.C.ex delic.defunc.& idem
Albe.in trac. ſtatuto.in 4.par.q.25.
Qui-

Quidam ex morte Titii fuit iniuſtè
38 *& nõ ritè bãnitus,& deſcriptis in
libris bãnitorũ Sẽpronius in loco
prohibito,& infra cõfinia ſui ban-
ni dictũ bãnitum interfecit.Quęri-
tur an Sempronius ſit excuſatus,&
cõtra eũ per poteſtatẽ poſsit pro-
cedi,dic quòd contra eũ modo ali-
quo non poteſt procedi,ut per Al-
be.in l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de in-
terrog.act.& in l.penul.ff.de adult.
& idẽ Alb.in trac.ſtatu.in 4.par.q.
30.& q.75.incip.exiſtente poteſtate
ciuitatis Piſtorii:& ex prædictis poſ
ſunt ſolui omnes quæſtiones,qui-
bus quęritur,an bãniti iuſtè,uel in-
iuſtè poſsint impunè offendi.Et ob
id aduerte, quòd bannitus poteſt
impunè interfici, quando eſt ban-
nitus ex delicto,ꝓ quo pœna mor-
tis imponitur,ut eleganter conſu-
luit Cep.conſi.5.nu.12.Albe.in trac.
ſtatuto.4.parte.q.18.

FORMA RELAxetur.

Relaxẽtur contraſcripti Titius,&
Sempronius ex carceribus pro nũc
ſtante purgatione indiciorum,quò
uero ad reliquos pro nunc nihil di-
cimus.

INQVISITIO PRO inſultu & blaſphemia.

Hæc eſt quædã inquiſitio,titulus
ſeu forma inquiſitionis, quæ fit &
fieri intẽditur per magnificũ & cla-
riſs.domi.poteſta. Paduæ, nec non
per ſpe.do.iudicẽ maleficiorum ex
eorum & cuiuſq; eorũ poteſtate,ar
bitrio,atq; bailia,necnon ad quere
lam Accurſii Florentini commilito
nis,contra & aduerſus Titiũ & Sẽ-
pronium,fratres, filios Q.Thomei
de Glaura,& alios,loco & tempo-
re propalandos.

IN eo,de eo,&c. Quòd in nocte
uigiliæ ſanctæ Catherinæ ꝓximè
præteritæ,die 25.Nouemb.dũ iuſſu
clariſs. domi. poteſtatis, & capita-
nei, comeſtabilis prædictus, ſum-
ptis ſecum ſeptem ex officialibus
uagaretur per ciuitatem obuiandi
cauſa,ne cõtra formam proclama-
tionũ ferantur arma,& cõmittãtur
ſcandala,prout fieri cõſuetum eſt,
& cum fuit in cõtrata ſancti Firmi,
reperit ibi in uia publica nõnullos
ad numerũ quinq;,& dũ pro exer-
cendo officium ſuum perquiſiuiſſet
unũ ex illis ſub cappa,an haberet
arma,nec ne,ille hoc ęgre ferẽs di-
xit,io ſon Gentilhomo,ne ſon ho-
mo da cercar, & de queſto me ne
reſentiro,ſe doueria pur hauer qual
che reſpeto a gentilhomeni. Exin-
de receſsit,& ꝓcedẽdo ad exequẽ-
dum officiũ ſuũ,cùm deueniſſet ad
plateã ſancti Leonardi reperit, ibi
quàmplures armatos ad numerum
octo,armis haſtatis,enſibus & rotel
lis,quos ipſe comeſtabilis requiſi-
uit,cur ita incederẽt armati,qui re-
ſpõderũt,che ne haſtu a far de que-
ſto:tunc parte eiuſdẽ clariſs.do.po
teſtatis & capitanei petiit ab eis ar
ma ſibi dari,& unus ex ipſis extunc
dixit,Putana de Dio me cognoſci-
ſtu ſon quello,che poco auanti me
cercaui.& his prolatis uerbis om-
nes prædicti unanimes cœperunt
in ipſum comeſtabilẽ,& officiales
admenare cum dictis eorũ armis,
adeò, ꝙ niſi ex totis uiribus ſeſe
defendiſſent,ictus in ſe factos re-
percutiẽdo,fuiſſent ab eis multum

malè tractati,& forſan aliqui eorũ interfecti eſſent,quare conſtito de pręmiſsis petit,& inſtat ſup hoc inquiri,& ꝓcedi ad hoc ut poſsit ſuũ exercere officium,& procurare ne ſcãdala cõmittantur in ciuitate,ſicuti illuſtriſsimi duc.do.intẽtionis eſt, & culpabiles repertos punire,& ut latius in denũcia ipſa legitur,& cõtinetur:cõmittentes prædicta omnia cõtra Deum,ius & iuſtitiã,in uilipendium regiminis,& cõtra formam partiũ,& legũ ſubinde diſponẽtium.Super quibus omnibus,& ſingulis &c. annexis & cõnexis,& dependẽtibus,& emergẽtibus idẽ clariſ.do.poteſtas procedere,& inquirere intendit,tam pro inſultu, quàm delatione armorũ,ac de blaſphemia,& ipſos culpabiles repertos punire & condemnare ſecundum formam iuris,& ſtatutorum.

FORMA RELAXETUR pro nunc alio modo.

MAgnificus & clariſs. domi.poteſtas, & capitaneus cũ ſua ſapiẽtiſsima curia,uiſo toto pręſenti proceſſu una cũ depoſitionibus teſtiũ examinatorũ tã ad offenſam quàm ad defenſam Titii,& Sẽpronii carceratorũ,& omnibus iis quæ in proceſſu ipſo hactenus deducta ſunt:& habita ſuperinde matura,& diligenti cõſideratione,omni meliori modo &c.Pronũciauit,& pronunciãdo declarauit præfatos Titium,& Sẽpronium pronũc ex carceribus relaxari debere,ſtante purgatione indiciorũ,quò uero ad reliquos pronunc nihil dicimus &c.

INQVISITIO PRO blaſphemia.

Hæc eſt quædã inquiſitio,titulus ſeu forma inquiſitionis, quæ fit & fieri intẽditur per clariſ.do.poteſtatem,& capitaneũ Taruiſii,necnon per ſpec. domi.iudicem maleficiorum ex eorum,& cuiuſq; eorum arbitrio,poteſtate atq; bailia,necnõ ad querelam Titii de Alexiis,contra & aduerſus Accurſium filiũ Ambroſi de Lazaris.

IN eo,de eo,& ſup eo,Quòd die Dominico 20.inſtante,accuſator prædictus,dũ eſſet ſub certo ſchiezono uillæ Criſpani cum Antonio eius famulo,ubi aderãt quàmplures nobiles Taruiſ.inquiſitus pręedictus uir malignus ibi exiſtẽs cœpit minari Antonio prędicto de eũ offendẽdo,& male tractãdo,ſi ipſum cũ equis in ſuis cãpis reperiret.quibus auditis accuſator prænarratus dixit cõtra dictũ Accurſium,nõ dir de dar delle botte al mio fameglio, ma s'el ti fa danno alcun ua con il mezzo della ragiõ,ouero fami ueder il tuo danno,che ti lo ſatisfaro.tũc inquiſitus ipſe,uir quidẽ audax,& malignus parũ timens uires iuſtitię,totus furibũdus in hæc uerba prorumpit,al deſpetto d'Idio,& al ſangue della Verzene Maria, io ſo,che ſel trouaro gli ſchauezzaro le brazze,& anchor ui daro a uoi. tũc inquiſitus ipſe perſiſtẽs in eius temeritate,& audacia in die mercurii.23.eiuſdem menſis,ſciens & pro cõperto habens prædictos equos reperit in dictis campis, conuocatis nullis ex ſuis domeſticis ibi ſe cõtulit,& multò magis ira & rabie accen-

accenſus, auſus fuit in hæc uerba prorumpere: Antonio potta della noſtra Donna nõ te ho io fatto intendere,che non debbi uenir con gli caualli in queſti campi tu gli ſei pur torna.tũc Antonius uolens cũ ruſtico irato & maligno contendere,quo melius potuit inde receſsit: ſed inquiſitus ipſe,quod medio iuris aſſequi nõ põt,ui & armis obtinere decreuit,apprehẽſis ipſis eqs, eos ligauit,& conduci fecit ad habitationem ſuam, illos retinendi gratia,& in uſus ſuos conuertendi,cõtra mentem d.accuſatoris. Cõmittendo dictum exceſſum ſciẽter,doloſè,atq; data opera cõtra Deum, ius & iuſtitiam,in uilipendium regiminis,& regulam ac normã benè uiuendi, & contra formam legum ſubinde diſponentium. Super quibus omnibus,& ſingulis idem clariſs.do.poteſtas & capitaneus procedere intendit,& ipſum culpabilẽ repertum punire,tam de blaſphemia,quàm de ui priuata,ſecundum formam iuris,& ſtatutorum &c.

SVMMARIVM.

1 *Crimen blaſphemiæ publicum eſt.*
2 *Periurantes, de iure ciuili an pœna mortis puniendi ſint.*
3 *Blaſphemantes calore iracundiæ,uel ebrietate,qua pœna puniendi ſint.*
4 *Blaſphemantes qua pœna de iure canonico puniri debeant.*
5 *Blaſphemia, & maledictio, an ſit unum,& idem.6.*
7 *Blaſphemãtes Deum & ſanctos uno impetu,an unica,uel duplici pœna puniendi ſint.*

QVia crimẽ blaſphemiæ pu
1 blicum eſt,*& cõtra illos
qui dominũ noſtrum Ie
ſum Chriſtum Saluatorem blaſphe
mauerint,iurauerint,uel uerba in
honeſta cõtra eum protulerint,in
2 ſurgunt iura,*& armantur leges,&
de iure ciuili pœna talium blaſphe
mantium, & periurantium Deum,
ad mortem puniendi ſunt,ut in au
then.ut nõ luxurientur cõtra natu
ram.§.& quoniam.col.vj.&. hoc,ſi
ſponte & uoluntarie blaſphmaue
3 rint.*qui uero calore iracundiæ,uel
ebrietate,uel dementia,lenius pu
niuntur,arbitrio tamen iudicantis,
ut in l.quicquid calore iracundię.ff.
de regulis iuris.& ibi Decius num.
7.& 8.Flor.in l.ſed etſi quæcunque.
§.j.ff.ad leg.Aquil. Gramma.conſi.
15.nume.14.pœna uero blaſphemã
4 tium* de iure canonico aliter pu
niũtur,ut in c.ij.de maledicis. & an
blaſphemare,& maledicere ſint unũ
5 & idem,*uide quæ dicit Barto.in l.
item apud Labeonem. §. j. nu.4.ff.
de iureiur.quẽ refert Ioã.de Ana.in
d.c.ij.de maledicis.Ang.Are.in trac.
malefic. in uerbo,iniurioſa. nume
6 ro 13.*ubi dicit,quòd idem eſt bla
ſphemare,& uerba iniurioſa in Deũ
proferre.Et idem dicit Bal.in l.j.C.
ſi qs imperatori maledixerit.quòd
idẽ eſt blaſphemare & maledicere.
& hoc idẽ uoluit Maria. Soci.in d.
c.ij.de maledicis.hoc idem Bal.cõ
ſil.476.num.1.in iij.uolumine. Cor.
conſi.181.per totum,in primo uolu.
hodie uerò per decreta illuſtriſsimi
duc.dominij.1542.& 1548.& ſtatuta
terrarum aliter prouiſum eſt cõtra
periurãtes,& blaſphemãtes Deum,
Sanctos,

Sanctos,& Beatã Virginẽ,ut omnibus notum eſt.Quęritur inſuper, ſi quis blaſphemauerit Deũ,& omnes ſanctos cum eo,*num uno impetu,an unica pœna,uel duplici puniendus ſit. dic quòd unica tantum pœna eſt puniendus, quando maximè uno impetu ſimilem blaſphemiam protulerit,ut uoluit Alberi.in trac.ſta.2.parte.q.32.Bal.in l. ſi duo rei.§.ſemel.num.2.ff.de arbi. ubi multa dicit.Marſi.idem in l.ſi in rixa.nu.21.fo.23.ff.de ſica.& quia in ſupradicta inquiſitione tractatur de ui priuata,ideo examinanda eſt illa uulgaris regula,an ſpoliatus de facto ſit reſtituendus:& quia non reperies alibi hęc omnia tam accumulatè,ideo aduerte,& nota.

7

SVMMARIVM.

Spoliatus de facto,an, de facto reſtitui debeat,limita ut infra, uidelicet,

1 *Non habere locum,quando poſſeſſorium habet annexam cauſam proprietatis.*

2 *Quando ſpoliatus reconuenitur ſuper quæſtione ſpoliationis.*

3 *Quando excipienti de proprietate præiudicaretur poſtea ſuper poſſeſſione.*

4 *Quãdo præſumptio iniuſtæ poſſeſſionis eſſet fundata de iure cõmuni contra agentem poſſeſſorio.*

5 *Quando notorie cõſtaret de iure ſpoliantis,& non de iure ſpoliati.*

6 *Quando ſpoliatus peteret reſtitutionem coniugis,& probationes in continenti eſſent ſuper conſanguinitate.*

7 *Quando ſpoliatus confidens iuri ſuo conſentit,ut admittatur exceptio defectum proprietatis concernens.*

8 *In prædonibus qui morãtur in ſtratis publicis ad deprædandum,& occidendum.*

9 *Quando poſſeſſorium,& petitorium ſimul intentantur ab eadem perſona.*

10 *Quando agens proponit ueram uiolentiam,ſecus ſi fictam.*

11 *Quando renunciatio cum iuramento præcedit ſpoliationem.*

12 *Quando exceptio,quæ obijcitur ſpoliato,non requirit ſpoliationem facti.*

13 *Quando petitio in poſſeſſorio eſt iuri publico,& iuri cõmuni contraria.*

14 *Quando actor allegat canonicè ſe poſſediſſe,aliter non.*

15 *Quando agitur pro recuperãda poſſeſſione,quæ uacabat in tempore quo fuit occupata per reum conuentum.*

16 *Quando quis uult poſſidere duo beneficia incompaſſibilia.*

17 *Quando obijcitur crimen inhabilitans perſonã ad agendum,ut in banno,uel in excommunicato.*

18 *Quando obijcitur crimẽ hæreſis,quia ſi non poteſt poſſidere,minus ſpoliationem intentare poteſt.*

19 *Minus poteſt in materia ſchiſmatis.*

20 *Minus etiam poteſt in caſu intruſionis.*

21 *Quando opponitur criminis enormitas.*

22 *In caſibus c.ſignificaſti.& cap.gaudemus.de diuortijs.*

23 *Quando quis conditionaliter poſſidet,& ante euentum conditionis ſpolietur.*

24 *Quando dominus deiecit aliquem de poſſeſſione ſua.*

25 *Quãdo ſpoliatus exciperet de ſpoliatione.*

26 *Quando à muliere obijcitur ſæuitia uiri.*

27 *Quando quis ex gratia,uel ex precario poſſidet.*

Quando

28 *Quando quis poſsidet ut colonus, uel inquilinus.*

29 *Quando de dominio apparet per ſententiam abſolutoriam, latam in fauorem rei in petitorio iudicio.*

30 *Quando quis clandeſtinè ſpoliatus, quia tunc poterit reus qui clàm ſpoliauit, agenti poſſeſſorio opponere exceptionem dominij ſui.*

31 *Quando proceditur per uim expulſiuam, uel ablatiuam, ſecus quãdo per uim compulſiuam quis eſt priuatus.*

32 *Quando obijcitur de dominio acquiſito poſt ſpoliationem.*

33 *Quando ante ſpoliationem proponitur tacita renunciatio beneficij, facta ante ſpoliationem per aſſumptionem ſecũdi beneficij incompaſsibilis.*

34 *In caſu cap. in literis. de reſtitu. ſpoliato.*

35 *Quando opponens de dominio habet probationem paratam per inſtrumẽtum publicum.*

36 *Quãdo ſuper reſtitutione fienda immineret peccatum, quia tunc differri debet reſtitutio.*

37 *Quando prælatus eccleſiæ ſpoliaſſet poſsidentem rem eccleſiæ, & in cõtinenti opponeretur exceptio dominij ſpectantis ad eccleſiam, & illico offerret ſe probare.*

38 *Quando ſpoliato obſtaret exceptio dominij oppoſita per tertium.*

39 *Quando expreſſè cõſtaret ſpoliatum agentem nullam habere cauſam, & intereſſe ſuæ poſſeſsionis.*

40 *Quando opponitur exceptio paupertatis conuenti cõtra ſpoliatum agentem.*

41 *Quando ſpoliato agenti ad reſtitutionem beneficij, eſt appoſita per Papam clauſula ſpecialis uel generalis cum decreto annullatiuo.*

42 *Quando ſpoliatus non ageret poſſeſſorio recuperandæ, ſed per actionem furti, uel ui bonorum raptorum.*

43 *Quando non directè agitur contra ſpoliatorem, ſed contra tertium habentem cauſam ab ipſo ſpoliatore aliquo remedio poſſeſſorio.*

44 *In omnibus caſibus, ubi non datur poſſeſsio.*

45 *Quando mulier expellitur à marito propter dotem promiſſam, & non ſolutam.*

46 *Quando poſt uiolentiam & ſpoliationem factam interueniſſet conſenſus ſpoliati.*

47 *Quando ex ſola poſſeſsione facti nulla interuenit poſſeſsio iuris, imò nuda poſſeſsio.*

48 *Quando laicus petit reſtitutionẽ decimarum licet de facto poſſideat.*

49 *Quando in reſtitutione facienda immineret magnum periculum.*

50 *Quãdo ſimiliter quis pateretur magnum damnum.*

VVlgaris eſt regula, quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtituẽdus, ut in c. reintegranda. iij. q. j. l. ſi quis à ſe fundum. C. ad l. Iuliam de ui publica. Alex. & doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſ. c. fi. de ordine cognitionum. c. in literis. c. item cũ quis. & in c. con querente. in uer. integre. de reſtitu. ſpol. & in c. ſolicite. eo. tit ubi ſpoliat. debet reſtitui uſq; ad minimũ quadrãtem, etiã ſi iniuſtiſsimè poſſideret, ut Bald. conſi. 135. nu. 2. uolu. & 139. nume. 1. in iij. uol. Cepol. conſil. 19. 4. nu. in ciuilib. Limita primo hãc regulã ultra xj. fallentias, quas ponit Lanfran. Brixienſis in repet. rub. de cau. poſſ. & proprie. in vj. vij. col.

1 colum.*nō habere locum,quando poſſeſſorium ſapit cauſam proprietatis,ſeu habet annexam & mixtā proprietatis cauſam,ut in l.ij.§.quędam.ff.de interdict.uolunt omnes doct.& ibi Barto.& Alex.in d.§.nihil commune.& Cano.in c.ſolicitè de reſtitu.ſpol.& Abb.in d.ca.in literis.eo.titu. Limita ſecundò,dictam regulam non habere locum,
2 *niſi ſpoliatus reconueniatur ſuper quæſtione ſpoliationis.tex.eſt in c. fin.de ordi.cogni. Limita tertiò,ſi
3 excipienti de proprietate*præiudicaretur poſtea ſuper poſſeſſione,ſi poſtea agendo petitorio, & obtinendo non poſſet faciliter reddi ipſa poſſeſsio,in ea forma in qua nunc eſt,utpura ſi eſt talis poſſeſſio,quæ per modicum tēpus corrumpitur,ut eſſet corpus mortuum ſecundum Inno.in c.cū liberum.de ſepulturis.facit quod nota.in ca.in literis.de reſti.ſpol. Limita quartò,
4 *non habere locum ubi præſumptio iniuſtæ poſſeſsionis eſſet fundata de iure communi cōtra agentem poſſeſſorio:quia tūc talis poſſeſsio admittitur contra agentem poſſeſſorio recuperandæ.per c.ad decimas.de reſtitu.ſpol.lib.vj.& ſic quando notoriè conſtaret de non iure ſpoliati,ex quo ius commune eſt contra eum,ſecundū Imo.poſt Bal.in d.§.nihil cōmune.de acqui. poſſeſ. Limita quintò,ubi in omni
5 ſpoliatione* notoriè conſtaret de iure ſpoliantis,& non de iure ſpoliati,ſecundū Innoc.in c.cum eccleſia ſutrina.de cauſa poſſeſ.& proprie.& ibi Abb.in 5.col.uerſicu.ſed circa prædicta quæro,ubi dicit, ꝙ prædo, & poſſeſſor malæ fidei eſt reſtituendus,niſi conſtet in iudicio eum eſſe prædonē,quod eſt notandum pro limitatione capituli in literis.de reſtitu.ſpo.& facit c.ad decimas.eo.titu. Innoc.in c.conſtitutus.de filiis preſby.& docto.in c.in literis.& Abb.in c.ex parte.circa fi. eo.titu. Limita ſextò per c.in lite-
6 ris.de reſtitu.ſpol.*quando ſpoliatus peteret reſtitutionem cōiugis, & probationes ſuper conſanguinitate in continenti probandæ offerrentur iudici:quia tūc impediretur reſtitutio,ſecus uero ſi non offerrentur in cōtinenti,uti in c.ex cōqueſtione.eo.titu. Limita ſeptimò
7 *niſi ſpoliatus confidens iuri ſuo conſenſerit,ut admitteretur exceptio defectum proprietatis concernens,ut in c.j.de reſtitu.ſpol.Limita
8 octauò in prædone * qui moratur in ſtratis publicis, ad deprædandū & occidendum,ut eſt text.in l.j.C. quan.liceat unicuique ſine iudi.ſe uindi.eſt glo.ſingu.in c.in literis.in uer.prædo.eo.tit.quam Bal.ibi magnifacit,dicens,quòd quidem poteſt offendi in pſona,multò fortius
9 in bonis.Limita nonò,*quādo poſſeſſorium & petitoriū ſimul intentantur ab eadem perſona ſpoliata, ut eſt text.in c.cū dilectus.de ordi. cog.Limita decimò,regulam pro-
10 cedere*quādo agens proponit ueram uiolentiā,ſecus ſi fictam.quia tūc cōtra eum obſtat exceptio dominij cōuenti,ut in l.fi.& in l.inuaſor.& ibi doct.C.unde ui.Bar.in l.ſi de ui.ff.de iudi. Limita undecimò,
11 *niſi ſpontanea abiuratio, ſeu renunciatio beneficij cum iuramento præceſ

præceſsiſſet ſpoliationem:quia reſtitutionem petere nõ poteſt.nam per ipſam renunciationẽ perdidit tam proprietatẽ, quàm poſſeſsionem.& quia notoriè obſtat ſibi defectus proprietatis.tex.eſt pulcher in c.accepta.de reſtitu.ſpol. Limita xij.ſecundũ Bal.in l.pen.C.ſi à non
12 compe.iud.in fin.*quãdo exceptio quæ obiicitur ſpoliato,non requirit probationem facti.alleg.Oldra. conſil.271.& Alexã.ibi in apoſtillis. aliàs conſi.224.& 274.incip.in cauſa,quæ uertitur.& in dicto conſil. cclxxiiij.incip.iſtę ſunt allegationes.
13 Limita xiij.*quando petitio in poſſeſſorio eſſet iuri publico, & iuri communi cõtraria,quia tunc auditur recipiẽs.ita dicit Bal.in l.ſi quis conductionis.circa fin.C.loca.& in tit.de pace Cõſtan.uer.omnes.ibi, adde quòd ſpoliatus. Limita xiiij.ſi
14 actor allegetcanonicè poſſediſſe, aliter non eſt admittendus per iudicem,ut in c.cõſtitutus.de fi.preſby.c.j.de reg.iur.in ſexto.ſecundũ Bald.in d.l.ſi quis conductionis.Li-
15 mita xv.*quando agitur de recuperanda poſſeſsione,quæ uacabat in tempore quo fuit occupata per reũ conuentũ.glo.eſt notabilis in l.fin. C.unde ui.quam doctrinam ibi approbant docto.& Ange.in l.ij.C.de edicto di.Adri.tol. Limita xvj.niſi
16 exceptio defectus*proprietatis eſſet notoria ex præſumptione iuris, ut quia poſsidebat duo beneficia incõpaſsibilia:uel eſt minoris ætatis reſpectu illius beneficij,quod obſtaret agenti poſſeſſorio. Ioan. And.in addi.ad Spe.in rub.de reſti. ſpol.But.in c.in literis.eo.titu.licet Abbas ibi contrariũ ſentiat,in pen. col.per c.ex inſinuatione.de procu.
INQVISITIO CONtra monetarios.

Hæc eſt quædam inquiſitio,titulus,ſeu forma inquiſitionis,quę fit & fieri intenditur per magnificū & clariſsimum domi.poteſtatem Veronæ,necnon per ſpec.eius domi. iudicem maleficiorum,& eorum,& cuiuſq; eorum puro,mero,ac ſyncero officio,poteſtate,authoritate, & bailia,contra & aduerſus Hectorem Neapolitanum & Vincentium de Gebeto publi.monetarios.

IN eo,de eo,& ſuper eo,quòd fama publica præcedente,& clamoſa inſinuatione ſic referēte,nō quidem à maleuolis & ſuſpectis,ſed à ueridicis,& fide dignis perſonis,nō tantum ſemel,ſed ſæpe ac ſæpius, etiam per modum notorii auditu peruenit: quòd prædictus Hector uir quidē improbus,ac flagitioſus, parū timēs ſtatuta,ac leges illuſtriſ. du.do.in materia diſponentes mēſibus proximè exactis,dum ſe cōtuliſſet ad habitandum in uilla Minerbii huius territorii,& amicitiam atque familiaritatem cōtraxiſſet cū Vincentio fortuna de eadem uilla, tantæ fuit audaciæ,temeritatis atq; inſolentiæ,quòd in die 15.Ianuarii proxime præteriti conatus fuit tam de die,quàm de nocte in domo habitationis eiuſdem Vincentii formare groſſonos æneos cum modico argēto,& illos cum ſtampis impreſsionis Venetæ cudere,ac imprimere,eoſq; ſic impreſſos in nō modica quantitate tam in hac ciuitate expendere,& pluries ac pluries expendi facere,medio & interuentu eiuſdē Vincētii.cū quibus pecuniis falſis,& adulterinis in die ſequenti eiuſdē mēſis accedētes ambo inquiſiti ad apothecam magiſtri Iacobi Verdolini,mercatoris pannorū,licitū ſibi fecerunt eas expēdere pro ſumma,& amontare ducatorū decē pro ualore ulnarū tredecim pāni turchini ab eodem Iacobo emptarū,prout latius in proceſſu ipſo cōtinetur:præſtantes ſibi inuicē,& uiciſsim auxilium,conſiliū,& fauorem cooperatiuum ad dictū grauiſsimū,& nefandiſsimū ſcelus ppetrandum.Cōmittendo prædicta omnia ſciēter,doloſè,atq; data opera contra Deum,ius & iuſtitiam,& in contemptū decretorum illuſtriſ. conſilii decimi, & in uilipendium regiminis.Super quibus omnibus, & ſingulis idē clariſs.dominus poteſtas procedere intendit,& culpabiles repertos punire ſecundū formam iuris ſtatutorum ac legum illuſtriſsimi Dominii in ſimili materia diſponentium,&c.

Contra monetarios.

SVMMARIVM.

1 *Crimen imprimendi falſam monetā eſt enorme ut crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Monetarij qua pœna puniendi ſint.*
3 *Falſificantes monetas,an locum habeant in falſificante monetam adulterinam,ſtante ſtatuto.*
4 *Faciens bonam monetam,ſine tamen licentia ſuperioris, an puniri debeat tāquam imprimens falſam monetam.*
5 *Delictum inceptum,an habeatur pro perfecto in crimine prædicto.* 6.

7 *Expendentes falſam monetam, qua pœna puniri debeant.*
8 *Monetam falſam expendens, ſi offenderit à quo illam habuerit, an damnandus ſit.*
9 *Monetam falſam ignoranter expendens, an excuſandus ſit.*
10 *Monetas tingentes auro, uel argento, & tondentes, qua pœna puniantur.*
11 *Indicia contra monetarios, qualia eſſe debeant.*
12 *Libri hæreſis reperti penes aliquem, an ex hoc præſumatur hæreticus.*
13 *Inſtrumentum falſum repertum penes aliquem, an talis inuentio ſit ſufficiẽs indicium ad torturam.*

1 SCire debes,* quòd crimen imprimẽdi, ſeu fabricandi falſam monetam eſt graue, & enorme, & eſt crimen læſæ maieſtatis, ut habetur in l.j.C.de fal.mone.quod quidem crimen attentatum non pu
2 nitur, niſi ſecuto effectu.* ut in l.qui falſam.ff.de fal.& ibi doc.Bald.in l. iij.C.de nauti.fœno.nume.2. pœna autem cudentis, & falſam monetam fabricantis, punitur ultimò ſupplicio eos comburendo, cum publicatione omnium bonorum, ut in d. l.j.C.de falſa moneta.& Fulgoſius ſingulariter in conſilio 138.incipiẽ. hoc maxime. in penult.colum.Alexand.in conſil. 104. incipien. quod ſtatutum loquens. ij.col. in j.uol.& in l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pigno.acti.Boniſa.in titu.de malefic.in tracta.de pœna falſantis monetam. per totum. Abbas, Ioan.de Imo.& Ioan. de Ana.in cap. quanto.de iureiuran.Et ideo ſtatuta pu-
3 nientia falſificantes,* & imprimentes falſam monetam, non habẽt locum in falſificante monetam reprobam, & adulterã in loco ſtatuentiũ: quia uerba ſtatuti intelligi debent de moneta uſuali, & currenti, ut dicit Alex.in conſi.104. incipiẽ. quod ſtatutum. in prin.col.j.uolu. & in l. eleganter.§.qui reprobos.ff.de pignora.acti.Bald.conſi. 398. nume.1. iij.uolu. Quæritur ulterius an faciens iuſtam, & bonam monetã, ſi-
4 ne tamen licẽtia ſuperioris,* an puniatur tanquã faciens falſam monẽtam.dic quòd non, ſed mitius puniatur, ut dicit Marſi.in l.qui falſam, nume.56.ad leg.Corne.de fal.nam illa dicitur falſa moneta, quæ fit ab eo, qui non habet authoritatem à principe, ut dicit Alexan.in l.ſingulariter.nume.26.ff.ſi certum petatur.& ante fuit Bald.in l.ſi quis.in fine.C. de fal.mone.& priuatę perſonę cõcedi non poteſt libertas, quòd monetam facere poſſit, ut eſt text.ſi.& ibi glo.C. de falſa moneta. Cuma. conſi.138.Alex.in l.ſolidos.C.de uete.numiſma.poteſta.li.xj.& ibi Bal. conſi.376.nu.1.iij.uol. Item ſi quis inceperit cudere falſam monetam, non tamen formã impoſuit, an pœ-
5 na* ordinaria puniendus ſit? dic ꝙ non, cum non perfecerit delictum, ut dicunt doc.in d.l.qui falſam.Bal. in l.iij.C.de nauti.fœno.Raph. Cuma.in d.conſi.138.& idem Bal.in cõſil.356.incipien.reperitur in uolumi. ſtatutorum.in j.uolum.& idem Bal. in authen.ſed nouo iure.C.de ſer. fug.ubi latiſsimè diſputat hãc quæ-
6 ſtionem,* an crimen attentatum puniatur non ſecuto effectu.& doct. Moderni in l.ſi quis non dicam rapere.

pere.C.de epiſ.& cler.& Fel.in tra-
cta.ſuo de conatu.in ij.col. Quęri-
tur qua pœna puniãtur expenden-
7 tes ſcienter falſam monetam.*dic
ut per Bar.in l.Cornelia.ff.de falſis.
& in l.fina.ff.de extraord.crimi.qui
dicit, quòd expendens nummos
plumbeos,uel ſtanneos,tunc puni-
tur de falſo:ſed ſi aliter pecunia eſ-
ſet falſa,tunc extra ordinem puniri
debet,ut in d.l.fi.ff.de extraord.cri-
mi.Sal.in l.ij.C.de fal.mone.dicit ſe
dubitare de opinione Bart.tu tamē
dic ut per Mat.in d.l.qui falſam.de
falſis.& per Angel.Aretinū in trac.
maleficio.in uerbo, falſario.nu.50.
fol.68.& Oldra.in conſ.73.incipiē.
8 *An alchimiſta excuſaretur,expen-
dens falſam monetam, ſi doceret
uel oſtenderet eum à quo illam ha
buerit,ut dicit Iacob.Butri.in l.ma-
iorem.C.ad legem Iuliam de falſis.
quam tamen opinionem limitat
9 Ang.*ibi,ſi perſona eſſet bonę opi
nionis,& famæ,& aliter non.& Io.
de Ana.in cap.ad falſariorum.in
v.colum.de crimi.falſi.Item excuſa-
retur quis,ſi ignoranter expēderet
falſam monetam,ut Ludoui.Roma.
in conſ.340.incipien.circa primum.
in fin.quod dic ut per Marſi.in d.l.
qui falſam.nume.88.& 98.ſuprà.Vl-
10 timo quæritur,qua pœna *punia-
tur tingens monetam auro uel ar-
gento,& tondens monetam.dic ut
per Ioan.de Ana.& Abb.in d.ca.ad
ſalſariorum.& per Sali.in l.ij.C.de
falſa moneta.& per Marſi.plura ac-
cumulantem in d.l.qui falſam.nu-
me.100.& 101.ſuprà.Indicia contra
11 prædictos monetarios *ſunt, ut ſi
imputari de hoc crimine perquira-
tur in domo, in qua ipſe habitat,
& ibi reperiãtur ſtãpæ faciēdi falſas
monetas,uel ſi iſte talis penes ſe ha
beret prædictas ſtampas,tūc hoc fa
ceret maximum indicium ad quæ-
ſtionē & torturā habendam,prout
dicit ſingulariter Lud.Rom.in cōſi.
12 325.incip.eo ipſo.*affirmans,quòd
ſi libri hæreſis reperiuntur penes
aliquem,ille præſumitur hæreticus.
Bal.in l.maiorem.C.ad leg. Cor.de
fal.ubi dicit,quòd utēs falſo inſtru-
mento,præſumitur ipſum feciſſe fie
ri,niſi nominet eum qui fecit fieri,
ut in ſimili,quando res furata repe-
ritur penes aliquem, inuentio talis
rei facit indicium ad torturam,niſi
oſtendat à quo eam habuit:ut dicit
Bar.in l.fi.ff. de quæſt.nume.5.uer.
13 *iſtud puto nō ſufficere ad torturā.
& Bal.in l.ciuile.C.de furt.& Ange.
Are.in trac.malefi.in uer.& ueſtem
cœleſtem.nu.28.incip.quæro an eo
ipſo.& Sal.in l.fi.ult.col.de quæſt.
& de iſta materia uide Dy.in conſi.
3.incip.quòd contra bencinenem.
Ioan.de Ana.in cap.ad falſariorum.
de crim.fal.Bal.in l.fi.C.de non nu-
me.pecu.Abb.in c.quanto.de iure-
iur.Fran.Are.in conſi.2.incip. præ-
cedēdum.Iaſ.in §.actionem.inſt.de
act.adſunt etiam alia indicia in ma-
teria huius criminis,ut Cepo.in cō
ſilio 17.fo.80.per totum.

INQVISITIO CONtra rebelles.

Hæc eſt quædam inquiſitio, ti-
tulus ſeu forma inquiſitionis, quæ
fit,& fieri intenditur per Vicariam
Neapoli, & aſſeſſores eiuſdem ex
eorum & cuiuſq; eorū puro, mero
ac ſyn,

ac ſyncero officio, poteſtate, authoritate, arbitrio, atque bailia, contra & aduerſus memoriã Q. Caii Caraſſa proditoris patriæ ſuæ.

IN eo, de eo, & ſuper eo, Quòd fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione ſic referente, non quidem à maleuolis, & ſuſpectis, ſed à ueridicis, & fide dignis perſonis, non tantum ſemel, ſed ſæpe ac ſæpius ad aures, & notitiam eiuſdem uicariæ etiam per modum notorii auditu peruenit: Quod in die 20. Decembris proxime exacti, idẽ q. Caius conuocatis, & congregatis quàmplurimis complicibus, & fautoribus loco, & tempore nominandis, ac propalandis, auſus fuit accedere ad domum Guberti Carachiolę, & ibi ordinem, & tractatum facere de rebellando patriam ſuam, & ſe cum multis aliis adhærentibus fautoribus, & ſequacibus ſuis ponere in inſidiis, in domo præfati Guberti, occaſionem, & opportunitatem expectãs, quòd trãſitãtibus reip. gubernatoribus per dictum locum unanimes in eos irruere, atq; impetum facere, eosq́; omnes interficere, & poſtea ſe cõferre ad palatiũ, ibiq́; firmatis, atq; ſtabilitis ipſis complicibus, & fautoribus ponere ſe in ſolio regali, & mandato eiuſdem acclamari facere, ꝙ ſi quis &c. eisq́; præcipere, ut ſub pœna indignationis, &c. debitam ſibi præſtent obedientiam in executione huius nefandæ, ac deteſtãdæ deliberationis. idem q. Caius & cõplices in die prædicta ordine ſic inter eos firmato, ſe poſuerũt cũ prædictis in inſidiis, in domo prædicti Guberti, continuò obſeruantes aduentus præfatorũ dominorũ gubernatorum illac trãſeuntiũ, qui nil mali ſibi euenire cogitãtes, cum ad locum inſidiarum perueniſſent, omnes prædicti inquiſiti diabolico furore accenſi tanquam canes rabidi, & humano ſanguine ſitientes, unanimes in pręfatos Reip. gubernatores irruerũt, clamãtes ammazzà, ammazza, ſed ipſi hoc intuentes fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt, reducentes ſe in domum do. Pandulfi Carachiolæ: & ut latiùs in proceſſu continetur. Cõmittentes prædicti inquiſiti dictum grauiſſimũ exceſſum ſcienter, doloſè, proditoriè, appenſatè, atq; data opera cõtra Deum, ius & iuſtitiã, & in uilipendiũ Reip. & adminiſtratoribus eorundẽ, locis, modis, & conditionibus. Super quibus omnibus & ſingulis, annexis, cõnexis, & dependentibus ab eis prædicti aſſeſſores uicariæ ex eorum, & cuiuſq; eorum, ex mero officio ſecundum formam iuris, & ordinũ ipſius ciuitatis inquirere, & procedere intendunt, & dictos inquiſitos, & quemlibet eorũ repertos culpabiles punire, & condemnare ſecundũ formam iuris &c.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis eſt enorme, & an ab eo appellari poſſit.*

2 *Querela cõtra tales criminoſos, num etiam poſt mortem intentari poſſit.*

3 *Proclama ſeu citatio quomodo formanda ſit in hoc crimine.*

4 *Legitimis indicijs nõ præcedẽtibus an contra reũ impatatũ de huiuſcemodi crimine procedi, & retineri poſſit.*

Quot

5 *Quot modis contrahatur crimen rebellionis,& qua pœna puniri debeat.*

6 *In hoc crimine læſæ maieſtatis an bona publicari debeant.*

7 *In publicatione bonorum, an ueniāt bona exiſtentia in alieno territorio.*

8 *In crimine læſæ maieſtatis, an per ſimplicem ſcientiam quis incidat in pœnam ordinariam eiuſdem legis.*

9 *Per ſimplicem ſcientiam ſine tamen reuelatione, an quis incidat in hoc crimen.*

10 *Quilibet in huiuſcemodi crimine an admittatur ad accuſandum.*

11 *Sacerdos cui in confeſſione reuelatum fuit hoc crimen, an poſſit confeſſionē ſibi factam reuelare.*

11 *Attētatū an puniatur pro delicto cōſummato in hoc crimine.*

13 *Teſtes inhabiles,& non idonei, an admittantur ad teſtificandum ſuper hoc crimine,& eorum dicta an faciant indicia ad torturam.*

1 SCire debes,*quòd crimen læſæ maieſtatis eſt enorme,& ab eo appellari nullo modo poteſt,ut uoluit Ang.in tracta.malefi.in uerbo, che hai tradito,in princi.& in gloſ. præſente Caio,& appellante.& in l.j.C.de falſa mone.Et eſt aduertendū,*ꝙ cōtra tales criminoſos etiā poſt mortem iudiciū criminale intentari poteſt,ut uoluit idē Ang.in uerbo,ſupra.in uer.& bene aduertas.Cep.in conſi.17.incip.uiſa commiſſione.nu.6.& 7.alleg.glo.ſingu. in l.manichæos. C. de hæreticis.& Ludo.Roma.in cōſi.522.inci.de crimine læſæ maieſtatis.* & citatio formanda eſt hoc modo,filij hęredes,& ſucceſſores,& propinqui,ſi qui ſunt,qui ueniant ad contradicendum quicquid uolunt:& intendunt,ne memoria q.Gaij dānetur, cauſa,& occaſione cuiuſdā inquiſitionis contra eius memoriā forma tæ,& ne eius bona cōfiſcentur ei in forma,ſecundū Bal.conſil.63.in iiij.
4 uolu.In hoc crimine procedi*non poteſt ad torturam,niſi præcedētibus legitimis indiciis,& aliis præſumptionibus,ut eſt tex.& glo.in l. ſi quis alicui.C.ad l.Iuliam maieſtatis.& ibi Cy.Bal.Ang.& Sali.Bal.in l.quicunq;.in princi.ultimæ col.C. de ſer.fug.Marſi.in l.penul.nu.21.ff. de quæſtio.Idem in ſua pract.§.cōſtante.nu.2.& §.diligenter.nu.175. Carre.in tract.hæreſis.in ſua crimi. pra.fol.192.nu.117.Mar.conſi.5.8.15. & 20.& conſil.27.& 34.Quot autē modis contrahatur crimē rebellio-
5 nis,*& de pœna eiuſdem,uide do. Guid.Papā in deciſion.589.ubi de pœna rebellis.& per Bonif.in opere maleficiorum,in titu.de cri.læſæ maieſtatis.& per eundē Guidonē in deciſion.191.quis dicatur proditor.& per Corne.conſi.96.in quarto uolu.per totum.& per Marſil.de laude.in ſuo tract.de crim.lęſæ maieſtatis.& per Car.in ſua practi.cri. nume.88.fol.18.& per doct.in l.j.ff. & C.ad l.Iul.maieſt.Bar.in extraua. qui ſint rebel.uer.rebel.& Cep.eleganter in conſil.præalleg.17.fol.21. per totum. In crimine læſæ maieſt. contra principem,uel Remp.bona publicantur,ac etiā in crimine hæ-
6 reſis,* & ita ſeruat conſuetudo, prout dicit Alber.in tracta.ſtatutorum, in quæſtio.18.nu.6.circa finē, in tertia parte.Bal.in c.j.in iiij.colū. de pace tenenda.in uſib.feu.tenet & dicit

& dicit hanc eſſe communẽ.& idẽ in l.ſi quis nummus.C.de falſ.monet.Cepol.in conſi.17.preallег.nume.35.Sali.in l.5.C.de falſ.mo.Item dubitatur an publicatis bonis ueniant bona exiſtentia in alieno ter-
7 ritorio.*dic quòd ſic,prout uoluit Guliel.de Cun.in l.cunctos populos.C.de ſumma trinita.Albe.in ſecũda parte ſtatutorum.q.ij.nume.2. Specu.in tit.de accuſa.§.ſequitur in formula bannitorum.in additione, quæ incipit, felicis recordationis. Oldradus in cõſil.ſuo.17.& 44.ubi plenè loquitur.& idem Alberic.in quarta parte ſtatutorum,in ſecũda colum.q.xiij.nu.21.Dy.in cõſil.ſuo. incip.quidam inculpatus.nume.17. Pau.de Ca.conſi.84.Alexã.de Imo. conſi.92.in ſecunda parte uolu.Ludo.Roma.in ſingul.ſuis.uerſic.ſententiæ.uer.licet ſit magnum dubiũ. Grammat.uoto x.nu.22.Item quæritur an per ſimplicem ſcientiã quis incidat in crimen læſæ maieſtatis.
8 *dic quòd ſic,ut in l.quiſquis,uer. fin.C.ad l.Iul.maieſtatis.& ibi Sali. & Bart.in l.utrũ.ff.ad l. Pompeiam de parricid.quod tamẽ eſt uerum, quãdo talis ſcientia eſt probabilis, ſecus autẽ ſi eſt improbabilis.quia tunc quis non cadit in hoc crimen per ſimplicem ſcientiã ſine reuelatione,ut dicit Bal.in conſil.58.nu.1. & 2.primo uolu.& in alio conſilio ſuo.incip. quanquam allegata ſint multa.Alexan.in conſi.1..incip.cõ-
9 ſideratis his.in prima colum.*in vj. uolu.Hipp.de Marſil.in ſingul.ſuis. 164.incipien.nemo debet.Ange.de Aret.in tracta.maleſi.nume.10.uer. quod crimen.fol.65.In hoc crimine

10 quilibet accuſare poteſt*etiam infames,niſi ſint infames ex eo,quòd ſint damnati publico iudicio,quia de nullo crimine iſti tales accuſare poſſunt,ut eſt glo.not.ubi Bart. in l.qui accuſare.uer.item hic dicitur.nume.6.ff.de accuſa.Ange.in l. qui iudicio.eo.tit.Idem Ang.in tracta.maleſic.in uer.che hai tradito. nume.9.uer.quæro quis.fol.74.idẽ Angel.in l.famoſi.ff.ad l.Iul.maieſt. Boniſa.in tracta.maleficio.in titu.l. Iul.maieſta.nume.2. fol.187. Bald.in rubri.qui accuſare.C.nume.5.Inſuper quæritur an ſacerdos,qui in cõfeſsione audiuit confitentem fateri hoc crimen læſæ maieſtatis,poſsit
11 *confeſsionem ſibi factã reuelare, fauore publicæ utilitatis.dic ut per Ange.in tract.maleſi.in uerbo,che hai tradito.nume.18.uer.quæro an ſacerdos.fol.77.& per Canoniſtas in c.omnis utriuſq; ſexus.de pœni. & remiſſ.& Marſi.in l.utrum.ff.ad l. Pompeiam de parrici.nu 5.fo.27.& Archid.in c.ſacerdos.de pœn.di.vj. Panor.in c.j.de reſtitu.ſpol.colum. penulti.& in c.Petrus.Feli.in c.j.de offic.delega.Poſtremo in hoc cri-
12 mine teſtes*etiam inhabiles admittuntur ad teſtificandũ,& eorum dicta facerent indicium ad torturam, ut eleganter dixit Alex.in conſil.11. incip.circa primum,in ſecunda col. in prima uolu.Marſil.in ſua practi. crimi.in §.diligenter.nume.5.fo.14. allega.gloſ.not.in l.iii.§.lege Iulia. in uer.palam.quæ alleg.l.famoſi.ff. ad leg.Iul.maieſta.& l.nullus.C.ad l.Iul.maieſta.Boniſa.in tract.maleficio.in rubri.ad l.Iul.maieſta.nu.2. fol.187.cum infin.uulga. Attentans

occi

occidere regẽ uel regis cõſiliarios punitur,ac ſi occidiſſet in hoc cri-
83 mine,* ut dicit Bald.in cap.j.uerſi.ſi uoluerit. de cap.qui cur.uendi.ubi concludit,quòd inſidiæ paratæ cõtra regem,habentur pro delicto cõſummato.latè Carre.in ſua pract.in fo.59.nume.15.alleg.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſtat.Feli.in tracta.de cona.Marſi.in l.eiuſdem.in princip.ff. de ſicar.nume.9.Angel.in l.j.§.hæc uerba.ff.quod quiſq; iur.Alexan.in apoſtil.ad Barto.in uerbo,qui cogitauit.in l.qui ea mente.ff.de furt. Bald.in l.iij.C.de ſer.fug.Auguſt.in tract.maleſic.Ange.in uer.ex interuallo.nume.16.fo.81.uer.ſed aduerte ne erres.ubi no.& elegãter Cepol.conſil.29.nume.3.fol.29.Rapha.Cu.conſi.134.Alex.conſi.138.in primo uolu.doc.in l.cogitationis pœnam.ff.de pœn.Bald.in l.non ideo minus.q.vj.C.de accuſat.

SVMMARIVM.

1 *Si duo pacem faciunt promittentes ſibi inuicem & uiciſſim,non offendere ſub certa pœna,ſi unus eorum, alium offenderit, an incidat in pœnam.95.*

2 *Si plures fecerunt pacem cum pluribus, & promiſit quilibet eorum in ſolidum,non offendere,ſi unus offenderit,an pœna inſolidum peti poſſit.95.*

3 *Concordia quid ſit,& quomodo diffiniatur.*

4 *Pax quid ſit,& quomodo diffiniatur.*

5 *Treuga quid ſit,& eius diffinitio.*

6 *Arbiter an poſſit ponere manus ad non contenta in compromiſſo.*

7 *Aetate inhabiles an habilitentur,ut matrimonium contrahant pro pace habenda.*

8 *Patrem bannitum an filius teneatur alimentare.*

9 *Papa ob pacem ruptam,an ſit iudex competens inter laicos.*

10 *Epiſcopus laicos diu litigantes an ad cõcordiam reducere poſſit pœnis eccleſiaſticis.*

11 *Propter pacem an licitum ſit derogare,diſpoſitionibus iuris.*

12 *Iudex an teneatur terminare lites non ſolum iuſtitia,ſed concordia.*

13 *Iudex habẽs ciuitates inquietas propter diſcordiam ciuium,an poſſit cõpellere ciues ad pacem.*

14 *Accuſatori calumnioſo, an propter pacem ſit ei pœna imponenda.*

15 *Iudex an debeat ſtudere paci & treugæ.*

16 *Eccleſia an pro bono pacis toleret diſpoſitionem epiſcoporum.*

17 *Eccleſia an toleret illum, qui nulla authoritate interueniente epiſcopi de manu laicorum accepit eccleſiam.*

18 *Epiſcopo dato ſibi bono concambio, an epiſcopatui renunciare poſſit.*

19 *Subditus offenſus an ſuadendus uel cogendus ſit,ut remittat iniuriam.*

20 *Offenſus in foro conſcientiæ,an compelli poſſit ad pacem agendam.*

21 *Statuta facta tempore guerræ, an tempore pacis tollenda,& mutanda ſint.*

22 *Iudex an ſalua conſcientia poſſit detrahere aliquid de iure pauperis, & dare diuiti, & ut eos concordet.*

23 *Arbiter tenetur ſemper reducere partes ad concordiam & pacem.*

24 *Iudex debet omnia cõcordia,& pace terminare.*

25 *Carceratus ob blaſphemiã, an per cõfeſſionem ſacerdoti factam poſſit liberari à carceribus, ſtante ſtatuto, quòd qui habuerit pacem ab offenſo, à carceribus liberetur.*

26 *Super crimine adulterij an licitũ ſit pacem facere ſeu tranſigere.*

27 *Actor an poſſit in iudicio petere aduerſarium ſuum compelli ad tranſigendum.*

28 *Iudex an poſſit compellere partes ad tranſigendum, & concordandum.*

29 *Pax an dicatur rupta propter adulterium commiſſum in uxorem alterius ex partibus.*

30 *Ciuilitas acquiſita ex priuilegio, an propter ſuperuenientem guerrã amittatur.*

31 *Legatarius an perdat legatum propter inimicitiam ſuperuenientem.*

32 *Tutor deſignatus à iudice, an excuſetur ab onere tutelæ propter ſuperuenientem inimicitiam inter ipſum, & patrem pupilli.*

33 *Pax non ſolum habet uim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum.*

34 *Officialis conſpiciens duos rixantes, ſi non ſe interponit mediandi cauſa, an ab officio ſit remouendus.*

35 *Super accuſatione publica, an offenſus pacem facere poſſit.*

36 *Pax non fit ubi iniuria nõ præcedit.*

37 *Pax & treuga, an diebus feriatis ſine peccato tractari poſſit.*

38 *Pax in dubio dicitur eſſe perpetua.*

39 *Pacem faciens cum aliquo, ſi eum nõ offendit ſed conſanguineam ſuam, an incidat in pœnam appoſitam in contractu pacis.*

40 *Bona rebellium confiſcata tempore rebellionis, an tempore pacis eis reddenda ſint.*

41 *Pacis priuilegia quæ ſint.*

42 *Statuta prohibentia portare arma tempore guerræ, an tempore pacis iudex poſſit contra tale ſtatutum iuratum conuenire.*

43 *Pax quotuplex ſit, & quomodo dicatur rumpi.*

44 *Pax & concordia, an inter ſe differant.*

45 *Clericus an propter pacem poſſit transferri de una eccleſia in aliam.*

46 *Pax inter duos inita ſub pœna an propter ſtuprum, & inceſtum commiſſum cum affinibus alterius partis rupta eſſe intelligatur.*

47 *Paciſcentes adinuicem ſub certa pœna, & ſe inuicem offendentes, ac neſcitur, quis primò ſocium offenderit, an de pace rupta puniri poſſint.*

48 *Pupillus an poſſit facere pacem de morte patris cum inimicis patris ſine decreto iudicis.*

49 *Pax facta ſuper uulneribus, an extendatur ad mortem.*

50 *Pax & concordia an ſit unum, & idem ſtante ſtatuto, quòd ſuper iniurijs alicui illatis pax habeatur.*

51 *Pax facta inter attinentes, an impuberes comprehendat.*

52 *Pax facta alicui, & complicibus, & rupta an complices offenſi intelligantur antequam ipſi ratum habeant.*

53 *Principes inuicem paciſcentes ſub pœna non offendere terras alterius, an bona adhærentium includantur.*

54 *Offendens bannitum, an incidat in pœnam pacis ruptæ.*

55 *Pax facta inimico & hæredibus ſuis ſub pœna, ſi unus ex hæredibus offendatur, an offenſus ad integram pœnã agere poſſit.*

56 *Iudex poteſt hortari partes ad concordiam, & pacem, an poſſit etiam*

illas

illas arctare ad concordiam.
57 Iudex an poſsit cogere partes ad compromittendum.
58 Iudex in cauſa criminali, an poſsit compellere partes ad pacem, & concordiam.
59 Princeps an poſsit cogere litigantes ad pacem, concordiam, & ad compromittendum.
60 Iudex an poſsit compellere partes ad concordiam, quando dubitatur ne ueniant ad arma.
61 Diſcordia quando tendit ad incommodum alterius, an poſsit implorari officium iudicis, ut eos ad concordiam redigat.
62 Diſcordia inita inter perſonas inſignes, & notabiles, ex qua Reſpu. faciliime turbari poſsit, an princeps eos compelli poſsit ad pacem & concordiam.
63 Statutum arctans perſonas ad faciendam pacem in certo caſu, ſed ipſæ perſonæ neſciunt capitulare, an iudex illam capitulabit.
64 In omnibus caſibus in quibus partes compelluntur ad pacem, an in illu compelli poſsint etiam ad treugam.
65 Pax fieri poteſt de crimine iniuriarum, & damno dato, an poſsit fieri ſuper crimine, merè criminali.
66 Communia uillarum, an poſsint remittere damna ſingulorum pro pace facienda.
67 Pacis uigore multa conceduntur, quæ de iure fieri non poſſunt.
68 Pax an rumpatur propter minas.
69 Procurator cõſtitutus ad faciendam pacem, an paciſci poterit, quòd aliquis, & eius filij in ciuitate, & comitatu morari non poſsint.
70 Capitula pacis ducis Mediolani, & communis Florentiæ inter do. Venetos, & Ianuenſes.
71 Ianuenſes an poſsint nauigare bona fide in culfo do. Venetorum.
72 Pace inita inter duos reges, & mota guerra per alterũ eorũ cuidam tertio, qui uni ipſorum adhæreat, an iſte tertius intelligatur pacificatus cum alio rege.
73 Epiſcopus loci an per cenſuram eccleſiaſticam poſsit compellere litigantes aſsiduos, etiam non ſubditos ad concordiam & pacem.
74 Pax inita inter duas ciuitates an proſit cuilibet ex illis ciuitatibus.
75 Pœna adiecta in promiſsione pacis ſeruandæ, an ſemel uel pluries committatur.
76 Pax facta per plures cum pluribus, & una pars promiſit non contrauenire ſub pœna, ſi unus occidatur ab aliquibus de alia parte, an pœna in ſolidum committatur, & quibus acquiratur.
77 Pax & remiſsio iniuriarum an abſentibus fieri poſsit.
78 Princeps pro pace habenda, an poſsit caſtrũ ſibi ſubditum alteri cõcedere.
79 Pax & treuga inita inter duos inimicos, & alter eorum offendat fratrem, ſeu coniunctos, an incidat in pœnam adiectam in compoſitione pacis.
80 Si unus dat damnum in bonis alterius, an incidat in pœnam pacis ruptæ.
81 Famuli dominorum inuicem rixantes, an intelligantur rumpere pacem dominorum ſuorum.
82 Pax quando haberi debet, an ſufficiat treuga.
83 Epiſcopi ſecundum ſacras conſtitutiones, an teneantur conſeruare pacem, & eius uiolatores punire.

O Pax

84 *Pax quomodo facienda ſit.*
85 *Pax abſenti an per notarium ſtipulari poſſit.*
86 *Pax pretio uel pecunia recepta an fieri poſſit, & teneat.*
87 *Pax ſi eſt facta ab hærede occiſi pecunia recepta, an per hunc actum intelligatur adire hæreditatem.*
88 *Pax inita per tutorem cum obligatione ad pœnam, an reputetur damnum ipſi pupillo.*
89 *Pax probatur ex legato facto inter inimicos.*
90 *Pax facta cum promiſſione pœnæ applicandæ fiſco non ualet, niſi notarius fiſco pœnam ſtipuletur.*
91 *Pax à minori, an fieri, & ſtipulari poſſit.*
92 *Pax an rumpatur, ſi inferens merum quoquomodo offendatur.*
93 *Pax an à teſtatore in teſtamento fieri poſſit.*
94 *Pax facta per tertium, an per hæredem ratificari poſſit.*
95 *Ciuitates adinuicem paciſcētes, quòd liceat alteri uindicare, uel fœdera pacis rumpere, an tale pactum de iure ualidum ſit.*
96 *Pax an à procuratore fieri poſſit, ſi non habuerit ſpeciale mandatum.*
97 *Pax an fieri poſſit à filijs ſpurijs occiſi, & proſit.*
98 *Stante ſtatuto, quòd pax habeatur ab hæredibus occiſi, an fieri poſſit per filium occiſi, licet non ſit hæres.*
99 *Pax facta per matrem nutricem filiorum pupillorum ſuper homicidio mariti, an ualeat.*
100 *Pax facta à filiofamilias iniuriato, an fieri poſſit in præiudicium patris.*
101 *Pax à fœmina ſuccedente offenſo an fieri poſſit & facta teneat.*
102 *Pax facta cum ciuitate, & caſtellis, an extendatur ad caſtella de nouo acquiſita.*
103 *Pax facta regi, an intelligatur eſſe facta conſiliarijs ipſius.*
104 *Pax facta percuſſori, an fieri poſſit mandatori criminis.*
105 *Pacis inſtrumentum productum poſt terminum ſtatuti, an proſit.*
106 *Pax prohibita per ſtatutum diſponens de percuſſionibus ſanguinolentis, an fieri poſſit ſuper percuſſione facta cum pugno, ob quam percuſſus in terram cecidit, & caput ſibi fregit cum ſanguinis effuſione.*
107 *In uiolatoribus pacis, an bona publicari poſſint.*
108 *Concordia reddita per pecuniam, an ualeat.*
109 *Pax ſeu treuga facta alicui, an intelligatur eſſe rupta, ob raptum ſecutum in perſonam filiæ, uel ſororis alterius paciſcentis.*
110 *Mandatum non finitur morte mandantis, etiam re integra in caſu pacis faciendæ.*
111 *Pax facta de uulnere, an intelligatur eſſe facta de morte.*
112 *Pax an rumpatur furto ſequuto.*
113 *Pax quomodo differat à treuga.*
114 *Furantes animo uiolandi pacem, an furca ſuſpendi debeant, necne.*

QVoniam ut docet experientia rerum magiſtra ſecutis homicidiis, uel uulneribus, lapſu temporis partes deueniunt ad concordiã, pacem, uel ſaltem ad aliquam treugam: ideo ſcire debes, * quòd ſi duo 1 faciunt pacem promittẽtes ſibi inuicem, & uiciſsim non offendere ſub certa pœna, ſi unus eorũ alium offenderit, an incidat in pœnã, dic ut

ut per Marſil.in ſing.ſuis.nume.337. ſol.34.incip.ſecutis homicidiis.Bal. conſi.287.nu.1.4.uolu.Pau.de Caſt. conſi.74. in 7. col.in fin.incip.quia
2 fruſtra.*Item ſi plures ſecerũt pacẽ cum pluribus, & promiſerũt quilibet eorũ inſolidũ non offendere,& unus offenderit, an pœna inſolidũ peti poſsit. uide Bar.in l.ſi.2.q.ff.de duobus reis.Ange.in l.ſi cum exceptione.§.ſatis.ff.quod met.cau.Bal. in l.ij.C.de liber. & eorum lib.Paul. de Caſt.in l.bonorũ.ante fin.ff.rem ratam hab.plene Cor.Peru. in cõſi. 248.incip.deciſionem.per totũ. ſol. 223.4.uol Sed in primis ſcire de-
3 bes,*quid ſit cõcordia,& dic quòd eſt ſedatio diſcordiarum perpetuo duratura, ut Bald.in l.de fideicommiſſo. & ibi Iaſ.nu.2.C.de tranſact. alleg.Archid.in c.j.& c.indemnitatibus.de elect.libro 6.Albe.in tract. ſtatutorũ.in uerbo, concordia. nu. 5.ſo.83.Iaſ.plenè in d.l.de fideicom. num. 3. & in l.cum proponas.la ſe-
4 cunda. C.de pac.circa mediũ.* Pax eſt uinculum charitatis, imò affectus ipſius charitatis, ut dicit Corne.Per.in cõſi.185.nu.9.incip.in hac conſultatione.ſo.387.in 3.uolu.alle. S.Thom.de Aquino ſecunda ſecũdæ.quæſ.3.& plene Io.And. in rub. & in c.1.de treug.& pa.Bal.in conſi. 58. incipien. laudare. in 1. uolu. & idem. Corne. in conſilio 8. nume. 50.ſolio 14.uolu.3. qui aliter deffinit,quod ibi uide.& pax duplex eſt: quædam quæ in inſtanti perficitur,quædam ſucceſsiua: ſecundum Bald. in conſil. 195.numero 3.2.uo-
5 lu. * Treuga eſt finis diſcordiæ,ſeu rixæ,ad breue tempus, quo breui tempore finito poteſt iniurias ulciſci,& ſic debet ſemper expectari lapſus tẽporis ipſius treugæ.ut Hoſt. in ſumma de treuga & pace. Maria.Soci.in conſi.26.inci. Ianuẽſium dux.in 9.col.Iaſ.in d.l.cũ proponas, la ſecũda.C.de pact.nu.6.74.& Fel. in rub.de treug.& pace.quod ibi ui-
6 detur.*Arbiter non poteſt ponere manus ad ea,quæ non cõtinentur in compromiſſo,ut in l.non diſtinguemus.ff. de receptis arbitris.c. examinata.de cõfir.utili,uel inutili. & uoluit Bar.in l.Aquil.ff.de tranſa. tamen in caſu pacis poterit apponere manus,etiam ad nõ contenta in compromiſſo,ut eſt tex.ſingu.in c.niſi.de prębend.& ibi Butri.quod
7 not. * Septimò eſt text.not.in c.2. de ſpõ.impu.ubi propter pacẽ permittitur contractus matrimonij in eos,qui non habent ætatem habilem.hoc idem uoluit Ludo.Roma. in l.ſi uerò.§.de uiro.in ſexta fallen
8 tia.ff.ſolu.matri.* Octauò adduco textum in c.j.§.ſi quis omnem. de pace tenenda.ubi ſi pater fregit pacem,& propter hoc bannitur,filius non tenetur alere patrẽ bannitum propter pacem ruptam,licet regulariter filius teneatur alere patrem bannitum,ut in authen.de inceſtis nup.§.1.& ibi do.Nicol.de Neap.& uoluit Barto.in l.ſi quis à liberis.§.
9 ſed utrum.ff.de libe.agnoſcen.*Nonò aſsigno tibi tex.in c.ſicut.el ſecundo.de iureiuran.ubi propter pacem ruptam Papa iudicat inter laicos:& idem probatur in c.nouit.de iudiciis.regulariter contra,quia diſtinctę ſunt poteſtates & iuriſdictiones,cap.ſollicitè de maiori.& obe-

10 dien. * Decimò adduco gloſ.ſing. in c.placuit.90 diſt. poteſt epiſcopus laicos diu litigantes per cenſuras eccleſiaſticas reducere ad concordiã.& allegatur tex.ille per Butri & Imo.in c.j.ad fin.de mutu.peti.& per Abb.in rub.de treug.& pace.& in c.cũ inter R.de electione, in 3.col.& in c.fi.in 4.notab.de maiori.& obedien.& in d.c.nouit de iudiciis.Pau.& Alex.in l.quidam.ff. ſi cert.pet.Idem Alexã.poſt Roma. in l.ſi qs mihi bona.§.ſi quis iuxta. ff.de dam.infec.Alexan.in l.j.§.poſt operis.in 2.col.ff.de oper.no.nun-
11 cia.nu.8. Roma.conſi.166. * Vndecimò adduco tibi tex.in c.his quæ.de maiori.& obediẽ.& in c.ij.de arbit. ubi pro bono pacis derogatur di-
12 ſpoſitionibus iuris. * Duodecimò, iudex non ſolũ iuſtitia,ſed concordia& pace debet terminare lites,ut in c.j.de mutuis petitio.in c.cauſam quę.el ſecundo.de teſtibus in c.fin. de proba.& in c.querelam.de ſimo
13 nia. * Decimotertiò,Bart.in l.furti. §.qui iuſſu.ff.de iis quæ not.infam. dicit,quòd ſi ciuitas inquietaretur propter diſcordiã aliquorum ciuiũ, quòd poteſt iudex eos compellere ad pacem.& ibi Thomas di Ploua. in apoſt.ad Bar. * Decimoquartò, propter pacem nõ imponitur pœnitentia calumnioſo accuſatori.c. accuſaſti.extra de accuſatio.& in c. non fruſtra.23.q.5. & 2.quæſtio.j.c.
15 notum. * Decimoquinto, Bal.in ru. de treu. & pace,dicit, quòd iudex debet ſtudere paci ſi bona eſt, & æqua,aliàs non.& allega.do.Goff. dicentem,quòd iudex ante factum delictũ debet ſtudere paci,ſed poſt factum debet punire.& idem Bal.in c.quintauallis.de iureiuran. Alexã. in d.§.poſt operis.nume.7.de ope.
16 no.nũ. * Decimoſextò adduco tibi tex. in c.hæc quippe.7.q.6.ubi pro bono pacis eccleſia tolerauit depoſitionem quorundam epiſcoporũ, & ſubrogationem aliorum præter mentem & conſcientiam 20.ponti-
17 ficum. * Decimoſeptimò,in ſimili adduco tibi text.in c.cura.de iure patrona.ubi propter bonum pacis toleratur ille,qui diu de manu laicorum accepit eccleſiam,nulla inter-
18 ueniente authoritate epiſcopi. * Decimooctauò,Innocen.in c.niſi cum pridem.de renun.quem refert Abbas in c.j.de electi.& in c.cũ inter R.in 3.col.de electio. ibi,an autem Papa poſsit.tenet,quòd pro bono pacis tenetur Epiſcopus , dato ſibi bono concambio renunciare epiſcopatui propter pacem habẽdam
19 inter eum & populum. * Decimo. nonò uoluit Bal.in l.j.§.quies.ff.de præfect.urb.quòd licet offenſus ſit ſuadendus ad faciendam pacẽ,non tamen cogendus ut remittat iniuriam,licet regens prouinciam debet ſubditos cõſeruare in pace,& ad quietè uiuendum non ſolũ hortari,ſed cogere,cùm ſubditus publicus plerũque ex priuato turbetur. & idem Fel.in rub.de treuga,& pace.& idem Baldus in l.ſi quis ingenuam.§. in ciuilibus.ff. de captiuis.
20 * Vigeſimò,adduco tibi text.inſti. de iniu.§.finali.quòd licet offenſus non poſsit cõpelli ad pacem in foro contentioſo,ſecus tamen eſt in foro conſcientię.ita dicit Bal.in dicto §.quoties.de offic.præfe.urb.

*Vige.

21 * Vigeſimoprimò,text.eſt in l.unica,in principio.C.de caducis tollendis.ubi tempore pacis debent tolli ſtatuta,facta tempore guerræ ad locupletandum fiſco,quod not. contra tyrannos, qui finita guerra non reuocãt ſtatuta,prout magnifacit Romanus in conſilio 459.incipien.in propoſita cõſultatione. ubi dicitur,quòd id quod belli calamitas introduxit,pacis lenitas ſoluit.

22 * Vigeſimoſecundò,Ioan.Andre.& Specu.in titulo de præpara.iudi.dixerunt,quòd ſi aliquis eſt potens, & diues,& uult concordiam,& litigat cum aduerſario paupere, recuſante concordiam, fouente tamen iuſtitia,ſed illam conſequi non poteſt propter potentiam aduerſarij, quòd iudex poterit eos concordare detrahendo aliquid de iure illius pauperis,nec peccat hoc medio illos concordãdo.quod dictum refert,& ſequitur domi.Cardi.in c.ſi.

23 de tranſactio.* Vigeſimotertiò adduco tibi Bartolũ in l.ſi de meis.§. recepiſſe.ff.de arbit.ubi dicit,quòd ſi partes aſſumunt aliquem in arbitrum,nunquam debet ſe reducere ad ferendam ſententiã,ſed reducere partes ad concordiã,& pacem: quia ad iudicem ordinarium non ſpectat componere, ſed iudicare.

24 * Vigeſimoquartò Baldus in capitulo cõueniſſent,de teſtibus.ibi, iuſtitia mediante terminetis. dicit, quòd propter hoc non toleratur, quin omnia cõcordia terminẽtur, adducit capitulum cauſam quę.il ſecũdo,eodem titulo.c.querelã. de

25 ſimo.& c.fina. de probatio.* Vigeſimoquintò,Barto.in conſilio 167. incipien.qui miniſter. dicit,quòd ſi unus habet ex priuilegio,ꝙ poſſit liberare diebus certis aliquos ex carceribus,& ſtatuto cauetur,quòd nullus liberetur de carcere, niſi primò habuerit pacem cum offenſo, & Titius blaſphemauit Deũ, & ob id miſſus eſt in carceribus, quòd ſi Titius habuerit pacem à Deo per remiſsionem,& confeſsionem ſimplicis ſacerdotis,poterit à carceribus liberari.& ſimiliter uide Iaſ.in l.ait prætor.§.iurari.nu.16.fol.67.ff.

26 de iureiuran.* Vigeſimoſextò conſuluit Barto.in conſi.175.incip. domino poteſtati,ubi conſuluit,quòd licet facere pacem ſuper crimine adulterij,ut habeat locum remiſsio certæ partis condemnationis, ex forma ſtatuti,per tex.expreſſum in authen. ſed hodie.C. de adulte. & ſufficit habere pacem cum marito tantùm,quia mulier non poteſt dici iniuriata. & ibi reſpondet ad l. tranſigere.C.de tranſacti.quia licet pax & concordia,per quam rãcor, qui eſt in animo iniuriati, reiiciatur,propter hoc proceſſus nõ impeditur, licet ex forma ſtatuti pœna minoretur:nam pax in omni maleficio licita eſt,ut inſti.de iniur.§.fi. & in l.ſi tibi.§.quædã.& in l.fi.ff.de

27 pactis.* Vigeſimoſeptimò adduco tibi eundem Bart.in ſuo tract.inci. ciuitatis Piſanæ cõſilium decreuit. nu.11.ubi diſputat,an poſſit quis in libello in iudicio exhibito petere à iudice,aduerſariũ cõpelli ad tranſi-

28 gendum,in prin.ubi uide.* Vigeſimooctauò adduco text.in l.æquiſſimũ.ff.de uſufru.ubi iudex poteſt compellere partes ad pacẽ,& con-

cordiam.facit c.fi.de tranſact Paris
de Put.in tract.ſyndi.uer.cōcordia.
29 nu.21.fol.35.* Vigeſimononò addu
co Ludo.Ro.in cōſi.183.incipien.in
caſu propoſito.ubi dicit, quòd nō
dicitur quis fregiſſe pacē,ſi nō oſtē
derit cauſam propter quam fuit fa-
cta pax.ſed ex noua,ut uoluit Bart.
in l.aut facta.§.cauſa.per tex.ibi.ff.
de pœn.& in l.uetū.ff.de fur.& Ro.
in l.licitatio.§.q̄ illicite.ff.de publi.
ubi dicit,quòd propter adulterium
commiſſum in uxorem eius,qui pa
cem fecit,aut furtum bonorū eiuſ-
dem,ob id non dicitur pax eſſe ru-
pta.hoc idem uoluit Io.And.in rub.
de treu.& pace.Bal.in l.cùm propo
nas.C.de pact.l.ſemel mora.ff.ſol.
matrimo.& in l.qui fidē.ff.de tranſ.
in lect.Florentina.Canoniſtæ in c.
conſtitutus. de pœn.Ludo. Roma.
in conſi.258.incip.in caſu propoſi-
to.& Bald.in c.j.circa prin.de pace
tenen.in uſib.feud.Alex.in conſilio
119.incip.uiſo themate.in 4.uolum.
Corne.conſilio 51.numero 100.fol.
54.ubi dicitur,quòd furtum fiat gra
tia auaritiæ,& lucri:adulterium ue-
rò propter libidinē,ut ibi per eum.
30 Trigeſimò * adduco Rom.in con-
ſilio 459.incipiē.in propoſita con-
ſultatione.ubi conſului,an ciuilitas
acquiſita ex priuilegio perdatur
propter guerram ſuperuenientem
cum ciuitate originis,& tandem ſe
cuta pace recuperetur ciuilitas.dic
31 ut ibi per eum.* Trigeſimoprimò
eſt tex.in l.quid ſi iterum.ff.de adi-
men.lega.ubi ſubſequens redinte-
gratio amicitiæ inter teſtatorem,&
legatarium,inducit redintegratio-
nem legati,quod extinxerat ſuper-
ueniens inimicitia. Trigeſimoſe-
32 cundo,* eſt tex.inſti.de excu.tuto.
§.inimicitię.ubi ſuperueniēs redin-
tegratio amicitiæ inter patrem pu-
pilli,& tutorē ei deſignatū, extin-
guit excuſationes ab onere tutelæ,
quā induxerat ſuperueniens inimi-
33 citia. Trigeſimotertiò,* Bal.in titu.
de pace conſtan.in gl.ſuper uerbo,
priuilegia omnia.dixi tibi eſſe text.
quòd pax non ſolū habet uim ſim-
plicis indulgētiæ, ſed reſtitutionis
in integ.cùm ſublata guerra per pa
cem tollatur omnino effectus ſecu
tus propter guerram. Trigeſimo-
34 quartò * adduco Cyn.in l.ſi ſeruū.
C.de noxa.act.ubi dicit,quòd ſi of-
ficialis uidet aliquos rixantes,& ſe
non interponit mediandi cauſa,ab
officio ſuo eſt remouendus omni-
no.& Bal.in l.omnia.§.quies.num.
35 3.ff.de offi.præfe.urb.* Trigeſimo-
quintò not.quòd ubicunque eſt pu
blica accuſatio,offenſus nō poteſt
facere pacem,niſi delictum eſſet in
omittendo:quia tunc poteſt,ut eſt
glo.ſing.in l.diuus.ff.ad Syllania.&
ibi Barto.& Iaſ.in l.tranſigere.nu.6.
36 C.de tranſact.* Trigeſimoſextò,ſi
quis non fecit iniuriā alicui,nō in
diget pace nec fit mutua pax,ſi ex
una parte tantū lata eſt iniuria. ita
dixit Specu.in titu.de treug.& pa.
37 in princi.* Trigeſimoſeptimò,Bal.
in rub.de treu.& pace.in 2.col.dicit,
quòd partes poſſunt tēpore treugę
facere tractatū de pace.ad hoc al-
leg.l.dies feſtos.C.de feriis,& Bar-
ba.in titu.de feriis.dicit,quòd die-
bus dominicis poſſent partes habe
re colloquium,& tractatū de pace,
& tranſactionibus fiendis abſque
peccato

peccato: quoniã pax eſt deſiderata ab apoſtolo, ut in capitulo primo, de pac. tenen. * Trigeſimooctauò not. quòd pax in dubio dicitur eſſe perpetua. caſus eſt elegans in c. j. de pace conſtantiæ. & ideo ſi in capitu lis pacis nõ eſt præfixum certũ tem pus, præſumitur facta pax in perpe tuum. & quid ſit pax uide Bartó. in conſi. 58. & late Iaſ. in l. cùm pro- ponas. la ſecunda. nu. 7. C. de pac. Bart. in conſi. 7. nume. 1. & 2. inci. ad declarationem quæſtionis. & quæ ſit concordia, uide Bald. in rubr. de treug. & pace. in 1. col. & Cor. con-

38

39 ſi. 8. nu. 50. in tertia parte. * Trigeſi- mononò, pacẽ faciens cum aliquo, & promittẽs eũ non offendere ſub pœna ducatorũ cẽtũ, ſi eũ nõ offen dit, ſed cõſanguineũ ſuũ, æquè inci dit in pœnã, ac ſi eũ offendiſſet. ita notabiliter dicit Pet. de Anca. in c. ſciãt cũcti. de elec. in ſexto. per tex. in ca. quicunq;. in uer. bonis ſuis, uel ſuorũ. de ſenten. excõ. in ſexto. Ioan. Andr. in reg. fruſtra. de regu. iur. in mercur. Iaſo. in l. 1. num. 7. de indi. uidu. tollen. Marſi. in ſing. ſuis. nu. 331. fol. 34. Soc. in l. mulieri & Ti tio. ff. de condi. & demon. nu. 6. Bal.

40 conſi. 195. nu. 15. 2. uolu.* Quadrage ſimo adduco tibi Bal. in tit. de pace cõſtan. in §. hoc. in uerbo, priuilegia omnia. ubi dicit, quòd ſi bona re- bellium tempore rebellionis ſunt cõfiſcata, & aliis pſonis ſunt cõceſ- ſa, facta & inita pace primis dñis reddẽda ſunt. alle. tex. ibi ualde no. ita ꝙ pax nedũ habet uim ſimplicis indulgẽtiæ, ſed reſtitutionis in inte grũ, qđ no. qa ſeruiet tibi ad multa.

41 * Quadrageſimoprimo, pax multa bona inducit, diſcordias remouet, trãquillam quietẽ introducit, ſtatũ pſonarũ ac ciuitatũ augmẽtat, ho- neſtatem affert, diuitias præparat, Dei ac regum gratiã tribuit, ſupbiã uniuſcuiuſq; excludit, auaritiã om nium repellit, honorem honoratis adiungit, nondum honoratis prępa rat Deo, ad ſeruiendum animũ cu- iuſque incitat, fructum affectat, af- fectatumque acquieſcere facit, ut eleg. Bal. in ti. de pace conſtantię. in §. hæc ſunt nomina. in uerbo, pax.

42 * Quadrageſimoſecũdò tẽpore pa- cis ſtatutum fuit cum iuramẽto cõ- ram poteſtate, ut nemo portet ar- ma: deinde ſuperuenit guerra, uel partialitas in ciuitate, dic ꝙ pote- ſtas poterit uenire cõtra tale ſtatu- tum iuratum: & ſic omnis impunè poterit arma portare. ita pulchrè di cit Bal. in rub. C. qui admit. in j. col.

43 * Quadrageſimotertiò, qđ ſit pax, quotuplex ſit pax, & quomodo di- catur rumpi, & an pax ſit ſtricti iu- ris. dic ut per Bal. in conſi. 195. incip. laudare. in ij. uol. Aug. in lib. de ciui- tate dei. libr. 12. ca. 14. ubi ponit ple- nam diffinitionem. Corne. in con- ſilio 8. numero 10. fol. 14. uolumi. 3.

44 * Quadrageſimoquarto, pax & cõ- cordia inter ſe differunt. nã cõcor- dia eſt cordium coniunctio, ut in c. indemnitatibus. de elec. lib. vj. Nam concordia eſt quędam remiſſio in- iuriæ illatæ, pax uero eſt plena ſeda tio diſcordiarum. & ita ſecundũ no ſtrum uſum loquẽdi accipimus iſta duo ut diuerſa: licet Auguſt. dicat ꝙ pax nihil aliud eſt, niſi ordinata cõ- cordia. Bald. ſingulariter. in l. prima in ſecunda colum. ff. de pactis. Iaſ.

in d.l.fideicommiſ.nu.3.C. de tráſ-
actio.& idem l.j.nume. 13.ff.de pac.
45 *Quadrageſimoquintò not. quòd
propter pacem habendam poteſt
quis transferri de una eccleſia in a-
liam,ſecundum Roma.in conſi.328.
incipien.quò ad primùm conſulta-
tionis articulum. Bald.in c.j.de fe-
riis.in 18.col.ſed dic ut uoluit idem
Roma.& melius in conſil. ſuo 345.
46 *Quadrageſimoſextò,pax ſi eſt fa-
cta inter duos ſub pœna, & unus
poſtea cõmittat ſtuprũ uel inceſtũ
cũ affinibus alterius partis,propter
hoc nõ dicitur rupta pax,ita quòd
inciderit in pœnam.ut dicit Bart.in
l.uerum,nu.4.ff.de fur.quod tamen
diſtingue,ut ibi per eum.& not.ra-
tionem adductam in nu. 29. ſuprà.
47 *Quadrageſimoſeptimò, pacem ſi
duo ad inuicem fecerũt,& ſub cer-
ta pœna promiſerunt ſe inuicé nõ
offendere,ſi poſtea inuicem ſe uul-
nerauerunt,& neſcitur,quis primò
ſocium offenderit,nemo ipſorũ pu
niri debet de pace rupta, ut dicit
Marſi.in rub.C.de ꝓba.nu.406.fol.
21.alleg.Bar.in l.cum pater.§.libe-
ris.ff.de lega.ij.& in l.ſi ſeruũ. §.ſe-
quitur uidere.nu.4.ff.de uerb.obli.
Bal.in l.ſi creditoribus.C.de ſer.pi-
gno.da.manu. Abb.in capit.ij.in j.
48 col.de treu.& pa.*Quadrageſimo-
octauò,pupillus nõ põt facere pa-
cé de morte ſui patris,niſi authori-
tate tutoris,& decreto iudicis.ita di
cit Spe.in ti.de homicidio. dũmo-
do nõ fiat dedecori pupillo,& eius
agnationi: arg.l.ij.§.ſi emãcipatus.
ff.de cõtratabu.Ba..in rub.de treu.
& pa in ult.col.circa fin.no.Sal.in l.
pactũ curatoris.C.dé pac.& ibi Iaſ.
49 nu.4.*Quadrageſimononò,ſi pax
eſt facta inter duos de uulneribus
illatis,an extẽdatur ad mortẽ mor-
te ſecuta.dic ꝑ Marſi.in rub.ff.de fi-
deiuſ.nu.367.ubi dicit, quòd actus
agentiũ non operatur ultra inten-
tionẽ eorũ,& ideo ſi quis fideiuſsit
pro aliquo accuſato de uulnere,ſi
poſtea ſequatur mors,nõ tenebitur
ad pœnã homicidii,ſecundũ Spe.in
tit.de fideiuſſo.§.j.uerſic.ſed pòne.
Iaſ.poſt alios in l.j.in ul.col.ff.de in
lit.iur.Bal.in conſi.142.ubi dic quòd
fideiuſsio ad unã cauſam,nõ ſe ex-
50 tendit ad aliam.* Quinquageſimò
adduco glo.in l.j.in uer.pactũ.ff.de
pac.de qua facit feſtũ.ibi Ang.quòd
qui facit pactũ de iniuriis ſibi illa-
tis,intelligitur facere pacẽ,& cócor
diã.& ideo dicit ibi Ang.ſatisfactũ
eſſe ſtatuto requirenti pacẽ,& cõ-
cordiã,ut bãnitus rebãniatur,& ac-
51 cuſatus non puniatur.* Quinqua-
geſimoprimò,ſi pax eſt facta inter
aliquos attinẽtes de aliqua uniuer-
ſitate cũ pœna de ſe non offenden-
do,an impuberes cõprehẽdantur,
uide notabiliter do.Philip.Corn.in
conſi.167.per totum.fo.171.in iij.uo
52 lu.*Quinquageſimo ſecũdò,pax fa-
cta Sẽpronio,& cõplicibus, an ex
eo rupta eſſe intelligatur,quia cõ-
plices offenſi ſunt antequàm ipſi ra
tum habeant,uide Bal.in l.filiusfa-
mi.el ij.nume.2.C.ad Maced.fo.67.
Ang.in l.qui religioſis.ff.de rei uẽd.
doc.Canon.in c.j.de poſtu. præla.
53 Quinquageſimotertiò,duo princi-
pes adinuicẽ fecerunt pacẽ,& pro-
miſerunt ſub certa pœna nõ offen-
dere terras alterius,utrũ adhęrẽtes
ſeu bona adhęrẽtium illis includã-
tur

tur in cap.pacis.dic quòd nõ, quia in cõtractibus ceſſat largiſsima interpretatio.cap.cum dilecti.de dona.pro quo eſt tex.in c.ad apoſtolicæ.de re iudica.lib.vj.in uerbo,uolebat.ubi clare probatur,quòd iſti adhærentes non includuntur in capitulis pacis.& hoc tenet ibi Gemi. quòd pax facta cum authore principali guerrę,adhærentes nõ ſe includunt,niſi fiat de eis expreſſa mẽtio, & Inno.ibi commendauit fidelitatem 20.eccleſiarũ,quæ nunquã uoluerũt habere pacem,nec pacis tractatũ,niſi permitteretur de adhærẽtibus.& impunitatem eorum refert Abb.in c.j.in vj. colum.ibi.uer. & ex prædictis ſingulariter. de poſtu.præla.lib.vj. ex quo colligit ibi Abb.quòd infideliter agunt,qui faciunt pacem cũ principali:& illi qui ſibi præſtiterunt auxilium,non includãtur in tractatu pacis,ut uoluit Bal.in conſi.51.circa medium.in prima parte.ubi dicit,quòd qui nõ ueniunt in capitulis pacis,nõ gaudẽt priuilegiis pacis.ut in c.j.§.nomina uero.de pace Cõſtantię.colum.10.

54 *Quinquageſimoquartò,pax ſi eſt facta ſeu inita cum Sempronio, & occurret quòd Sempronius bãniatur,& pendẽte bãno à Titio interficiatur,quæritur an Titius offendens inciderit in pœnam pacis ruptæ.dic quòd non,ut per Alexã.& Iaſ.in l.qui ſeruum.nume.5.ff.de uerbo.oblig.qui concludunt poſt multas allegationes,hanc eſſe communem opinionem.alleg.Bar.in l.ij.C. quãdo lice.unicuiq; ſine iud.ſe uin-

55 dic.* Quinquageſimoquintò,pacẽ faciens cũ inimico,& promittẽs eũ non offendere,neq; hæredes ſuos ſub certa pœna,ſi unus ex hæredibus offendatur,an offenſus ad totã,& integrã pœnam agere poſsit. dic ut per Iaſ.plura accumulantem. in l.ſtipulatio.§.Cato.num.54.ff.de

56 uer.obl.* Quinquageſimoſextò adduco tibi Bal.& Ange.in l.ęquiſsimũ.ff.de uſufruc. quòd in ciuilibus iudex poteſt hortari,ſed non arctare partes ad cõcordiã amicabiliter faciendã,ſeu per uiam iuris,ſeu per uiã facti.Idem But.in c.j.de mutuis peti.col.pen.alleg glo. in l.j.§.poſt temporis.ff.de ope.noui nunc.Idẽ uoluit Abb.in c.cum patrem,in ult. notab.de pact.& in c.cum inter R.

57 de elect.iij. col.* Quinquageſimoſeptimò adduco Bal.in l.ex ſtipulatio.C.de ſenten.quòd cõcordia poteſt ſuaderi,nõ tamẽ imperari.ideo non poſſunt partes cogi ad cõpromittendum in arbitratorem,etiã ſi timeatur ſcandalum:neq; poteſt cogi offenſus ad pacem faciendã,imò debet poteſtas uindicare,& punire. Bal.in c.j.§.fi.de pace tenen.& Alua.in d.c.j.§.ſi miniſteriales. Bal.in d.l. prima.§.quies.ff. de offi.præfe. ur.Fallit in Taruiſio,& diſtrictu ubi rectores pro quæſtionibus coram eis uertẽtibus poſſunt cogere partes ad compromittendũ,ut in prouiſionibus duca.lib.2. cap.57.incip.

58 cum poteſtas. * Quinquageſimooctauo,partes cõpelli poſſunt per iudices ad concordiam & pacem in cauſa criminali. Bart.in l.congruit. in fine.de officio præſid.& Abba.in rub.de treuga & pace.But.in c.j.de mutuis petitionibus.quòd intellige prędicta antequam naſcatur de-

lictum,ut eſt tex.in l.denunciamus. C.de his qui ad eccleſias cõfu.& in l.illicitas. §. ne potentiores. & ibi Bar.de officio præſi.Bal.in l.ex ſtipulatione.C.de ſen.& in d.l.æquiſſimum.ff.de uſufru.& Sali.in octaua poſitio.l.tranſigere.C. de tranſ-
59 actio. & ibi Alexand.*Quinquageſimonono,Princeps poteſt cogere litigantes ad pacem, cõcordiam,& ad compromittendum, ut pulchre dicit Innocen.in d.ca.cum inter R. in primis. uer.de electione. & ibi Abb.in primo notab.dicens nõ reperiri ita expreſſe alibi. Pau.de Caſtro in l. quidam exiſtimauerunt.2. col.ff.ſi certum petatur.& hoc limita,ut per But.in c.1.ad finem.de mutuis petitionibus.idem Abb.in c.cũ
60 pridem.de pac.in ulti.nota.*Sexageſimo,Roma.poſt Ang.in l.2.§.ex his.in quinta co.ibi.ſed ſuccedit dubitatio.ff.de uerb.oblig.quòd licet partes non compellantur ad concordiam, quando diſcordia tendit ſolum ad eorum incommodum, ut ibi per Bar.tamen ubi ex ea cauſaretur rixa,uel probabiliter dubitaretur,ne uenirent ad arma,tunc iudex eos compellet ad cõcordiam, per d.l.æquiſsimum.& idem Imol.
61 in d.§.ex his.in 4. col. * Sexageſimoprimò,ubi diſcordia aliquorum tẽdit ad incommodum alterius,tũc poteſt implorari officium iudicis, ut cogat eos ad concordiã.ut Bart. poſt Old.in l.d.2.§.ex his.de uer.ob. Barto.in l.huiuſmodi.§.fi.de lega.1. & plene per Feli.in rub.de treug.&
62 pace. in 6. fallen. * Sexageſimoſecundò, quando eſt diſcordia inter perſonas inſignes,ex qua reſp.turbatur,poſſunt cõpelli perſonæ ad pacẽ & cõcordiã.ut per Bal.& Ang. in d.l.æquiſsimũ.per tex.in l.ſi quis ingenuã.§.in ciuilib⁹.ff.de cap.Bal. in l.j.§.quies.ff.de offi.præfec. urb. Abb.in rub.de treug.& pace.Bar.in l.ambitioſa.in iiij.colũ.ibi,declaremus iſtas.nu.18.ff.de decre.ab or.facien.Ange.in l.ſi fur.C.de uſufruct.
63 *Sexageſimotertiò,Bar.in l.de die. in princi. ff. qui ſatiſdare cogantur. quòd ſi partes coactæ per ſtatutum certo caſu facere pacem, neſciunt tamen capitulare ipſam,iudex eam capitulabit.& ibi Alexan.in ſecun-
64 do,& tertio notab.* Sexageſimoquartò,in omnibus caſibus in quibus partes compelli poſſunt ad pacem,compelli poſſunt etiã ad treugam.ita ſingulariter dicit Abbas in
65 rubri.de treuga & pace.*Sexageſimoquintò,glo.j.in ca. ſtudendum. 90.diſtinc.dicit,quòd partes inducuntur ad pacem, quando ciuiliter agitur de crimine iniuriarũ,uel de damno dato:ſecus ubi ageretur de crimine merè criminali. hoc idem uoluit Archid.in d.cap.ſtudendum. quòd in priuatis criminibus poteſt induci cõcordia,non in publicis iudiciis.non enim diſpenſare poteſt, uel cõponi,ut uir uxore dimiſſa aliã habeat.c.fin.de tranſact.uel ut monachus habeat quid proprii,ut Bal. in l.in ſtipulatione. C.de ſenten.
66 *Sexageſimoſextò,pro pace facta commune remittere poteſt damna ſingulorum.Inno.in c.in noſtra.de iniuriis.hoc tamen uerum ſi ſinguli conſenſerunt ſtatuto,& iurauerunt ſcilicet in caſu.in d.c.in noſtra.refert Bal.in margari.in uerb.guerra.

*Sexa-

67 *Sexageſimoſeptimò,pacis uigore
multa cōceduntur,quę de iure fieri
nō poſſunt.quia quicquid fit ꝓpter
pacē,legis habet rigorē.Bal.in cōſ.
213.in fi.incip.quidam nobilis.in iij.
parte cōſiliorum.ubi limitat glo.fi.
circa fin.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.
j.quæ dicit,quòd fictio non retro-
trahitur ad ea quæ ſunt impoſsibi-
lia.fallit in cōuētione legitima,quę
fit propter pacem.& illā gl.magni-
fecit idem Bal.in c.innotuit.de ele-
ctio.& in c.cum conſuetudinis. de
conſue.& in c.contingit.de dolo &
contu.& in l. ſiue poſsidetis. C. de
proba.& in rub.de procur.extrà ij.
68 col.*Sexageſimooctauò,pax rum
pitur propter minas,& ideo ſi quis
pacē fecerit cū Sēpronio,& ille mi
nās fecerit,punitur pœna pacis ru-
ptę,ut uoluit Ange.in l.ſi cū exce-
ptione.in §.ſatis.ff.qđ me.cau.Mar
ſi.in l.is qui cū tello.nu.8.C.ad leg.
69 Cor.de ſica.fol.8.* Sexageſimono
nò adduco tibi Pe.de Anc.in cō.74.
inci.uiſo diligenter inſtrumēto.ubi
cōſuluit ꝙ ꝓcurator cōſtitutus ad
faciendam pacem & concordiam,
ſi pactus ſit,quòd eius dominus ac
filii non poſsint ſtare uel morari in
ciuitate,& comitatu,talis procura-
tor non poterit hoc facere uirtu-
te talis procuratorii, per motiua
ibi per eum adducta. & pro iſta
quæſtione eſt bonus tex.in argu-
men.in cap.ueniens. de iureiuran.
70 *Septuageſimo Ange.conſi.266.in-
cipien.inter capitula pacis conſu-
luit de pace ducis Mediolani,& cō-
munis Florentiæ.& eundem in cō-
ſi.289.ubi conſuluit de pace facta
inter domi.Venetos,& Ianuenſes,
circa capitula pacis inter eos, cir-
71 ca* quorum aliqua dubitabantur,
an Ianuenſes poſſent nauigare bo-
na fide in culfo Venetorum,necne,
& an poterāt applicare libere ad
portum Venetorū in dicto culfo,
& an poterant cogi ſoluere maio-
72 ra datia ſolito.* Septuageſimoſe-
cūdò,Barb.in cōſi.38.in primo uo-
lu.incip.Paralipomenū.& uiſo pun-
cto in ix.colum.ubi,ſi firmata pace
inter duos reges, & mota guerra
per alterum eorū contrariū princi-
pem, ſi iſte tertius ſubiiciatur uel
adhæreat regi,uidetur & ipſe ter-
tius cum eius hoſte pacificatus.ter-
minat quòd ſic,per plura motiua,
& adducit Ioā.And.in addi.Spec.de
treug.& pace.in pen.quæſtione.
73 Septuageſimotertiò,Barb.in con-
ſil.11.incip.illud afferam in mediū.
ij.colum.in ij.uolu.ubi dicit,ꝙ pa-
cis gratia quædam ſunt ſpecialiter
promiſſa.& per eundem in cōſi.24.
incip.clemētiſsimi dei patris.in iiij.
colum.eo.uol.quòd epiſcopus loci
per cenſurā eccleſiaſticā poteſt cō-
pellere litigantes aſsiduos,etiā nō
ſubditos ad concordiam,& impo-
nere finē liti.iſta eſt glo.ualde nōt.
in c.placuit.90.diſtin.iuncta gloſ.in
74 l.æquiſsimum.ff.de uſufr.*Septua-
geſimoquartò.Fulg.in cōſi.149.in-
cip.ſuper inquiſitione formata cir-
ca medium,ꝙ pax inita inter duas
ciuitates prodeſt cuilibet ex illis ci-
uitatibus.& ibi etiam ponit,ꝙ pax
inter Florentinos,& Senenſes an-
no 1403.facta fuit, & iniuriæ hinc
inde remiſſæ fuerunt.* Septuageſi-
moquintò,pœna adiecta in proui-
ſione pacis ſeruandę,non committi-
tur niſi ſemel per primā offenſam,
niſi ſit adiecta clauſula,quòd pœna

toties committatur, quoties cõtrà factum fuerit.per l.ſi duo.§.primo. ff.de arbi.idem uoluit Ioan.And.in additio.ad Specu.in rub.de treuga & pace.ad fi.de quo plenè per Alexand.in conſi.119.Septuageſimo ſextò, ſi plures cum pluribus fecerint
76 pacem,* & una pars promiſit alteri non contrauenire ſub pœna ducatorum mille:& unus fuit occiſus ab aliquib⁹ de alia parte,an pœna cõmittatur in totum,& quibus acquiratur,& ꝓ quibus portionibus, an inſolidum,& in totum,contra quẽlibet.uide pulchrum conſilium Alexan.120.incip.uiſo inſtrumento pacis.in iiij.uol.& Corn.conſi.167.nu. d.3.uol.fol.171.Bar.in l.ſi.ff.de duo. reis.in uer.ſecundò quæro.cũ quo ibi tranſit Ang.& Moder.Bar.in repe.auth.hoc ita.C.de duob.reis.q. 13.& in l.opere.C.de oper.libert.& per modernos in l.ſi id quod.ff.de duob.reis.in quibus locis concluditur,quòd ſi piures fecerunt pacẽ cum pluribus,& promiſerunt ſe nõ offendere ſub pœna 1000.contigit unum eſſe offenſum,omnes ex illa parte offenſa nõ poſſunt agere inſolidum,nec etiam inſolidum poſſunt conueniri illi qui ſunt de parte offendente,ut probatur ibi per l.ſi id quod.& per d.l.opere.unde quilibet de parte offenſa poteſt petere uirilem portionem.& quilibet qui fuerit de parte offendente , poteſt
77 conuenire pro parte uirili.* Septuageſimoſeptimò,utrum pax & remiſſio iniuriarum poſſit fieri abſentibus,uide plene Alex.in conſi.131.4. uolumi.iij.colum. Bal.in l.ſi manumiſſus.nu.4.C.de libertis,& eo.lib. ubi dicit,quòd pax in foro pœnitẽtiali poteſt fieri inter abſentes,ſed pax ſolennis nõ poteſt fieri,niſi in-
78 terueniente pręſentia alicuius.* Septuageſimooctauo, dux ſeu princeps pro pace territorij ſui habenda,poteſt caſtrum ſubditorũ ſuorũ alteri concedere.quia in pace uertitur publica utilitas,propter quam poteſt auferre ius priuati.ita Alex. in conſi.94.in princip.pen.col.in v. uolu.Bar.in l.quæcunq;.in fin.C.de fide inſtru.& iure haſtæ fiſc.lib.10. Inno.& Ioã.Andr.in c.in noſtra.de iureiur.& expreſsius Ange.in l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcrip. & in l.Antiochẽſiũ.ff.de priui.cred. & in l.uenditor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædi.Bal.in l.cõuentionum.ff. de pact.& in l.quicunq;.in ulti.col. de ſer.fugi.& per eundem Bal.in ti. de pace Conſtan.in uerbo,priuile-
79 gia.* Septuageſimononò quæro,ſi eſt facta pax,uel treuga inter duos inimicos,& alter iſtorum offendat fratrem,uel cõiunctos alterius,an uideatur incidiſſe in pœnam adiectam in compoſitione pacis.Iacob. Ard.diſputat hanc quæſtionẽ latè de pace tenen.ſub rubricela argumentũ.ubi arguit ad partes,& tandem inclinat in hãc opinionem,ꝙ inciderit in pœnã,argumento l.ſi libertas artem.ff.de ope.lib.& l.j.§. cum patronus.ff.de offi.præfe.urb. Aluaro.in titu.de pa.iura.firman.in §.ſi quis uero temerariè.Martil.in ſingu.ſuis mihi.nu.331.incip.pacem faciens. Octuageſimò,ſi facta pa-
80 ce unus dat* damnũ in bonis alterius,an ex hoc uideatur rumpere pacem.uide Alua.in tit.de pace tenen.

nen.§.ſi quis quinq;.in uer.quæro ab extra.& concludit,ꝙ ſic.per illũ tex.poſt Bald.in d.l.niſi hoc fieret ex diſcordia orta de nouo,quæ à principio cogitata non fuit.Octuageſimoprimò quęro,an famuli do-
81 minorũ*rixantes intelligãtur rumpere pacem dominorũ,& utrũ domini pro ipſis teneantur.uide Aluaro.in §.ſi miniſteriales.in uer.quæro an ex dicto delicto.in tit.de pace tenend.& uiolat.eius.ubi remittit ſe ad dicta per Barto.in l.j.§.familiæ.ff.de publi.& in l.ij.ff.ad leg. Iul.repet.& in l.nequid.ff.de incen. rui.nau.& per Bal.in l.obſeruare.§. proficiſci.ff.de offic.procon.& concludit,quòd debẽt puniri tanquam uiolatores pacis,ſi uiolaretur pax propter eorum diſcordiã.ſecũdum Nicol.de Neapo.& ibi eſt uidendũ an domini teneantur.uide Barto.&
82 Bal.in locis præallegatis. *Octuageſimoſecundò,cùm debet haberi pax,nõ ſufficit treuga.Ang.& Paul. de Ca.in l.conuentionũ.ff.de pact. & docto.in rubr.de treuga & pace. Iaſ.in l.cùm proponas.la ſecũda.C.
83 de pact.nu.7.*Octuageſimotertio, Epiſcopi tenentur ſecundũ ſacras conſtitutiones,ut pax conſeruetur. pro quo facit quod uult glo.in authẽ.quomodo oportet epiſcopos. §.j.& quod not.Aluar.in tit.de pace tenend.& uiola.eius.§. ſi clericus.& etiam hoc de iure ſpectat ad officium eorundem,tueri facere,& cõſeruare pacẽ,& punire eius uiolatores.§. epiſcopos. & ubi Aluar. in titu.de pace iur.firman.ſecundũ canones eſt expeditũ.cap.j.de treuga & pace.cap.nouit.de iudiciis.& pro pace habenda multa & infinita bona proueniunt,quæ per glo.fin. numerantur in titulo de pace Cõ-
84 ſtan.* Octuageſimoquartò,pax fit per tactũ manuum,& per riſum reciprocum,per potũ,per oſculum,& ſimilia.nota.in l.in ipſius.C. famil. erciſ.glo.inſti.de iniur.§.in ſumma. doct.& Paul.de Ca.in l.j.ff.de pact. Bal.in l.& epiſtola.C.de fideicommiſ.& quod dicitur de oſculo,non habet locum in domiuo feudi,ut per Firma.in repęr.ſuo in uer.pri-
85 mo.*Octuageſimoquintò.pax abſenti fieri non poteſt niſi notarius pro eo ſtipuletur,ſed iniuriarũ remiſsio.ſic l.athletæ.§.de remiſsione.per Bal.ff.de excuſa.tuto.Alexã. in conſi.1;1.in iiij.uolu.in iij.colum.
86 *Octuageſimoſextò, pax fieri non debet pretio,uel pecunia recepta: aliter nõ prodeſt l.j.ff.de dona.inter uir.& uxor.l.furti.§.pactus.ff.de infami.quod eſt uerũ ſecundũ Bart. in l.athletæ.§.fi.eo.tit.ante ſententiã condẽnatoriã.quia poſt ſententiam fieri poteſt etiã recepta pecu-
87 nia,ut ibi per eũ.*Octuageſimoſeptimò,pax ſi fiat ab hærede occiſi recepta pecunia,per hunc ſimplicẽ actum uidetur adire hæreditatẽ,ut uoluit Bart.in l.pro hæred.§.fi.ff.de acqui.hæred. Octuageſimooctauò,
88 pax facta per tutorẽ cũ obligatione ad pœnã,non ualet.Bal.in l.pactum curatoris,ad finẽ.C.de pact. nu.3.quia obligatio ad pœnã reputatur damnũ ipſi pupillo,ut l.ſi minor.ff.de mino.& idem ibi Decius.
89 nu.7.C.de pact.*Octuageſimonono,pax probatur ex legato facto inter inimicos, ut dicit Bald.in l. ipſius.

ipſius.C.fami.hercil.& in l.iij.§.fin.
& ibi Bar.ff.de adimen.lega.Itē per
ſalutationem uerbo,uel epiſtola ſi
iniuria non fuit à principio ad ani-
mum reuocata,ut uoluit Inno.in c.
90 olim.de iniur.* Nonageſimò, pax
facta cū promiſſione pœnæ appli-
candæ fiſco,nō ualet niſi notarius
ſtipuletur pœnā pro fiſco,quia nō
ſufficit ꝙ partes promittāt ſub pœ-
na,niſi dicatur ſub pœna fiſco ap-
plicanda.Bart.in l.arbiter.il ij.ff.de
arbi.& latius in l.j.in ulti.colū.ff.de
91 iure fiſc.*Nonageſimoprimò,pax à
minore fieri & ſtipulari poteſt,nec
datur ei in integrum reſtitutio.Dy.
in l. diuus.in apoſtillis.ff.ad Sylla-
nia.Pau.de Ca.conſil.191.ubi quæ-
rit,an pax facta per minorē poſſit
rumpi per reductū ad maiorē æta-
92 tē.Nonageſimoſecūdò,* pax rum-
pitur,ſi inferens metum quoquo-
modo offendatur,ut ſing.dicit An-
ge.in l.ſi cum exceptione.§.ſatis.ff.
quod metus cauſa.Bal.in cōſil.430.
incip.inſultus.in ſexto uolu.Mar.in
l.j.nu.26.ibi.& facit.ff.de quæſtioni.
idem in ſingu.ſuis.nume.337.in fin.
93 fol.34. Nonageſimotertiò,* pax à
teſtatore in teſtamento fieri po-
teſt,& habere de particulari etiam
fieri poteſt, & prodeſt, ut l. quo-
ties.C.de hære.inſtitu.Bald.in l.fin.
C.commu.de lega.in lectura anti-
qua.& in capi.j. in princip. in ulti.
colum.de ſucceſſione feudi.Nona-
94 geſimoquartò, * pax per tertium
fieri poteſt,& per hæredem ratifi-
cari,ut Bald.in addit.Specu.in titu.
de homi.uerſi.ſed pone.Nonageſi-
95 moquintò * duæ ciuitates adinui-
cem pacē habuerunt,habētes prius
guerram inter ſe, & appoſuerunt
pactum quòd liceat alteri uindica-
re,uel fœdera pacis rumpere,an ua
leat tale pactū.Bal.in authen.ſacra-
menta puberū.C.ſi aduerſus uendi
tionem.tenet quòd nō.Nonageſi-
96 moſextò,* pax à procuratore fieri
poteſt,ſi habet ſpeciale mandatū,
ut uoluit Specu.in titu.de homicid.
uer.illud autem.& expreſsè Bart.in
l conuentionum.in fine.ff.de pact.
97 Nonageſimoſeptimò ,* pax fieri
poteſt à ſpuriis occiſi, & prodeſt
etiam ſtante ſtatuto,quòd pax ha-
beatur à filiis occiſi.ut Cyn.in l.ſi
quis.C.ad l. Iul. maieſta.Barto.in l.
ij.ff.de accuſat.& in l.tutelas.ff.de
capi.dimi.& in l.pronunciatio.§.fa
milia.ff.de uerbo.obliga.ſed Franc.
de Rampo.& Salic.in conſil.primo
ſuper primo dubio,an filius,& c.cō
ſuluerunt.contrarium refert, & ſe-
quitur Ange.Aret.in tracta.maleſi-
ciorum.in uer.in termino defenſio
nis.ibi,quid ſit ſtatuto. Nonageſi-
98 mooctauò,*pax fieri poteſt per fi-
lium occiſi nō hæredē etiam,ſtan-
te ſtatuto , quòd pax habeatur ab
hæredibus occiſi.Bald.in l.ſi filius
qui patri.in fine.ff.de uulga.& pu-
pil.& ibi Bart.Bald.Ange.& Imo.&
99 doc.mod. Nonageſimononò,*pax
facta per matrem tutricē filiorum
pupillorum de homicidio mariti,
an ualeat.dic ut per Ganda.in titu.
de tranſact.& pac.nu.22.fol.159.qui
diſputat ad partes.& diſtingue, ut
ibi per eum.& Abb.in conſi.14.per
110 totum.Centeſimo,* pax à filiofa-
mi.iniuriato nō poteſt fieri in præ-
iudicium patris,cui actio iniuriarū
eſt quæſita.ut uoluit Paul.de Caſt.
in l.

in l.in perſonam.ff.de pact.Cente-
101 ſimoprimò,pax à fœmina* ſuccedente offenſo fieri non poteſt,& facta non prodeſt, ſtante ſtatuto, quod pax habeatur ab offenſo: quia fœmina non eſt habilis ad uindictam.glo.eſt ſingu.in ca.j.§.hic autem notandum.in glo.in uer.leges. circa fin.qui feudum dare poſſunt. Iaſ.in l.cum filiusfami.nume.100.ff.
102 de lega j.Centeſimoſecundò,*pax facta cum ciuitate,& caſtellis eius, extenditur etiam ad caſtella poſtea de nouo acquiſita. ut tenet Ioan. Andr.in addit.Spec.in rub.de treuga &, pa.uerſi.quæro ad ſecundam partem.ſed Bal.contra in tit.de pace Conſtan.in §.nos Romanorũ. in ſecuuda colum.not.in l.uxori.ff.
103 de lega.iij.Centeſimotertiò,*pax facta regi,uidetur etiam facta conſiliariis ipſius.Bald.in margarita,in uerbo,liberatio.uer.fi.Centeſimo-
104 quartò,*pax poteſt fieri mandatori criminis,ſi ſtatutũ dicat quòd pax fiat percuſſori.Bald.in l.tranſigere.ad fin.C.de tranſact.& in l.ſi ſeruum,§.prætor.ff.de acqui.hære-
105 di.Centeſimoquintò,*pacis inſtrumentum productum poſt terminũ ſtatuti,etiam ex conſilio aduocati non prodeſt.Bald.in l.iuris.nume.3. C.qui admit.& eius productio ſufficit ſine pronuncia Iudicis.Bald.in l.omnium.C.de teſtamen.in uerſi. item nota quòd ſufficit productio.
106 Centeſimoſextò,*pax ſi eſt prohibita per ſtatutum diſponẽs,quòd de percuſsionibus ſanguinolentis fieri nõ poſsit:an ſi quis aliquẽ pugno percuſſerit ob quam percuſſionem in terrã ceciderit,& caput ſibi fregerit cum carnis inciſione, & ſanguinis effuſione,an tunc poterit fieri pax.uide Iaſ.in l.non dubium.nu.24.C.de leg.Bal.in l.pecoribus. C. ad l.Aquil.Centeſimoſe-
107 ptimò,*in uiolatoribus pacis bona publicantur,& quandoq; deuaſtantur,ut eleganter dicit Alber.de Roſa.in ſuo opere ſtat.& in tertia parte.q.xviij.in fin. nume.7. fol.47. alleg.tex.in uſib.feu.de pace tenen. §.j.& de pace iur.fir.§.receptatori-
108 bus.Centeſimooctauò,*pax & cõcordia reddita per pecuniam ualet & tenet.ut elegãter Bal.in l.abolitio.nu.2.C.de abolit.& maximè in criminibus,ubi licet tranſigere uel paciſci de iur.ut Bal.ibi.& Sali.in l. tranſigere.C.de trãſac.in pen.quæſtione.& ibi Iaſon plenè.Centeſi-
109 monono,*ſi duo fecerunt treugã, promittentes ſe adinuicẽ nõ offendere,& unus de alia parte filiã,uel ſororem rapuerit,& eã aliqualiter in raptu percuſſerit,an ex hoc dicatur rupiſſe treugã.dic quòd non, quia non percuſsit eã principaliter animo iniurãdi,ſed ex alia cauſa.ut eleganter dicit Iaſ.in l.qui ſeruũ.in iij.col.ff.de uer.obli.laté Marſi.in l. j.nu.4.C.ad l.Corne.de ſica.Flo.in l.ſiquis teſtamentũ.§.interdũ.ff.ad l.Aquil.nu.2.fol. 40. Centeſimode-
110 cimo,*pax mãdatũ factũ p uulneratũ ad faciendũ pacẽ,non finitur morte mandãtis,etiã re integra.ut eleganter dicit Bal.in addi.ad Spe. in tit.de homi.in ult.addit.in fi.uer. percuſſus.alle.l.ij ff.ad Syllan.Mar. in ſingu.ſuis.nu.44.incip.mandatũ.
quod

111 quod no.*Pax ſi eſt facta de uulne
re,an dicatur facta de morte ſecu-
ta morte.dic q ſic.ſecundũ Bal.ſin-
gul.in addi.Spec.in titu.de accuſ.in
v.col.uer.pax facta de uulnere.So-
ci.in conſil.65.inci.circa prin.in viij.
col.Marſi.in ſingu.ſuis.nu.46.incip.
quidam fuit uulneratus.Corn.Per.
conſi.51.per totũ.in j.uolu.Pax non
112 rumpitur*furto ſecuto,ut cõſuluit
eleganter Corn.Peru.in cõſi.47.in-
cipiẽ.plura quæruntur in litera C.
Car.42.ii.uol.allegat Pau.de Ca.in
l.fi.§.j.ff.de publi.quia furtũ fit gra-
tia auaritiæ,& pax rumpitur gratia
ueteris inimicitiæ.Bart.in l.uerũ.ff.
113 de furt.*Pax in quo differat à treu-
ga,uide Iaſo.in l.cum proponas.la
ii.C.de pact.nume.5.fo.22.& in quo
differat à concordia,uide eundẽ in
l.j.nu.13.fol.157.ff.de pact.& in l.fi-
deicom.nu.2.fol.87.C.de tranſac.&
114 Ange.de uerb.domini.c.158.*Cau-
ſa uiolantis pacem,qui furatur,ex l.
furca eſt ſuſpendẽdus,ut eſt text.in
l.j.§.ſi quis quinq; ſolidos.de pace
iur.fir.licet de generali conſuetudi-
ne non ſeruetur.ut dicit Flor.in l.ſi
ſeruus.ff.ad l.Aquil.nume.1.in prin.
fol.27.Et ſic huic noſtro operi cir-
ca præmiſſa finẽ facio,ad laudem
omnipotentis Dei,ac beatæ uirgi-
nis Mariæ,ego Iacobus Nouellus
iur.doc.& Venetiarum aduocatus,
qui animo officioſo,non uani no-
minis appetitionẽ, aut nugatoriæ
oſtentationis acceſsi ad huius ope-
ris compilationem,ut practicantes
criminalem materiã faciliùs omnia
ad loca ſua capiant,& caſus occur-
rentes indies inueniãt.1548.& an-
no ſalutis reuidi 1552.

FINIS.

DO. IACOBI NOVELLI IVRISCONSVLTI VENETI TRACTATVS AVREVS,

Defenſionem omnium eorum aduerſus quaſcunq; accuſationes & inquiſitiones pro quibuſcunque criminibus docens.

CVM ratione officii, pietatis, amoris paterni, ac etiam pro particulari intereſſe, tam ex iuris diſpoſitione, quàm ex antiqua conſuetudine hactenus jn uiridi obſeruantia exiſtēte, parentes ipſi ad defenſionē filiorũ abſentiũ admitti conſueuerint, non immeritò cōparet Dominicus della Marcha, uti pater & legitimus adminiſtrator omnium bonorum Antonii Mariæ eius filii, ac pro intereſſe ſuę patriæ poteſtatis unà cum domino Iacobo de Nouello d. eius aduocato, cauſa & occaſione prędictũ eius filium defendendi ab aſſerta inquiſitione ueſtra, per uos, ueſtrúmque officiũ contra eum formata, de homicidio ſequuto in perſonā Q. Titii Cremonenſis ex percuſſione cũ langerio, eidē Q. Titio per dictum Antonium Mariam illata, ex cauſis in dicta aſſerta inquiſitione, & proceſſu declaratis. Ad quam & contra quam impugnatiuè ſemper relatio habeatur : præterquàm in partibus commodum, & fauorem dicti eius filii concernētibus. in quibus illam impugnare non intendit, ſed magis illam in partibus prædictis laudat & acceptat, ac ſaltem in uim tacitæ iudiciariæ confeſsionis reproducit. & breuibus agendo, & realiter dictum filium ſuum defendendo pater antedictus : imprimis confitendo delictũ prædictum, ſcilicet præfatum filium ſuum percuſſiſſe cum langerio ſæpe dictum Q. Titium ea percuſsione, qua poſtea deceſsit, dicitque eundem filium ſuum à pœna ordinaria homicidii abſoluendum eſſe, & extraordinaria, tamē pœna pecuniaria, uel fortaſſe alia conſimili, (ut ſæpe in ſimilibus obſeruatum fuit) eum eſſe puniendũ : cùm clarum ſit eundem Antonium Mariam ad faciendũ id fuiſſe ualde infeſtāter prouocatum à præfato Q. Titio, tam ex uerbis inhoneſtis, turpibus, ac minatoriis contra dictũ eius patrem ac ſemetipſum, per eundem Q. Titium prolatis, quàm etiam ex terrore armorum per prędictũ Q. Titium in manu acceptorũ, prout de præmiſs is, omnibus particulariter inferius deducetur.

ducetur. Et quatenus opus fuerit legitimè probabitur, accedēte etiã quòd dictus uulneratus poſt uulnus illatum, ambulauit per ciuitatem, non obſeruando præcepta, & regulas medicorum. Ita quòd principaliter non ex ipſis uulneribus, ſed ex malo regimine ipſius uulnerati deceſsit, ut liquido per teſtes comprobabitur. quibus ſtantibus & probatis manifeſtè liquebit antedictum Antonium Mariam extra ordinem (ut dictum eſt) leuiter eſſe plectendum, cùm terror armorum ſatis ipſum excuſet, & uerba in dictum eius patrem, & per ipſum Q. Titium iniurioſè (ut dictum fuit) & minatoriè prolata efficiant, ut ipſe magis puniendus ſit, quia plus fecerit quàm quòd ſe uindicare nõ debuiſſet. Quamobrem magnifice, & clementiſsime prætor, Dominicus antedictus ex cauſis præmiſsis, & aliis etiam, loco & tempore dicēdis, quatenus expediens erit, orat rogátq; inclytam magnificentiam ueſtram, eiúsq; digniſsimum officium, quod ad hoc ſpecialiter implorat, quatenus opus ſit, ut dictum filium ſuum ab ordinaria homicidii pœna abſoluat, & mitiori ac extraordinaria pœna eũ afficiat, pecuniaria uel alia arbitrio magnificentiæ ueſtræ ei imponenda. & ita fieri & declarari petit omni meliori modo, &c. ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus, & iuribus ſuis ſibi competentibus, & competituris. Et ſi in præmiſsis fortaſſe deficeret, quod non credit, proteſtatur poſſe ad alia iura habere recurſum, prout ſibi melius de iure uidebitur expedire.

CORAM VOBIS MAgnifico poteſtate Veronæ, Do. Franciſco Venerio digniſsimo.

Licet nõ ſolum de iure cõmuni cautũ ſit, uerum etiã ex forma decreti duc. illuſtriſs. dominii. 1524. quenquã ad carceres citari nõ poſſe in cauſa capitali, niſi præcedētibus indiciis ſaltē legitimis. Attamē citatus fuit Sempronius pro cauſa mortis Q. Titii ob ſolã accuſationē, ſeu denuntiã Merici uillæ Ronchadæ, nullis aliis præcedentibus indiciis ſaltē legitimis, tamē obtemperando præceptis magnificentiæ ueſtræ, idem Sēpronius ſe ſpõte ad carceres. m. u. præſentauit, & in carceribus ueſtris detruſus remãſit, & adhuc remanet à die XX. Iulii proximè præteriti, ad oſtēdendã innocentiã & integritatē uitæ ſuæ cum maximo dãno, iactura, & intereſſe, nihilominus ſe defendendo, tam à dicta denuntia, ſeu accuſatione, quàm ab omnibus aliis cõtra eum obiectis ob mortem Q. Titii. & breuibus agendo dicit & excipit idem Sempron. quòd negat narrata in dicta aſſerta denuntia, ſeu accuſatione uera eſſe, & ueritatem in ſe continere. Nam Mericus uillæ Ronchadæ eſt homo peſsimæ ac malæ naturæ, inductus ſuggeſtione ac ſuaſione Petri Verzerii hominis quippe malignæ naturæ, inimicus ipſius Sēpronii, (ut ſatis notorium eſt) & præmio accepto inductus eſt ipſam accuſationem inſtituere, ut probabitur. Imò quod plus eſt, quæſiuit uariis mediis inducere teſtes ad comprobandum, eáque

eáq; ipſe denũtiauit malis artibus, quod ex eo dignoſcitur, ex cõtrarietate & repugnantia in dicta denũtia,ſeu accuſatione appoſita:nec obſtat dictũ & expoſitio primi teſtis pro indicio exhibito,quia eſt in ſuo dicto ſingularis,uarius & incõſtans,& extra querelam.quo fit, ut non ſolum fides aliqua ſit ei adhibenda, ſed deprehenditur manifeſta falſitas, & minus ſecũdus & tertius teſtis,quia in facto nihil deponunt. quibus omnibus ita in facto ſubſiſtentibus, & aliis ſuis,loco, & tempore dicendis,& allegãdis,Venit dictus Sẽpronius, per m.u.abſoluendus, uel ſaltem pro nunc ex carceribus. m.u.relaxandus, & denũtiator in expenſis cõdemnãdus. & ita fieri petit omni meliori modo,&c. non ſe aſtringens &c. ſaluo ſibi iure &c. ac ſaluis aliis iuribus ſibi competentibus &c.Et ſi in prędictis forſitan defeciſſet,quod non credit,proteſtatur poſſe ad alia habere recurſum,prout ſibi melius de iure uidebitur expedire.

HOMICIDAE QVIBVS ex cauſis à pœna mortis excuſentur.

SVMMARIVM.

1 *Defenſionum reorum multa ſunt genera.*

2 *Verbum defendere eſt uerbum generale.*

3 *Qui promittit aliquem defendere,intelligitur de iure & de facto.*

4 *Quando dicatur aliquid ad ſui defenſionem fieri.*

5 *Pater in cauſa capitali an pro defenſione filij ſui admittatur.*

6 *An interſit reipu.abſentes à quibuſcunque defendi in cauſa capitali.*

7 *Procurator an in cauſis capitalibus interuenire poſſit.*

8 *In cauſis criminalibus an neceſſe ſit præſentia rei criminis.*

9 *Triplex eſt ſpecies defenſionum.*

10 *Iudex an debeat perquirere innocentiam rei abſentis.*

11 *Pater confitens delictum pro filio,an admittatur in cauſa capitali.*

12 *Intellect.l.reos.C.de accu.& l.pen. §.ad crimen.ff.de pub.iud.*

13 *Inſultatus ſi occidit,an à pœna ultimi ſupplicij excuſetur.*

14 *Inſultatus an ſemper præſumatur facere ad tutelam ſui corporis.*

15 *Præſumptio iuris ſemper eſt contra inuadentem,& criminis authorem.*

16 *Ex lege ſemper præſumitur contra illum,qui dat operam rei illicitæ.*

17 *Præſumptio eſt contra illũ,qui primo incipit proferre uerba contumelioſa, & qui ponit manus ad arma.*

18 *Percuſſus ſi ſe defendendo occidit,an de homicidio teneatur.*

19 *Modus articulandi neceſſariam defenſionem.*

20 *Terror armorum an excuſet delinquentem.*

21 *Offenſus pro ſui defenſione an debeat clamare, & alios conuocare contra malefactorem.*

22 *Defenſio neceſſaria,quõ probetur.*

23 *Aggreſſus excedens modum ſe defendendi,ſi occidit,an pœna ultimi ſupplicij ſit puniendus.*

24 *Inſultatus ſi doloſe excedit modum ſe defendendi, an pœna mortis puniri debeat.*

25 *Excedens modum inculpatæ tutelæ, ſi in ipſo exceſſu interuenit culpa lata ſeu leuis,an pœna l.Corneliæ de ſicariis puniatur.*

P 2 Homo

26 *Homo intenſo dolore permotus nõ eſt in plenitudinem intellectus.*

27 *Verbera non dantur ad menſuram.*

28 *Inſultatus ſi ſeruat requiſita à l.& in exceſſu non interuenit culpa, an abſoluendus ſit.*

29 *Defenſio neceſſaria an per proprium fratrem offenſi probari poſſit.*

30 *Teſtes domeſtici an idonei ſint ad probandam innocentiam inquiſiti.*

31 *Teſtis deponens credere ſuo, quòd Titium occiderit, ſcilicet ad ſuam defenſionem, an probet.*

32 *Infans ſi deliquit, an excuſetur à pœna ultimi ſupplicij.*

33 *Proximus pubertati an in delictis excuſetur,*

34 *In delictis minores an puniantur, ſicut maiores.*

35 *Minoribus delinquẽtibus, an propter ætatem pœna remittatur.*

36 *Pupillus ſi occidit, an pœna le. Corneliæ de ſicariis teneatur.*

37 *Furioſus committens homicidium, an decapitari poſſit.*

38 *Contra furioſum delinquentem in furore, an proceſſus formari debeat.*

39 *Furor quomodo probetur remiſſiue.*

40 *Homicida ſanæ mentis, ſi poſt delictũ ſuperuenit furor, an decapitãdus ſit.*

41 *Dormiens ſi occidit, an pœna mortis puniri debeat.*

42 *Dormiẽs ſi deliquit, & habet notitiã mortis ſui, qua pœna puniri debeat.*

43 *Senilis ætas ſi occidit, an excuſetur à pœna homicidij.*

44 *Ebrius ſi occidit, an à pœna le. Corneliæ de ſicar. excuſetur,*

45 *Blaſphemans per ebrietatem, an à pœnis legalibus excuſetur,*

46 *Error an excuſet homicidam à pœna ordinaria.*

47 *Volens baſtonare ſi occidit, an de homicidio teneatur.*

48 *Ignorantia iuris & facti ſupina, uel craſſa, quæ dicatur.*

49 *Inſania ſeu dementia, an à pœna homicidij delinquentem excuſet.*

50 *Phreneticus, fatuus, ſeu iracundus, an occidendo excuſetur à pœna mortis.*

51 *Ignorantia an excuſet à pœna delinquentem homicidij ordinaria.*

52 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia; quomodo à Doct. intelligatur.*

53 *Ignorantia quando excuſet.*

54 *Imprudens ſi occidit, an pœna l. Cor. de ſicarijs teneatur.*

55 *Mulier medicans ſi ex imperitia occidit, an excuſetur à pœna homicidij,*

56 *Neceſſitas, an excuſet delinquentem à pœna mortis.*

57 *Clericus occidens hominem ad ſui tutelam, an ad ſuperiores ordines abſque diſpenſatione promouendus ſit.*

58 *Laſciuia an excuſet homicidam à pœna l. Corneliæ de ſicarijs.*

59 *Author rixæ ſi occiditur, an interfector occidens ſit.*

60 *Iura ſemper præſumunt contra inuadentem, & criminis authorem.*

61 *Prouocatus uerbo ſeu facto, ſi deliquit an excuſetur,*

62 *Prouocatus quicquid agit, an dicatur potius facere ad defenſam, quàm offenſam.*

63 *Percutere incipiens, dicitur eſſe ſemper in culpa.*

64 *Calor iracundiæ, an excuſet homicidam a pœna ultimi ſupplicij.*

65 *Iracundia quæ delinquentem excuſat, an & quomodo probari debeat.*

66 *Minans ſi occiditur, an occidens à pœna homicidij excuſetur.*

67 *Metus inſtans periculi, an excuſet delinquentem ab homicidio.*

Co-

68 Coactè delinquens, an à pœna mortis excuſetur.

69 Iuſtus dolor, an excuſet homicidam à pœna l. Corn. de ſic.

70 Iudex, an poßit homicidã deportare.

71 Homicida iuſto dolore accenſus, ſi occidit, an contra ipſum pœna mitigari poßit.

72 Filius contra patrem ſe defendere an iure poßit.

73 Pater filium ſuum, an impunè interficere poßit.

74 Quid in patre ſpirituali, marito & præceptore. 75.

76 Maritus occidens uxorem deprehenſam in adulterio, an puniri debeat.

77 Pater filiam deprehenſam in adulterio, an impunè interficere poßit.

78 Pater uel maritus ſi reperit filiam, uel uxorem in præludijs Venereis, an impunè occidere poßit.

79 Si dominus reperit ſeruum in fraganti crimine, an impunè occidere poßit.

80 Socius ſi ſocium defendendo aggreſſorem interfecerit, an excuſandus ſit.

81 Iniuria illata ſocio, an cenſeatur communis ſocio.

82 Amicus amicum defendendo, ſi occidit inſultantem, an excuſetur.

83 Homicidium ſine dolo, qua pœna puniri debeat.

84 In pœnis corporalibus ſemper intelligitur dolus.

85 Non omnis homicida eſt dignus morte.

86 Homicidium culpa commißum, an pœna ordinaria puniri debeat.

87 Homicida qui caſu & non ex propoſito delinquit, an pœna mortis dignus ſit.

88 Homicidium caſuale, an & quomodo puniri debeat.

89 Homicidium ultra propoſitum commißum, qua pœna puniri debeat.

90 Bannitus an impunè occidi poßit.

91 Bannitus & banniendus an iure offendi poßit.

92 Condemnati in libris 50. an ex forma ſtatutorum offendi iure poßint.

93 Occidẽs aliquem propter tumultum ſedandum, qui aliter ſedari nõ poterat, an ab homicidij pœna excuſandus ſit.

94 Multa conceduntur propter tumultum ſedandum, quæ alias non concederentur.

95 Iudex an poßit procedere ad excuſationem capitulis ſententiæ, ubi dubitatur de futuro tumultu.

96 Officialis publicus ſi exequens officium ſuum, aliquem occidit, an à pœna leg. Corneliæ de ſicarijs excuſari debeat.

97 Occidens proditorem ciuitatis, an puniri debeat.

98 Transfugam exiſtentem in manibus familiæ poteſtatis, an occidens puniẽdus ſit.

99 Pugnantes contra patriam, an impunè offendi poßint.

100 Hæreticus pro defenſione fidei Chriſtianæ, an iure interfici poßit.

101 Occidens principem exercentem tyrannidem, an à pœna ultimi ſupplicij excuſari debeat, & poßit.

102 Occidens uolentem per uim ſe, & ſuos ſtuprare, an à pœna homicidij excuſandus ſit.

103 Multæ ſunt ſpecies uiolentiarum.

104 Sciens aliquem accedere ad prædia ſua, ut ui eum expellat, ſi occidatur, an interfector puniendus ſit.

105 Iura ſemper præſumunt contra inferentem uiolentiam.

106 Occidens furem diurnum, an puniri

ri debeat.
107 Quid iuris in fure nocturno.
108 Depopulatores agrorũ, an iure interimi poſſint.
109 Agrorum depopulatores, ſi capi poſſunt, an interfici liceat.
110 Quid dicendum de deſertore militia.
111 Raptores uirginum, aut honeſtarum perſonarum, an iure interimi poſſint.
112 Occidens aliquem in duello, an puniri debeat.
113 Duellum, an de iure canonico concedatur.
114 Vulnerans aliquem mortiſere, qua pœna mulctari debeat.
115 Carceratus iniuſtè, ſi cuſtodes carcerum interimit, an puniendus ſit.
116 Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat à dolo.
117 Exculpatio offenſi, an excuſet inculpatum.
118 Diuturnitas tẽporis, an excuſet delinquentem à pœna ordinaria homicidij.
119 In delictis antiquis, an pœna minui debeat.
120 Vulnerans aliquem qui principaliter ex illo uulnere non eſt mortuus, ſed ex alia cauſa, an percuſſor de homicidio teneatur.
121 Peritis in arte ſua ſemper credendum eſt.
122 Infirmus non obſeruans præcepta medicorum ſi moriatur, an percuſſor de homicidio teneatur.
123 Quomodo dicatur aliquem obijſſe ex malo regimine.
124 Exercitium in colluctatione, an excuſet homicidam à pœna mortis.
125 Regatij ad inuicem ludentes, ſi alter eorum interficiatur, an occiſor pœna capitali teneatur.
116 Vniuerſitas ſi delinquit, an, quando, & qualiter teneatur.
117 Raptoris pœna an de iure canonico locum habeat in ſocijs, & auxiliatoribus eorundem.
118 Fautores complices, & concomitantes in ipſo raptu deprehenſi, an impunè interfici poſſint.
119 Iudæus adulterans Chriſtianam, qua pœna puniri debeat.
130 Delinquentes, an puniantur ſecundum uſum, & conſtitutiones locorum.
131 Vtilitas publica, an excuſet delinquentem à pœna mortis.
132 Intereſt Reipublicæ delicta puniri, tamen ubi uita rei profutura eſt Reipublicæ, pœna minui debet.
133 Homicidium commiſſum caſu, negligentia, uel alio modo, dummodo dolus non interueniat, quomodo puniatur.
134 Seruitia præſtita diu principi per aliquem committentem exceſſum, an ſint in cauſa minorandi pœnam.

VAriis, ac aſsiduis amicorum noſtrorum illecebris exoratus, ego Iacobus nouello Iur. Doctor, & Venetiarum aduocatus, ut tractatum ad hominum ſalutem in cauſis capitalibus cõncerem. Quæ quidem materia tam per antiquos Iuriſprudentes, quàm per modernos doctores, multis in locis conſtituta & examinata reperitur. Quam ſtrictius ac ſummatim colligere ac coadunare proſpiciens, rem fore mihi perarduam, magníque laboris, cæteriſque admodum fructuoſam, non ab re mihi uiſum fuit

fuit prō commodo, & omnium utilitate, hac in re apprimè ſtudere, ut eorum uotis pro uiribus noſtris in parte ſatisfacerem, & nouo huic opuſculo adeo operam dare, ut aduocati & cauſarum patroni criminales dubitationes, & quæſtiones diætim occurrentes facilè, ac ſine ullo labore inueniant, & omnia illico ratione comprehendant. Dei opt. max. auxilio ſemper inuocato: quem exoro, ut animo noſtro ueritatis claritatem præbeat, cùm omnia in omnibus operetur, & omnia circunſpiciat. Aſſumptum igitur opus hilari animo aggrediar. Et quoniam auguror futuros, qui & maiorem eloquentiam fortaſſe deſiderabunt, ij uelim pauxillum expendant, num præſens materia ſuadelam hanc, ſtylíque blanditias admittat. Et in primis ſciendum eſt, ut res à rebus diſtinguantur, & ueluti quibuſdam finibus circunſcribantur: cognitio enim earum rerum, de quibus ſcientia haberi poteſt, huiuſmodi ſunt

1 ſumma rerum principia. * Quoad defenſionem reorum quàm plurima ſunt genera, alia iuris, alia facti, alia ciuilis, alia nanque naturalis, alia quæ reſpicit merita cauſæ, & actoris intentionem perimit, alia quæ reſpicit proceſſum, ut ſingula. Bal. in l.1.col.12.nu.57.C. qui accuſ. non poſſ. Idem in l. cum mulier. ff. ſoluto matrimo. Decius in l. emancipatus.num.4.C.de bonor.poſſeſ. Alexand. in l. in prouinciali. §. ſi in publico .nu.13.ff.de ope.no. nunci.

2 * Et not. quòd uerbum defendere

3 eſt quippe uerbum generale. * Ut qui promittit aliquem defendere, intelligitur illum de iure, ac de facto tueri, id eſt ea facere, quæ facti ſunt, id eſt aſſiſtere in iudicio, teſtes producere, expēſas ſoluere, & alia ſimilia in facto cōſiſtētia expedire. ut Deci. in l. non uidetur defendere. numero 6.ff.de regu.iuris. Ange. & Iaſon in l. ſtipulatio iſta. numero 14.ff.de uerb.obligatio. & ibi doctores moder. Felin. in c. cauſam quæ. de offi.deleg. Alexan. conſilio 127. incipi. uiſo.2.col.uolu.5. Ancara. conſi.86. omiſſo primo dubio. Bald. conſilio 369.num.2. uol.1. docto.in l.j.C.de iur.& facti igno. Pau. de Caſtro conſi.197. Et quot modis accipiatur uerbū defendere, uide ſing. do. Alex. in l. de pupillo. §. ſi procu-

4 rator.nu.18.ff.de ope no.nunc. * Et ſic quando aliquis dicit ſe defendere, uel aliquid ad ſui defenſionē facere, uide Boniſa. ſing. in tracta maleſi. in tit. de inſultu.nu.9. doct. omnes in l. ut uim.ff.de iuſt.& iur. Bal. in l. multis. in fine.C.de libe.cauſa. idem in conſi.237.nu.2. in 2.uolu. & in conſi.91.nu.1.3.uol. Et ob id iure optimo inter doct. diu dubitatum,

5 & concertatū eſt, * an pater in cauſis capitalibus pro defenſiōe filiorum admittatur, & interuenire poſſit. & quia in hoc dubio ualde magna fuit, & antiquorum & modernorum doctorū altercatio, orta ex illis tribus legibus, quæ inuicem contrariari uidentur, uidelicet in lege ſeruum quoque. §. publice. ff. de procuratoribus. ibi, publice utile eſſe abſentes à quibuſcunque

6 defendi. * Nam in capitalibus iudiciis defenſio datur. Alia eſt, quæ

huic cõcordat,ut l.reos.C.de accu.
ibi,reos capitalium criminum ab-
ſentes etiam per procuratores de-
fendi poſſe. quibus duabus ll.con-
trariari uidetur tex.in l.pe.§.ad cri-
men.ff.de pub.iud.ibi,ad publicũ iu
diciũ proſequendũ fruſtra interue-
7 nit ꝓcurator.Ratio huius l.fuit,*ne
iudicia denſoria,& deluſoria rema
nerẽt,ut l.ſi prætor.ff. de iud.& l.ſi
longius.§.ſi filius.eod.ti.quæ ratio
Bar.nõ placuit.Sed aliã ipſe aſsigna
uit,quia uidelicet reus ipſe aptius
cauſam ſuã,quàm eius procurator
tuebitur,ꝙ nẽpe ratio fuit gl.in l.nõ
ſolum.§.ſi.ff.de proc.alii aliã allega
8 uerũt,quia uidelicet ad*eruendam
ueritatem in criminalibus maximè
cõfert præſentia principalis,ut iu-
dex ipſe cõſpiciat,ac intueatur,qua
fronte,quo uultu,qua trepidantia,
qua cõſtantia,atq; quo animo reus
ipſe loquatur.ut l.de minore.§.tor
mẽta.ff.de quæſt.Bald.in l.ſeruum
quoq;.§.publicè.ff.de procu.col.pe
nul.& idẽ Bal.in cõſi.193. nu.3.in ij.
uol.moder.doc.diſtinguunt,dicen-
9 tes*triplicem eſſe defenſionis ſpe-
ciem,uidelicet abſentiæ,onus iudi-
cii in ſe ſuſcipere,& ad plenam rei
inquiſiti defenſionem,& ultimo ad
allegandum & oſtendendum inno
centiã rei inquiſiti,ſeu accuſati.pri-
10 mo caſu non eſt dubium,*quòd in
cauſis capitalibus procurator, uel
inſtructor,ſeu informator admitti-
tur:ut dicit Spe.in titu.de procu.§.
ratione igitur.uer.ſi.Bar.in extraua
gan.ad reprimendũ.ũerſi.legitime.
Sal.in d.l.reos.C.de accuſa.Cor.in
conſi.174.lit.l.fol.174.in j.uolu.& in
conſi.17.per totum.fo.31.iij.uol.ubi
copioſè.& hãc opi.dicit eſſe com-
munem do.Iaſ.in l. ij.C. qui teſta-
men.face.poſſ.nu. 7.do.Ant. But.in
c.ueniens.de accu.Ioã.Ant. Rub.de
poteſtate procu.in ſuo trac.nu.261.
fo.2.Fran.Are.conſi.147.iij.colũ.ſe-
cundo caſu,aut procurator uult in-
teruenire ad plenã defenſionem,&
ad onus iudicii in ſe ſuſcipiendũ.&
iſte talis nõ debet admitti.& ita lo-
quitur tex.in d.l.pe.§.ad crimen. &
l.de fide.C.ad leg.Cor.de fal.glo.in
l.reos.C.de accu.& in l.tunc conue
nit.eo.ti.aut procur.uult uenire tã-
quam nudus defenſor ad oſtendẽ-
dam innocentiam rei,& ad iudicẽ
ſuper inde inſtruendũ,ut ex illa in-
ſtructione iudex & aſſeſſor ueritã-
tem perquirat. & talis procurator
uolens allegare cauſas innocentiæ
admittẽdus eſt,iuxta tex.in d.§.pu-
11 blicè.*Et ratio uidetur,qa etſi ne-
mo ipſum reum defenderet, iudex
pro abſente etiam eius innocentiã
perquirere,& ad ſemitam ueritatis
peruenire debet.ut Bar.in l.abſen-
tem. in ult.colum.uerſic. præterea.
quod not.ff.de pœn.& in conſi.ſuo
100.incip.à domino Cynno de Ca
ſtro ſancti Petri poteſtate Peruſii.
Cor.conſi.17.iij.uolu.Bald. ſingula.
conſi.426.nu.3.v.uol.& cõſi.193.nu.
37.ij.uol.cũ innocentia nil aliud ſit,
ſecũdum Mar.Tul.de offi.niſi quę-
dam animi puritas,omnem iniuriæ
illationem abhorrens.uel ſecundũ
Platonẽ in tit.de Rep.innocẽtia ſo
la optimam in poſterum ſpem ani-
mo præbet,unicumq; uitæ ſolamẽ.
12 *Et ſic cõcluditur,quòd ſi pater fa-
tetur delictum filii,ſed uult conſta-
re filium occidiſſe hominẽ ad tute-
lam

lam ſui corporis,& ad ſui defenſio-
nem cum qualitatibus à l.requiſi-
tis,ut in l.j.C.unde ui.Et in l.ſcien-
tiam.§.qui cũ aliter.ff.ad leg.Aquil.
& doc.in l.ut uim.ff.de iuſt.& iu.Iu-
dex debet ipſum ſecurè audire, &
admittere,ut Cep.in cõſi.20.45.47.
& 48.fo.59.& conſi.50.& 51.& plenè
Corn.in conſi.17.per totum.fo.31.
in iij.uol.& in conſi.285.num.l.in 4.
uol.& Cep.in d.cõſi.45.ubi atteſta-
tur,quòd ex approbata conſuetu-
dine ſemper Veronæ in conſulatu
obtentum & obſeruatum fuit,& ſic
Tarui.Veronę,ac Paduæ,& Cremę
obſeruare uidi.& ſic teneo, quòd
alibi obſeruetur,cum cõſuetudinis
grauiſsimum ſit imperium,ut dicit
Seneca in ſuis prouerb.& mutãda
nõ ſunt,quæ certam ſemper inter-
pretationem habuerũt.l.minime.ff.
de leg.& l.ſi lenones.C.de epiſco.
13 aud.& c.fi.de cõſue.*Inſultatus ſeu
armis prouocatus ſi occidit inſul-
tantem,ſeu aggreſſorẽ, à pœna ho
micidii ordinaria excuſatur. ratio
eſt,quia quicquid facit inſultatus,
ſemper præſumitur facere ad tute-
lam ſui corporis:quod intellige ſe-
14 cundum*qualitatem perſonarũ,ge
nera inſtrumentorum,& loci qua-
litatem,ſecundum Bal.in l.quoniã
multa.C.ad leg.Iul.de ui pub.nã ſi
inter duos cõflictantes homicidiũ
oriatur,aggreſſori imputatur.l.ſi ut
allegas.C.de ſica.Corne.conſi.107.
& conſi.162.in j.uolu.Cepol. conſil.
41.nume.3.fol.54.ubi dicit,quòd iu
ris pręſumptio ſemper eſt cõtra in-
uadentem,& criminis authorẽ.Sa-
li.in d.l.quoniam.nu.2.C.ad leg.Iul.
de ui pub.Iaſ.in l.ut uim.nu.9.ff.de
iuſt.& iur. Decius ibi.num.10.ubi di
15 cit,*quòd probato inſultu,illico ag
greſſus euadit pœnam homicidii.
ſecundum Bal.in l.ij.C.de ſica.latè
Flor.in l.j.§.cum arietes.ff.ſi quad.
pau.feciſ.dicatur.Alexã. conſi.119.1.
uol.Cepo.conſi.29.Decius conſi.53.
Marſi.conſi.8.Bal.in l. multis.C.de
libe.cauſa.Marſi.in §.quoniam.nu.
70.fo.28.in ſua prac.crimi.Bal.in c.
j.quibus mod. feud.amittatur. doc.
16 omnes in d.l.ut uim.*nam ex lege
ſemper præſumitur contra eũ,qui
primò dedit operam rei illicitæ,ut
l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad le-
gẽ Aqui.item cõtra eum qui primo
aggreſſus fuit,ut l.j.§.cum arietes.
17 *Item contra eũ qui primò incepit
proferre uerba contumelioſa,ut l.ſi
non conuitii.C.de iniur.Item cõtra
eum,qui primò poſuit manus ad ar
ma,illa euaginando,ut l.j.C.ad leg.
Cor.de ſica.Cepo.conſi.43.per to-
tum,cum aliis inſi.qui.n.defert ar-
ma ex lege,præſumitur habere ma-
lum animum,ut Bal.in c.mercator.
in uer.non ut quem.de pace tenen.
in uſib.feu.§.ſi ruſticus. Cep.cõſi.2.
nu.6.in ciui.Flor.in l.ſi ſeruus.num.
6.ff.ad le.Aqui.dicit,quòd eo ipſo,
quod infertur terror cum armis,ui-
detur imminere periculum mortis:
& ideo ille dicitur princeps culpæ,
à quo incipit malitia:ſecũdũ tex.in
l.quicunq;.C.de ſer.fug.uide etiam
Flor.in l.quemadmodum.§.ſi nauis
alteram.ff.ad leg.Aqui.qualiter au-
tem,& per quem debeat puniri,au
dens aliquid dicere uel facere in cõ
tumeliam alicuius,uide Bald.ſingu.
in conſi. 100.nume. 1. in ij.uolumi.
Idem Bal.copioſè in l.i.vj. col.uer.

ſed quæro, qui dicãtur principales. C. de ſeruis fugit. & Marſi. in ſingu. 403. ibi, & hoc propter incertitudinem. & ibi, attamẽ nuper dico tibi,
18 *percuſſus, quando incipit ſe tueri contra iniquũ aggreſſorem, & cõtinuata rixa, ſemper ſe defendendo occidit aggreſſorem, nullatenus tenetur de homicidio, ut dicunt Bar. Bal. & doc. mod. in l. ut uim. ff. de iuſti. & iur. Marſi. in l. j. C. de ſica. Cep. elegan. conſi. 142. nu. 6. & 10. fol. 55. Flo. in l. ſcientiã. §. qui eũ aliter. ff. ad le. Aqui. Et Bal. in l. ſi quis fumo. §. j. ff. ad leg. Aqui. ubi dicit, quòd quando aliquid fit, uidetur potius eſſe factũ cauſa defenſionis, quàm
19 offenſionis,* & ob id debet articulari, quòd propter illã aggreſſurã fuit in diſcrimine uitæ conſtitutus, uel erat in angulo ita arctatus, ꝙ fugere non poterat, nec ſe iuuare clàmore. ut elegã. Floria. in d. §. qui cũ aliter. nu. 3. ff. ad leg. Aqui. & Marſi. & doc. in l. is qui percuſſorem. & l. is qui aggreſſorem. C. de ſica. nu.
20 10. & 11.* ubi dicunt, quòd ille dicitur in periculo uitæ conſtitutus eo ipſo, quòd terror armorum ſibi infertur, ut l. licet. §. armari. ff. de ui, & ui arma. Flori. in l. ſi ſeruus. nu. 6. ff. ad leg. Aqui. & ideo neminem cõperies, quem gladius euaginatus non terreat. ſecundum Bal. conſil. 3.
21 num. 2. in iiij. uol.* Et aduerte, quòd offenſus pro ſui defenſione debet clamare, & alios conuocare, & cõcitare contra malefactorem. & ita plenè Iaſ. & Decius in d. l. ut uim.
22 * & quomodo dicatur ꝓbata defenſio alicuius ad tutelam ſui corporis, & rerum ſuarũ, dic ut per Marſi. in l. is qui. & l. ſi quis. C. de ſica. Floria. in d. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aqui. Iaſ. in d. l. ut uim. nu. 2. & 3. Ange. plenè in trac. malefi. in uer. & dictus Titius ſe defendẽdo. Carre. in ſua prac. crimi. §. circa. num. 26. & 27. fo. 115. ſing. Cor. in conſi. 107. fo. 114. per totum. in j. uol. Bal. cõſi. 91. in iij. uol. Card. Cle. j. de homi. cano. in c. ſicut dignũ. & c. ſignificaſti. il 2. eo. tit. Panor. in c. clerici il j. de uita & honeſt. cle. Bal in l. fi. ff. de rerũ diui. Marſi. cõſi. 31. 81. & conſi. 126. & cõſi. 4. & Bald. conſi. 11. Cice. lib. j. de offic. ibi, ut uitam corpusq́; tueantur. Alex. conſi. 119. j. uolu. Cepo. conſi. 29. Bald. in l. multis. C. de liber. cauſa. & l. lege. ff. loca Decius conſil. 55.
23 *Sed à pluribus rationabiliter dubitatum fuit, utrum aggreſſus excedens modũ defenſionis pœna mortis puniẽdus ſit, an uerò de illo exceſſu tãtum, minori pœna arbitrio iudicantis. Bal. in l. ut uim. col. iij. nu. 9. ff. de iuſti. & iur. Ioan. And. & moder. in c. ſignificaſti de pœ. & remiſ. Idem Bal. in c. j. §. j. in fi. gl. uer. modo reſtat. de pace iur. fir. Rom. in ſingu. ſuis. nu. L. Flori. in l. ſciẽtiã. §. qui cum aliter. nu. 7. ff. ad leg. Aqui. Pau. de Caſt. in cõſi. 192. inci. in cauſa carceratorũ. Alexã. cõſi. 26. in j. & ij. col. in j. uol. Cep. cõſi. 29. incip. uiſo proceſſu. nu. 26. & 27. & conſi. 34. incip. ſi unquam. nu. 57. Io. de Anan. c. ſignificaſti. il ij. de homi. Ange. de Aret. in tract. malefi. in uerb. & dictus Titius ſe defendendo. nu. 7. uſq; ad 17. Pau. de Caſt. in l. j. C. ubi ſenat. uel
24 clar. diſtinguit, quòd aut aggreſſus excedit modũ defenſionis, aut nõ. in primo caſu, quando inſultatus, uel

uel aggreſſus excedit modũ,& do-
loſè agit,tunc ad mortem damnari
poteſt,uel in banno poni cũ pœna
mortis,utputa ſi inſultatus Sẽpro-
nium fugientem percuſsiſſet,& ex
illa percuſsione obiiſſet, utiq; ag-
greſſus pœna l.Cor.de ſicar.puniẽ-
dus ueniret,quia non animo ſe de-
fendendi, ſed ulciſcendi credendũ
dicitur.ut Cepo.conſi.19.nu.27.Bal.
in d.l.ut uim.colum.iij.cum aliis ſu-
prà alleg.Si uero aggreſſus ſeruat
25 formam defenſionis,ſed non ſer-
uat modum inculpatæ tutelæ, ſed
ſtat in terminis defenſionis, aut in
ipſo exceſſu interuenit culpa lata,le
uis,aut leuiſsima,tunc excedẽs nõ
punitur pœna le.Corneliæ de ſica-
riis,ſed alia mitiori pœna arbitrio
26 iudicantis,*quia homo intenſo do-
lore permotus,non eſt in plenitu-
27 dine intellectus:quia*inſultatus nõ
habet ſtateram in manu , ut poſsit
dare ictus,percuſsiones,& uerbera
ad menſurã,ut eſt caſus in l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.imperatores.
ff.de adul.c.olim.in princi.extra.de
reſti.ſpo.Ange.de malefic.in uerb.
& dictus Titius ſe defendendo.nu.
7.8.11.& 16.Marſi.in l.ij.nu.15.C.de
ſica.Carre.in prac.crimin.in fo.115.
nume.26.& 27.Cepo.in conſi. 28.&
29.ubi latè.Marſi.in ſing.ſuis.num.
100.& 638.& 640.& 692.Et idem in
conſi.4.25.31.33.81. & cõſi.137.Alex.
conſi.76.j.uolumi. conſi.119.7.uolu.
Corne.conſi. 107.162.j.uolu.Aretin.
conſi.34.& conſi.80.nam inuaſus ſi
excedit modũ in defenſiõe,nõ de-
bet puniri ut doloſus,ſed ut culpabi
lis.ut d.§.imperatores. ff.de adul.&
in l.j.§.quæ ri.ff.ad Turp.nõ.n.deli-
quiſſet,niſi alius cauſam præſtitiſſet.
Marſi.in ſing.ſuis.nu.100.circa fin.
Pau.de Caſt.in cõſi.192.Io.de Ana.
28 cõſi.4.23.77.*Tho.Grã. cõſi.9.61.&
conſi.56.aut nulla interuenit culpa,
& ſeruãdo requiſita à lege pœnam
nõ meretur.ut eleg.Flo.in d.§. qui
cum aliter.ff.ad leg.Aqui.Bald.cõſi.
222.nu.2.v.uol.& in conſi. 312.iiij.uo
lu.& ratio eſt,quia inſitus eſt à na-
tura uiuendi appetitus,& quælibet
ſpecies tẽdit in eſſe ſuo proprio ad
ſe conſeruandũ,ut defenſio, intan-
tum,ꝙ non poteſt tolli nec à prin-
cipe,uel à Papa,aut ſtatuto.ut per-
ſequitur copioſè Marſi.in d.l.j.9.li-
29 mit.de ſicariis.*Quæ quidẽ neceſſa
ria defenſio probari poteſt per ꝓ-
prium fratrẽ percuſsi,ſeu uulnerati,
ut Ang.de male.in uerbo,& dictus
Titius.nu.18. incip.tene menti.fol.
68.alleg.Bal.& Sali.in d.l.parentes.
in primo.C.de teſt.Iaſon in l.ſed &
ſi quis.nu.5.fo.132.ff.ſi quis cautio.
30 ubi dicit,*quòd teſtes domeſtici ad
probandam innocentiam,& defen
ſionem rei plenè probant,ut in d.l.
ut uim.ff.de iuſt.& iur.nu.5.fo.5.Bal.
conſi.10.nume.4.in iij.uolu.& con-
ſi.405.nume. 2. primo uolu.Marſil.
ſingu.in l.unius.§.cogniturum.nu-
mero 53.ff.de quæſtio.& in l.de mi-
nore.§.plurium.nume.65.eo.ti.& in
31 rub.C.de proba.num.10.*ubi dicit,
quòd teſtis deponens credere ſuo,
quòd Titius Sẽpronium occiderit
ad ſui defenſionẽ.plenè probat Sa
lic.& Bal.in l.ſolam.ij.colũ.uerſi.ex
hoc not.C.de teſt.Iaſ.in l.j.nu.25.ff.
de re iud.Barto.conſi.57.Alex.cõſi.
119.incip.uiſo proceſſu.iij. colũ.vij.
uol.& conſi.76.primo uol.Et Salic.
in l.

in l.teſtium.C.de teſti.Marſi.in l.de
minore.§.plurium.nu.65.ff.de quæ-
ſtio.& in ſing.ſuis.nu.19.cũ aliis in-
finitis.quod nota ſemper;& perpe-
tuo obſerua.ſed Bal.in l.j.ij.col.uer.
item tu aſſeſſor cõſidera.C.de con-
feſ.dicit,ꝙ neceſſe eſt,quòd teſtes
dicant homicidiũ eſſe factũ ad ne-
ceſſariam defenſam:& ita debet ar-
ticulari,& probari.Ioan.de amicis
conſi.77.Anch. Clem.j.de homicid.
Mar.cõſi.8.Iaſ.in l.non ſolũ.§.ſcien
dum.nu.8.ff.de oper.no.nunc.Mar.
32 in rubri.C.de proba.nu.253.*Infans
ſi delinquit,ex delicto non tenetur
pœna ordinaria, ſed alia arbitrio
iudicantis,quæ propter ætatẽ mi-
nui debet,ut dicit Decius in l.fer-
re.ff.de regu.iur. alleg.l.j. §. impu-
beres.C.de falſ.mone.l.infans.ff.de
ſica.Cle.j.extra de homi.qđ intelli-
ge quãdo infans nõ eſt doli capax.
ut l.impuberem. ff.de fur.l.pupillũ.
ff.de reg.iur.Bart.in l.ſi quis in tan-
33 tũ.nu.6.C.unde ui.*Sed ſi eſt proxi
mus pubertati,non excuſatur à deli
cto,ſed pœna minui debet.Ita Ioã.
de Ana.in cap.j.de delictis puer.in
prin.iiij.colum. Hippo.in l.de mi-
nore.§.pen.& fi.ff.de quæſtio.Sed
facit text.in d.ca.j.in fin.de delictis
puero.ubi dicitur,quòd in pueris
34 delicta non debent*ita puniri,ſicut
in maioribus propter imperfectio-
nem conſilii, ſecundum Bal.in ru-
bri.de rer.permu.Bald.in l.& ſi ſeue
rior.colum.ij.uerſic.ex prędictis.nu
me.10.C.in quibus cauſis infa.irro.
ubi dicit,quòd ſi pupillus homici-
dium cõmiſerit,licet ſit doli capax,
nõ tamẽ debet decapitari,ſed pœ-
na debet minui. Ang.in l.neq; im-
puberes.ff.de in ius uocã.Et eſt bo
nus tex.in l.auxiliũ.§. in delictis.ff.
de mino.ibi.niſi quatenus interdũ
miſeratio ætatis ad mediocrẽ pœ-
nã iudicẽ perduxerit:& hoc eſt iudi
ci arbitrariũ attẽta qualitate & cõ-
nem delinquendi.ut ſing.Albe.d.q. xxxviij.Bart.in l.nunquam plura.ff. de pri.delict. & l.ſi gemina.ff.arb. fur.cæſ.& idem Alber.in q.xxiiij.ij. par.tract.ſtat.uel quando legitimè conſtaret de intentione inferentis uulnera ex qualitate inſtrumēti nō
136 habere animum occidēdi,cùm*in delictis attendatur uolūtas & propoſitum.ut l.diuus.ff.de ſicar.& in l.cogitationis pœna.ff.de pœnis.& uide do.Anto. Corſet.in tracta.de uera gemin.Blanc.in fin.nume.197. ff.de quæſt.alleg.Bart.in l.quod ait lex.§.quod ait.ff.de adulte.& quomodo cognoſcatur animus occidēdi,uel non occidendi,uide abundā ter Mar.in l.j.nume.27.C.ad l.Cor. de ſicar.& an tacita,& ſecreta uoluntas ad naturalem æquitatem remittatur,uide Bald.ſingu.conſi.235.
137 nu.1.iiij.uol.*Tempus noctis facit indicium præcogitationis,cùm lex malè præſumat,quæ operantur de nocte.iux.glo.in l.furem.ff.de ſicar. doct.in l.more Romano.ff.de fer. Alex.conſi.103.incip.uidetur prima conſideratione.colū. iiij.uerb. non obſtat etiā.1.uolu.l.aut facta.§.tempus.ff.de pœn.glo.in l.ſi ut alleg.C. de ſicar.Bal.in conſil.427.in 5.uolu. Quod indicium eliditur,& omni-
138 no tollitur,ſi*per errorē uel ignorantiā homicidiū ſequatur,ut Mar. cōſi.97.Cep.conſi.13.in ſecūdo dubio,uel quando cōmittitur homicidium caſu fortuito de nocte extra omnem culpā,uide Par.de Put. in tract.ſyndic.in uer.multa.nu.7.& vj.uel quando de nocte in pura rixa homicidium committatur, quia
139 tunc*tēpus noctis non aggrauat delictum.ll.uulgarib.uel quādo de nocte caſu homicidium ſequatur. utputa ſi quis de nocte lapide proijciat,non tenetur pœna le.Cor.de ſicar.dolo ceſſante.ut Dec.conſil.9. Alex. conſi.146.ij.uol.Marſi.cōſi.91. conſi.28.& conſi 137.& Mar.Soc.in c.de his.de accuſ.Feli.in c.ſignificaſti.lo ij.de homic.idem Mar.in rub.
140 de probat.nu.419.*Locus aggrauat delictum & præcogitationem oſtendit.ut l.aut facta.§.locus.ff.de pœn.Albe.in tracta.ſtat.q.64.in iij. par.Mant.conſi.325.incip.niſi innocentia.col.3.uer.iiij.Blanc.in l.fi.nume.200.ff.de quæſt.quod indicium tollitur,ſi in eccleſia,prætorio,platea,uel alio cōſimili loco publico, homicidium in pura rixa caſu fortuito,incuria,aut culpa committatur:quia locus non aggrauat delictum modo prædicto cōmiſſum,ut can.in c.inter alia.de immu.eccle. & aliis caſibus,prout ſuperius latè dictum fuit.uel quādo non præcederent inimicitiæ,minæ,uel alia ſimilia,ut Alex.poſt.Bart.in l.ædiles. ff.ne quid in loco pub.fiat.& Blāc. in l.fi.ff.de quæſt.nu.299.docto.in l.
141 j.§.ſi quis in uilla.ff.ad Sylla.*Aggreſsio nullis dictis uerbis facit indiciū,ꝙ homicida deliberaſſet hominem interimere,ut Ancha.conſil.217.doc.in l.reſpiciendū.§.delinquunt.ff.de pœ.ibi,ex propoſito latrones delinquunt.Bart.in l.capite quinto.ff.de adult.ſed melius in d. §.delinquunt.quod tamē indicium
142 eliditur,*ſi homicida nullis dictis, impetu,aut ebrietate,aut ignorantia homicidiū cōmiſit,uel etiā caſu, aut culpa,ut per Bart.in d.§.delinquunt.

quunt.& ibi Alex.in apoſt. uel quã-
do in furore homicidiũ committe-
retur, ab eo maximè, qui furore eo
tempore agitabatur. ut Dec. in l. in
negociis. nu.4.ff.de reg.iur.Alex.in
l.furioſum.C.qui teſt.fac.poſ. Iaſ. in
l. ſi ſeruum.n.8.ff.ſi ex nox.cau.aga-
tur.uel ſi dormiẽs hominẽ occide-
rat: ꝙ de omnib.dic, ut in ſuis locis
143 per me dictũ fuit ſuprà.* Trepida-
tio traditur pro indicio per doct.&
maximè per Blanc.in l.fi.nu.259.ff.
de quęſt.& in l.de minore.§.pluriũ.
ff.de quæſt.& ibi Mar.Brun.in trac.
de indi.col.14.quod eliditur, ſi reus
in ſuis conſtitutis conſtanter, omiſ-
ſo pallore, audaciter loquatur, non
uariando in ſuis dictis, ut Dec. in c.
quoniã.contra n.63.de prob.Blanc.
in d.l.fi.nu.263.de quęſt.participali-
ter. ſed ad omnia reſpõdẽdo prout
dicam in reſpõſionibus reorum in
conſtitutis ad ſua loca. quæ omnia
notabis, & cum opus fuerit, memo-
riæ mandabis, ut criminoſos poſsis
ſecure inſtruere pro honore tuo, uti
144 litate ipſorũ reorũ. *Fugiens cum
gladio ſanguinolento euaginato
traditur pro indicio, ſecundũ Io.de
An.in ad.Spe. §. fi. uer. 13.in tit. de
proba.Abb.in c. 3.loco.in 3. col. de
proba.Bar. Sali.in l.nõ codicillũ.C.
de teſt. ut Blanc. in l. fi.num. 292. ff.
de quæſt.Bar. in l.fur manifeſtus. in
princ.ff.de fur.Bal.in l. neque nata-
les.in fi.1.col.C.de proba.Ang. in l.
fin.in prin.C qđ met.cauſa.Marſ.in
rub. C. de proba.nu.237. Car.in ſua
prac.cri.n.135.fol.73.Ang.in l.2.C.de
quęſ.quod indiciũ tollitur, & omni
no eliditur, ſi fugiẽs nullã habebat
inimicitiã cum occiſo. ſed tũc tem-
poris alius quidam ipſum inſeque-
batur, fugientẽ cum gladio euagi-
nato, ſanguinolento, & ille alius
erat uulneratus in capite, uel in alia
parte corporis, ut cõſiderauit Blãc.
in d.l.fi.nu.292. unde licet hoc indi-
cium ſit urgens ad torturã, alia ta-
men concurrere debent. ut Ang. &
doct.in d.l.2.C.de quæſt. uel quan-
do fugiẽs cum gladio ſanguinolen-
to liquidò & clarè conſtaret, quòd
cõſeruerit manus cum aliquo alio,
in qua rixa ipſe fugiens alium præ-
ter occiſum uulnerauit, & hoc me-
dio fortaſſe excluderetur prædictũ
145 indicium. *Prope mortuum cum
cultello, habet indicium cõtra ſe ad
torturam. ut Ang.in tract. malefi.in
uerb.fama publi.4.col. in uer. quæ-
ro.& Bart.in l.fur manifeſtus. ff. de
fur.& in l.fi.in uer.ſed quæro.in fin.
ibi, uel captus .ff.de quæſt. Quod
eliditur, ſi exiſtens prope mortuum
erat uir bonæ conditionis & famæ,
nec ullam habebat inimicitiã cum
occiſo, & gladius uel arma non erãt
apta ad menſuram uulneris illati in
perſonam offenſi. & ꝙ minus gla-
dius ipſe erat ſanguine madefactus,
& uagina accincta ad latus rei im-
putati, nõ erat apta gladio, ut ſing.
Par.de Put.in uerb.tortura.lo 3.uer.
an ſtetur dicto torti. nu.24.fol.113.
Bar. in tract. de teſte. 5.Car.& Lud.
Car.in l.obſeruare.nu.150.fol.34.C.
quo.appellat. non recip. niſi quan-
do cõſtaret legitimis mediis à quo
gladium ipſum reus habuerit, & in
aliqua parte ueſtimẽtorũ ipſius rei
ſatis clare apparerent aliqua ſigna
cruoris recẽtis, quia tũc ſatis urgẽs
contra ſe haberet indicium iuribus

146 ſupradictis. *Mortuus prope domum alicuius, facit aliquã præſumptionem contra dominum domus, ut.Bar.in l.ædiles.ff.de uia pub.Roma. in l. 1.§.ſi quis in uilla.in princ. ff.ad Sylla.mod.in l. fi. nu.298. ff.de quæſt.tollitur,& omnino annihilatur prędictum indicium,ſi dominus domus eſt probatæ uitæ, non ſolitus homicidia committere, ut uoluit Alexã. poſt Rom. in d. l. ædiles præallegata.uel ſi dominus domus nullam habebat inimicitiã cum occiſo,ut mod.in l.fin.ff.de quæſt. nu. 299.quod indicium non eſt ſufficiẽs ad torturam, aliis non concurrentibus.ut Sal. in l.ſeruos.C.de teſtib. uel ſi dominus illius domus erat abſens tempore commiſsi homicidii, quia tũc ceſſat prædictum indi-
147 cium. *Mortui depoſitio traditur pro indicio,per Bart. Bald. & Rom. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis morię̃s.ff.ad Sylla.glo.not. in l. mater. C.de cal.& glo. in c. literas.de præſumpt. licet ſit uilis præſumptio,& per ſe nõ ſit ſufficiens ad torturam, ut mod.doc.in l.fi.n.300. ff.de queſt. tamen tollitur, & eliditur hoc indicium, ſi inquiſitus nullam habebat conuerſationẽ cum defuncto, neque cõtra cum ulla aderat inimicitia, & inculpatus erat homo bonæ conſcientiæ,ac uitæ, nõ ſolitus homicidia committere.arg. eorũ quæ habentur in ſing.Marſi.209.inci.ſocius criminis.& in conſi.74. ubi dicit,quòd requiritur, quòd inculpatus non ſit diffamatus, uel aliquos defectus non patiatur. Tho.Gram. conſ.61.& 70.Anca.conſi.189.Bal.in l.ſi filiũ. C. de lib. cauſa. Io.de Ana. conſ. 17. n. 7.ubi declarat, quando cõfeſsio defuncti,ſeu occiſi dicatur inefficax aut indeterminata. quod tene mẽti, quia ſeruiet tibi ad multa, uel quando offenſus, non eſt in plenitudine intellectus ob uulnera, & nõ ſunt aliæ probat.& Mar.cõſ.5. & cõſ.20.& in ſing.ſuis.n.22.Thom. Grãm.conſi.42.& 57.& cõſi.70. ubi
148 plura refert. *Res furtiua reperta penes aliquem,facit indicium,ut in l.inciuilem. & l.ciuile.C.de fur.Bar. & Blanc.in l.fi.ff.de qõ.Ang.& Sal. in l.fi.C.eod.titu.Cepo. in auth.ſed nouo iure. C. de ſeruis fugitiuis.
149 quod indicium tollitur, ſi *habens rem furtiuam penes ſe, oſtenderit à quo eam habuerit,ut in dd.ll.ſecundum docto.ibi. uel ſi is talis eſt perſona grauis & honeſta, ut Iaſon in l.in actionibus.ff.de in litem iur. nu.40.Sali in l.fi.C.de quæſtioni.& do.mod.in l.fi.ff.eo.ti.nu.417.Ang. in l.2.C.de quæſt.Marſi.in §.diligẽter.nu.51.& 76.in ſua practica crimi. Roma.in ſing.ſuis.722.inci.eo ipſo, quòd libri hæreſis.glo.no. in l.cum ita.§.ſpecies.ff.de leg.2.Alex.conſi. 157.incip.in cauſa & lite.2.col.2.uol. idem Alex.conſil.77.incip. in cauſa accuſa.in princ.2.col in 1.uolumi.& Ioan.de Imo.in l.fi.ff.de hære.inſti. Alex.conſil.52. col.in 1.uol.Bald.in l.dominus horreorũ. ff. locat.Frãc. Brun.in trac.de indi.2.Car.in 2.col. circa med.Marſi.copioſè conſil.52. incip.miſericordia domini non me deſerat.idem in ſing. ſuis.302.incip. aduertas.allegãdo Bal. & Imo. in l. fi.ff.de hære.inſt.& maximè ſi is talis eſt uir bonæ condi. & famæ.
150 *Expẽdens multam pecuniã ultra ſolitum,

ſolitum, habet indicium contra ſe, remotum tamen à maleficio. doct. in l.milites.C.de quæſtion.Brun in tract.de indic.q. .circa princi.Bar. & moder.in l.fi.ff.de quæſt.Sali.in l. fi.C.eo.t.t.de quæſt.quod indicium eliditur, ſi perſona expẽdens pecu. eſt mercator, quia conditio perſonæ tollit præſumptionem reſultantem ex tali indicio: & ideo neceſſe eſt,ut alia cõcurrant.ut Brunus ibi. & doct.in l.fi.C.de quæſtio.ac etiã, ſi talis expendens eſt homo bonæ conditionis & famæ.nam ex priuilegio bonitatis tollitur & purgatur indicium præcedens, ut ex eo torqueri non poſsit.uulgata l. non omnis.§.à barbaris.ff.de re mili.Bal. in l.fin.C.de proba.Corne.conſi.58.

151 2.uol.* Scala antefeneſtras domus, in qua factum fuit furtum, ſi in domo alicuius uiſa fuit, contra talem furti præſumptio eſt, ut Paris de Put.in tract.ſynd. in uerb. an ſtetur dicto torti.nu.22.fo.114.Bar.& moder.in l.fi.ff de quæſt.quod indiciũ eliditur & purgatur,ſi is,in domo cuius ſcala ipſa uiſa fuit,eſt homo bonæ conditionis ac famæ,& non ſolitus committere ſimilia,uel ſi is mutuò acceperit ſcalam ipſam,uel ſi demõſtrare uellet legitimis mediis,à quo eam habuerit.ut do.Paris in d.uerbo,an ſtetur.nume.22.& Blanc.in l.fi.nu.428.ff.de quæſt.Sa-

152 li.in l.fi.C.eo.tit.de quæſt.* Vicini malæ conditionis & famæ,frequentantes domum in qua furtum eſt cõmiſſum,habent præſumptionem cõtra ſe.ut Bald in l dominus horreorum.ff.locati.Bal.in l.ſi ita.in fi. ff.de fund.inſtru.Bal.& Sali.in l.fin. C de quæſt.Mar.in ſua pract.cri.§. diligẽter.n.17.fo.17.Iaſ.in l.in actionibus,nu.40.ff. de in litẽ iur.quod purgatur,ſi tales uicini non habent practicã in d.domo,nequeibi ſoliti ſunt uerſari. & maxime, ſi contra iſtos tales non laborat ulla ſuſpitio,& malum nomen.ut Bald.Ang. ac Sali.in d.l.fin.C.de quæſt.& non ſunt ſoliti ſimilia facere.ut Marſi.in l.qui falſam.nu.117.ff.de falſis.alle. Bal.in lect.anti.l.dominus horreorum.C.locati.& in l.j.circa princip. C.locati.Marſi.in cõſi.52.nam argumentum à ſolitis in iure ualidũ eſt. ut Alex.in l.ſi cert.pet.& Iaſ.ibi.§. quoniam.nu.3.cum aliis infinitis in

153 materia.* Eliditur indicium cõfeſſionis factę per offenſum,ſi in mortis articulo ipſe offenſus reum exculpauerit.ſecundũ Bal.in l.j.uerſi. pone teſtator.C.corã delega.idem in l.tranſigere.C.de tranſa.Roma. in conſi.11.Alexan.conſi.94.2.uol. Marſ.§.diligenter.circa finem.uer. ulterius dico.& conſi.119.& in ſingularibus ſuis.inci.confeſsio.Tho. Gram.conſi.5.& conſ.65.ubi dicit,

154 quòd* per exculpationẽ tollãtur indicia.Felin.cap.j.circa fin.de pręſump.Bal.in conſi.79.1.uolu. Marſi. latè in conſil.50.61.& conſil.17.ubi plura refert. Anca.in c.fi.de ſucceſ. ab inteſtato.Bal. in conſi.40.inci. quidam fuit.1.col.3.uolu.Soci.cõſi. 54.incipi. uiſis.in penulti.colum.3. uolu. Alexan. conſi.124.incip.quoniam aliunde ad finem.6.uolumi.& in conſi. 20.incipien.& allegatis in

155 7.uolu.* Item ſimiliter purgantur indicia per cõtrarias probationes, indicia & præſumptiones facientes

contra reum inquiſitum.ut Bald.in l.fi.C.fami.herciſ.Alex.conſi.77.ult. col.1 uol. Marſi.in l.j.§.diuus.ff de ſica.Thom,Gram. conſi.12.& cõſi. 31.& quando extant cõtraria indicia contra reũ,illa debent eſſe grauiora,& preponderare indiciis pro reo facientibus.ut Barto.in l.j.§.ad quæſt.ff.de quæſt.Tho. Grãm.cõſi. 57.quia ueluti unum indicium tollit
856 aliud,* & una p̃ſumptio tollit aliã, ita una cõiectura eliditur per aliã. utBal.in l.fi.in fi.C.de ꝓba.copioſe Marſi.in pract.cri.§.diligenter.nu. 193.Alex.cõſi.103.1.uol.Bal.in l.pacumeuius.in fi.ff.de hæred.inſtitu. Cor.conſi.58.l.q.2.uol. Franc. Cur. conſi.70.Alex.cõſi.78.1.uolu.Iaſon plenè in l.admonendi.col.25.circa med.ff.de iur.iurã. quod not.quia
857 facient tibi honorẽ.* Item expurgantur indicia per torturã adhibita cõtra inquiſitũ,uel accuſatum , qui ſi moderate torquetur per binas, aut ternas uices,&nil penitus confitetur,pronũc ex carceribus relaxari debet,attenta purgatione indiciorũ.ut Tho.Grã.conſi.12.& 64.2. uol.Marſi.in l.inauditũ.ff.de quæſt. & idem in §.nunc uidẽdum.nu.26. pract.crimi.idem in ſuis ſingularibus.nu.262.Cepo.conſi.32.nu.18.Sa li.in l.ea quidẽ.C.de accuſa.& in l. quiſqs.C.ad l.Iul.maieſt.late Alberi.in d.l.inauditũ. Car.in l.obſeruare.nu.160.fol.37. C.quorum appel. non recip.etiã ſi indicia ſint urgentia.nam per torturam omnino purgantur,& fit relaxatio.ut Alber.in l. edictum.de quæſtio.Par.de Puteo in tract.ſyndi.in uerſi.tortura.lo 3. uerſi.quidam latro.ut ibi latè.

RESPONSIONES reorum in conſtututis.

SVMMARIVM.

1 *Reus,an debeat ex parte,uel in totũ crimen fateri.*
2 *Reus conſtituendus,an debeat tenere oculos demiſſos ad terram,aut animoſe iudicem aſpicere.*
3 *Rei criminoſi non debent uariare, nec uacillare in ſuis conſtitutis.*
4 *Ruſtici ad quæſtionem interrogati, ſemper dicunt,id eſſe ſcriptum , de quo interrogantur.*
5 *Rei ſunt præmonendi,ut animoſe ad interrogata reſpondeant.*
6 *Mendaciũ,an ſit ſufficiens indicium ad quæſtionem ſine aliis adminiculis.*
7 *Mendaciorum quot ſint genera.*
8 *Mendacium in quibus differat à falſitate.*
9 *Variare,contradicere, & uacillare, quomodo inter ſe differant.*
10 *Oblatio uoluntaria rei ad carceres, an dicatur eſſe ſignum demonſtratiuum innocentiæ inquiſiti.*
11 *Reus in libertate poſitus,ſi eſt criminoſus,& ſponte ſe carcerandum offerat,an pro fatuo iudicandus ſit.*
12 *Veritas, quæ Deus eſt , an occultari poſſit.*
13 *Spontanea præſentatio,an faciat ceſſare ſuſpitionem fugæ.*
14 *Vna præſumptio tollit aliam.*
15 *Vnum indiciũ an tollatur per aliud.*
16 *Magis uerisimile,an tollatur per minus uerisimile.*
17 *Reus interrogatus debet ſemper reſpondere de auditu alieno.*
18 *Reus in mendacio deprehenſus,an ex hoc ſolo torqueri poſſit.*
19 *Teſtes à reo nominati,an per iudicẽ examinandi ſint.*

Teſtes

20 *Teſtes non idonei ac illegitimi, an ad probandam innocentiam admittendi ſint.*

21 *Teſtimonium amicorũ, an optimum ſit ad probandam innocentiam inquiſiti.*

22 *Teſtes conſanguinei, an propter affinitatem admittendi ſint, ad probandam innocentiam inquiſiti.*

23 *Teſtes conſanguinei tranſuerſales, an in cauſis capitalibus repellantur.*

24 *Teſtes inhabiles, quando ueritas aliter haberi nõ poteſt, an in ſubſidium admittantur.*

25 *Interrogatus de morte alicuius, quî reſpondere debeat reus.*

26 *Qualificata confeſſio, an negatiua uel affirmatiua eſſe dicatur.*

27 *Neceſſaria defenſio, an legitimè probanda ſit.*

28 *Quando qualitas alterat factum ſecundum plus & minus, an pœna minui debeat.*

29 *Reus in conſtituto, an debeat aperte reſpondere feciſſe homicidium, necne.*

30 *Reus interrogatus de loco ſequuti homicidij, quid reſpondere debeat.*

31 *Defenſio rei inquiſiti, coarctata loco & tempore an probanda ſit.*

32 *Defenſio neceſſaria, quomodo probanda ſit.*

33 *Qui uult probare ſe feciſſe ad defenſionem, ſufficit probare quòd aduerſarius animo ipſum offendendi in eum impetuoſe irruebat.*

34 *Confeſſio facta de aliquo delicto, an reus debeat fateri cum qualitatibus ſuis.*

35 *Reus præſentatus ſuper ordine, & tractatu, quid reſpondere debeat.*

36 *Obſeruatio temporis in delictis, an arguat præmeditationem.*

37 *Pluralitas uulnerum, an arguat omnimodam uoluntatem delinquentis.*

38 *Vulnus illatum cum inſtrumẽto non apto ad occidendum, an indicet animum uulnerantis.*

39 *Amicitia & conuerſatio in delictis, an præſumptiuè tollat omnem dolum.*

40 *Reus interrogatus ſi in aliquo loco de caſu homicidij locutũ ſit, quid reſpondere debeat.*

41 *Reus interrogatus de cauſa mortis, quid reſpondere habeat.*

42 *In delictis, an pœna per iudicem minus debeat, nec ne.*

43 *An & quando iudex pœnam delicti minuere, moderare, uel alterare poſſit.*

44 *Iudex pœnam legalem, an minuere, uel alterare poſſit.*

45 *Reus non reſpondens ad interrogata, an habeat ſufficiens indicium ad torturam.*

46 *Quæ in ciuilibus faciunt ſemiplenam probationem, in criminalibus faciũt ſufficiens indicium.*

47 *Recipiẽs malefactorem in domo ſua, an puniendus ſit.*

48 *Sanguinẽ ſuum redimere quomodocunque, an cuilibet licitum ſit.*

49 *In crimine læſæ maieſtatis, ſi coniunctus non accuſauit coniunctum, an puniri debeat.*

50 *Recipiens malefactorem ignoranter an excuſatione dignus haberi debeat.*

51 *Rei conſtituto accepto, an defenſiones inquiſiti producendæ ſint.*

52 *Aduocatus, an iuris allegationes in ſcriptis exhibere debeat.*

53 *Tortura diſcrete, & cum modera-*

mine pro modo indiciorum adhiberi debet.

54 *Seueritas aſperitásue, an apud pru dentes damnetur*

55 *Principales delicti aſpere ac ſeuerè puniendi ſunt.*

HIs hactenus examinatis, & diſcuſsis, in animo noſtro inſtruere propoſui indoctos procuratores, quomodo rei alicuius criminis, retenti, uel carceribus ſponte oblati cum charitate ab eis & erudiendi, & præmonendi ſint. & antequã inquiſitus, carceratus, uel ſpõte præſentatus a rectore iudice uel aſſeſſore cõſtituatur, ſolers aduocatus ſummopere animaduertere debet, quibus mediis ipſos tueri ac defendere intendat, & quomodo illos inſtruere habeat. uidelicet, ſi
1 ipſi * rei corã rectore, præſide, præfecto, aut iudice maleficiorum cõſtituti debeãt, uel in totum negare, aut omnino delictũ fateri, uel partim negare, uel partim fateri, uel fateri cum certis qualitatibus. quod utique & præmonendi & inſtruendi ſunt, ne cum ad iudicis præſentiam adducti fuerint, uel confundantur, uel omnino neſciant quid reſpondere debeant, ſed illos cũ hilaritate, igne charitatis decocta, & animo ſereno pręmoneat, ſuadeat, hortetur, ac inſtruat, ut ſi à iudice uel aſſeſſore interrogentur, illico clarè aperte, ac lucide ſubmiſſa uo
2 ce illi reſpondeãt, * oculis iudicem intuẽndo, nec illos depreſſos, aut demiſſos, uel ad terram intentos tenere, tãquam aliquid ipſe tecum
3 cogitás: ſed animoſe * illi reſpondendo, non trepidãdo balbutiendo, aut uariando quoniam iudices ſecundum doct. Bartol. moder. in L. de minore. §. tormenta & §. pluriũ. ff. de quæſtio. Romanus conſilio 8. incip. uiſo facto. & Franci. Brun. in tract. de indiciis. colum. 14. uerſicu. alia quædam indicia. & docto. moder. in dicto §. plurium. multũ perpendunt atque animaduertũt, qua conſtantia, qua trepidatione, quo uultu, geſtu, loquela reus conſtitutus loquatur, quoniam iudici, ſeu aſſeſſori iſta ſatis aliquid iudicant, ut dicit Innocen. & moderni in c. quoniam contra falſam. de probat. Par. de Put. in tracta. ſyndi. in uerb. uiſo de indiciis. numero 8. fol. 106. & ſi opus erit replicet ea, quæ de plano dixit in ſuo primo cõſtituto, ſecundum quod à iudice interrogabitur, nec permittant ut dicant ea,
4 quæ frequenter ſunt in ore * ruſticorum, aut furum. ut ſi quando ad locum torturæ ducantur, ac interrogentur, quomodo ſucceſsit caſus mortis Q. Titij. uel quid ſciant de tali caſu, illico reſpondent dixiſſe. & ſi interrogentur, quid dixerint, nolunt aliquid dicere, ſed dicunt id eſſe ſcriptum: ſæpe id replicando, ita quòd in animo iudicum, & aſſeſſorum imprimant eos omnino eſſe culpabiles, & ſceleris participes. & ſic diligens aduocatus & cauſarum patronus debet admodum præmonere præſentandum
5 uel torquendum, * ut animoſe ad omnia celeriter, & ad interrogata reſpõdeat, uel dicat, prout inferius parti-

particulariter,& ſummatim demõſtrabitur,& declarabit, cùm nullo modo oneroſi ſint iſti labores noſtri ſi ex amore fiāt:ſed ipſi inſidias ſtuunt more uenantium,aucupantium,& piſcantiũ.in eo enim quod amat,aut non eſt labor, aut labor iſte uehementer amatur. Primum quidem ſi reus interrogetur de nomine,cognomine,ac patria,reſpõdeat illico ueritatem,quoniam ſi in aliquo ex dictis interrog.reus ipſe in * mendacio deprehendatur, poterit iudex ſecurè ponere ipſum reum ad torturam & quæſtionem, licet alia indicia extrinſeca nõ præcedant.ut eleg.Bart.in l.fi.nume.3.& 4.ff.de quæſtio.idem in l.de minore.§.plurium.ff. eo.titu.nume.4.& in l.fina.numero 3.Hippol.Bald. in l.presbyte.nu.2. C.de epiſ.& cle. Marſi.cõſi.15.cõſi.51.&.1:0. Gram. conſi.5.& 17.Alexã.conſi.62.2.uolu. Ludo.Roma.conſi.8.incip.uiſo facto.Ange. Aret.in tract.malefic.in uerbo,fama pub.uer.9.quæro.Mar. in ſua practi.§.diligenter.nu.74.& 98.idem in ſingu ſuis.nu.103.incip. uarietas.Alex. cõſi.2.in 3.col.7.uol. idem in cõſi.107.2.col.7.uolu.& in conſi.364.in 5.uolu. Franc. Brunus in tract.de indic.col.2.fol.4. uerſic. quæro,an mendaciũ. Ange.conſil. 275.Alex.conſ.63.in j.col.1.uolu.ubi prædicti doct.communiter conclu dunt,quòd mendaciũ eſt ſufficiens ſignum,, ſeu indicium præpotens ad torturam, licet aliqui teneant aliis concurrentibus.ut Io.de Ami. in conſil.134. Marſil.15.& 51.Par.de Put.in trac.ſynd.in uerb.tortura.lo 1.uer. uiſo. de indiciis indubitatis.

num.4.5. Marſ.Soci.conſi.15.incip. uiſis prædictis. & quid ſit mendacium, dic ſecundũ Cicer.quòd eſt falſa uerborũ prolatio cũ intentione fallendi.quia ſi non habent quẽ decipiant,ſibi ipſis mentiũtur,iux. pſal.& mẽtita eſt iniquitas ſibi, & propriè nõ dicitur mendax,qui putaret uerum dicere, ſecũdum Cor. Peru.conſi.324.nu.2.3.uolumi.beat.
7 Hiero.in lib.2.ſuper hyer. & *quot ſint genera mendaciorũ,& in quib.
8 differat * mendacium à falſitate,& an cuilibet licitũ ſit dicere mendacium pro alicuius ſalute.& in quibus caſibus puniatur mendacium, uide ſin.do.Flor.in l.de ætate.§.ſi cum eſſet.ff.de interrog. act. Iaſ.in l.ſi quis extraneus.nu.7.ff.de acqui. hær.& mod. in l.hæredita.§.fin.ff. ad l.Fal.latè Cep.in l.idẽ Viuianus. nu.61.62.63.& 64.ff.de ædil.edic.&
9 nunquid uariare, & * contradicere, ac uacillare inter ſe differãt.& quid ſit unũquodq; per ſe,uide Flo.in l. in teſtib.nu.1.ff.de teſtib. Innoc.in c.præterea.ff.de teſt.cog.Ang.cõſi. 275.Alex.cõſi.63.in j.uol.Bal. conſil. 394.nu.2.in 4.uol.Bar in l.eos qui. ff.de falſ.Deci.in c.quoniã contra. nu.263.de pro.Iaſ.in l.ſi ex falſis.C. de tranſactio.Blan.in l.fi.nu.267.de quæſt.ſi interrogetur, quare fuerit captus:&ex qua cauſa uel quare ita ſponte ad carceres ſe præſentauerit.primo quidem caſu reſpon.neſcire,imo dicat,quòd miretur cùm officiales uideret circumcirca ſe, & quòd ſi fuiſſet uocatus, ſe ſponte obtuliſſet.ſecundo uerò caſu ſi fuit citatus uel proclamatus, reſpon.ꝙ
10 * ſe ſponte ad carcerẽ obtulerit ad

oſtendendam puritatem ſuæ innocentiæ, nemo enim in malis ſperare bonum, niſi innocẽs ſolet, ſecũdũ Senecã in prouer. Ex qua quidẽ ſpõtanea præſentatione erit ſignũ non leue ſuæ innocẽtiæ, cum nemo ita fatuus reperiatur, quòd ſi eſt ue
11 rus* reus alicuius criminis, uelit ſe priuare libertate, & ponere in ſeruitutem & carceres, putãs ueritatem
12 obcæcare, quæ* nullo modo occultari poteſt, cum ueritas angulos nõ amet, nec diuerſoria placeãt, ſed in medio ſtat, & multis impugnãtibus ſuſcitatur & creſcit. ut eleg. Marſi. in ſua prac. cri. in §. diligenter. nu. 204. Cepo. conſi. 31. in 4. colum. uerſi. 10.
13 & ulti. nu. 8. ubi dicit, quòd* ſpontanea præſentatio facit ceſſare ſuſpitionẽ fugæ, ſicut in ſimili dicitur, ꝙ ſi contra reum adeſt unũ indicium maleficii, & pro reo ſit probata bona fama, reus carceratus non poterit ex hoc torqueri uigore illius indicii, quod habet contra ſe. ut not. dicit Bal. in l. fi. C. de proba. Alex. in apoſt. ad Bart. in l. fi. in 3. apoſt. ff. de quæſt. inci. §. ſi tu Titium. in fi. quia
14 ſicut* una præſumptio aliam tollit, ut Bal. in l. Pacumeuius. ff. de hęred. inſt. Alex. cõſi. 103. in 7. col. 1. uol. Io. de Ana. in conſi. 17. nu. 4. Ang. & Sa
15 li. in l. mater, C. de calum. ita* unum indicium tollitur per aliud. ut Alex. conſi. 77. incipien. in cauſa accuſa. in ulti. colum. 1. uol. & una coniectura aliam tollit, ſecundum Bald. in conſi. 502. incipien. proponitur. in 2. uolumi. idem conſi. 380. incipien. tres ſunt. nume. 2. & 3. in 5. uolu. Ful. cõſi. 173. & idem dicimus de duobus ue-
16 riſimilibus. nam* magis ueriſimile tollit minus ueriſimile. ut Bald. in l. fi. in 2. oppo. C. de hære. inſtit. idem in l. ſiue poſsidetis. C. de proba. Iaſ. in l. ſi extraneus. in 2. col. ff. de cõdi. cau. data, & licet imperator. nu. 4. ff. de lega. 1. Bart. in l. fi. C. fami. herciſ. Gramma. conſi. 13. 22. & 31. item eliduntur indicia per contrarias probationes. ut Brun. in d. 5. quæſt. princi. & ſic reus ipſe conetur perſuadere iudicem, quòd uolebat omnino præſentare ſe allegando, & nominando aliquos amicos ſuos in teſtẽ, quo fit, ut iudex teneatur teſtes ipſos examinare pro habenda ueritate facti, ſecũdum doc. Io. de Ana. in cõſi. 59. in prin. & Alex. in cõſi. 24. 2. uolu. & Flo. in l. teſtis idoneus. nu. 6. ff. de teſt. quoniam amicorũ depoſitio optima eſt. ut Flo. in l. ſciendum. in fi. ff. de uſu. & infrà dicã. Bar. in l. eos. nume. 1. C. de teſtib. Iaſon in auth. ſi uero. nume. 5. C. de iudi. & idem in l. exigendi. nume. 6. C. de procura. & in l. Titia. nume. 22. ff. de
17 uerbo. obliga.* Si interrogetur ex qua cauſa, & cum quibus armis, & in quo loco fuit interfect⁹ Q. Sẽpr. reſp. ſemper de auditu alieno, certitudinarie nunquam, quia ſi fuerit ſibi dictum, quomodo hoc ſciat, &
18 in hoc mendacio* poſtea deprehẽdatur, poterit illico iudex ex hoc ſolum reum tormẽtis ſubiicere, ut ſuprà dixi. & Marſi. in d. §. diligenter. nu. 74. uerſ. quæro ulterius. Bar. in l. fi. nu. 3. ff. de quæſtio. Roma. conſi. 8. Alex. conſi. 364. in 5. col. 7. uol. ſi uerò dixerit de alieno auditu aduertat, & ſit circunſpectus nominare ſemper amicos uel attinentes, qui ad ipſius fauorem teſtificentur. nã

iudex

iudex pro innocentia rei tenebitur
19 examinare * teſtes nominatos ex
parte rei,ad probandum incumbē-
20 tia,licet domeſtici & minus*idonei
ſecundum Spec.in ti.de inquiſi.§.1.
uer.ſed nunquid reus.Io.de Ana.cō
ſi.59.in prin.Alex.conſi.24.incip.a-
nimaduerſis.13.col.2.uol.Flo.in l.te
ſtis idoneus.nu.6.ff.de teſt.Paul.de
Caſt.conſi.207.incip.ſuper primo.
Marſ.in §.opportunè.nu.15.16.& 17.
21 in ſua pra.cri.& quòd*teſtimonium
amicorum optimum ſit,uide gloſſ.
no.in l.ſciēdum.ff.de uſu.& ibi Flo.
in fi.nu.3.maxime ad prob.innocen
tiam rei inquiſiti.& ita comprobat
Bal.in conſi.50.in 2.uol.& conſi.10.
in 3.uol.& excepta ſapientia , nihil
melius datum eſt homini à diis im-
mortalibus amicitia,cum res pluri-
mas ipſa cōtineat,quocunq; te uer
teris prȩſto eſt, nullo loco excludi-
tur,nunquam moleſta eſt amicitia,
habentes adſunt,egentes abundāt,
imbecilli ualent,& quod difficilius
dictu eſt,mortui uiuunt.& ſecundū
Senecam epi.29.erat(inquit)qui a-
micum in atrio quærit,& in conui-
uio ꝓbat.in pectore enim amicus,
nō in atrio inuenitur.Si interroge-
tur,quomodo ſucceſſerit caſus mor
tis.q.Sēpr.ſemper reſp. intellexiſſe
ab amico attinente,uel affine,ut ſi
per iudicem maleſi.uel alium aſſeſ-
ſorem examinabūtur,pro certo te-
neat ipſe carceratus,uel præſenta-
tus ipſos ad ſui fauorem deponere.
22 quod tamen intellige de*cōſangui
neis,uel attinentibus in gradu non
aſcendentium,uel deſcendentium,
ſed bene tranſuerſalium,ut elegan.
Marſ.in ſing.ſuis.nu.3.133.incip.af-
finitas.Tho.Gram.conſi.12. Io.An.
in c.nonnulli.de reſcrip.Ang.conſi.
154.inci.uiſis proceſ.2.col.Iaſ.in re-
pe.l.admonendi.col.71.ff.de iureiu.
Alex.conſi.161. inci.uiſo. pen.col.in
23 fi.in 6.col.ubi tenet,ꝙ*conſangui-
nei trāſuerſales nunquam in crimi-
nalibus repellantur. Bal.in cōſi.183.
nu.1.4.uol.& conſi.405. nu. 2.1.uol.
& nu.4.in cōſil.10.3.uol.Car.in pra.
24 cri.nu.165.fo.39.necnō etiā alii*te-
ſtes inhabiles admittuntur,ut mu-
lier,meretrix,leno,impubes,quan-
do aliter ueritas haberi nō poteſt.
ut doc.in l.conſenſu.C.de repu.Fel.
& Panor.in c.de cȩtero.de teſti.Ale
xā.conſi.64.in 1.col.1.uol.Aret.cōſi.
13.Sal.in l.ea quidem.uer.ad quintā
quæſtio.C.de accuſa.Iaſ.in l.1.C.de
ſum.trini.Albe.in l.teſtimonium.ff.
de teſti.Alex.conſi.11.& 64.in 1.uol.
Marſi.conſi.5.conſ.102.& conſi.114.
Bal.in l.quicunq;.C. de ſer.fug.Mar
ſi.in rub.C.de proba. col.64.& in l.
fi.C.de ſica.Decius conſi.113. Alex.
conſi.151.in 5.uol.Marſi.in ſing.ſuis.
nu.73.incip.plures.ubi multa refert.
& Car.in d.nu.65.fol.39.multa dicit
25 & accumulat.*Si interrogetur , uel
ſi ſibi dictum fuerit,an de morte di
cti Sempr.in aliquo loco ſermo ha
bitus ſit, reſpōdeat illico,ꝙ poteſt
eſſe,ſed non aduertit,uel nō recor-
datur.& ſic reſpon.quando interro
gatur de prȩſentibus,quod ſemper
26 obſerua.*Si interrogetur quibus ar
mis,& in qua corporis parte fuerit
q.Sempronius interfectus,reſp.illi-
co,aut quòd neſciat,aut fateatur fa
ctum,ſed dicat hoc feciſſe ad ſui tu-
telām.quæ quidem qualificata cō-
feſsio,prout tenet Bald.& Sali.in l.

nec codicillos.in fi.C de codicillis.
eſt confeſsio magis proprie nega-
tiua,quàm affirmatiua,cum remo-
ueat culpam ab actu.idem in l.1.col.
5.de cõfeſ.Bar.in l.Aurelius.§.idem
quæſiit.ff.de lib.leg. Imo.in l.1.§.ſi
quis ſimpliciter.ff.de uer.obli.& in
aliquo ſibi non præiudicat,ſed per-
inde habetur,ac ſi negaſſet.ut ſing.
Bar.in l.cum de indebito.ff.de pro-
ba.& tamen melius ad euitandam
omnem dubitationem , quòd reus
dicat homicidium non commiſiſſe,
& ſi apparet illud commiſiſſe dicat
27 id feciſſe ad ſuam*neceſſariam de-
fenſionẽ.& nõ aliter,nec alio mo-
do,prout tenet Deci.in l.nemo ex
his.nu.1.ff.de reg.iur.Ang.de Aret.
in tracta. malefi.in uerb. cõparue-
runt dicti inquiſiti.nu.1.& 2.fol.105.
& hoc idẽ tenet Bal.in cõſi.79.inci.
dauanti a uoi . 2.uolu.Barto. conſi.
228.inci.Cath.accuſauit Critã.Mar-
ſi.ſing.185.ubi multa. Ang.conſi.27.
Roma.conſi.157.cano.in c.cũ uenіſ
ſent.de inſti.Roma.in ſing.ſuis.nu.
26.Thom.Ferrar.in ſuis caut.nume.
5.incip.accedit.aut reus fateatur fa-
ctum,ſed neget qualitatẽ.quæ qui-
28 dem negatio*qualitatis , aut habet
alterare plus & minus,& tunc re-
ſpectu qualitatis negatæ , habetur
pro negante.aut alteratio non eſt
ſecundum plus & minus,ſed eſt ex-
cluſio totius pœnæ, tunc in totum
habetur pro negante . argumen.l.
denunciaſſe.§.quid men.ff.de adul.
ita Barto.in l.cum qui.in princip.ff.
de iureiurã.Bald.ſing.c.1.§. porro.
col.fi.quæ fuit prima cauſa benefi.
amit.Flo.in l.ſi detracta.nu.10.ff.de
noxa.Cy.in l.2.C.de proba.ubi nõ
probata qualitate,neceſſario ſequi
debet abſolutoria.tu tamen iudex
29 diligenter obſerua,quòd in*conſti
tuendo reum criminis ſuper facto,
criminoſus clarè tibi reſpondeat u-
trum fecerit,uel non fecerit homi-
cidium.ut Bald.in l. ſiquidem.nu.7.
C.de expr.cogitur reus exprimere
modum ſuæ defenſionis. ita Bald.
affirmat in l.1.circa principium. C.
de ædil.actionibus.& Bar.in d.l.de-
nunciaſſe.& l.1.§ in accuſatione.ff.
ad Turpil.Bal.in authen.contra qui
propriam.C.de non nume.pecun.
idem Bar.conſ.105.incip.inquiritur.
Cor.Peru.conſi. 197. 2.uolu. Socin.
in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uul-
30 ga.& pupil.*Si interrogetur de lo-
co,ubi ipſe conſtitutus aderat,uel
ſe reperiebat tempore ſequuti ho-
micidii in perſona.q. Semp. reſ.aut
in aliquo loco certo,utputa Brixię,
Mantuæ, Papiæ, Ferrariæ , Romæ,
aut alibi,ut in domo ꝓpria uel fra-
31 tris ſui.quæ nempe*defenſio om-
nino per reum probanda eſt.ut ſin
gu.Roma.in ſingu. ſuis.num.26. qui
allegãdo Bal.dixit,quòd ſi reus cõ-
fitetur Titium,ſed ad ſui defenſio-
nem,quòd omnino puniri debeat,
niſi legitimè cõſtiterit,quòd hoc fe
32 cerit ad ſuam*neceſſariã defenſio-
nem. ut tenuit Abb.in c.auditis.in
pen.col.de præſcrip.Iaſ.& Deci.in
l.ut uim.ff.de iuſt.& iur. Alex.conſ.
109.in 1.uolu.Io.de Ami.in cõſi.77.
Bal.in l.1.in 11.colũ.uerſi.tu aſſeſſor
conſidera.C.de cõfeſ.Flo.in l.quẽ-
admodum.§.ſi nauis alteram.ff.ad
leg.Aqui.Bal.in l.nullus.C. de iudi.
Felin.in cap.2.de homi.in prin.Mar
ſi.in rubric.C. de proba. nume. 353.

Fel.

Fel in c.ſignificaſti.2.colū.de homi. Bal conſi.79.nu.12.uolu.idem conſi.19.nu.1.4.uol. Corne.conſi.107. in prin.1 uolu.Bald.in l.militis in fi. C.de libera. cauſa. ubi dicit, quòd

33 *qui uult probare ſe feciſſe ad defenſionem, ſufficit probare, quòd aduerſarius animo ipſum offendēdi in eum impetuosè irruebat, aut quòd erat in aliquo loco proximo, ubi homicidiū perpetratum fuit cū aliquibus qualitatibus ſibi magis

34 proficuis. & quando reus* confitens delictum, uidetur illud fateri cum qualitatibus ſuis. uide Ludo. Roma.conſi.455. Ancha.conſi.409. Ang.cōſi.27.Alex.conſi.116.in 7.uol. Ang. cōſi.22.Bart.in l.ſi quis intentione.ff.de iudi.Bal.in l.2.§.quòd ſi actor.C.de iurā.calum.Spec.in tit. depoſit.§.7.uer.item non eſt reſpōdedum ad ea.Aug.de Arimi.in addi.Ange.in tracta. maleficiorum.in uerb.comparuerunt dicti inquiſiti. nu.2.fo.102.Bal.conſi.79. nu.1.uol.2. Iaſ.in l.quæ de legato. nu.2.& 14.ff. de leg.1.Bal.in l.1.col.4.C de cōfeſſ. Bar.in l.repetendis.ff.de leg.3.Cor. cōſi.105.lit.l.2.uolu. & in conſi.129. & 192.in 2.uol.quod not.& obſerua

35 propriè.*Si interrogetur de ordine dato, ac poſito interimendi Sēpro. reſp.illico, nullum eſſe datum ordinem, quod ſciat, nec eſſe potuiſſe, ratione loci, in quo delictū eſt cōmiſſum, cum plerunque obſeruatio loci præcogitationem homicidii oſtendat.ut l.aut facta.§. locus. ff.de pœn.Blanch.in l.fin.num.200.ff.de quæſtio.Gandi.in tracta.de malefi. in rubri.de præſump.colum. penul. circa medium.uer.item conſideret locum.Bald.in addi. Spe.in titu.de ſent.in antep.col.in uer.ad mortē, ubi dicit, q locus à cōiter accidētibus faciat indiciū indubitatū.Marſ. in ſing.nu.236.inci. argumentū. Bal. in l.fi.circa fin.ff.de hære.inſti.idem in l.nō hoc.C.unde cogn.Bar.in l. fi.ff.de quæſt.Rom in l.1.§.hoc reſcriptū.ff ad Sylla.Mar.in § diligēter.nu.99.Bar.in l.ædiles.ff.ne qd in loco pu.Fel.in c.afferte.de præſum. Mar.conſi.31.ubi dicitur, quòd ſi qs reperiatur mortuus in aliquo loco, præſumitur ab eo interfectus, qui in eo loco cōuerſatur, exēplificando in domeſticis, in ſociis, à cuſtodib. à uicinis, & à tranſitantibus, ut in locis à doc.aſsignatis, & ſimiliter rō-

36 ne tēporis, cum*obſeruatio tēporis aggrauet præmeditationē delicti.ut d.l.aut facta.§.tēpus.ff.de pœnis.& ibi Bar.& Alex Ang.& Marſ. in rub.de ſica. nu.12.Bal. conſi.427. in 1.uol. ubi dicit quòd lex præſumit cōtra operantes de nocte.allegādo illud, nocte uagatur adulter. & eſt gl.no.in l.furē.circa mediū.ff. de ſica.Deci.in c.conſuluit.nu.8. de offi.deleg.& pariter ex modo percutiēdi.ut can.in c.1.de homi.Bar.in l.reſpiciēdum.ff.de pœ.item nec ex uulnere, cum ſit unicū uulnus, ſecus

37 ſi plura, cū magnitudo &*pluralitas uulnerū demonſtret animū determinatū uulnerantis, & percuſſoris.ut Blāc.in d.l.f.nu.195.ff.de quęſ. Albe.in l.& ſi amici domum.ff.de adul.idem in trac.ſtat.in 3.par quæſt. 67.Marſi.in l.1.nu.37.C. de ſica.nec ex genere armorū datur intelligi, nullū ſimiliter eſſe datū ordinem,

38 cum*uulnus illatum fuerit, ſeu inſtru-

ſtru.non apto ad occidendum, ut conſiderant canoniſtæ in c.ſignificaſti.el 2.de homi.Bald.conſi. 431.5. uol.ubi grauius cenſetur delictum commiſſum cum ferro, quàm cum baculo,haſta,lapide,uel alio ſimili genere armorum.Sal.& Marſ.in l.1. C.de ſica.Cepo.conſi. 44.ante fin. Flo.in l.ſed & ſi.§.ſi magiſter.nu.6. ff ad leg.Aqui.Minus ex inimicitia,
39 cū inter eos antè fuerit bona*amicitia,affinitas,& continua conuerſatio,quæ præſumptiuè tollit omnē dolum.ut Marſ.in l.unica.num.207. C.de raptu uirg.gl.no.in l.1.C.de ſica.in uer.non occidendi. imò aſsidua & continua cōuerſatio operatur,idem quod ſanguinis cōiūctio, ut Cy.Sal.& Alexan. in l.exigendi. C.de procu.& ibi Iaſ.Marſi.in ſing. ſuis.nu.351.inci.amicitia.Iaſ.in l.lex. nu.22.ff.de legib.ubi dicit, quòd homicidium commiſſum in perſonam amici uel affinis,præſumitur potius caſuale,quàm doloſum,quod pro-
40 pterea not.*Si interrogetur,an de hoc caſu ipſe cōſtitutus,ſeu aliquis alius in aliquo loco ſermonem habuerit.reſp.cōfeſtim,quòd poteſt eſſe,ſed non aduertit,uel non recordatur,cum maximè lapſu temporis cauſetur obliuio.iuxta tex.cum ſua gl.in l.1.C.de ſer.fug.Bal.cōſi.37.nume.6.in 1.uol.& l.furti.§.1.ff.de uſucap.Cor.Peruſ.cōſi.278.nu.d.4.uol. cum maxime in factis alienis tolerabilis ſit ignorantia. ut l.fin.ff.pro ſuo.& c.ab excommunicato.de reſcrip. Decius in l.qui alterius.nu.1. & 5.ff.de reg.iur.& Iaſ.in l.res obligata.nu.35.ff.de leg.1.ubi dicit,ꝙ tolerabilis eſt ignorātia in facto alieno,niſi illud factum alienum fuiſſet ſæpius tractatum, uel eſſet tale factum alienum,de quo quis deberet perquirere,quia hoc caſu præſumeretur ſcientia.idem Floria.in regula eſt.ff.de iur.& facti ignoran. Dy. in regu.ignorantia. ff. de regu.iur. Corne.conſi.42.nu.d.& 107.nu.3.3. uolu.Qui enim lucem uidet,ſcit ꝙ de tenebris egreditur,ſed qui candorem lucis ignorat,etiam obſcura pro lucidis approbat, prout fa-
41 ciunt indocti cauſarum patroni.*Si interrogetur de cauſa mortis.q.Sē pron. reſpon. intrepidè,ſe neſcire. & ſi de hoc caſu ſcientiam,uel notitiam habet,quærat ſemper reducere caſum ipſum ad naturam & uiam puri homicidii,uel ex inimicitia pcedenti,uel ex uerbis in inſtanti ortis,ſeu ex aliqua rixa orta ob contentionem nouiter emergentē,ſeu propter ebrietatem, inſaniam, uel impetum,ut ſing conſiderauit Bart. in l.reſpiciendū.§.delinquunt.ff.de pœnis. nume.2. uerſi.ſequitur. quia ſemper ex accidentibus, uel quali-
42 tatibus*pœna per iudicem minorabitur.ut Marſi.not.in l.1.§.diuus. nu.40.ff.ad leg.Cor.de ſica.Cat.in prac.cri.§.circa. num.123.fo.175.ubi
43 conſiderat*an & quādo iudex pœnā delicti minuere, moderare, uel alterare poſsit.alle.Roma.in ſingu. ſuis.nu.673.Pan.& Ant.de But.in c. at ſi clerici.colum.3.extrà de iudic. Bal.in l.non dubium.x.col.C.de legi.Bal.conſi.34.nu.2.1.uol. Marſi.in ſing.ſuis.nu. 524.incip. inquiſitio.& idem in §.conſtante. nu. 83.uerſ.qđ tamen limita.& nu.84.in ſua practi.
44 crimin.ubi concludit,quòd*iudex pœnam

pœnam legalẽ minuere nõ poteſt, cũ non debeat eſſe clemẽtior lege. ut idem Mar.in ſing.ſuis.nu.182.incip.iudex.idem Bald.conſi.34.nu.2. Grammat.cõſi.39.Hippol.conſi.24. 30.47.& conſi.132.quæ tamen opinio intelligitur,prout dicit Bart.& doc.in l.hodie.ff.de pœnis.Bal.in l.& ſi ſeuerior.C.de infam.Mar.5.nume.328.& 397.& in conſil.5.8.14.& 20.Flor.in l.j.§.ſocius.nume.6.ff.de uſur.Ludo.Rom.cõſi. 429.incip.cõſidero in propoſita.& in conſi.428. Bal.not.in l.qui ſepulchra.C.de ſepul.uiolat.Marſi.in l.j.§.diuus.ff.de ſicar.dicit,quòd ex cauſa poteſt regula non obſtante pœna minuere, uel augere,ut doc.mod.in l.hodie.ff.de pœ.Tho.Ferrar.cautel.14.nume.7.Bald.in l.præſes.uerſi.quid de prioribus.C.de tranſact.Cep.in l.ſi fugitiui.nu.46.uſq; ad 64.C.de ſer. fugiti.Grãmat.conſil.16.Mar.ſingu.

45 ſuis.nu.397.& 244.quod not.* Si interrogetur ipſe reus,an ante caſum mortis.q.Sempronij obuiauerit T. reſpondeat in continenti,ꝙ poteſt eſſe,ſed quod non aduertit.nã ſi ad interrogationem prædictã reus taceret,haberet ſatis ſufficiens indicium ad torturam,ut in ſimili dicit Marſil.in §.diligẽter.nu.137.ꝙ taciturnitas in ciuilibus facit ſemiplenam probationẽ.nã ſi quis receperit literas in quibus ſcriptum ſit alicui,ut reſtituat centum mutuata,& ipſe nihil dicat,per talem taciturnitatem creditum uidetur ſemiplenè probatũ,licet aliqui doct.dicãt creditum plenè probatũ,ut Bar.in l.ſi. in fi.ff.de in litem iur.& in l.qualia.

46 §.fin.ff.de poſ.& ea* quæ in ciuilibus faciunt ſemiplenã probationẽ, in criminalibus faciũt ſufficiens indicium ad torturã,ut Bar.& Pau.de Ca.in l.filiusfamil.la ij.ff.ad Senat. Macedon.idẽ Bar.in l.quo enim.§.j.ff.rẽ ratã hab.Bal.in l.ſi procurator abſentem.in princi.ff. de proc. Iaſ.in l.admonendi.nu.18.ff.de iur. iur.Bald.in rub.C.de fideiuſ.Roma. in l.quæ dotis.ff.ſolu.mat.Cepol.in ſuis caut.nu.9.incip. pone.nume.2. Abb.conſi.18.incip.in cauſa.ij.colũ. Marſi.in §.diligenter.nu.2.prac.cri.& nu.132.Bart.& Bal.in l.Titius Seio.ff.de conſtit.pecu.Matth.in not. ſuis.nu.22.incip. no.mirabilem tex. in Clem.j.de procur.Bal.in l.ſi literarum.C.de ſol.& in l.ſi literas.C. mandati.& in l.fi.C.ad Maced.& in l.fin.C.de nouat.Imola in l.qui domini.ff.de teſta.Abb.in c.non iuſtè. in iij.col.de procur.ſed cogita,quæ dicit Bartol.in l.ſi cum dos.ff.rerum amot.& ibi Paul.de Caſt.Iaſ.in l.ſiquidem.C.de tranſac.& ibi Paul.& Decius. uel quòd abſolute neget, uel ſi obuiauit,aut uidit,dicat quòd poteſt eſſe,ſed non aduertit,uel ꝙ iræ calor ipſum obcæcabat, & ad alia erat intentus,& ſic alia longe ſubtiliora ſubtiles cauſarum patroni,cupientes optimè cõſulere uitę, ac ſaluti carceratorum & præſentatorũ,cõſiderabunt pro eorũ ſolertia , pro defenſione, & innocentia reorum ſpõte carceribus oblatorũ, quia in malis ſperare bonũ,niſi innocens,nemo utiq; ſolet,ſecundũ

47 Senecam in ſuis prouerb.*Interrogatus ſi poſt delictũ cõmiſſum ſciẽter recepit malefactorem in domũ ſuã.Reſp.quòd qui receperat Sempro

pronium in domũ ſuã tãquam cõ-
iunctum cũ eo in gradu affinitatis,
ſed nõ ut malefactorem.nã ſi eum
reciperet in domum ſuam poſt ho-
micidium commiſſum,præſumptio
contra eũ eſſet de mãdato.ſecundũ
Bal.in l.fi.de offi.proconſ.idẽ in cõ
ſi.·82.nu.11.12.& 1 .Marſi.in l.unica.
nume.196.C.de raptu uir.ubi dicit,
quòd eadem pœna mortis punitur
raptor,& recipiens,ſecundũ diſpo-
ſitionem dict.legis,& l.j.ff. de re-
cept.niſi recipiens acciperet delin-
quentẽ affinem.quia mitius punie-
tur,per text.in l.ij.ff.de recep.nam
48 ignoſcendũ eſt ei* qui ſanguinem
ſuum uoluit quoquomodo redime
re.ut l.j.ff.de bonis eorum,qui ante
ſententiam ſibi mor.cõſc.allegans
Old.conſi.53.incip.cõſueuit.in ulti.
col.poſt princ.Bal.& ſi legibus.C.ſi
contra ius uel pub.utilit. Marſil.in
ſing.ſuis.nu.164.incip.nemo debet.
in fin.ſi facit in ſimili.text.in l.j.§.
quãuis.ff.ubi pup.educ.de.ubi licet
quis non cogatur aſſumere onus
alimentandi aliquẽ,tamen propter
affinitatem poterit affinis cogere
& accipere onus alimentãdi pupil-
lum cõiunctũ ſanguine.& in l.iij.§.
tametſi.ff.de arbit.& ibi Bald.quòd
licet nemo cogatur accipere com-
promiſſum:hoc tamẽ fallit in con-
iuncto litigante,quia tunc poterit
aſtringi,& cogi ad ſuſcipiendũ cõ-
promiſſum. Feli.in c.cũ quidam.in
penul.col.extrà de iureiur.Bal.not.
in conſi.33.in fi.in j.uol.cõcludit,ꝙ
49 * ſanguinis coniunctio aliqualiter
excuſat conſanguineũ,ſi nõ excuſa
uit eum de crimine læſæ Maieſta
tis,uel poteſt excuſare ſe,ꝙ ipſum
malefactorem receperit con[illegible].nã
pœnam nõ meretur,ut not.Flor.in
l.omnibus.ff.de noxa.idẽ Marſil.in
l.j.§.præterea.iiij.col.ff.de quæſt.&
in l.1.in prin.12.col ff.de ſicar.in uer.
item facit ad prædicta, uel quòd
50 *ignoranter,uel præter ſcientiã ſuã
ipſum recepit,quia omnino excu-
ſatione dignus habetur,ut Mar.in
d.l.unica.nu.205.ſecundũ gloſ.in l.j.
in fin.ff.de recep.Bald.& Feli in c.à
nobis. de except.& Hippol in l ſi
ignorans.ij.& iii.col.ff de ſicar Feli.
in c.afferte.penul.col.de præſumpt.
Tho.Grãmat in uol.xv.Ang.in tra-
cta.de malefi.nu 2 .in uer.fama pu-
bli.& dicto maleficio ſemper &c.
fol.85.alleg.Bald.in l.quicunq;.in ſ.
colum.C.de ſer.fug.Bal.in l.ii.C.de
aduit.Bart no.in l.j.§.ij.ff.de incen.
rui.& nauf.Gemin.in ca.quicunq;.
de hæretic.in vj.Gandi.plene in ij.
de recep.Par.de Put.in tract ſyndi.
51 in uerb.tortura.lo ij.& iij.*Quo cõ
ſtituto rei illico accepto,ſolers rei
carcerati procurator pro uiribus
ſtudeat, atq; procuret producere,
ac præſentare defenſiones in ſcri-
ptis,optimè pro ritu locorum for-
matas,pro utili & beneficio impu-
tati,examinari faciẽdo omnes ſuos
teſtes ad oſtendẽdã innocẽtiã reo-
rum carceratorũ,uel pręſentatorũ,
quibus teſtibus examinatis,& ex-
pedito proceſſu ad defenſam, an-
tequam iudex procedat contra di-
ctum carceratũ ad quæſtionem &
52 torturã,ſtudeat etiam ipſe d.*aduo
catus,aut iur.doct.aut benè practi-
cus, in ſcriptis ſuas facere allega-
tiones,pro demõſtrãda innocentia
& puritate inquiſiti,audiatq; defen-
ſiones

ſiones rei car•erati per d.aſſeſſoré
cõtra inquiſitioné & indicia in pro-
ceſſu exiſtentia.quæ ſi nõ erũt eua-
cuata,& omnino ſublata per pro-
bationes factas,quę ipſum releuét,
tunc cogetur d.aſſeſſor cuncta ma-
53 ture ruminãdo* ad torturã & quæ-
ſtionem æccedere,quę adhiberi de-
bet diſcrete,& cũ moderamine pro
modo indiciorum,iux.text.in l.nec
ſi mors.C.de quæſt.& in l.de mino-
re.§.tormenta.ff.eo.tit.& Paris de
Put.in trac.ſynd.in uerb.uiſo de in-
diciis. fol.109.iudicé, uel aſſeſ.hor-
tandoꝗ; de benigna audientia car-
cerati, quæ ſæpe uidetur præſtare
tolerantiã,& patientiã pœnæ impo
nendæ,nec uelit cõtra aduerſarium
54 ſeueriter procedere,cùm* aſperitas
apud prudentes dãnetur.ſecundum
Bal.conſil.364.nu.8.in iij.uol.& ipſe
iudex uel aſſeſſor debet magis pec-
care in pietate, & miſericordia,
quàm in ſeueritate & crudelitate,
cùm in ſubditis paternã debeat ex-
hibere prouidentiam,& inuitus ad
pœnam trahi.nã cũ in omni mune-
re uincamur,ſola deos æquat cle-
mentia nobis.& Seneca ad Nero-
nem de clementia.Crudeles uoca-
bo,qui puniẽdi cauſam habét,mo-
dum uerò nõ habét.& alibi,beni-
gni principis eſt, ad clemẽtiæ com-
modũ tranſilire terminos æquita-
tum:quoniã tanta eſt miſericordiæ
uirtus,ut omnes aliæ uirtutes huic
honorabiliter cedere nõ recuſent.
Reliqua uidebis apud Marſil.in ſua
pract.cri.in §.occurrunt.nu.2.5.8.&
9.ubi plura ad ſolitũ fert.& Bald.in
conſi.367.nu.2.in iij.uolu.ubi refert
beat.Auguſt.dicere,ꝙ ſeueritati o-
mnino detrahendũ eſt,ubi multo-
rũ ſtrages iacet.ſed cũ illis qui de-
55 licti* principales ſunt,aſperè ac ſe-
uerisſimè agi oportet,ut in aliorũ
exemplũ trahantur,& pœna unius
multorum ſit metus,iuxt.text.in l.j.
C.ad l.Iul.repetund.& l.aut facta.
§.fin.ff.de pœn.cum infinitis uulg.

ALIA DEFENSIO-
nis forma communis.

COnſtitutus officio Cancellarię
V.D.Iaco.de Nouello iur.do-
cto.& aduocatus.d.A.de Forliuio,
nunc in carceribus M.V.ſpõte præ-
ſentati, cauſa & occaſione certæ
imaginatæ imputationis contra eũ
obiectæ, & de qua in proceſſu,&
querela ſit mentio,ad quem impu-
gnatiue ſemper relatio habeatur.
& breuibus agẽdo,ſuperfluis omiſ-
ſis,dicit,excipit & opponit procura
tor antedictus dictã aſſertã accuſa-
tionem fuiſſe,& eſſe nullã,ac nulli-
ter de facto inſtitutã per perſonam
infamé,forinſecam,ac inhabilé,ſu-
per qua nõ potuiſſe neq; poſſe per
uos utrunq; officiũ procedi.Cum
prætenſum delictũ, propter quod
ſæpedictus A.fuit calumnioſe accu-
ſatus,& nũc in carceribus præſenta
tus,non fuit,neq; eſt modo aliquo
de iure punibile.Imò non eſt male-
ficium cenſendũ,ex quo ex forma
ſtatuti municipalis impunè fieri po
tuit,quũ dictus T.fuerit & ſit ban-
nitus,ac deſcriptus in libro bãnito
rum.accedit ulterius,quòd idé T.
aliàs fuit cõdemnatus in lib.10.ſub
prætura clariſ.D.Andreæ Griti di-
gniſ.poteſtatis Paduæ, quo fit ut
ſtãte ſtatuto,poſito ſub rubrica,de
malefactoribus, inci.aliꝗs bãnitus
pro

pro maleficio,uel debito maleficij. fol.124.Proculdubio cōcludendum eſt,eundē T.potuiſſe nedū impune offendi, uerumetiam interfici. Quod quidē ſtatutum in uiridi eſt obſeruantia,& indies practicatur, accedente antiqua cōſuetudine ciuitatis Paduæ,ubiq; ferè per totam Italiæ partē recepta publica utilitate,ſuadente,& pro cōmuni beneficio,ac quiete ciuitatis, introducta ad refrenāda maleficia.Accedat inſuper quòd idem T.fuit homicida notorius,homo rixoſus,ſcandaloſus, & publicus blaſphemator: & quàmplurima mala indies cōmittere ſolitus,ut ex infrà dicendis apparebit,& dilucidius demonſtrabitur. Quamobrē clariſsime & integerrime prętor,procurator antedictus prædicto nomine inſtat,petit,ac requirit ex cauſis præmiſsis, & aliis loco & tēpore,quemadmodū opus erit,accuſationem, ſiue calumnioſam querimoniā per dictū T.cōtra præfatum A.inſtitutū reiici,ac cancellari debere,& per cōſequēs,declarari contra prædictū A.neq; per accuſationē, neq; ex officio M.V. procedi poſſe,neq; debere pro ſupradicto prætenſo delicto,ſi delictū cenſeri poteſt,quū fuerit,& ſit impunibile,& ſubinde prænarratū A.fore & eſſe per M.V.ex carceribus relaxandū,& relaxari debere, & contra eū ad ulteriora procedi nō poſſe aut debere,ex cauſis prædictis,& non tantū modo prædicto,ſed omni alio meliori modo, uia,iure,ac forma, ſaluis aliis quibuſcūq; defenſionibus,dicto carcerato cōpetētibus,& cōpetituris &c.

DEFENSIO REI IMputati,quòd rem duobus uendiderit.

Coram uobis M.do.Poteſtate,& capitaneo Cremæ.

Conſtitutus offi.cācell.V.D.Iaco.de Nouello iur.doct.procu.& eo nomine d.Titij Pollenſis accuſati falſa imputatione ſeu obiectione,quòd rē duobus in ſolidū uendiderit.& ut in ea inſtituta per Sempronium Ferrarienſem aſſertū ꝓcuratorē d.A.ſub die xv.Octob. nuper exacti.de qua in actis cancellariæ V.ad quam pro ſui continētia impugnat,ſemper relatio habeatur,& prius acceptis fauorabilibus,ſi quæ ſunt in dicta aſſerta & ementita accuſatione,concernētia commodū & fauorem dicti d.T.ſui principalis,& in uim tacitæ,ac iudiciariæ confeſsionis cōtra dictum d.A.reproductis,reiectisq; contrariis,dicit & affirmat ſuper dicta aſſerta,& ementita,ac obſcura accuſatione nullatenus procedendū eſſe,nec modo aliquo procedi poſſe, aut debere, pluribus rationibus,& cauſis ſuis,loco & tēpore dicendis, deducendis,allegādis,& oſtendendis,prout & quemadmodum opus erit.& primò opponitur,ꝙ nō conſtet de mādato,ſaltē legitimo procuratori in perſonā d.Sempronij, cū ſciat,uel ſcire debeat,quæ directò minimè cōceduntur,tantò minus per obliquū permiſſa eſſe cenſentur.& ob id ſi dictus d.A.tanquam infamis,alienigena & inhabilis talem accuſationem inſtituere nō poteſt,multo minus idē Sempronius ꝓcuratorio nomine accuſatio

16 propterea. * In dubium reuocatur, an ualida erit excuſatio rei criminis, ſi dixerit hominem uulneraſſe, aut occidiſſe, non animo occidendi, ſed tantummodo baſtonandi, aut percutiendi.dic ut elegãter con ſuluit Paul.de Caſt.in conſ.192.Marſil.in §.ulterius.nu.8. fol. 40.in ſua pra.cti.alle.Bar.in l.1.n.9.C.undeui. Fel.& Io.de Ana.in c. 2. de homici. Alex.cõſi.140.incip.uidetur in caſu propoſito. in pen. col.2.uolu.Cep. cõſi.28.incipi. magiſter.Iac.fo.33.& in conſi.29.& 35.&38. alleg. c.fin.de
17 homi.in 6.ubi dicit de illo, q* mãdauit uulnera inferri, ſed non occidi, ꝙ nõ teneẽ pœna ll.Cor. de ſica.ex quo nõ eſt in dolo,licet in quaſi culpa.Cor.conſil.57.nu.51.4.uol.ſed is tantum tenetur pœna ultimi ſupplicii,qui habet animum occidẽdi, ut glo.not.in l. 1. §. diuus. ff. de ſicar. Archid.in c.homicidiorum.cum gl. de pœni.diſt.1.Barto.in l.diuus.nu.
18 3.ff. de ſica. nam ubicunque in* cõmittente homicidium ſubeſt aliqua iuſta cauſa, occidens non punitur pœna ordinaria mortis, quia quælibet cauſa excuſat à dolo, ut Paul. de Caſt.in d.conſi.192.incip. in cauſa carceratorũ.Cor.conſi.56. col.fi. 4.uol. moder. doc.in l.1.§.diuus.de ſic.Marſi. §. aggredior. num.78.In pra.crimi.Iaſ. in l. ex quacunq;.nu. 41.ff.ſi quis in ius uoc.non iuer.&l. 1.nu.31. ff.de leg. 1.idẽ in l.iuſte.nu. 31. ff. de acqui. poſſ. ubi dicit quòd quælibet cauſa etiã iniuſta excuſet à dolo.Bal.cõſi.345.in 4.uol.& cõſi. 9.nu.3.in uolu.3.Alex.in l.& ſi ſeuerior.C.de infam.Decius conſi.9.11. & conſil.134.Cep. conſil.33. Marſil. cõſi.91.96.& conſi.137.Socin.conſi. 16.1.uolu.Alex.conſi.283. in 2.uolu. Ange.in tract. maleſi.in uer.ſciẽter & doloſe.idẽ in l.1.C. de ſica. Aret. conſi.80.Bart.conſil.3.2.uol.Cuma. conſi. 134.Alex. conſil.76. & 109. 1. uol.Ang.conſil.284.Cardi. cõſi.44. Bald.& Sali.in l. 1. C.de noxa. Pau. de Caſt.in l. 1. C ubi clariſsimi, uel ſenat.Felin.in c.lator.de homi. Ange. in l.plagii. C.de plagiar. Signo. de homod.conſi. 27.& 50. Marſi.in lege Cor. ff. de ſica. Alex. in l. 4.§. quod prætor.ff. ne quis eum,qui in ius uocat.Marſil. in ſingul. ſuis. nu. 630.Grãma.conſi. 68. in quibus locis plenè tradiẽ,ut ad puniendũ delinquentem pœna corporali requiritur dolus, nec ſufficit lata culpa
19 quod propriè not.* Frequentiſsime pertractata eſt ea quæſtio, an legitima erit excuſatio rei imputati de furto,ſi docuerit à quo rem furtiuã penes ſe repertam habuerit. dic ut per Marſil.in §.diligenter. nu.91.& 96.Bart. in l. fin.nu.5. ff.de quæſtio. Ange.in l.2.& l.final.e.ti.& doc.moder.in l.ancillæ. C.de fur. quæ omnia intelligenda ſunt in homine bonæ conditionis,& famę, & non ſolito ſimilia facere, & in qua naturæ bonitate.dic ꝙ in iis,quæ clari boniq; uiri agunt,ut eleg. Bal.Imo.& mod.in l. fi.ff.de hære.inſt.Sali.in l. fin.C.de quæſt.Ang.de Arimino in addi.ad Ang.de maleſi.in uer.fama pub.n.21.inci.tu aũt in hac materia.

adde Alexan.conſi.5. incip.in cauſa
inquiſitionis formatę.2.col.in 1.uo
lumi.Bald.in lectu.antiqua.in l.do-
minus horreorum.ff. locati.Iaſ.in l.
in actionibus.in penulti. colum.ff.
de in litē iurando. Marſi.cō.52.inci.
miſericordia domini. doct. in l.in-
ciuilem.& l.ciuile.C.de fur. moder.
in l.fina.ff.de quæſtionib.ubi multa
referunt.Marſi.plenè in ſingularib.
ſuis.numero 392.incipien.aduertas.
Probabiliter dubitari conſueuit,an
ad probandam innocentiam inqui
ſiti,accuſati,aut denunciati admit-
20 tantur* teſtes domeſtici & minus
idonei.dic ut per Marſi.in §.oppor-
tune.nu.16.practica crimina.Paul.de
ca.in cō.207.incip.ſuper primo.do.
moder.in l.unius. §. cogniturū.nu.
49.ff.de quæſtionib.Cep. conſil.55.
incipien.in Chriſti nomine. nume-
ro 12.Bald. conſi.479. incipien. tres
ſunt caſus.5. uolumi. Decius in l.&
ſi nihil.nu.3.ff.de reg.iu.Cepo.cōſi.
46.nu.8.Ioā.de Ana.cōſi.59.in prin.
nu.1.Specu. in tit.de inquiſitio.§.5.
uerſicu.ſed nunquid reus.Alexand.
conſilio 24.incipien. animaduerſis.
numero 13.colum.2.in ſecundo uo-
lumi.Floria.in l.teſtis idoneus.in ul
tima colum.numero 6.ff.de teſtib.
& latè Marſi.in d.§.opportune.nu-
mero 8.uſque ad 19.& idem in ſing.
ſuis.numero 19.& 59.incipien. inno
cētibus.& in l.1.§:fi.nu.46.& 49.ff.
de quæſt.Alex.cōſ.11.uiſo themate.
2.col.li.5.& ſimiliter innocētia pōt
ꝓbari per pręſumptiones.ut Cepo.
in cōſilio ciuil.nu.60.in nu.6. Bart.
in l.1.§.de illo.uerſic.quomodo an
hære. ff. de bonis eorum, qui ſibi
mor.conſci.gloſſ.not. in l. 1. in uer.
21 non occidendi.C.de ſicariis.* Vtile
admodum erit intelligere,an homi
cidii quæſtio differri poſsit,ſi accu-
ſatus in modum exceptionis dicat
teſtes falſos . dic quòd ſi iſta exce-
ptio eſt cauſa præiudicialis cauſæ
homicidii,quod ſic.ut Albe.de Ro-
ſa.in tracta.ſtatu.in prima parte.q.
57.nume.4.ibi,ſi autem.fol.10.alleg.
l.ultra.C.ſi ex falſis inſtru.Salic.in l.
ſi docueris.nu.4.C.ad l. Cor.de ſi-
cariis . Cyn . in l.prius .nume.15.C.
qui accuſa.non poſ.& hoc niſi con-
ſtaret poteſtati,iud.malefic.aut iuſ-
22 dic.quæſtionē,* ſeu accuſationem
iſtā de falſo fuiſſe calūnioſè inſtitu-
tā,& in fraudē productā animo dif
ferēdi,& ꝓtelādi expeditionē ho-
micidii:q̄a eo caſu iudex nō debe-
ret differre,ut l.ſatis apte.C.de falſ.
& ſal.in d.l.ſi docueris.nu.4.ſed iu
dex querulantē oīno arctabit ad
ꝓbandā accuſationē falſi infra tem
pora limitata cū dilatiōe cōpetēti,
23 ut dicit Albe.in d.q.57.q̄d no.* Sin
gulare remediū eſt reis accuſatis,&
retētis,qn̄ cōſpiciunt ſe in carceri-
bus conſtitutos in periculo mortis
manifeſtæ,& dubitāt non poſſe pa-
tiēter ſuſtinere tormēta & quæſtio
nes,amputēt ſibi linguam,ne ab ijs
iudex poſsit cōfeſsionē extorque-
re,ut lingu.tradidit pro cautela d.
Tho.Fer.in cau.57.incipien. Tan-
credus.ratio eſt,quia melius eſt pa
ti in aliquo mēbro corporis,quàm
indiuiduum perdere . nam ut Sē-
neca in prouer . teſtatur , pericu-
lum ſine periculo nūquā uincitur.
& ut Marſi.aſſeuerat.in §.expedita.
24 nu.59.fo.24.quòd * maior eſt pœ-
na torturæ,quàm utriuſque manus
abſciſsio,

abſciſſio.& ſimi.dicit Bal.in rep. l.1.
in pe.col.C.unde ui.quòd cōtinuus
cruciatus corporis æqparetur mor
ti.alleg. Senecam in ſuis epiſtolis,
quòd nemo eſt ita timidus,ut nō ue
lit potius ſemp pēdere,quàm ſemel
cadere.& ideo doc.cauſidici conſo
lātes reos criminis illos pmonere
ſolēt,ut ſi delictū cōmiſerint omni
no taceant,nec illud fateri uelint, ſi
nem reſpicientes,ac pro certo tenē
tes,ut ſi crimen propalauerint,ſum
mo afficientur ſupplicio, quia deli-
cta non debēt impunita remanere,
ut Exo.ca.22. l. ita uulneratus.ff. ad
l. Aquil.ut ſame.de ſent. excommu.
Bal.conſil.79.nu.8.uolu.2. cum aliis
25 uulga.*Nō minus ingenioſa,quàm
docta erit excuſatio rei imputati, ſi
negauerit qualitatem addictā ma-
leficio,nam ea non probata, ſecun
dum opin.Iaco.But. neceſſario ſe-
qui debet abſolutio imputati. in l.
quidergo.§.pœna grauior.ff.de his
qui not.infa. & quod ita conſuluit,
prout refert Cyn. in l.2.C. de prob.
Bal.& Sali.ibi dicunt,quòd ſi eſt in-
ſtituta accuſatio de inſultu cum ar-
mis,uel de percuſſione cum ſangui
nis effuſione,& pòſt non probetur
niſi de ſimplici inſultu uel pcuſſio-
ne,condemnatio ſequi non poteſt.
idem Marſil.in ſingu.187.incip.qua
litas.Cep.conſi.57.inci.Franc.quod
tamen intellige & diſtinguē ſecun-
dum Barto.in l.denunciaſſe.§.quid
tamen.ff.de adult.ubi examinat, an
26 *additio,uel detractio qualitatis in
delictis mutet actionem.Florian.in
l.in delictis.§.ſi detracta.ff.de noxa
li.act.Sali.in l.tutoris.C.de ui pub.
Alexand.in l.diuus.ff. de re iud. nu.
13.Bald.in l.1.8.col.C.qui accuſ.non
poſſ.l.& ſi ſeuerior.C.de infam. & l.
contra negantem.C.ad l.Aqu.Pau.
de Caſtr.conſi.119.Iaſon in l.1.nu.2.
27 C.de teſ. ubi dicit, ꝙ * qualitas re-
quiſita in aliquibus pſonis certo tē
pore limitato,debet præciſè & ſpe
cificè probari,quòd illa qualitas tē
pore limitato interuenerit. Cepo.
in l.ſi fugitiui.nu.9.& 10.C.de ſer.fu
gi.& in authē.ſed nouo iure.nume.
79.fol.114.Ioā.de Ana. conſi.60.nu.
2.Marſil.in l. ſi quis de quæſtio. nu.
130.ff.de quæſt.Inno.in ca. qualiter
& quando.de accuſa.Ioan.de Ana.
in c.1.de homi.in 6.Bald.conſil.465
& 431.in 4.uolu.nu.1.ubi ſi in accu-
ſatione deducitur dolus, dolo non
pbato ſequi debet abſolutio. Anc.
conſi.272.inci. de titulis criminum.
Rōma.conſi.144.incip.inquiſi.circa
princ.Alexā.conſi.3.4.col.uolu.2. &
in conſi.124.& 123.eo.uol.Ioā.And.
in c.1.de hom.in 6.Pau. de Caſt.in l.
ſi cōmunē.§.1.ff.quomod. ſer. ami.
Bart.in l.pe.C.de priuileg.dom.lib.
2.Marſi.in §.quoniā.nu.52.in pract.
crimin.& in rub.de probat.nu.437.
Corn.conſil.197.inci.uiſa denuncia.
ubi dicit quòd qualitas intentata p
bari debet,aliter inducitur abſolu-
tio inqſiti. Marſi.in §. & quia.nu.2.
in ſua pract.cri.Feli.in c.auditis.pe.
col.de præſcri.Socin. in l. ſtipulati
quædam.num.9.ff.de uerb.obl.Bal.
in conſi.447.nu.2.uol.5.dicit, quòd
quādo lex requirit probationē ali
cuius qualitatis,nō tam eſt de ſub-
ſtantia probationis,quàm ipſius fa
cti.& in conſi.459.nu.1.4.uol. quòd
quādo l.requirit probationē facti,
& qualitatis,nō ſufficit probare fa-

ctum,quia quando l.ponderat qua
litatem,illa qualitas eſt de ſubſtan-
tia probationis,ut Bald.in conſilio
447.nu.2.in uol.5.& in con.459. nu.
2.in 4.uolu.Credo tamen, quòd de
conſuetudine aliter ſeruetur, quia
accuſans non unam legem propo-
nit,ſed omnes,dum dicit,peto eum
puniri ſecundum formã iur. & ſtat.
propter illam cõmunem clauſulã,
ſuper quibus omnibus,& ſingu.in-
tendit procedere. quia ſi non pro-
betur qualitas,debet tamen puniri
in eo, quod eſt probatum, ne deli-
cta impunita remaneant, niſi quali
ter eſſet de ſubſtãtia probati iuri.ſu
28 prà deductis, quod nota. *Legalis
& iuridica ſimiliter erit excuſatio
uulnerantis, ſi dixerit percuſſum
obiiſſe,ex quo medicum habuit im
peritum,& tali caſu uulnerans non
tenebit de morte percuſsi,ut Bal.Ia
ſon. & Paul.de Caſtr.in l.ſi ab hoſti-
bus.§.ſi uir.nu.1.ff.ſolu.ma.Bald.cõ
ſi.136.& 138.in 2.uolu.& conſi.192.in
4.uolu.maxi.quãdo qualitas uulne
ris iudicio medicorum poteſt ſe ha
bere ad uitam,& ad mortem. idem
in c.1.in 3.col.quib.mod.feud.amit.
Felin.in c.presbyt.in 1.col.de hom.
idem Bal.in l.ſi non ſimpliciter. nu.
7.C.de ædil.act.Marſil.in l.nihil in-
tereſt.nu.11.ff.ad l.Cor.de ſicar. ubi
29 dicit,*quòd uitiũ medici, uel mali-
tia medicinæ excuſat percuſſorẽ, &
ideo Bar.in d.l.ſi ab hoſtibus.excla
mat cõtra uocantẽ medicũ imperi
tũ,uel quãdo uulneratus mortuus
eſt inobedientia offenſi,uel imperi
tia medici, ſecũdũ Fel.in c.ſignifica
ſti. il 2.1.col.de hom.Cepo. conſi.61.
nu.30.Bald.ſingu.conſi.328.incip.an
uulnus.ſecundo uolu.Socin. cõſil.
178.Albe.in 2.par.ſtat.quæſtio.36. &
37.Flor.not.in l.qua actione.§.Pro
culus. & l.idem iuris. §.mulionem.
30 ff.ad l.Aquil.ubi tenet,quòd*medi-
cus imperitè procedens, uel utens
medicamentis perperã, culpabilis
iudicatur,uulgata l.imperitiæ.ff. de
regu.iur.aut quando medicus dicit
ſe peritum ad medicandum aliquã
infirmitatem,cùm non ſit, & opere
tur aliquid propter quod infirmus
incurrat aliquod periculum,& tene
tur,cũ ſciat, uel ſcire debeat, quòd
in medicinis cõferendis, illas exhi-
bere debet,quas ſciat ſecundum ar
tem ſuam proficere debere,ut Cor.
cõſi.194.2.uol.Sali.l.uni.C.de emẽ-
da.ſeruo. & ideo medicorũ imperi
torũ conſilia deuita,qui parũ docti
& ſatis ſeduli officioſiſsimè multos
occidũt,& ſtudẽt immoderata adhi
bere medicamina,quæ nõ ſalutem,
ſed interitũ afferũt.Similiter ualida
erit excuſatio in caſu furti,quando
quis iuſta rõne,arbitrãs ſe.dominũ
aliquid ui rapuerit, uel ſurripuerit,
ut pœna furti liberetur, quoniã in
dolo eſſe nõ uidetur,ut l.apud anti
quos.C.de fur.prout etiam ſing.cõ
ſuluit d.Bald.conſi.345.in 4.uolu.&
31 ideo*quælibet cauſa etiã iniuſta ex
cuſat à dolo, & pœna corporali, ut
Bal.cõſi.9.nu.3.3.uol.Cor.Per. cõſil.
107.lite.e.in 3.uol.Iaſ.in l.clã poſsi-
dere.§.qui ad nũdinas.ff.de acqui.
po.& l.1.in fi.ff.de abi.Bart.in l.fi.ff.
de dec.ab ord.fac.& l.quod Nerua.
ff.de poſ.& Cep.cõſ.10.nu.21.in cõ.
ciui. all.tex.in l.igitur.§.1.ff.de libe.
cau.ſed uide q̃ dixi in uerb.error. &
uerb.ignorantia.ſupra,ubi latè.

Coram

CORAM VOBIS MAGNIfico, ac clariſsimo domino Poteſta. Paduæ

COmparet Iacob. de Nouel. iuris doct. aduoc. & procurator Fabricii de Lendenaria, detenti & carcerati iam plurib. dieb. cauſa & occaſione illũ tuendi, defendendi, ac excuſandi ab aſſerta accuſatione contra eum inſtituta per Sempronium Iadrenſem de inſultu, ac uulneribus ei, ut dicitur, doloſe, proditoriè, ac pẽſatè illatis, loco, tempore, ac præſentibus prout latius in dicta aſſerta accuſat, & proceſſu deſuper formatur, continetur, ad quẽ impugnatiuè ſemper relatio habeatur, & breuibus agẽdo, ac ipſum realiter defendendo, ſuperfluis omiſſis, dicit, excipit, & opponit ante dicti proc. dictã aſſertam accuſat. fuiſſe, & eſſe nullam, nulliter, ac de facto inſtitutam, & productã per perſonam inhabilem, & ſuper ea non potuiſſe neque poſſe per uos, ueſtrúmque officiũ aliquo modo procedi. Cũ prætenſum delictum propter qđ ſupradictus Fabricius fuit accuſatus, & retentus, non fuit, nec eſt maleficiũ de iure punibile, imo nec eſt maleficiũ, ſeu flagitiũ cẽſendum, ex quo de iure municipali, ac decretis illuſtri. do. impunè fieri potuit. Nam cùm dictus Sempronius fuerit bannitus ſub clariſsi. domi. Petro Lãdo præceſſore, neceſſario dicendum eſt eundem uulneratum impune offendi potuiſſe, imò interfici non obſtante friuola appellat. interpoſita à dicta ſententia bannitoria ad clariſs. d. ſuperiores parte eiuſdem Sempronii, cum talis ſentẽtia in arengolat, ex forma ll. illu. conſi. x. appel. non recipiet, ſed fuit interpoſita animo rem in longum protrahendi, ac cauillandi. accedat, quòd ſæpedict. Semp. pro alia accuſatione contra eum inſtituta per T. de inſultu cum armis facto in platea, cõdemnatus fuit in lib. 50. quo caſu ex forma ſtatu. & antiqua conſuet. fori ubique ferè per totam Italiã recepta, quòd in lib. 50. publica ſuadente iuſtitia ac ꝓ cõi quiete ac refrænãda maleficia impunè offendi potuit. Quocirca clar. prætor, antedictus dicto nomine inſtat & petit ex cauſis præmiſsis per uos, ueſtrũq; officiũ, quod ad hoc ſimpliciter implorat, quãdocũq; opus ſit accuſatũ prædictũ per dictũ Sẽpro. cõtra ſæpedictũ Fabriciũ carceratũ inſtitutũ, ſiue inquiſitũ, ſubinde formãda reiicit, & Cãcellariã debere, & inſuper declarari cõtra præfatũ Fabiciũ nec per accuſationẽ, nec ex officio M. V. procedi potuiſſe, aut poſſe, nec debere pro dictis prætẽſis uulneribus, ſeu pro dicto pratẽſo crimine, quod uerè ſcelus, aut flagitium, nec dici, nec cenſeri poteſt, qđ fuerit, & ſit ex iure impunibile, & ꝑ cõſequẽs dictũ Fabriciũ carceri detẽtũ relaxãdũ fore, & eſſe priſtinæ ſuæ libertati reſtituendũ, ita fieri, & declarari petit omni alio meliori modo, uia, iure, ac forma, ſaluis aliis quibuſcunq; iuribus ac defenſionibus præfati carcerati cõpetentibus, ac competituris. &c.

ALIA DEFENSIONIS forma in materia homicidii.

Coram uobis clariſsimo Poteſtate Cremæ

Compa

COmparet d.Sempronius de Albericis procurator & eo nomine d.Hippolyti Florentini ſpõte carceribus M.V.oblati cauſa illum tuendi,excuſandi,ac defendẽdi ab inquiſitione per d.iud.maleficiorũ formata iuſſu M.V.& proceſſu exinde formato,ob mortem Q.Thadæi Polẽſis,& breuiter dicit,ꝙ neget narrata & expoſita in dicta inquiſitione & proceſſu uera eſſe,& fuiſſe,& ueritatẽ aliquã in ſe cõtinere,& nũquã ueritate cõſtabit neque apparebit ipſum Hippolytũ interfuiſſe crimini,ſeu delicto obiecto,& de eius innocẽtia clare conſtat ex cõſtituto Qu.Thadæi interfecti p d.iud.maleficiorũ accepto. in primo dicit,che io non ho colpa alcuna, perche non haueua arme, ne mi moſsi dal mio luogo in conto alcuno.accedat,ꝙ inter Q.Thadẽũ & ipſum cõſtitutũ ſumma inter cedebat amicitia,quo fit,ex cauſa prædicta tollatur omnis præſumptio, ac ſuſpicio mali animi, nec obſtant teſtes cõtra eũ examinati, cũ de auditu alieno loquantur ſingulares,forenſes,uarij ac in eorum depoſitis cõtrarij ac falſi,qui multas patiuntur oppoſitiones,ut particulariter demonſtrabitur,quibus ſtãtib.petit idẽ Proc.quo ſupra nomine præfatum do.Hippolytũ per M.V.abſolui,uel ſaltẽ p nũc ex carceribus M.V.relaxari debere,& ita fieri,& declarari petit omni meliori modo,uia,iure, ac forma.&c.ſaluis aliis quibuſcũq; defenſionibus ſibi magis pficuis, &c.& ſi in præmiſsis fortaſſe deficeret,ꝙ nõ credit,proteſtatur poſſe ad alia iura ſibi magis pficua habere recurſum,prout ſibi melius de iure uidebitur expedire.

PRO HOMICIDIO.

Coram uobis magnifico D.Poteſtate & Capitaneo Baſſ.

COnſtitutus officio Cãcellariæ V.Iacob.de Nouello Iur.Doc. procurator, & eo nomine d.Camilli de Peruſio carcerati iam iiij. menſibus,cauſa & occaſione illum tuendi,defendendi,ac excuſandi ab iniuſta accuſatione cõtra eũ inſtituta de homicidio proditione illato in perſonam Q.d.Oldrici Cãpeſani, ut in actis cancellariæ, die ac milleſimo,ut in ea,ad quam impugnatiue ſemper relatio habeatur,& breuibus agendo ac realiter defendendo excipit,& opponit,ac multum miratur de huiuſmodi iniuſta, calũnioſa,ac emẽtita accuſatiõe per d.Paulum Campeſanũ inſtitutã, & particulariter opponendo tam cõtra perſonam accuſatoris,ſeu querulantis,quàm contra inſolidum,& & inuſitatũ modũ & formã pceden di,eo ſaltẽ mõ,quo hactenus proceſſum fuit,& ex hoc detegitur manifeſta fraus,dolus,& calũnia ipſius accuſatoris,cũ potiſsimẽ ex diuerſis ac uariis mediis ſatis liqdo conſtet, quòd quicqd fecit idẽ Camillus,fecit ad ſuã neceſſariã defenſionem, primò quia fuit aggreſſus,& inſultatus à duobus cum armis haſtatis, contra ipſum impetu irruentibus, ut ex dictis 4.teſt.comprobatur,& qualitas facti id ſuadeat;cũ aggreſſores erãt duo armati armis tã offenſibilibus, quàm defenſibilibus, & accuſatus ſolus inermis,qui continuo ſe retrahebat,ne quid mali ſe quere

quereretur, clamando, & auxilium inuocando, prout deponunt tres teſtes omni exceptione maiores. Accedat, quòd ex genere, & qualitate armorum hoc cõprobatur, cum illi duo habebant arma haſtata, & iſte Camillus ſolus habebat ſemiéſem, qui primitus in inſultu fuit letaliter uulneratus à prædictis, & niſi ipſe accuſatus tunc admenaſſet illã percuſsionem ad uiam capitis Oldrici, omnes etiam deponunt, ꝙ niſi hoc feciſſet, pro certo tenẽt, quòd fuiſſet omnino interfectus ab ipſo Oldrico, & mirantur omnes, ꝙ etiam faciẽdo, quicquid fecit, manus ſuas effugerit, & euitare potuerit, cùm omnes eũ Oldricum nouerint fortem, terribilẽ, ac uirũ haud meticuloſum. quo fit, ut dicendũ, & cõcludendũ ſit, ꝙ quicquid fecerit idem Camillus, ad ſuam neceſſariã defenſionem fecerit, quæ nẽpe defenſio omni iure licita eſt, etiam alios offendendo, & occidẽdo iuribus ſatis etiam tonſoribus notis. Quare magnifice, ac clariſsime prætor, procurator antedictus petit, & inſtat præfatum Camillũ à carceribus relaxari M.V. & priſtinæ ſuæ libertati reponi, & hoc omni meliori modo, &c. ſaluis aliis iuribus ſibi competentibus & competituris.

PRO DELAT. ARmorum.

Coram uobis M.D. Poteſtate Iuſtinopoli

COmparet & ſe præſentat Iaco. Nouel. I.D. procu. & procuratorio nomine d. Cæſaris nunc in carceribus M.V. ſponte præſentati, cauſa & occaſione imputationis de qua in inquiſitione iuſſu M.V. contra eum formata & proceſſu ſubinde inſtructo, & prout latiùs in actis apparet & continetur. Ad quã impugnatiuè ſemper relatio habeatur, & breuibus agendo, ſuperfluis prętermiſsis, dicit idem procurator inquiſitionem ipſam nullã, nulliter ac de facto inſtitutam, & ſuper ea nõ potuiſſe, neq; iuridicè poſſe per uos, ueſtrumq; officium modo aliquo procedi, cũ prætẽſum delictũ, ſi maleficij nomẽ habere meretur, non eſt ſupplicio aliquo puniendũ. primo, quia d. Cæſar. non fuit modo aliquo inuentus cũ armis, neq; deprehenſus, prout ſonant uerba proclamat M.V. quę dicit, ſi quis inuẽtus fuerit arma portare, à quo ꝓclamat, nullatenus eſt recedẽdũ, cũ ſatis etiã cõſtet de intẽtione & bona mente eiuſdẽ M.V. intendentis punire inuẽtos cũ armis, & nõ deferẽtes arma. Accedat ulterius, quòd regulariter pro delatione armorũ, qs nõ punitur, ſed bene ſi fuerit inuẽtus in palatio cũ armis ad latus, quod apertè, & clarè demonſtratur ex uerbis proclamati, ibi dum dicitur, quòd de armorum proiectione credatur dicto duorũ officialiũ, ergo cũ d. Cæſar nõ fuerit inuẽtus habere arma ad lątus, merito puniri nõ põt. Accedat etiã, quòd arma inuenta ad pedes ſæpe dicti Cæſaris, nõ ſunt apta, neq; cõuenientia uaginæ repertæ ad latus d. Cæſaris hominis pacifici, q cũ ingreſſus fuit palatium, illico oſtendit officialibus non habere arma ad latus, dilatando ueſtimenta ſua, ut docebitur, ſi opus fuerit, & inſuper ſtante antiqua

tiqua conſuetudine hic & ubique recepta, quòd qui detulit arma in palatio, uel alibi, niſi fuerit inuetus, non punif iuſtitia ita ſuadente, quia ut docet experientia rerum magiſtra, multi portāt arma in palatio, &c. extra dictim, niſi inueniantur ab officialibus, & deprehendantur, non puniuntur. Quare magnifice, ac clariſsime prętor, procurator antedictus prędicto nomine inſtat & petit præfatum d. Cæſarem ab imputatione prædicta liberari, & ex carceribus M.V. omnino relaxari, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituendū fore, & eſſe & ita fieri, & declarari petit omni meliori uia, iure, ac forma, ſaluis aliis quibuſcunq; defenſionibus, & iuribus dicti carcerati competentibus, & cōpetituris, &c.

IN CASV FVRTI.

Coram uobis magnifico domino Poteſtate Aſilii

CONſtitutus officio Cācellariæ d. Adamus Colbertado doct. procurator, & ꝓcuratorio nomine, d. Antonii Ceſana, & d. Vitii Beltramini ſpōte carceribus M. V. oblato rū cā aſſertę imputationis cōtra ipſos ſuperius nominatos, de qua in inquiſitione, & ꝓceſſu latius cōtinetur ſub die, anno, mēſe, ut in eo. Ad quam impugnatiue ſemper relatio habeatur, præterquam in partibus commodum & fauorem carceratorum antedictorum concernentibus, in quibus nullatenus impugnare intēdit, ſed illā reproducere decreuit, in uim ſaltē cōfeſsionis iudiciariæ, & breuibus agēdo, & longis ambagib. prætermiſsis dicit, excipit ac opponit procurator ſępedictus, deducta in inquiſitione nullatenus contra inquiſitos fuiſſe probata, cū teſtes non deponant de qualitate rei furto ſubtractæ, & tamen in aſſerta inquiſitione deducitur, ꝙ inquiſiti contrectauerunt ueſtem ueluti roſati: unde cum non probetur aliquo pacto furtū dictæ ueſtis, de qua in inquiſitione, prout neceſſario probari debebat, iure optimo ſequi debet abſolutio, delicto nō probato: inſuper nō uidetur aliquo modo probata contrectatio facta per antedictos inquiſitos, quoniam ad eſſe furti neceſſario requiritur contrectatio, quę accurate deducta eſt in ipſa inquiſitione, merito ueniūt abſoluendi, ꝙ in inquiſitione deducitur, ꝙ præfati inquiſiti contrectauerūt in domo ſupradicti inquiſitorum antedictam ueſtem, & tamen per teſtes nullibi apparet de loco delicti: unde cum nullatenus locus contrectationis, & delicti intentati probetur, prout probari debebat, & cōueniens eſt, ergo ſequi debet abſolutio. accedat inſuper, ꝙ non ſufficit probare delictū, niſi probetur tempus & locus delicti commiſsi, unde cum teſtes nō deponant nec de tempore, & loco, prout in inquiſitione ipſa appoſitum fuit, ſequitur indubitata concluſio præfatos imputatos per M.V. abſoluēdos fore. Quarę ſtantibus prædictis, & aliis coram M. V. dictis ac deductis ad oſtendendam innocentiā & puritatem præfatorum inquiſitorum, idem procurator dicto nominę petit, & inſtat præfatos inquiſitos ab imputatione ipſa furti abſolui debere, uel ſaltē à nexu carcerū M.V. pro nunc

pro nunc relaxari & priſtinæ ſuæ libertati reponi, & ita fieri ac declarari petit omni meliori modo, &c. ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus, &c. & ſi in præmiſsis forſitan defeciſſet, quod non credit, petit ad alia habere recurſum, prout ſibi melius de iure uiſum fuerit, ſaluis. &c.

ALIA PRO SECTA & inſultu.

Coram uobis clariſsimo D. Prætore Brixiæ

COmparet & ſe p̄ntat Iacobus de Nouello iur. doct. aduocatus d. Alphonſi de Salodio, & aliorum retentorum, & præſentatorum in caſu aſſertæ imputationis contra ipſum & ipſorum quemlibet factæ & cõmiſſæ, ut aſſeritur de certa ſecta, laruatione, & occaſione aliorũ criminũ, ſeu delictorum per eos, ut dicitur, perpetratorum, & prout latius in inquiſitione & proceſſu ſubinde formato continetur, & apparere dicitur, & inhærendo eorum conſtitutis, à quibus nullatenus recedere intendit, ſed eos pro repetitis haberi uult ac intendit, & per conſequens inſtat, ac requirit per M. V. & eius ſapientiſsimam curiam fuiſſe, & eſſe ad ulteriora procedendum, & procedi debere maximè in liberando ipſos comparentes, nõ dicã præſentatos, ſed etiam retentos tãquam innocentes, & ignaros aſſertæ imputationis ſectæ, ac aliorum delictorum obiectorum contra eos indebitè ac falſo modo, fabricatorum ſuaſu, ac interuentu inimicorũ ſuorum, non autem quòd ipſi ſint, aut fuerint huiuſmodi imputationis culpabiles, cũ ueritas aliter & alio modo habeatur de eo, quòd falſo expoſitum fuerit in aſſerta querela d. Sempronii de Ritiis, cũ hoc etiã ſit à ueritate ipſa ualde alienum, & quicquid ibi per eum dictum fuerit, credendum eſt, id expoſitũ fuiſſe cõtemplatione, ſuaſu ac ſubornatione d. Troiani Feltrenſis inimicis ipſorum retẽtorum, ac præſentatorũ, à quo idem Sempronius edoctus & inſtructus fuit, prout ſuis loco & tẽpore cõprobabitur, nec opitulatur dictũ unius ex correis, ꝙ talia delicta per ipſos retẽtos, ac præſentatos cõmiſſa, aut perpetrata fuerint, quia dictũ correi de per ſe nõ facit indiciũ contra ſupradictũ correum aliis nõ cõcurrentibus iuribus uulgaribus, & ſi alia crimina, aut maleficia commiſſa fuiſſent, proculdubio officio maleficiorũ denunciata fuiſſent, quod minime factum fuit, imò clarè ac manifeſtè, & euidenter appareret dictum Sempronium ſomniare, & ficta ac cõmẽtitia delicta fateri. Accedat etiã, ꝙ contra ſæpedictos præſentatos, ac retẽtos ad quæſtionẽ. & torturã nimis ſeuere proceſſum fuit, & eſt ſtãte forma iuris, ac ſtatutorum Brixiæ, & decretis illuſtriſ. Duc. Do. Ven. cum maximè cõtra prædictos non ſint tot indicia, ſuſpiciones, ac argumẽta, per quæ potuerint toties torqueri, & tanta tormenta pati prout paſsi ſunt ac fuerant, cũ etiam ipſi præſentati & retenti fuerint, ac ſint homines bonæ uocis, conditionis, ac famæ, & poſsideant idoneas facultates, cũ quibus ſe alere poſſunt ſplendidè, nec alieno indigẽt auxilio

lio,prout ſatis omnibus notorium eſt.Quibus præmiſsis in iure & in facto ſubſiſtentibus,dicit aduocatus ſæpedictus,præfatos retentos, ac præſentatos ab imputatione ipſa abſolui ac liberari debere,uel ſaltē à carceribus M. V. relaxari, & ita rogat oratq; inclytam Magnifi.ueſtram,& eius ſapientiſsimā curiam dici,ac declarari debere omni meliori modo,uia,iure,ac forma,ſaluis aliis quibuſcunq; iuribus &c.

ALIA IN ORDINE.

Coram uobis clariſsimo D.Poteſtare Brixiæ

COmparet & ſe præſentat Iacobus de Nouello Iur.Doct.aduoc.& eo nomine d.Caliſti Albani ſponte ac uoluntariè carceribus M.V.oblati & præſentati,cauſa & occaſione cuiuſdam præcepti iuſſu M.V.facti ac emanati ipſi præſentato,ut in termino tridui poſt illius exhibitionem debeat allegare,feciſſe in eius cauſa,ſi & quando cūq; allegare intendit,aliter & prout in eo,ad quod inquantū opus ſit indigna relatio habeatur: & breuibus agendo dicit idē aduocatus,præceptum ipſum eſſe nullius ualoris,roboris ac momenti,ideoq; de iure fieri minime potuiſſe,aut debuiſſe, & in caſu ipſo ad ulteriora procedi non poſſe,neq; debere pluribus de cauſis, & præſertim infrà ſcriptis, ſtātibus maximè literis clariſsimorum d.aduocatorū cōmunis Ven. quibus iniungitur & cōmittitur M.V.ꝙ uſq; ad ſignaturam in ipſo caſu procedere debeat,& poſtmodū proceſſum ſubinde formatū tranſmittere deberet ſuis M.quod utiq; adhuc aliquā ſignaturā facere minime curauit.quo fit ut contra tenorem ipſarū literarum uſqueadeò per præfatā M.V.proceſſum ſit,accedente etiā,ꝙ exēplū ipſius proceſſus penes,& apud ipſos clariſsimos d.aduocatos adhuc reperiatur,& impræſentiarum nō fuit,nec eſt expeditus,& minus reſponſum aliquod ꝑ prænarratos clariſsimos d.aduocatores datū fuit, ita ꝙ in caſu ipſo ad ulteriora procedi non poteſt neque debet,& minus aliquid innouari contra ipſum præſentatum,ſtante actu ſuperiori, & per conſequens ſtantibus præmiſsis dicit idem aduocatus,ſuperſederi debere expeditionē præſentis caſus, donec & uſquequo per ſæpedictos clariſsimos d.aduocatores uiſus & expeditus fuerit dictus proceſſus,& per eos reſponſum datum fuerit,& ità aduocatus prædictus petit per M.V.dici ac declarari,& fieri debere in omnibus prout ſupra petitum fuit digeſtialiter,quòd tamen non credit,petit pro debito iuſtitiæ, & pro obedientia ipſarum literarum, aſsignari ipſi præſentato aliam breuem dilationem dierum octo ad allegandum in caſu ipſo,ne ipſe ſponte præſentatus indefenſus remaneat,prout iuri,iuſtitiæ,ac honeſtati conuenit.& ita per M.V.& eius ſapientiſsimam curiam dici ac declarari petit,& inſtat,quod ſi ſecus factum fuerit,proteſtatur de iuſtitia denegata,& habendi aditum,& recurſum ad clariſsimos d.ſuperiores ſuis loco & tempore,&c.omni meliori modo, &c.ſaluis aliis,&c. proteſtans,&c.

Alia

ALIA PRO FRACT. confinium.

Coram uobis clariſsimo D.Prætore Vicentiæ

COmparet d. Albericus de Lendenaria procurator &dicto nomine d. Henrici de ſcholaribus, & uti frater,& coniuncta perſona do. Herculis de Saxoferrato, nunc in carceribus M.V.ſponte oblatorum & præſentatorum cauſa & occaſione aſſertæ imputationis, quòd fregerint confinia ſuorũ bannorũ, de qua fit mentio in inquiſitione iuſſu M.V.formata,& in proceſſu ſubinde formato apparere dicitur,& inhærendo eorum conſtitutis,à quibus nullatenus,& nullo modo recedere intẽdit,ſed pro repetitis habere uult,& omnino intẽdit,& breuibus agendo,ac ipſos & eorum quẽ libet realiter defendẽdo, ſuperfluis prætermiſsis dicit,excipit, & opponit procurator antedictus ſupradictos præſentatos tanquã innocentes,ignaros,&minime culpabiles à dicta calumnioſa,& emẽtita imputatione abſoluendos, & liberãdos fore, & eſſe, & ex ipſis carceribus omnino relaxandos, nec officit dictum A. cui in aliquo fides non eſt adhibẽda,& minus adhiberi debet, licet ad tormenta & quæſtiones aliqua dixerit minusquàm uera,qa id ex impatientia,inconſtantia, & animi ſui leuitate proceſsit,ut in quouis potius mentiri, quàm tormenta pati uoluerit, ex quo ꝓceſſum fuit, ut in ſuo conſtituto uaria nedũ locutus fuerit,ſed etiã contraria,ut & alios criminari,& inculpare uoluerit,prout in dicto eius cõſtituto ſatis clarè apparet, minus etiã obſtat dictũ T.; cum ſimiliter in ſuo dicto ſit uarius ſingularis,& ſibimet contrarius, non uera, nec ueriſimilia deponẽs, imò potius expreſſa mẽdacia & à ueritate ipſa penitus aliena,ut ex eius dicto & intueri,& colligi poteſt, accedẽte etiam pro maiori comprobatione, & uerificatione innocentia ipſorum inquiſitorum,quòd offerunt ſe legitimis mediis conſtare,& probare,quòd tempore de quo in aſſerta imputatiõe ipſi præſentati ſe contulerunt Mantuam, & ibi continuò commorati fuerunt in dicta terra, & territorio uſq; ad uindemias ibi habitando,& fructus colligendo,terraſq; d.Priami de Azano gubernando,& præparari faciendo pro futuro recollectu, nec aliunde in dicto tempore ſe contulerunt, prout omnibus ſatis notorium eſt,quo fit,ut impoſsibile dicatur ſæpe dictos præſentatos uno ac eodem tempore duobus in locis adeſſe potuiſſe. Quibus omnibus ueriſsimis ĩ facto ſubſiſtentibus,& aliis ſuis loco & tempore dicendis,deducendis,& allegãdis petit aduocatus prædictus ipſos inquiſitos abſolui debere, uel ſaltẽ pro nunc ex carceribus M. V. relaxari,& ita fieri,& declarari petit omni meliori modo, uia,iure,ac forma,&c.ſaluis aliis,&c.

ALIA PRO PVRO HOmicidio.

Coram uobis magnifico,&clariſs. D. Prætore Præfectoq; Tar..

COmparet,& ſe præſentat Io. Fran.de Nouello I.D.&aduocatus d.Alphõſi.de Rodigio, & An

to.de Caſcucho nob. Tar. ſponte ac uoluntarie carceribus M.V.oblatorum ac præſentatorum, cauſa & occaſione eos intuendi, defendendi, ac excuſandi ab aſſerta, & iniuſta ueſtra inquiſitione per uos, ueſtrumq; officiũ formata cõtra eos, de homicidio ſequuto in perſonam Q.Titii Polenſis, ex cauſa nonnullorũ uerborum inter eos ſequutorum in domo illorũ A.getto, ꝑut latius in inquiſitione ipſa, & proceſſu deſuper formato cõtineri, & apparere dicitur, ad quam impugnatiue ſemper relatio habeatur, præterquàm in partibus, commodũ & fauorẽ dicti ſui principalis concernentibus, in quibus illam impugnare non intendit, ſed magis illam in illis partibus laudat, approbat, atq; acceptat, & in uim ſaltem iudiciariæ cõfeſsionis reproducit, & breuibus agẽdo, & realiter ipſos præſentatos defendendo, & offendẽdo innocentiã uitæ dictorũ inquiſitorũ dicit præfatus aduocatus ſæpe dictos præſentatos de aſſerta imputatione homicidij cõtra eos obiecta, & falſo modo oppoſito, tanquã innocẽtes, inculpabiles, ac omnino ignaros abſoluẽdos & liberandos eſſe, cũ ſatis clarũ ſit eoſdem præſentatos fuiſſe, & eiſſe ualde infeſtãter prouocatos, irritatos, & laceſsitos à prænarrato Q.Titio tam uerbis ꝑeacibus & inhoneſtis ac turpibus, quàm etiã exterrore armotũ iam per dictũ Q.Titiũ in manu acceptorũ, ideo quòd idẽ Alphonſus niſi pro ſui defenſione clamaſſet, alioſq; conuocaſſet, & concitaſſet cõtra præfatũ aggreſſorẽ, eos omnes proculdubio interfeciſſet, ita quòd quicquid feceit idem Alphonſus inquiſitus iure, meritoq; dici poteſt ad ſuam neceſſariam defenſionem feciſſe, prout de præmiſſis omnibus inferiùs particulariter deducetur, & de ſingulis comprobabitur, accedente etiã, quòd idẽ uulneratus parum poſt uulnus ſibi illatum ambulauit per ciuitatem, conuerſando cum ganeis, luxorioſè uiuendo, & regulas ac præcepta medicorum nõ obſeruãdo, ita quòd principaliter nõ ex ipſis uulneribus, ſed ex alio malo regimine, ac incuria ipſius uulnerati mortuus fuit, & eſt, ut per teſtes clarè demõſtrabitur, quo fit ut conſtito de omnibus ſupra narratis ipſi inquiſiti ueniant ad M.V.eiusque dignißimũ officiũ, quod ad hoc ſpecialiter implorant, abſoluendos, & à carceribus M.V.omnino liberandos putẽt, & ita fieri, dici, ac declarari petit, & inſtat aduocatus ꝑdictus omni meliori mõ, &c. ſaluis aliis quibuſcũq; iuribus, ac defenſiõibus ſibi cõpetẽtibus, ac cõpetituris, &c. ꝓteſtãs &c. offerens, &c.

ALIA PRO FVRTO.

Coram uobis magnifico, ac clarißimo d.Prætore præfectoq; hon.Tar.

COmparet & ſe præſentat Iaco.de Nouel.I.D.& aduocatus d.Cæſaris de Tridento carcerati, cauſa & occaſiõe cuiuſdã aſſertæ imputationis pro furto commiſſo, ut aſſertum fuit in domo illorũ de Rauagninis. modis & tẽporibus de qbus in aſſerta q̃rela inſtituta officio malefic.per d.Iuliũ de Rauagninis, ſub die 15. Iulii nuper exacti, ad quã impugnatiuè ſemp ac negatiuẽ

gatiuè relatio habeatur, & breuibus agēdo, ac realiter d. Cæſarē tuēdo, ac defendē do dicit idē procurator ſæpedictū Cæſarem obiecti criminis furti eſſe penitus ignarū, & ad oſtendēdā & demōſtrandā uitā ac innnotiā ipſius Cæſaris malo modo inculpati patet ex uita ipſius carcerati, hominis ſcilicet bonæ uitæ, conditionis, & famæ, nunquā ſoliti ſimilia committere, & habētis ſatis idoneas facultates, cū quibus ſe & totā familiā ſuā lautè, ac ſplendidè & decenter alimētari poteſt, prout ab anno 1503. uſq; ad hęc tempora ſatis honorifice uitā duxit, accedat ꝙ bona de quibus in dicta aſſerta accuſatione nunquam uiſa fuerunt in domo ipſius imputati, & minus ad manus ſuas unquam peruenere, licet per atteſtationē A. teſtis ad offenſam examinati, uariè ſingulariter ac de auditu alieno deponenti dictū fuerit certā ueſtē uelnti nigri cum manicis uiſam fuiſſe in domo prædicti Cæſaris, qui prout in ſuo conſtituto dictum fuit, nō negauit habere ac iam pluribus diebus eam habuiſſe in domo ſua, ſed dixit eam pignori habuiſſe à d. T. eius ſororio, trāſmiſſam in uigilia ſancti Antonij per d. A. nutricē ac familiarē ipſius d. ſororii ſui, & ad cōprobandā innocentiā ipſius d. carcerati dicit, quòd ad effectualē exhibitionē pecuniarū per eū dicto tēpore exburſatarū, aderāt duo teſtes in preſenza de quali gli fu detto per eſſo d. Cæſare a detta Nena, che coſa uolea dir queſta ueſta di ueluto, qual Nena diſſe, la tenere per pegno fra otto giorni, & ſe non ui ſi mandara i danari al tēpo predetto, landare te a impegnare al Giudeo, qual M. Cęſare diſſe, che non altrimēti ella torria. accedat etiā, ꝙ antedict. d. Iulius accuſator uiſa, & diligēter inſpecta ipſa ueſte in manu præconis offic. maleficiorū uſus fuit his formalibus uerbis, la noſtra ueſta di ueluto era piu nuoua & piu lunga di queſta. Quo fit ut conſtito de omnibus, ut ſuprà expoſitis, credendū, immò pro certo tenendum eſt p̄ſatū d. Cæſarē malo modo accuſatum, per M. V. omnino eſſe abſoluendum, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituendū, & ita fieri, dici, ac terminari petit aduocatus antedictus non tantūmō p̄dicto, ſed omni alio meliori mō, uia, iure ac forma, &c. ſaluis ac reſeruatis aliis, qbuſcunq;, iurib⁹, ac defenſiōibus ſibi qūocūq; cōpetētibus, ac cōpetituris, proteſtanti &c. ſaluis, &c. offerens &c.

ALIA PRO HOMICIdio puro.

Coram uobis clariſsimo do. Locum tenenti patriæ.

CORā me Cācellario ſupradicto in officio cancellariæ cōparuit. d. Alex. de Colla procurator, & eo nomine d. Raph. de Cyano nob. Vtinēſis, cui factū fuit p̄ceptū ſub die 8. Iulij exacti, iuſſu Magnificētię ueſtræ, ut in termino dierū 8. p̄xi. fut. quaſcūq; facere defenſiones in caſu mortis Q. d. Alberici de Tollētino aliter &c. uel put in eo ad quod in omnibus ſuis partibus impugnatiuè ſemper relatio habeatur, & breuibus agēdo, ac realiter ipſum defendēdo ſuperfluis omiſsis dicit, excipit & excuſat procurator antedictus, ſę

pedictum Raphaëlem, carceribus M.V. detentũ iam pluribus diebus, de huiuſcemodi delicto eſſe penitus inculpabilem, & innocentẽ pluribus rationibus & cauſis loco & tẽpore demonſtrandis, & ad oſtendẽdam innocentiam ipſius carcerati dicit procurator ſupradicti qualitatẽ doli in inquiſitione additam nullatenus fore, & eſſe probatam, quo caſu neceſſario abſolutio dicti imputati ſeq debet per M.V. iuribus ſatis uulg. accedat ꝙ d. Raphaël à d. Alberico ſup tripudio illorũ de Cyano, nedum fuit uerbis prouocatus & laceſsitus, ſed etiã primitus fuit ponere manus ad arma, quo caſu idem carceratus ſe tuendo, & uiriliter defendendo unicum intulit uulnus prædicto Alberico, id magis dicitur feciſſe ad defenſam quàm offenſam, accedat ulterius, ꝙ idẽ Albericus percuſſus, principaliter ex ipſis percuſsionibus, & unico uulnere nõ obiit, ſed ex malo ſuo regimine, cùm poſt triduum acceſsit uagando per ciuitatẽ nõ obſeruando regulas & præcepta medicorũ, quo fit ut non principaliter ex ipſo uulnere, ſed ex incuria ſua obiiſſe exiſtimandum eſt, ut liquidò per peritos conſtandum & probandum docebitur. Quibus in facto ſubſiſtentibus, & probatis manifeſtè liquebit antedictum Raphaëlem carceratũ leuiter & extraordinẽ arbitrio M.V. eſſe plectendũ, cùm terror armorum, & nõ obſeruare regulas ac præcepta medicorum ſatis ipſum carceratum excuſent. Quocirca clariſsime, ac digniſsime d. locum tenens procurator antedictus ex cauſis ꝓnarratis & aliis ſuis loco & tempore dicendis & allegandis, quandocunque expediẽs erit, rogat oratq; inclytam M.V. eiúsq; digniſsimum officiũ, quod ad hoc ſpecialiter implorat, quandocunq; dictũ carceratũ ab ordinaria pœna abſoluat, ac abſolutũ reddat, & mitiori, ac leui pœna ipſum afficiat, pecuniaria, uel alia conſimili arbitrio M.V. ei imponenda, & ita fieri ac declarari petit omni meliori modo, uia, iure, ac forma &c. ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus, & iuribus ſuis competẽtibus, ac competituris, &c. & ſi in ꝓpoſitis fortaſſe deficeret, quod non credit, poſsit ad alia habere recurſum, prout ſibi melius de iure uidebitur expedire.

ALIA IN CASV HOMICIDII.

Corã uobis magnifi. D. Pote. Padu.

COmparet excellens d. Marcus Blanchus V. iuris doct. interueniens, procuratorio nomine ſer. Berti Furnarii, retenti, ac carcerati, cauſa & occaſione illũ tuendi, defendẽdi, ac excuſandi ab aſſerta imputatione contra eum inſtituta ac obiecta per d. Lazarũ ab acqui. de certo homicidio ſequuto in perſonã Q. Viti Hebræi, loco, tẽpore ac præſentibus, de quibus, & prout latiùs in inquiſitione contra eum per d. iudicem maleficiorũ iuſſu M.V. formata cõtinetur, & legere eſt, ad quã impugnatiuè ſemper relatio habeatur, & breuibus agendo ac realiter ipſum excuſando ſuperfluis prætermiſsis, dicit, exponit ac opponit procurator antedictus aſſertam inquiſitionem fuiſſe, & eſſe nul

ſe nullam,nulliterq́;,& de facto formatam,minusq́;conſideratè,& ſup ea non potuiſſe nec poſſe ac debere per uos, ueſtrũq; officiũ aliquo modo ꝓcedi,ſtãte ſtatuto cõmuni Paduæ in præſenti materia deponẽdi,cùm prætenſum homicidiũ,propter quod ſæpe dict. Bertus fuit imputatus, ac inculpatus non fuit,neq; eſt de iure punibile,imò nec maleficium aut delictum eſt cẽſendũ, cùm iure permittẽte,impunè interfici fieri potuit.ex quo d. Hebræus fuit aliàs accuſatus de furto, & ob id cõdẽnatus in lib. 100. ꝓut in ſua cõdẽnatione eſt legere, quo fit, ut idẽ Hebræus impunè & offendi ac interfici potuit, ſtatuto ita diſponẽte ac iuſtitia ſic permittente,imò ſup ipſa inquiſitione M. V.amplius procedere non debet,ſed debet ipſam penitus aboleri facere, ſeu cancellari aliquibus in contrarium nõ obſtãtibus.Accedat ulterius, quòd quicquid fecit idem inquiſit.id fecit cauſa ſe defendẽdi,cũ legitimè cõſtare poteſt ante caſum ſequutum uim ſibi per dict.Hebrẽũ eſſe illatã cùm primus poſuerit manus ad arma , & inſultum fecerit contra dictum Bertũ, quo fit,ut quicquid egit idem inquiſitus contra d . Hebræum, id fecit non cauſa ulciſcendi, ſed ſe tuendi ac defendẽdi ab inſultu prædicto.Quare clariſsime,ac integerrime prætor,procurator antedictus petit ac inſtat ex cauſis præmiſsis,per uos,ueſtrumq́; officium quod ad hoc ſpecialiter implorat, quãdocũq; pronuncietis contra dictum inquiſitũ procedi nullatenus potuiſſe,aut poſſe,pro dicto prætẽſo homicidio, & per cõſequẽs dict. carceratum ex carceribus M.V.omnino relaxãdum fore,& eſſe, ac priſtinæ ſuæ libertati reſtituendũ, & ita fieri inſtat omni meliori modo.

ALIA IN ORDINE.

Corã uobis M.D.Poteſt. Bergami.

CORAM uobis clariſsimo d. A. ac digniſsimo prætore Bergami comparet, & ſe præſentat Iacobus de Nouello iur.doct. procurat. nomine d. Almerici de Foroliuio detẽti,ac incarcerati pro caſu mortis Q. Orfei de Tirabuſchis, cui intimatum ac notificatum fuit, ut in termino iuſſu M.V.aſsignato ac limitato oſtẽdere ac docere debeat quicquid uult & intendit ſuper caſu retentionis eiuſdem Almerici, qui d.procurator dicit ac proteſtatur, uerum eſſe,ac fuiſſe ſupradictum d. Almericum per officiales curiæ M. V. captum ac detentum , ac eſſe in loco ſacro,& inde uiolenter extractum,& carceribus M. V. repoſitum, ac detruſum, & adhuc retinetur à die 12.Iulii,uſque ad præſens, & ob id ex forma legum,ac ſacr. ca. in loco ex quo deductus, ac extractus fuit,remitti ac reponi debet,& ita per M.V.fieri,ſuperfluis omiſsis petit,ac inſtat omni meliori modo, uia,iure, ac forma, &c. & ad hoc ut ueritas facti cognoſcatur, & habeatur, idem d.procurator inſtat,ut M. V. dignetur committere ſuo ſp . d. iud.maleficiorum, quòd uelit ſe cõferre,ad intuendum,conſpiciendũ, ac uidẽdũ locum, in quo ab officialibus captus fuit, & ſuper dicto loco,quandocunque opus ſit,ad examinandum omnes teſtes,quos ex-

aminari facere intẽdit occaſione dictæ retẽtionis, ad hoc ut facta ſubinde legitima probatione, & iuſtificatione, & conſtituto præfatum d. Almericum in loco ſacro captum & deprehenſum fuiſſe, in eundem locum remittatur, ac reponatur, iuſtitia ſic ſuadente, & per conſequẽs ex carceribus M.V. pronunc relaxãdum fore, & priſtinę ſuę libertati reſtituendum, & ita fieri & declarari petit omni meliori modo, uia, iure, ac forma, ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus dicti carcerati magis competẽtibus & competituris ſui loco & tempore, ſaluis aliis &c.

ALIA IN CASV FALſitatis.

Coram uobis magnifico D. Poteſtate Bergami

COmparet d. Io. Petrus ab ulmo pater, & coniuncta perſona d. Cæſaris ab ulmo detẽti, & carcerati iam pluribus diebus, cauſa & occaſione illũ excuſandi, ac defendendi ab aſſerta imputatione falſitatis contra ipſum obiectæ, ac per ipſum (ut aſſeritur) perpetratę, & cõmiſſæ loco & tempore ut in inquiſitione iuſſu M.V. formata, ad quã impugnatiuẽ ſemp relatio habeatꝛ, & breuibus agendo, ac eundẽ eius filium realiter defendendo, ſuperfluis omiſsis dicit, excipit, ac opponit, prout in ſuo conſtituto, à quo nullatenus diſcedere intendit, ſed pro repetito haberi uult ac intẽdit, & iura iuribus addendo dicit, quòd ſi idem Cæſar ſcripſit aliter, quàm per partes expreſſum fuit, id doloſe non fecit, quo caſu de falſo nullatenus puniri poteſt iuribus uulgaribus, ſed ut per teſtes comprobatũ fuit, id per errorem ſcriptum eſſe claré, & apertè demonſtratum eſt, & per conſequẽs probata non fuerunt prædicta, & in dubiis quando notarius aliter ſcribit, quàm dictum fuit, id potius per errorem feciſſe quàm per dolum dicendum eſt, cùm maximè hoc conſtare poſsit per ſuum iuramentum purgationis. accedat etiam, quòd idẽ Cæſar fuit habitus, tentus ac reputatus pro bono, ac legali notario, & ratione qualitatis perſonæ præſumĩ potius error ſcribẽtis, quàm falſitas, ulterius idẽ Cæſar poſsidet ſatis idoneas facultates, cum quibus ſplendidè, ac opulenter uiuere poteſt. Quibus in iure, & in facto ſubſiſtentibus, & aliis loco & tẽpore allegationem fieri, petit idem procurator, ac pater præfatum Cæſarem pronunc ex carceribus M.V. relaxari ac ſolui, & ita fierĩ ac pronunciari inſtat, ac petit omni meliori modo, uia, iure, ac forma, ſaluis aliis iuribus ſibi magis competentibus, & competituris, &c.

ALIA IN CASV PERCVS.

Coram uobis M.D. Poteſtate Salodii.

COmparet & ſe præſentat Iacobus de Nouello d. aduocatus dicti Oldrici de Mantua ſponte carceribus M.V. oblati ac præſentati imputatione, quòd idem Oldricus quamplurimas percuſsiones intulerit tam ad uiam capitis, quàm ad uiam dorſi d. T. de zechis, loco, & tẽpore prout latius in accuſatione officio M. V. porrecta per dictũ T. ad quam in omnibus relatio habeatur

beatur,impugnatiuè ſemp, & breuibus agẽdo, dicit dictã aſſertã accuſationẽ nullã nulliterq́; de facto inſtitutam, & ſuper ea non potuiſſe, neque poſſe per uos ac officium ueſtrum aliquo modo procedi cum prætenſum delictum non ſit taliter probatum q ſup eo ferri poſſit aliqua ſententia cõdemnatoria ad fa. uorem præfati accuſatoris, & quandocunq; probata legitime fuiſſet dicta accuſatio, minus condẽnatio aliqua per M.V. ſeq poſſet,cũ alius dictus T.accuſator per ſententiam criminalẽ condemnatus fuerit in libras 50. pro inſultu penſate cõmiſſo,ac ſequuto in perſonam Dominici Ferrarienſis, quo quidem caſu de iure municipali impunè nedum percuti potuit, ſed etiã interfici iure potuiſſet,quo fit ut ſtante diſpoſitione ſtatuti,ac iure municipali p̃allegato M. V.nec per accuſationẽ nec per aliquem alium modum, cõtra dictum carceratum procedi poſſit,aut debeat ita publica ſuadente loci conſuetudine,ferè ubiq; per totam Italiam recepta. Quare clariſſime,ac integerrime prætor procurator aduocatus antedictus inſtat, ac petit ex cauſis præmiſsis,ac aliis loco & tempore dicendis, ac deducẽdis accuſationem ipſam reiici ac cãcellari debere, & ulteriùs Odoricũ p̃dict.ex carceribus M.V.ſic iuſtitia permittente relaxãdum fore, & ita fieri,ac interloq petit omnimeliori modo,&c.ſaluis aliis iuribus &c.

ALIA DEFENSIO PRO homicidio.

Coram uobis magnifico D.Poteſtate Feltri

COmparet & ſe præſentat excellen.d.Iaco.Facino. iur.utri. doctõ.nomine d. A. de Ripa detẽti ac carceribus M.V.emancipati imputatione mortis Q.Alberici de Lendenaria ſequutæ in territorio M.V. iam pluribus menſibus cauſa illum tuendi,defendendi,ac excuſandi ab aſserta inquiſitione p uos, ueſtrũq; officium formata pro homicidio prædicto, proùt latius in inquiſitione ipſa & proceſſu deſuper formato contineri dicitur,ad quam impugnatiuè ſemper relatio habeatur præterquã in parte ac paſsibus con modum ac fauorem dicti ſui principalis concernentibus, in quibus illam impugnare nullatenus intendit, quinimo illam in illis paſsibus laudat,approbat,atque acceptat,& in uim ſaltem iudiciariæ confeſsionis reproducit,& breuibus agendo & realiter ipſum excuſando & oſtẽdẽdo innocentiã ipſius inquiſiti dicit, q quicquid fecit d. Albertus,fecit ad ſuã neceſſariã defenſionẽ, nã ex depoſit.teſtiũ ſatis clare apparet d. A.fuiſſe puocatum à d.Alberico,& uulneratũ,in maximo uitæ ſuæ periculo cõſtitutũ,ideò iure optimo cẽſendũ eſt, id feciſſe ad ſuã neceſſariã defenſionẽ,cũ terror armorum, iactatio ipſum A.percutiẽdi & in eũ furibũdè irruere ſatis ipſum excuſet iuribus uulg. accedat etiã q idẽ A.fuit primo pcuſſus & uulneratus à d.Alber.& ipſe inſultatus aliter ſe tueri nõ poterat,niſi medio dictę pcuſsionis,q̃ fecit uulnus letale,& niſi A. pro ſui defenſione clamaſſet, aliosq́; cõcitaſſet ac cõuocaſſet cõtra præfatũ Albericum aggreſſorẽ,

eum proculdubio interfeciſſe, quare ſtantibus prędictis in facto, & in iure ueriſsimis, petit & inſtat aduocatus prędictus eundem carceratũ relaxari, & priſtinę libertati ſuæ reponi, & ita petit fieri, &c. ſaluis aliis quibuſcunque defenſ. &c.

ALIA PRO FALSO monetario.

Corãm uobis M.D. Poteſtate Rodigij.

COmparet excell. iur. doct. d. Iacob' de Nouell. noĩe d. Sẽpronii de Vrbino ſponte carcerib. M.V. oblati ac præſentati, cũ & occaſione illum excuſandi, tuendi, ac defendendi ab aſſerta inquiſi. per uos, ue ſtrumque officium formata contra eum pro monetario, loco & tẽpore ut in dicta inquiſitione & proceſſu deſuper formato cõtinetur, ad quã in omnibus ſuis partibus impugnatiue ſemper relatio habeatur, & breuibus agendo, ſuperfluis prætermiſſis, dicit, excipit, & opponit idem d. Iacobus, quòd ipſa moneta non eſt falſa neque adulterata, cũ in ea non fuerit admixtum aurichalcum, uel alia ſimilis matéria in colore, imo ut uideri poteſt, puri auri: accedat, quòd in ea reperitur, & eſt imago principis cum literis ſolitis ac conſuetis imprimi: accedat ulterius, ꝙ idem Sempronius inquiſitus illam expendit animo gerendi negocia illuſ. d. principis, ut antiqua ipſa moneta ſalua foret, & hoc fuit factum bona uoluntate ac laudabili mente, & non animo eã contractandi, cũ in ipſo carcerato, ſeu inquiſito dominium ipſius monetę omnino trãſlatum fuerit. Quare ſtãtibus prædictis aduocatus antedictus orat, rogatq́; inclytam M.V. eiusq́; digniſſimum officiũ, quod ad hoc ſpecialiter implorat, quotieſcunq; opus ſit ut pdict. Sẽp. ſpõte pſentatũ ab imputatiõe ipſa abſoluat, abſolutũq́; reddat, & ſubſequenter ex carceribus M.V. omnino relaxari faciat, iuſtitia ita ſuadẽte, & ita fieri ac pronũciari petit omni meliori mõ, uii, iure, ac forma, ſaluis aliis iuribus, mihi cõpetentibus ac cõpetituris.

PRO HOMICIDIO attentato.

Corã uobis M.D. Poteſtate & Ca. Baſſ.

COnſtiutus, officio Cãcellariæ d. Iaco. de Nouel. iur. doct. aduocatus & eo noĩe d. Proſperi Campeſani ſponte carceribus M.V. oblati imputatione, ꝙ pecunia recepta, d. Antonium de Amicis uenenare uoluerit menſibus exactis, de qua in accuſat. officio cancellariæ M.V. inſtituta per d. Franciſcũ fratrẽ pręnarrati d. Anton. ad quam in omnibus ſuis partibus impugnatiue ſemper relatio habeatur, prius accep. fauorabilib. concernentibus commodum, & fauorem, ſi quæ ſunt in dicta aſſerta, ac mentita accuſatione, & querela dicti Franciſci, & in uim tacitæ iudiciariæ confeſsionis cõtra dictũ Franciſcum accuſatorem, reproductis reiectiſq́; contrariis, ac ſuperfluis omiſsis, dicit aduocatus antedictus, ꝙ licet de iure cõi in delictis & criminibus attentatis, & in ſpecie in delicto homicidii puniaẽ pari pœna, prout delictum cõſummatũ, tamen de gñrali conſuetu

conſuetudine ferè per totã Italiam hactenus obſeruata ac recepta cõtrarium obſeruatur, & pluries obtẽtum,& iudicatum fuit,& ita M.V.in pœnis irrogãdis debet & tenẽ ſeruare cõſuetudines,quę pro legibus reputantur:accedat,ꝙ delictum attentarum ita demum punitur, quãdo deuentum eſt ad actũ proximũ facto,ſed ſic eſt ꝙ idem accuſat. nõ deuenit ad actũ proximum, prout ſi dediſſet, ex quo nullus patitur, & nemo offenditur, nimirum ſi pœna ordinaria damnãdus nõ eſt,ex quo homicidium ſecutũ,nec conſumatũ fuit, nec deuentũ eſt ad aliquam offenſam,& ad actum proximum homicidio,prout per teſtes comprobatum fuit. Quare ſtãtibus præmiſsis in iure & in facto uerißimis petit antedictus aduocatus inclytam M. V.eiuſqꝫ dignißimum officium, ut præfatum carceratum ab ordinaria homicidij pœna abſoluat,abſolutũqꝫ reddat,& mitiori ac extraor.pœna arbitrio,& clemẽtia M.V.afficiat, & ita fieri, & declarari petit, omni meliori mõ,uia,iure, ac forma, &c. ſaluis aliis quibuſcunqꝫ defenſionibus cõpetentibus, & competituris.

ALIA PRO RAPTV.

Coram uobis magnifico D. Poteſtate Meſtræ

CONſtitut⁹ officio Cãcellariæ d. Aliſius de Fãtis procurator eo nomine ſer. Angeli Cechinati ꝑ offi ciales curiæ M. V.retẽti & in carceribus exiſtẽtis,imputatione,ꝙ uiolenter rapuerit Cęciliã filiam Petri Farinoti de uilla Tellarini, ut latius in accuſatione & querela T. fratris prædictę Cęciliæ, & proceſſu ſubinde formato apparere dicit,ad quam in omnibus ſuis partibus impugnatiuè,ac negatiuè ſemper relatio habeatur,& ſuperfluis omiſsis,dicit aduocatus prædict.ſupradictã accuſationẽ fuiſſe, ac eſſe nullã, nulliterqꝫ de facto inſtitutã per perſonã infamẽ à iure prohibitã, & mãdato carentẽ, ſed potius inſtitutã ſuaſu, ac contẽplatione ipſius accuſatoris capitalis inimici prædicti Cechinati retẽti, ut clare & aperte cõprobabitur, & cõfitẽdo intentionem ipſius querulantis.ſ. ꝙ idẽ Angelus rapuerit præfatam Cæciliã non reclamãtẽ,neque reſiſtentem,dicit idem aduocatus præfatũ Angelũ per M. V. abſolui debere,cũ raptus ipſe nõ ſit de iure punibilis, quando maximè præceſsit tractatus de nuptiis,& carcerat⁹ ipſe cõſenſum habuerit à præfata Cæcilia de nuptiis contrahẽdis per uiam tractatus taliter, ꝙ deuentum fuit ad conſenſum ambarũ partium de nuptiis contrahendis,& ſic concluſum fuit,ut per teſtes liquido demonſtrabitur. accedat ulterius, quòd idem Angelus pręfatã Cæciliam carnaliter cognouit, & matrimoniũ cõſummauit,quo fit,ut ſi idẽ Cechinatus eandem Cæciliam rapuerit,in pœnam & crimẽ raptus incidiſſe minime dubitandũ eſt, cum mariti iuſtitia permittẽte, in uxore manus habeãt iniectionem iuribus ſatis uulgaribus. Quare cõſtito de omnibus & ſingulis præmiſsis petit & inſtat aduocatus antedictus præfatum Angelũ per M. V.eiúſque dignißimum officium, ꝙ ad hoc principaliter implorat,abſolui, cum par

 tes iu-

tes iudicis ſint præfatum accuſatum abſoluere, rebus in iure, & in facto ita ſubſiſtentibus, & ſic habentibus, ſaluis aliis quibuſcunque iuribus, & defenſionibus ſuis ſibi competentibus & competituris, &c. Et prędicta omnia, iudicio meo tam ad utilitatem omnium procuratorum, quam ad aliorum quorumcunq; cupientium tueri reos criminis eruditionem, breuiter, ac ſuccincte dixiſſe ſufficiat, ad laudem, gloriam, ac honorem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſit benedictus in ſecula ſeculorum. Amen. Anno M. D. LIII. XXII. Nouemb.

FINIS.

MAR. ANTON. BLANCI PATAVINI IVRISCONSVLTI CLARISSIMI PRACTICA CRIMINALIS.

In qua omnia ad reorum defenſiones utilia & neceſſaria continentur cum Summarijs Ioannis Baptiſtæ Zilleti Veneti.

SVMMARIVM.

1 Iudici de delicto & mortuo conſtare debet, antequàm procedat.

2 Confeſſus in iudicio hominem occidiſſe, qui mortuus non reperitur, ſibi non nocet.

3 Confeſſo hominem occidiſſe & in mari proieciſſe, non creditur, niſi de homine mortuo fama ſubſit.

4 Confeſſio nocet confitenti, non probanti uiuere, quem interfeciſſe dixit.

5 Intellectus ad l. fi. ff. de quæſtio. & l. 1. §. illud. ff. ad Syllania.

6 Modus procedendi ad informationem & cognitionem corporis mortui, qui dicitur uiſus & repertus.

7 Teſtes examinandi ſunt ſuper recognitione cadaueris.

8 Nomen & cognomen ex capite cadaueris cognoſcitur.

9 Conſtitutum propinquorum accipiendũ, circa mortis cauſam, antequam iudex recedat à loco uiſi cadaueris, ſine iuramento.

10 Propinqui defuncti præſumuntur inimici capitales inculpati, quorum teſtimonium fidem non facit.

11 Inquiſitio de delicto regulariter fieri non poteſt.

12 Iudex particulariter inquirit contra accuſatum.

13 Informatio propinquorum à iudice ſumpta, facit qualemqualem præſumptionẽ contra accuſatum.

14 Propinquorũ informatio, facit indicium ad capturam rei.

15 Iudex ex arbitrio, qualiquali præſumptione præcedente, quem capere facit.

16 Iudex carcerans indebite captum, pœna carcerationis tenetur.

17 Capi quis poſſit, & per quos captura fieri debeat.

18 Capi poteſt etiam à priuato in flagranti crimine repertus.

19 Detentus à priuato infra xx. horas iudici eſt præſentandus.

20 Priuatus iudicis authoritate, poteſt delinquentem de domo extrahere.

21 Mulier pro crimine carcerari non debet. ſed contrarium de conſuetudine ſeruatur. nume. 17.

22 Clericus in flagrãti crimine repertus, poteſt à laico detineri, ſed ſuo iudici eſt præ-

ſentan

ſentandus.

23 *Iniuriatus ulciſcit iniuriam ſuam contra iniuriatum fugientem.*

24 *Capi quis non poteſt in eccleſia, domo epiſcopi, uel hoſpitali, & ſimilibus.*

25 *Latrones & aſſaſſinos non tutatur eccleſia.*

26 *Occidens deliberatè aliquem, an poſſit capi in eccleſia.*

27 *Mulier luxurioſè uiuens pro crimine carceratur.*

28 *Inquiritur ſuper diffamatione, quando propinqui occiſi quem particulariter accuſant.*

29 *Inquiſitione generali præhabita, proceditur ad teſtium examinationem.*

30 *Indicia habita ſuper inquiſitione generali, non præiudicant reo in inquiſitione ſpeciali.*

31 *Iudicij ſubſtantialia quæ ſint.*

32 *Interrogationes etiam in criminalibus dari debent.*

33 *Iudex ex teſtibus ſuper generali inquiſitione, ad ſententiam in particulari inquiſitione procedit.*

34 *Teſtes examinantur ſine citatione partis inculpatæ, de conſuetudine.*

35 *Teſtes quare examinantur ſine citatione partis inculpatæ.*

36 *Teſti ſecundo examinato requirenti prima ſui atteſtatio legi debet.*

37 *Reis conſtitutum eſt loco litis conteſtationis.*

38 *Teſtes ex officio examinati, nõ præſumuntur ſubornati.*

39 *Contrateſtes quos pars examinari inſtigauit, poteſt opponi.*

40 *Reo abſoluto tenetur pars ad expenſas.*

41 *Accuſatio facit ceſſare inquiſitionem.*

42 *Cautela ad impediendum inquiſitionem in criminalibus.*

1 MOrtuo homine iudex accedit ad locum occiſi,* nam iudici debet conſtare de delicto & mortuo, antequam procedat, ita text. in l. 1. §. item illud. ff. ad Sylla. Hinc uidemus, prout dicit Iaſ. in l. iuſiurandum. §. procurator. nu. 23. ff. de iureiur.* quòd ſi aliquis cõfitetur homicidium, ſtatur confeſsioni cõtra ipſum, quando apparet de homine, quem confitetur occidiſſe. ſed ſi aliquis etiam ſponte confitetur in iudicio ſe occidiſſe unum hominem, qui non appareat nec reperitur occiſus, talis confeſsio non ualet nec ligat confitentem, ita etiam Ang. in l. certum. in princ. de confeſſ. Quod limitatur ex mente Ang. niſi fuerint aſſaſsini, quòd tunc uerìſimiliter potuiſſent hoc facere ob qualitatẽ loci. quod ita fuit iudicatũ per Nico. de Iantel. de Prato. & ceſſante tali uerìſimilitudine, & exiſtente bona fama, non poſſent puniri niſi corpora apparerent. refert Bal. in addi. ad Spe. in tit. de ſenten. §. pen. in addi. magna, uerſic. Titius fuit confeſſus.

3 * Quòd ſi quis confeſſus fuerit hominem occidiſſe & proieciſſe in mari, non ſtatur eius dicto, niſi ſubſit fama de homine mortuo, nec refert an certo nomine ſit nominatus mortuus, uel ſine nomine, ut per gloſ. in c. libellorum. 2. q. 8. & per Bald. in l. quoties. §. ſi quis. de hære. inſtituen. Ange. in d. l. certum. aliter ſentit quàm Iaſ. in dicto loco referat, cum uelit confeſsionem incertam de corpore non ualere. per text. ibi. ſed ſi eſſet confeſsio de certo homine, de quo poteſt liquere eum eſſe mortuum, tunc ualeret. quamuis dicat Nico. ſeruaſſe contrarium, nõ tamẽ eius opinionem apprehendit. in hac

hac materia difficultatem faciebat tex.in d. l. 1. §.item illud. ff. ad Syll. per quē probatur debere eſſe certū iudicem de homine mortuo, & ſic de delicto, ibi dum dicit, niſi cōſtet. & ibi, liquere igitur debet. ex quo uera probatio, non autem fama requiritur. facit etiam text. in d.l. certū. in prin. ibi, ſi quis incertū ueluti corpus confiteatur. & text. in l.1. in fi. ff. de quęſtioni. Facit etiam difficultatem gl. in l. inde Neratius. ff. ad l. A-
4 quili. ubi * confeſsio nocet, ſi non probet confitens eum uiuere, qué dixit interfeciſſe. unde ex mēte An. in d.l. certum. & Bald. in additio. ad Spe. in tit. de ſenten. in hoc articulo
5 ſic diſtinguerem: * Quòd aut delictum, de quo quæritur, ſubiici pōt oculis, ut corpus mortuū, uel quid ſimile, & tunc iudex non procedat etiam ex inquiſitione generali, niſi uiderit cadauer: & ita intelligatur id quod dicitur in d. l. fi. ff. de quęſtio. & in d l.1. §. item illud. ff. ad Syllani. ibi dum dicit, liquere autem debet. Aut ſecundo caſu res nō poteſt ſub iici oculis, ꝓut eſt de homine proiecto in mari, uel igne conſumpto, uel de re furto ſubtracta, ſi fama eſt de certa perſona, & in indiuiduo iudex procedat. & ita ſentit Barto. & Ang. in d.l. certum. per tex. ibi dum dicit, certum eſt, ut puta Titius. & ita etiam procedat quod dicit Bal. in addi ad Spec. Aut incerta eſt perſona, & incerta res: & tunc quia cōfeſsio non pręiudicat, exiſtente tali magna incertitudine, neque iudex poterit procedere ad inquiſitioné, ut ſenſit Ang. in d.l. certum. cum tex. ibi dicat incertum, ueluti ſi corpus. nam eo caſu ex tali incertitudine fundamentum aliquod haberi non poteſt, prout dicit tex. ibi. & in l.1. in fi. ff. de quęſtionibus. * Multis 6 modis & uariè quidem ad hanc cognitioné & informationem proceditur. Nam dicit Barto. in d. l.1. §. item illud. ff. ad Sylla. quòd ex illo tex. practica ſumitur, quòd curia mittat notarium, & uideat mortuū, & deſcribat uulnera. Idem Barto. in l. fin. nu. 2. ff. de quæſtio. & Ang. in d. §. item illud. dicunt quòd rectores mittant milites, uel alium officialem ad uidendum hominem mortuum, & uidendum uulnera, & hoc ſcribi faciat. Ang. in l. fin. C. de ſicar. dicit quòd miles uideat uulnera, & mortalia & non mortalia, ſi fuerint plures qui uulnerauerint. Moderni ultramontani in ſua practica dicunt, quòd iudex debet mittere chirurgos & medicos pro contemplatione uulnerum, & illos conſulere: qui conſiderata quantitate, loco & qualitate uulnerum ſecūdū artē ſuā exponant, ſi uulnera ſunt mortalia, uel occaſione eorum uulnerū mortis cauſa data ſit. Dicas tu, quòd communis practica eſt, ut ipſe iudex accedere debeat ad uidendum mortuum, ut dicit Bartol. in l.2. §. ſi publico. num. 24. ff. de adulter. & facit pro hoc tex. in l. fin. C. de cuſto. & exhibitione reorum. & in l. iudices. C. de epiſcopa. audien. & ipſe iudex accipit (ut dicitur) uiſum & repertum, ſcribendo qualitatem cadaueris, ætaté, indumēta, qualitaté & quantitaté uulnerū, & quo noīe nuncupabatur, dum eſſet in humanis. Bonum quoque eſt pro amico, quòd in-

nem, tenet Inno.in c.cum in ſua.de
ſponſali. & Abb.in c.cum olim. de
dolo & contuma.& de hoc late diſ-
putat Hippoly.in ſua practi in §.di
ligenter. circa medium. & quia hic
non eſt eius materia,ideo nō tan-
gam aliter nunc, ſed ſufficit tātùm
ſcire, quòd talem faciunt præſum
ptionem, propter quam iudex po-
teſt deuenire ad particularem inqui
ſitionem, & hic eſt primus effect⁹,
qui reſultat ex iſto conſtituto pro-
pinquorum. Secundus effectus eſt,
14 *quòd iudex habita iſta generali
informatione poteſt deuenire ad
capturam, ut ſi citaretur reus aufu-
geret, ut not. Salv. in l. abſentem.
C.de accuſatio.& in l. 2.C.de cuſto.
reo. & ſequitur Ang. in tracta. ſuo
maleſi. in uer. fama publica præce-
dente Aduerte tamen ad unum,qđ
nota Hippoly.in l.fin.ff.de quęſtio.
15 quòd * iudex ex arbitrio ſuo poteſt
facere capi aliquem, quia illud pro
cedit præcedente qualiquali iudi-
16 cio & præſumptione. * quia iudex
indebite carcerans aliquem,qui in-
debite fuit captus, teneť ipſe pœna
carcerationis,ut no.Ang.in l.nemo
17 carcerem.C.de exact.tribut.* Quis
autem poſsit capi, & per quos fieri
debet captura, tangit Bar. in l. fi.ff.
ad l.Iuli. pecula. & inquantum tan-
git quòd pro debito ciuili quis nō
pōt capi niſi pro fiſcali, illud præ-
termittam, quia nil ad materiam
noſtram: pro crimine uerò decidit
Bar.in d.l.cum eo.ff. ad l. Iuli. pecu-
18 la. *quòd quis repertus in flagranti
crimine, ſi crimen eſt capitale, vel
pœna corporalis ingeritur, poteſt
capi etiam à priuato. l.1. C. de rap.
uirgi.& l.quis in ſeruitute. §.fi.ff.de
furt.& l.fi.C.de maleſi.& mat.l.2.C.
de fal.mone. melius facit l.1.C.eod.
19 de fal.mone. * dum tamen ducatur
ad iudicem infra tempus ſtatutum,
ſcilicet poſt uiginti horas. l. capite
20 quinto.de adulter.* ſi uero non re-
peritur in flagranti crimine,non po
teſt à priuato capi, ſed debet autho
ritate iudicis capi, & poteſt etiam
de domo extrahi,ut not.in l. nemo
21 de domo.de regu. iur. * hoc tamen
fallit in muliere, quia non poteſt
extrahi de domo.d.l.1.C.de offi.di-
uer.iudi.& in auth.ibi poſita,& in §.
quoniam.in auth.ut nulli iudi.etiam
aduerte in primo capite huius theo
ricæ Bartol. in tantum eſt uerum
quod dicit Bart. ut procedat, quòd
22 etiam * ſecularis poteſt capere cle-
ricum in flagranti crimine, ut not.
Bald.in c.1.§. ſi quis.de pace iura.fir
mand. & per ſcriben.in l. 2.ff.de iu-
riſdi.omni.iudi.ita tamen ut repræ-
23 ſentet ſuo iudici.* Ampliatur etiam
ut qs iniuriatus poſsit ulciſci iniuriā
ſuam cōtra iniuriantem fugientē.&
ad hoc facit gloſſa in l. nullus. C.de
iudi. & ita not. Abb.in c. 1. de iudi.
24 & Fely.in c.1.de homici. * In ſecun-
do capite aduerte, quòd illud non
procedit ut quis poſsit capi in eccle
ſia,domo epiſcopi,hoſpitali,& ſimi
libus. c.inter alia.de immunita. ec-
25 cleſia. & c. pœnale. & ibi Abb.* Li-
mitatur tamen hoc dictum de eccle
ſia, in famoſo latrone & aſſaſsino,
ut ibi no.Abb limitat etiam Gui. Pa
pæ in quęſtinoni. ſuis Tholoſanis.
26 q.121.uel 101. * quando quis delibe-
ratè & appēſatè aliquē occiderit:qa
ſecundum eū poſſet capi in eccleſia.
Contra

Contrarium tamen tenuit Abb.in
27 d.c.pe.& ita ſeruatur.* Aduerte etiã ad aliud in dicto ſecũdo capite theoricæ.Bar.in quantum dicit quòd mulier non poteſt pro crimine carcerari,quia contrarium not.in auth hodie nouo iure.§.ſed ſi crimen.C.de cuſt.re.& contra Barto.ſenſit etiam Imol.in c.2.de pigno.Limitatur tamen quatenus procedit dictũ Bart. ut nõ habeat locum in muliere luxurioſe uiuente,ſed hodie de conſuetudine cõtrarium ſeruatur,quia mulieres carcerantur.& ratio eſt, quia carceres mulierũ ſunt ſeparati à carceribus hominum,& ita hodie ſer-
28 uatur.* Diximus ſuprà,quòd ubi cõ ſtiterit de delicto & de corpore interfecto,quòd iudex debet uocare ad ſe propinquos defuncti,& habere informationem ab eis quis inculpetur de delicto,inquirẽdo ſemper generaliter ut diximus,non nominando quempiam.Modò aduerte, aut iſti propinqui accuſant aliquem particulariter,& tunc iudex non debet uenire ad particularẽ inquiſitionẽ cõtra accuſantem ſuper delicto, ſed debet inquirere contra eũ ſuper diffamatione.& hoc eſt quod dixit tex.in c.cum iuuentute.de præſumptio.& ibi not.Io.An.& Abb.quẽ ſequitur Rom.in ſuis ſingularibus,ſingula.482.ubi dicunt,quòd iudex habita iſta informatione à propinquis debet inquirere contra accuſatum ſuper diffamatione,non autẽ ſuper delicto ſuper quo accuſatur.aut ,& ſecundò, iſti propinqui non accuſant aliquẽ particulariter,& tũc iudex habita iſta informatiõe & cõſtituto debet puenire ad generalẽ inquiſitionem,de qua loquitur Bar.in d.l.2.§.ſi publico.ff.de adulter. ubi dat quinque regulas,in quibus eſt permiſſa inquiſitio,licet regulariter contra l.reſcripto.§.ſi qs accuſatus. ff.de mune.& hono.uide ibi per eũ,
29 aliter nõ refero.* Habita iſta generali inquiſitione,iudex procedit ad examinationem teſtium,eos interrogando,an uiderint uel ſciuerint, quòd aliquis interfecit Titium,& ſimilia,& tunc ſi quis fuerit nominatus uel accuſatus , poteſt deuenire ad particularem inquiſitionem contra eum.& ita not.Inno.in c.bonæ memoriæ. de electio.& Abb.in c. graue.de præbẽ.& Bal.in l.cõgruit.
30 ff.de offi.præſi.& ibi Bar.* Sed quæritur per Bar.in d.l.fi.ff.de quæſtioni.in fi.an indicia habita ſuper generali inquiſitione præiudicẽt reo,ut poſsit torqueri , quando fit inquiſitio ſpecialis,uel accuſatio.& dicit Bar.ibi quòd non præiudicant.& ratio eſt,dicit ipſe,quia fuerunt examinati illi teſtes eo non citato & non contradicente ,contra l.ſi quando. C.de teſti. & eſt etiam alia ratio, quam tangit ibi Barto.in uno uerbulo , quia fuerunt examinati ante litis conteſtationem , & ſic contra ſubſtantialia iudicii,quia ante litem conteſtatam non examinantur teſtes nec in ciuilibus nec in criminalibus.& ideo cùm dicti teſtes fuerint examinati contra ſubſtantia-
31 lia,non præiudicant.* Quinque autem ſunt ſubſtantialia,& primò citatio ad defenſam,quæ eſt de iure naturæ.cle.paſtoralis.de re iudica.non autem aliæ citationes , puta ad uidendum publicari teſtes,& eos examinari,

minati,& ſimilia.ſecūdò requiritur libelli uel inquiſitionis oblatio,tertiò litis conteſtatio,quartò iuramē tum calumniæ,quintò ſententia.& ita not.Spe.in princi.ſecūdæ partis.& Abb.in c.cum me & te.de re iudi. ſed cum iſti teſtes ſint examinati ipſo non citato,& ante litem cōteſtatam,& ſic contra ea quæ no.toto ti. ut lit.non conteſta.extra.merito ſecundū Bar.in d.l.fi.nō præiudicant reo,& hāc opi.Bar.ſequitur Salv.in
32 l.fin.C.de quæſtio.* Imò plus dicit ipſe,quòd etiam in criminalibus debent dari interrogationes, per l.ſi ſtipulauerit.§.quæſtioni.ibi,interrogandiq́ue.ff.de adulter.ſequitur etiā Angel.in tracta.ſuo malefic.in uerſi. fama publica.uerſic.quæro qualiter. & etiam Hippoly.in l.1.ff.de quæſtioni.dicit quòd aliqui iudicantes errant.qui examinānt teſtes non citato reo,nec ipſo præſente.& adducit multas authoritates,& ita de iu-
33 re communiter tenetur.* Quæritur etiam nūquid ex atteſtationibus habitis ſuper generali inquiſitione,iudex poſsit procedere ad ſententiam in particulari inquiſitione.Bal.in l. cōgruit.ff.de offi.præſi.tenet ꝙ nō. & ratio eſt ſecundum eum,quia generalis inquiſitio eſt quædam præparatio deueniendi ad particularē. & eam ſequitur in l.ſi uacātia.C.de bonis uacāti.lib.10.& Fely.in c.2.extra de teſti.& de iure communi ita tenetur. Contrarium tamen tenuit idem Bal.in l.edita.in lectu.Paduana.C.de eden.& dicit quòd ita tenuit Inno.in d.c.bonæ memoriæ. de electio. Aduerte quia licet iſtæ opiniones de iure ſint ueriores, & cōmuníter tēneantur ꝙ teſtes examinati ſuper generali inquiſitione non faciāt fidem,nec ex illis indiciis poſsit torqueri,nec poſsit iudex ex eorum dictis formare ſententiam, in particulari inquiſitione,tamē hodie ſeruatur cōtrarium.& ideo pro defendendo reo non labores ſuper
34 iſta communi ſententia.* Aduerte ꝙ ſtylus & conſuetudo eſt in ciuitatibus Lombardiæ,ꝙ teſtes ſiue ſuper generali,ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione,& etiam ſuper accuſatione,examinantur ſine citatione partis,& iſta talis practica & conſuetudo ſeruanda eſt.ut dicit Alex.in cōſ. 41.incip.habita ſuper contentis.co. fi.uerſi.& data.uol.2.quod duplicatum eſt in conſi.65.uol.1.adducens ꝙ ſtylus debeat obſeruari.text.in l. fi.C.de iniur.& in l.3.§.fi.ff.de teſti. & quæ not.Cy.in l.2.C.quæ ſit lon.
35 conſue.& in c.fi.de cōſtitutio.* Ratio autem dictæ conſuetudinis potuit eſſe ex duplici capite,quia ſi teſtis primo examinatus depoſuerit unum cum iuramento,ſi poſtea iterum examinetur,& contrarium uel quid diuerſum deponat,neutrū ualet,& teſtis punitur de falſo.ut not. Bar.per illum tex.in l.eos.C.de falſ. & But.in c.cū in tua.de teſti.& Anc. in cap.2.de teſti.in cle.& ſecundum alios ualet primū,ut no.Abb.Cardi. & Fely.in d.c.cū in tua.& eſt periculoſum ꝙ ſecūdò examinet̃.Itē nulla pōt oriri utilitas ex ſecūda depoſi-
36 tiōe,qa * teſtis primò examinatus pōt referre ſe ad primū eius dictū, & petere ꝙ ſibi legat̃ prima atteſtatio.no.Bar.in d.l.eos.ff.de falſ.Item alia potuiſſet eſſe ratio :quia quan-

do in criminalibus proceditur ex argumentis,& indiciis,eo caſu teſtes examinantur ſine citatione partis. tex.eſt in c.1.de homici.lib.6.& ibi Geminia & Philip.Fran.in uer.argumentum.Sed quando agitur de homicidio,proceditur ex argumentis & indiciis.l.milites.§.oportet.C.de quæſtio.l.fina.C.de probatio.ideo inoleuit practica,quòd citatio non fiat, cùm frequentius procedatur ex indiciis,& ita quotidie ſeruatur, & ex conſuetudine lis non conteſta-
37 tur.* Sed primò examinantur teſtes,poſtea proceditur ſuper accuſatione uel inquiſitione, & accepto conſtituto rei,quod eſt loco litis cõteſtationis, ex dictis teſtium prius examinatorum,proceditur ad torturam ſine publicatione proceſſus.
38 * Attende etiam ad unum, quòd quando teſtes examinantur ex officio iudicis ſuper inquiſitionem,nõ poteſt opponi contra eos quòd fuerint ſubornati & ſuppoſiti,quia præſumitur pro iudice: ſecus autem ſi ad inſtigationem partis,puta quòd pars aduerſa duxerit aliquos teſtes, & inſtigauerit eos examinari ſuper
39 inquiſitione.* & ideo in hoc ſis multum cautus,ut inquiras an pars fecerit & inſtigauerit teſtes examinari, ut cõtra eos poſsis opponere.cum aliàs non poſſes, ut not.Abb.in c.
40 qualiter & quãdo.de accuſa.* Imò dicit Car.in cle.ſępè.in ulti.colum. de uerborum ſignificatio.quòd dicta pars tenetur ad refectionem expenſarum reo,ſi fuerit abſolutus.
41 * Animaduerte etiã ad aliud,quòd ſemper iudex,antequam deueniat ad inquiſitionem,debet præmonere offenſum,an uelit accuſare, uel non:quia quãdiu quis poteſt accuſari,ceſſat inquiſitio,ut not.Alexã.in apoſtil.ad Barto.in l.2.§.ſi publico. de adulter.& Doct.communiter ſe-
42 quuntur.* & ex hac doctrina datur cautela per Cepol.quæ eſt 25.quòd ſi quis uult tempus differri, puta ut poteſtas exeat de ſuo magiſtratu & regimine (ut dicitur) debet petere ab eo ut aſsignetur tempus infra quod poſsit accuſare,& tunc iudex tenetur aſsignare terminum habilẽ. quod eſt ualde notabile,& eum cõmuniter Docto.ſequuntur.

SVMMARIVM.

1 *L.inter accuſatorem.ff. de publicis iudic.difficilis reputatur, & uariè legitur*
2 *Abſens quando crimen eſt à relegatione infra,damnari poteſt.*
3 *L.inter accuſatorem. prædicta qualiter intelligatur.*
4 *Lis in criminalibus conteſtatur.*
5 *Iudicis interrogatione,& rei reſponſione,lis conteſtatur.*
6 *Iudex expedit proceſſum ſine licentia accuſatoris & rei,& nu.15.*
7 *Accuſatis pluribus,diuerſo tempore reſpondentibus,per reſponſionem ultimi lis conteſtatur,eorumq; reſponſiones ad ultimum retrotrahuntur,& uno tempore factæ cenſentur.*
8 *Condemnatio contra abſentem fit lite non conteſtata,quando pœna eſt à relegatione infra.*
9 *Abſentiæ iuſtas cauſas, quilibet ad allegandum ſine mandato admittitur.*
10 *Abſentiæ quæ cauſa ſint iuſtæ.*
11 *Amicus inimici mei,inimicus meus cenſetur*

ſetur.

11 *Accuſatus uel inquiſitus criminaliter, ab alio indice aliqua cauſa carceratus, an poßit in cauſa accuſationis uel inquiſitionis contra eum formatæ, per procuratorem reſpondere.*

Cautela ut procurator pro abſente admittatur in criminalibus.

13 *Abſentiam probabilem quis ſine mandato allegare non poteſt.*

14 *Cautela contra abſentem abſentia probabili.*

15 *Reus inquiſitus uel accuſatus, qualiter faciat ſibi ſaluum conductum facere.*

16 *Proceßus eſt nullus, cùm iudex non admittit cauſam abſentiæ, & contra abſentem procedit.*

17 *Citatio trina, de qua in d.l.inter accuſatorem. qualiter fiat.*

18 *Citatio in criminalibus quomodo fiat.*

19 *Citatio unica peremptoria ſufficit in criminalibus.*

20 *Dilatio nouem dierum in criminalibus, quòd ſit ampliata, & dentur xxx. dies, ut in ciuilibus, ſed contrarium de conſuetudine ſeruatur.*

21 *Correctio legum non inducitur ex identitate rationis.*

22 *Tenor inquiſitionis uel libelli in citatione inſeri non debet.*

23 *Inquiſitio cõſuetudine Peruſina inſeritur in citatione.*

24 *Citatio ad domum rei ſufficit in criminalibus.*

26 *Accuſato non comparente, quid iudex faciet, remißiuè.*

27 *Iudex quid ſit facturus, accuſatore abſente.*

SVprà dictum fuit, quemadmodum iudex ubi conſtiterit de delicto, debeat formare inquiſitionem contra accuſatum: & quia poſt formatum proceſſum, debet deuenire ad citationem, ideo de eius materia uideamus. * Quapropter declaranda eſt l.inter accuſatorem.ff. de public.iudic.quæ quidem reputatur difficilis, & uariè legitur, ibi, nec per triduum.& ideo ſecundum quamlibet iſtarum lecturarum figurabimus caſum. & primò ex mente 1
2 Bartoli præmitte, * quòd quoddam eſt crimen cuius pœna eſt corporalis, uel alia à relegatione ſupra: quoddam eſt crimen cuius pœna eſt à relegatione infra, in qua abſens poteſt damnari, ut not.per Barto.hic, & in l.abſentem.ff.de pœnis.& in l.penul.§.ad crimen.ff.de public.iudic.& his præmiſsis figura caſum ex mente Barto.in l.noſtra, ſecundum quod litera dicit, nec per triduum, hoc modo.& diuide primam partem legis noſtræ in duas particulas.ſecunda ibi, nec per triduum.& ſi intelligamus legem noſtram in crimine cuius pœna eſt à relegatione ſuprà, in qua abſens non poteſt damnari, dic quòd in prima parte text.noſtri fuit dubitatum, nunquid ſi Titius, qui fuit accuſatus de crimine adulterii uel homicidii, abeſt à ciuitate ex iuſta cauſa, quidam alius, puta propinquus, poſsit coram iudice qui dictum Titium citauerat, allegare cauſam abſentiæ, & ſic admittatur ad excuſandum dictum Titium, & reſpondet Iuriſconſultus quòd ſic. Sum modò in uerſicu.nec per triduum.& retento eodem themate fuit dubitatum, nunquid dictus Titius poſsit da-

mnari poſt trinā citationē.& tex.no 3 ſter dicit quòd nō.& ſic planè procedit litera, nec poſt triduū &c.& ſic habes notare ex iſta lectura, quòd reus accuſatus de crimine, cuius pœna eſt à relegatione ſupra, non poteſt damnari per trinam citationē. Si uerò quidam, puta Titius, fuit accuſatus de crimine, cuius pœna eſt à relegatione infra, dic tenendo eādem literā, quòd lex noſtra in prima ſui parte ponit unum dictum, in ſecunda aliud, ut ſuprà.& in prima dic ut ſuprà.in ſecūda uerò dubitatum fuit, nunquid Titius poſt trinā citationem poſsit damnari, ex hoc tantùm quia non comparet.& dicit tex.quòd non.& hoc mō procedit prima lectura, quando in litera eſt dictio nec, ſi uerò ſit dictio ut,& ſecundò non legitur, tunc lex noſtra in hac prima parte ponit primò unū dictum, ſecundò ponit effectum dicti.ibi, ut per triduū &c.& dic quòd dubitatum fuit, nunquid Titius, qui fuit accuſatus de crimine, cuius pœna eſt à relegatione infra, poſsit cōdemnari abſens,& nūquid alius poſſit allegare cauſas abſentiæ.& text. noſter ſecūdum Bar.hic dicit, quòd ſi iudex habet plenas probationes de delicto, poteſt eum cōdemnare poſt trinam citationem, niſi aliquis allegaret cauſas iuſtas abſentiæ, qa tunc expectaretur.& hic eſt effectus primi dicti,& hoc modo bene procedit litera, ut per triduum,& ſic uides, quòd hæc lectura dicit totū cōtrarium primæ.& hæc eſt theorica Bar.in hac l.noſtra, in prin.& ſic uides quòd ſummariè legitur hæc lex. Breuiter dico, quòd lex noſtra eſt plana.* Et primo præmittendū eſt, quòd lex noſtra neceſſario debet intelligi, quòd iſte reus fuit accuſatus de crimine, cuius pœna eſt à relegatione infra:& hoc patet, quia ſciendum eſt, quòd quando quis accuſat aliquem de crimine, cuius pœna eſt à relegatione ſupra, debet cuſtodiri una cum accuſato.& hoc eſt quod dicit l.fi.C.de accuſa.& l.2.C.de exhi.& introdu.re.Sed tex.præſupponit, quòd & accuſator & accuſatus erant abſentes.ergo neceſſario infertur, quòd reus fuit accuſatus de crimine, cuius pœna eſt à relegatione infra, quo caſu non requiritur illa præſentatio ad carceres, ne ſit cōtra d.l.fi.& l.2.Secundò præmittendum eſt, quòd in caſu huius legis lis fuerat conteſtata,& hoc dicit text. ibi, cognitione accepta.& quòd præceſſerat citatio ex commiſsione iudicis, quia aliàs non poſſet, ut not. Alexand. in additio.ad Bartol.in l. neminem.C.de exhiben.re.et iſta citatio fuerat facta ad uidendum fieri ſententiam.& hoc patet, quia iam erant factæ probationes,& hoc probatur in text.noſtro ibi, calumnia pronuncietur.quia accuſator non diceretur calumniatus, niſi permanſiſſet uſque ad ſententiam, ſed diceretur tergiuerſatus,& hoc dicitur in l.1.ff.ad Turpil.Sciendum eſt etiam quòd hic agitur tam de abſentia rei, quàm accuſatoris, ut in ſecunda parte principali. His præmiſsis dico, quòd tex.noſter eſt planus,& intelligitur in crimine cuius pœna eſt à relegatione infra.& in prima parte quæſitum fuit nunquid admittatur tertius ad allegandum cauſas abſentiæ

ſentiæ rei.& text.dicit quòd ſic,ne
poſt trinam citationem damnetur.
& hoc idem dicit in ſecunda parte
de accuſatore qui erat abſens, &
erat calumniatus,& ſic text.noſter
dicit quòd expectabitur,ſi iuſta cau
ſa fuerit allegata abſentiæ,aliàs con
demnabitur.& hic erit effectus pri-
mi dicti.& in text.legitur in litera,
ne per triduum &c.ut cõiter habe-
4 tur.* No.ex hac l.inter accuſatorẽ,
ibi,cognitione ſuſcepta,quòd in cri
minalibus lis conteſtatur.ſed cõtra
hoc facit l.1.C.de lit.conteſta.ubi di
citur,quòd litis conteſtatio debet
fieri per interrogationem & reſpõ-
ſionem utriuſque partis.ſed plerun
que in criminalibus fit,quòd accu-
ſatus comparet & reſpondet accu-
ſationi ,negando uel fatẽdo parte
abſente,& tamen per illam reſpon-
5 ſionem fit litis conteſtatio.* Bar.in
l.is qui reus . ff. de publi.iudi.dicit
quòd iudex aſſumit uices accuſato-
ris:unde ex interrogatione iudicis
& rei fit litis conteſtatio,& ad hoc
allegat glo.in c.prout.extra,de do.
6 & contuma.* & dicit ibi Bar.quòd
iudex facit ſibi dari licentiam à reo
uel accuſatore ,expediendi proceſ-
ſum eo abſente.Bal.tamen in l.1.in
6.colũ.C.qui accuſa.non poſſ.dicit
quòd iudex abſque eo quòd petat
talem licẽtiam,poteſt expedire pro
7 ceſſum ex officio.* & dicit Bal.ibi,
quòd ſi plures accuſati fuerint,& di
uerſo tempore reſponderint,quòd
per reſponſionem ultimi cenſetur
facta litis conteſtatio,& aliorum re
ſponſiones retrotrahuntur ad ulti-
mam,& omnes cenſentur factæ in
uno tempore.l.receptam.quæ eſt l.
fina . ff. communia prædiorum.
8 * Vtrum autem ſi lis non fuerit
conteſtata cum abſente,poſsit con-
demnari,glo.in l.quoties.C.de di-
gni.lib.12.tenuit quòd non poſsit
damnari ſi fuerit accuſatus de crimi
ne,cuius pœna eſt à relegatione in-
fra.ſi uero de crimine cuius pœna
eſt à relegatione ſupra , tunc idem,
quia non poteſt damnari,ſed fit an
notatio bonorum ,ut not.in l.1.C.
de requi.reis.& per doct.in l.abſen-
tem.ff.de pœn.Contrariũ tamen te
nuit glo.in d.l.abſentem.& ibi Bart.
& Saly.in l.reos.C.de accuſatio.ut
poſsit condemnari quando eſt accu
ſatus de crimine , cuius pœna eſt à
relegatione infra,& ratio,ne iudi-
cium reddatur eluſoriũ,quia in hoc
caſu non fit annotatio bonorum.&
ita not.Bartol . in d.l.abſentem . &
Saly.in d.l.reos.in delictis grauibus
fierent annotationes bonorum , ut
ſuprà dictum eſt,& ita hodie ſerua-
tur,præterquã ꝙ nõ ſeruatur quòd
fiant iſtæ proſcriptiones bonorum,
9 ſed proceditur ad bannum. * Not.
etiã ex hac lege quòd tertius cõpa-
rens admittitur in criminalibus ad
allegãdũ cauſas iuſtas abſentiæ.ſe-
cus ad allegãdũ cauſas defenſionis,
quæ reſpiciãt crimẽ principale,ut di
cã infra.* Bar.in l.pe.§.ad crimẽ.in
10 pe.col.in prin.de publi.iudi.cõſide-
rat tres cauſas abſentiæ.Primò ne-
ceſſariã,qa eſt infirmus uel carcera-
tus,uel non põt ire per iter.l.2.§.ſi
quis.ff.ſi qs cautio.nõ obtem.Secũ
dò ꝓbabilẽ,puta quia habet inimi-
cos,uel eſt exbãnitus de tali loco,&
timet capi.l.de ętate.ff.ad Trebel.l.
ſciẽdũ.ff.de leg.1.ubi pulcher tex. &

11 dicit ibi Bar.per illũ tex.* quòd omnes amici mei inimici, cenſentur etiam mei inimici, & ſunt mihi ſuſpecti. quod nota propter multa. Tertiò uoluntariam, ut quando dicit iudicē non cõpetentem. l.1. & 2. ff. de iudic. c. ueniens. de accuſa. c. dilecti. de do. & cõt. & hoc idē dicit & no. Sali. in l. reos. C. de accuſa. In prima cauſa licet neceſſaria, dicit Barto. in d. §. ad crimen. quilibet etiam ſine mandato admittitur ad allegandũ
12 cauſas abſentiæ.* Ex hoc primo capite neceſſariæ, ſcilicet, abſentiæ, Hippoly. dat unam cautelam in ſua practi. in §. ſequitur. nu. 31. ubi dicit quòd cautela eſt, ut quis poſsit defendi per procuratorē, ut faciat ſe carcerari in aliquo alio caſtro, quia tũc admittetur procurator ad eius defenſionem. & ad hoc allegat Ange. in l. eos. §. ſuper iis. C. de appellatio. ubi dicitur quòd appellans pro crimine capitali, detinetur in carcere. & libelli appellatorii, & ſententia mittuntur ad iudicē, & tunc tertius admittitur ad defendendum: & ibi dicũt, quòd quando quis eſt carceratus, procurator admittitur. iſta cautela non uidetur probari, nec Ang. dicit id ad quod allegat Hippol. quia doctrina Bar. in d. §. ad crimē. & Ang. in d. §. ſuper iis. tũc procedit, quando eſſet carceratus in cuſtodia illius iudicis, qui inquirit ſup delicto uel eſſet executurus ſententiã. & ita loquitur d. §. ſuper iis. & tunc daretur procurator. & ita loq tur Bar. in d. §. ad crimen. in 4. colũ. ſecus ſi detineretur ab alio iudice, quia tũ admitteretur procurator ſolummodo ad allegandũ cauſas abſentiæ, & ad differēdum iudicium, & in hoc caſu procederet dicta cautela. Aliam etiam cautelam ad differendum iudicium dat Imo. hic, uide licet ut quis fiat legatus uel ambaſciator. Soci. in c. ueniens. de accu. dat aliam cautelam, ut quis defendatur per procuratorē, ſcilcet quòd ſtatim abſentet ſe, puta in Galliam. ſed certe hoc nõ uidetur uerum, qa iſta abſentia fit culpa ſua, & ideò nõ debet ei prodeſſe. ut not. Bart. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis cautio. non obtemp. unde infertur ex ſuprà dictis, quòd neceſſaria abſentia nil aliud operatur niſi iudicii dilationem, & ad eã allegandũ quilibet etiam ſine mandato admittitur. & ita not. Imol. & Bal. in d. l. eos. §. pen. C. de appellat.
13 * In ſecũdo capite, ſcilicet in abſentia probabili, tunc non admittitur quis ad allegandum eam ſine ſpeciali mandato: & ratio eſt, quia poſſet uenire ſi uellet: & ideo qui non habet mandatum, neſcit quid ille abſens uelit, ut not. Bart. in d. §. ad crimen. in pen. col. in prin. & idē eſt
14 in tertio capite.* Sali. in d. l. reos. C. de accuſatio. dicit quòd contra abſentem ex abſentia probabili datur cautela, puta ſi timebit ne capiatur, tunc iudex faciet ei ſaluum conductum, ut hodie aſſolet, & tunc coge
15 tur ſe pſētare & ita hodie fit.* Sed aduertas quòd faciat facere ſibi ſaluũ codunctum pro omnibus delictis excepto eo de quo imputatur, ne cũ haberet iudex in carceribus, poſſet eũ detinere, etiam pro aliis delictis, & in hoc ſis cautus. & ita not. ibi Sali. & de his etiã tãgit Bart. in l.
16 is qui reus. & l. fi. ff. de accuſ.* Adde etiam

etiã unũ, ꝙ ſi iudex non admiſerit cauſam abſentiæ, ſed proceſſerit cõtra abſentem, quòd ꝓceſſus eſt nullus. & hoc not. Bar. in tract. ad reprimen. in uerb. neglexerit. & Iaſ. in l. 2. in 3. col. ff. de in ius uocan.

17 *Procedo ulterius, & capio gl. ut ꝑ triduũ. & quæro qualiter fiat iſta citatio. dic ſecundum aliquos, per triduum citetur nouem uicibus, id eſt, qualibet die ter, & iſta opi. non tenetur. uel, & ſecundo, quòd citetur per nouem dies, ſcilicet, ꝙ qualibet die ſemel, & iſta etiam non tenetur. Tertia expoſitio eſt cõmuniter appreheñſa, quòd per nouem dies citetur tribus citationibus, & poſt ſingulas citationes expectetur triduu, & expone text. ne poſt triduũ, ſcilicet expectatus ꝑ ſingulos dies &c. & hanc opi. ſecutus eſt Spe. in ti. de actio. §. 1. uerſ. ſed qualiter. & hanc approbat Bar. hic.

18 *Circa iſtã materiam citationis, dic quòd citatio poteſt fieri tripliciter, ſcilicet per nuntium, per edictũ, & per literas. & ita not. Bar. in tract. ad repri. in uer. per edictum. & in uer. præcedenti, ſcilicet in uerb. per nuntium, & per literas. & ibi uide in citatiõe quę fit per nuntium, conſiderantur tria, ſcilicet commiſsio, executio, & relatio, ut per Bar. in præallegatis locis, ad reprimen. & de commiſsione habemus tex. clarum in l. neminẽ. C. de exhib. reo. & circa iſtam commiſsionem Docto. ſunt uarii. Inno. & Ant. de But. in c. quoniam cõtra. de proba tio. dicunt quòd ſufficit generalis commiſsio. Abb. in d. c. quoniã contra. dicit, quòd non ſufficit per tex. in dicta l. neminem. & ibi etiam not. idem Bar. qui reprobat opi. In no. Bal. in l. ſi quando. C. de teſti. cõcordat dictas opi. hoc modo, aut requiritur in cõmiſsione cauſę cognitio, quia ex tali citatione infertur reo maximũ pręiudicium, ut ſi citaretur ad uidendum ferri ſententiã, & in hoc caſu requiritur ſpecialis cõmiſsio, nec ſufficeret generalis, & ita procedit opi. Bar. in d. l. neminem. & Panor. in d. c. quoniam contra. aut non requiritur cauſæ cognitio, & tunc ſufficit generalis, & procedit opi. Inn. & aliorum. & ita not. Bald. in d. l. ſi quando. & in apoſtil. ad Bar. in d. l. neminem. C. de exhib. reorum. & hæc diſtinctio communiter eſt recepta. & ita not. Hippoly. in l. de unoquoque. ff. de re iud. col. 26. ubi latè tãgit hanc materiam, & refert infinitas cotas. & ſequitur Deci. in d. c. quoniam contra.

19 *Vlterius quęrit Bar. in hac l. noſtra, proſequẽdo dictam glo. nũquid ſufficiat una citatio perẽptoria pro omnibus. & tenet quòd ſic, per l. abſentem. infra de pœnis. ubi dicit text. quòd in criminalibus fit ſententia adinſtar priuatorum iudiciorum, ſed in priuatis iudiciis ſufficit perẽptorium. l. peremptorium. cum ll. ſeq. ff. de iu di. l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & hęc ſententia cõmuniter eſt recepta, ut not. Fely. in c. conſultius. de offi. deleg. & ita dę conſuetudine ſeruatur, quòd ſemper ſufficit peremptorium, cum cõminatione tamen.

20 *Vlteriùs quærit Bart. nunquid interuallum nouem dierum ſit ampliatũ per l. properandum. C. de iudiciis. uel per authent. qui ſemel. C. quomodo,

& quãdo iudex.ubi quis citatur ter per interuallũ triginta dierũ in ſin
21 gula quaque citatiõe.* & dicit Bar. licet non debeat fieri legum correctio, & ex identitate rationis.l.pręcipimus.C.de appellat. l. ſi uero. §. de uiro.ff.ſolu.mat.tamẽ in hoc caſu teneo opinionẽ gl.ſcilicet quòd ampliata ſit dilatio. Nec obſtabit l. præcipimus.& d.§.de uiro. quia nõ ſit mutatio per hominẽ, ſed per legem antiquam:quæ dicit quòd eodem modo debet dari dilatio in criminalibus,ut in ciuilibus per triginta dies.& trahitur ad l.antiquã,etiã in criminalibus,ut in ſimili not. per glo.in l.quod uero contra. ff.de legib. & breuiter circa hanc concluſionem dic,quòd de iure uerum eſt quod dicit Bart. ſed de conſuetudine contrarium obſeruatur.ut nota. per glo.in d.authẽ. qui ſemel. & ibi Barto.& Abb.in c.2.de dilatio. quia iudex ex arbitrio poteſt etiam abbreuiare tẽpus & differre, & ita ſer
22 uatur hodie. * Quæritur etiam per Bar.an quando citatur reus,debeat ſibi mitti tenor inquiſitionis uel libelli.& breuiter & cõcluſiuè procedendo dicit Bar. quòd nõ eſt neceſſe,quòd ſibi mittatur tenor accuſatiõis.& hoc ꝓbatur p c.licet in beato Petro.extra,de accuſatio. & pro hoc eſt tex.in l.2.in fin.C.de exhibi. re.& ibi gloſſ.in uerbo quæſitũ.ubi dicit,ꝙ ubi qs fuit citatus,debet cõparere corã iudice, & explorare & inquirere cauſam ꝓpter quã fuit citatus.ex hoc igitur apparet qđ nõ etat expreſſum in citatione , & hoc etiã no.Bar.in tract.ad reprimẽ. in uer.ſuper dicto crimine. & ita opi. cõmuniter tenetur,ut no. Feli.in d.
23 c.licet in beato Petro. *licet inquit Bar.Peruſij de conſuetudine ſeruetur contratium.& pro eius obſeruatione eſt gloſſ.in ca.2. de dilatio. in
24 decret. non autem. lib. 6. * Quæritur etiam per Bat. nunquid reus debeat citari perſonaliter, uel ſufficiat citari ad domum , concluſiue hic Bart. tenet quòd ſufficiat citari ad domum uel alibi,ita quòd uerisimile ſit quòd ad eius notitiã perueniet.l.1.ff.de requirẽ.re.ibi, ut poſſit innoteſcere eis &c. & hæc ſententia communiter eſt recepta,ut not. Alex.in l.4.§.prætor ait. ff.de dam. infect.ubi dicit ita communiter teneri, & ita ſeruatur de conſuetudi-
25 ne,& in practica.* Vlterius ꝓſequendo dicta Bar.per concluſiones quęritur nũquid neceſſe ſit,ꝙ actor in quolibet termino ꝓſentet ſe ut accuſet rei contumaciam , ut reus ſit contumax.Bartolus refert quòd de conſuetudine eſt , ut iudex recipiat licentiam ab accuſato & accuſatore,perficiendi proceſſum,& tũc nõ erit neceſſe quia iudex ſuſtinet partes accuſatoris. & de hoc dicit in l. qui reus.ſuprà eo. aliàs ſecus, quia deberet ſe repręſentare, ut in ciuilibus.l.abſentem. ff.de pœn. breuiter dic, quòd de cõſuetudine & ſtylo non obſeruatur illa practica,quã dat Bart.ut iudex petat ſibi dari licẽtiam,quia ex officio agit & ſupplet. & not.Alex. in conſi. 41.uol. 2.& ita Bal.in l.1.in 6.col.C.qui accuſa.non
26 poſ.& de hoc ſuprà dictum fuit.* Vlterius quærit Bar.quid faciat iudex accuſato nõ cõparẽte.breuiter dic, ut per eũ , aliter non refero,& eius the

theorica eſt communiter approba-
27 ta,aliter non addo quicquam. *Vl-
timo quærit Bart. quid faciet iudex
in accuſatore abſente. dic ut per eũ
in omnibus,præterquã in eo quod
dicit, quòd ſi accuſator uenit punié
dus pœna à relegatione ſupra. con
ſidera quòd nõ uidetur poſſe dari
iſtum caſum,quòd accuſator ſit ab-
ſens, ſi pœna eſt imponẽda à rele-
gatione ſupra, quia tunc accuſator
tenetur ſe repræſentare carceribus,
& ideò non poteſt abeſſe.l.fi.C. de
accuſatio.& l.2.C.de cuſto.reo.& ſi
effugerit,tanquam confeſſus eſt dã
nandus. nec eo caſu requiritur an-
notatio bonorũ,& de hoc dictũ
fuit ſuprà in figuratione caſus, &
ideo cogitabis. & ex his ſumus ex-
pediti de iſta l. inter accuſatorem.

SVMMARIVM.

1 *Ex crimine publico quæ deſcendant.*

2 *Nomen capitale quomodo ſumatur.*

3 *Propria nomina quæ ſint, & quæ ſint adiectiones.*

4 *Publicum & capitale differunt.*

5 *Crimen an deſinat eſſe publicum, cùm pœna per ſtatutum alteratur.*

6 *Pœnæ capitales quot ſint.*

7 *Pœnæ quot ſint non capitales.*

8 *Capitalis pœna quæ ſit.*

9 *Idoneor ex pluribus accuſatoribus debet eligi.& nu.30.*

10 *In criminalibus proceditur ad inſtar priuatorum ciuilium.*

11 *Procurator in ciuilibus poteſt conſtitui. & nume.1c.*

12 *Procurator non poteſt conſtitui in actione populari.& nu.29.*

13 *Accuſator hodie ex forma ſtatuti non tenetur ad pœnam talionis, nec debet in carcere detineri.*

14 *Iudicium eluſorium eſſe non debet.*

15 *Procurator ab accuſatore poteſt conſtitui.*

16 *Legis ratione correcta, & ipſa lex correcta uidetur.*

17 *Iudicium ex parte accuſatoris ſemper publicum dicitur.*

18 *Procurator admittitur,etiam quando agitur ciuiliter de crimine.*

19 *Cauſa famæ, & cauſa uitæ æquiparantur.*

20 *Procurator in cauſa famæ conſtitui poteſt.*

21 *Appellare quis poteſt inuito reo.*

22 *Res poſſunt in cauſa criminali per procuratorem defendi.*

23 *Delicta impunita remanere nõ debent.*

24 *Intellectus ad l.iuſta.ff.de manumiſſ. uindict.*

25 *Intellectus ad l.non ſolum.ff.de procur.*

26 *Intellectus ad l.ſeruum quoque. §.publice.ff.de procurato.& nu.53. & 56.*

27 *Intellectus ad l.reos.C.de accuſatio.*

28 *Iudicia publica quare inuenta.*

31 *Induſtria perſonæ inter artifices intelligitur electa, quæ mutari non poteſt.*

32 *In iudicio publico non poteſt à principio ſciri,quæ pœna ſit futura.*

33 *Pœnæ hodie ſunt arbitrariæ.*

34 *Concluſio non requiritur in libello accuſationis.*

35 *Pœna non poteſt à parte diminui nec alterari.*

36 *Iuri publico non poteſt per partem derogari.*

37 *Iudices quomodo procedere habeant in iudicij criminalis principio.*

38 *Procurator quòd à relegatione infra detur,non uerificatur in publico iudicio à principio.*

39 *Abſens capitali crimine non accuſatur, ſed bona annotantur, quæ annotatio, ſi intra annum ueniens præſtat cautionem*

de comparendo in iudicio & defendendo, ſuſpenditur, & habet terminum 30. dierum, & plus ſecundum facti exigentiam.

40 *In ſententia capitali ferenda, & cauſa diſputanda, reus præſens eſſe debet auditorio.*

41 *Intellectus ad l. penu. §. ad crimen. ff. de publ. iud.*

42 *Iudex in formando proceſſu, debet interrogare reum, & uidere qua facie, qua animi trepidatione reſpondeat.*

43 *Reus carceratus, abſens à iudicio dicitur.*

44 *Reus carceratus poteſt aduocatum conſtituere.*

45 *Intellectus ad l. inter accuſatorem. ff. de publ. iud.*

46 *Intellectus ad legem primam, digeſtis, an per alium cauſæ appellationis reddi poſſint.*
Alium uide infra, numero ſexageſimotertio.

47 *Intellectus ad l. reos. C. de accuſationibus.*

48 *Procurator an & quando poſſit interuenire in cauſa ſuſpecti tutoris.*

49 *Iudex quomodo procedat in cauſa tutoris ſuſpecti.*

50 *Seruum procuratorem non conſtituit, ſed in ſeruitutem prouocatus per procuratorem reſpondit.*

51 *Procurator datur illuſtri in actione iniuriarum.*
Intellectus ad legem finalem. ff. de iniurijs.

52 *Egregia perſona non tenetur ſe præſentare in iudicio.*

54 *Abſens ubi uirtute ſtatuti damnari poteſt, non admittitur procurator.*

55 *Citationes in cauſa capitali quare perſonaliter fiant.*

56 *Vniuerſitas in delictis comparet per procuratorem.*

57 *Intellectus ad l. non tantum. ff. de appellatio.*

58 *Cautelæ, quòd licet procurator non admittatur in criminalibus, quandocunque poteſt ſententia in abſentem ferri, ad faciendum reum abſoluere.*

59 *Dominus pro ſeruo, & pater pro filio, ad defenſionem an interuenire poſſit.*

60 *Pœna pecuniaria & relegationis non cadit in ſeruo.*

61 *Iudex a relegatione ſupra, non pronunciat in abſentem.*

62 *Practica ut pater pro filio poſſit interuenire ad defenſionem.*

63 *Dictio uſque, an ſtet incluſiue, uel excluſiue.*

64 *Procurator in crimine capitali, an à carcerato poſſit conſtitui.*

65 *Practica defendēdi carceratum ſine procuratore.*

66 *Procurator an & quando admittatur in cauſa inquiſitionis. & numero ſexageſimoſeptimo, & ſexageſimo octauo.*

67 *Inquiſitio de iure ciuili ſuccedit loco accuſationis.*

68 *Pœna ſanguinis de iure canonico non imponitur.*

69 *Procurator an & quando poſſit conſtitui, quando per uiam denunciationis proceditur. & numero ſeptuageſimoprimo.*

70 *Denunciator à quo poſſit conſtitui.*

71 *Iudex ſuper denunciatione duobus modis procedere poteſt. & numero ſeptuageſimotertio.*

72 *Contra denuntiantem poſſunt oppoui*

cc

exceptiones, quæ opponuntur contra accuſantem.

74 *Procurator quando conſtitui poſſit, quando ſuper notorio crimine procedatur.*

75 *Procurator quando admittatur in crimine per uiam exceptionis oppoſito.*

76 *Exceptio dilatoria in initio litis opponitur.*

77 *Pœna falſi & concuſſionis punitur accuſans pecunia corruptus.*

78 *Opponens, uolens repellere accuſatorē, quid facere habeat.*

79 *Exceptio lenocinij ante litem conteſtatam propoſita, maritum repellit, alias non.*

80 *Reaccuſatio ante litem conteſtatam debet fieri.*

81 *Exceptio dilatoria non admittitur poſt litem conteſtatam.*

82 *Exceptio peremptoria in criminalibus quando poſſit opponi.*

83 *Ciuitas conſtituit ſyndicum ad accuſationem proſequendam.*

84 *Accuſatus ab uniuerſitate ſe per procuratorem non defendit, in eo caſu, in quo ſi per priuatum accuſaretur, ſe non defenderet.*

85 *Vniuerſitas uel ciuitas quando delinquat, & quando puniri poſſit. & numer. 86.*

87 *Filius pro patre in crimine læſæ maieſtatis & hæreſis punitur.*

88 *Henricus Imperator damnauit ciuitatem aratro, & Bonifacius deſtruxit collegium templariorum propter hæreſim.*

89 *Ciuitas quot modis poſſit pœna capitali puniri.*

90 *Ciuitas conſtituit ſyndicum in crimine læſæ maieſtatis, in caſu ſtatuti conditi contra ſuperiorem, & quando pœna capitalis datur pro homicidio. & numer. 91.*

91 *Ciuitas Paduæ fuit poſita in bāno æternali a Nicolao quinto, eo quia ſtatutum fecerat, ut qui interficeret clericum & quinque ſolidos ſolueret, eſſet abſolutus.*

Fuit tamen per eundem Nicolaum reſtituta, quia tale ſtatutum ceſſauit.

92 *Procurator non conſtituitur in cauſa appellationis, eo caſu quo non conſtituitur in principali.*

93 *Accuſatus pluribus de eodē delicto, unus non poteſt alios defendere.*

94 *Plures uulnerantes in ſolidum tenentur.*

95 *Non datur conſortium nec in re, nec in perſona inter plures delinquentes.*

96 *Iudex quando delinquentium plurium aliqui ſe præſentant, & aliqui non, quo ad præſentatos poteſt proceſſum ſuſpendere, & quo ad abſentes ſententiam ferre.*

97 *Exculpatio propinquorum defuncti, an & quando faciat iudicem deſiſtere à procedendo. & numer. 98. cum ſequentibus.*

98 *Iudex inquirit de crimine, non obſtante abolitione ſecuta.*

99 *Iudex inquirit, & procedit de crimine, licet de eo tranſactio fiat.*

100 *Exculpatio propinquorum eſt indicium innocentiæ.*

101 *Vnum indicium tollit aliud.*

102 *Bannitus an poſſit ſe per procuratorem defendere.*

103 *Procurator an & quando admittatur, & quando a ſtatuto pœna pecunaria & corporalis imponitur. & numer. centeſimo nono, & centeſimo decimo.*

Iudex

104 *Iudex quando pœna corporalis eſt grauior pœna pecuniaria, pecuniariam debet eligere.*

105 *Pœna quælibet corporalis etiā minima grauior eſt quali bet pecuniaria.*

106 *Intellectus ad l.ſi de interpretatione.ff. de pœnis.*

107 *Reus nunquam poteſt pœnam corporalem eligere.*

108 *Membrorum ſuorum nemo eſt dominus.*

109 *Accuſatus de maleficio, pro quo pœna pecuniaria imponitur, eſt fideiuſſoribus relaxandus.& nu. 110.*

110 *Cautela ut accuſatus de maleficio, pro quo pœna imponitur pecuniaria, non carceretur, quòd deponat pecuniam apud fiſcum, ſub conditione ſi condemnabitur.*

111 *Regula, qui non habet in ære, luat in corpore, habet locum ante ſententiam.*

112 *Iudex ſententia lata, non poteſt eius executionem mutare.*

113 *Regula, qui non habet in bonis &c. procedit tantum in perſona uili & ruſtica.*

VErum qa quandoque citato reo quis comparet, & petit ſibi per procuratorē defenſiones dari, iōtex.in §.ad crimen.l. pen.ff.de pub. iudi. explanabimus.

Præmitte pro clariori intellectu huius §.id quod not.Bald.in l.reos.

1 C.de accuſatio. in 3. col. * quòd ex crimine publico tria deſcendunt.ex eo enim deſcendit primò iudicium publicum criminale, ut quando lege cauetur quòd ſit publicum.l.3.§. fin. ff.de præuar. & not. ſuprà in l.1. eod.titulo. de publi.iudi. Secundò deſcendit iudicium publicum ciuile, & dupliciter: unum quod intentatur pro re familiari, & tūc tranſit in priuatum, ut quando aliquod iudicium intentari poteſt & ciuiliter & criminaliter ad intereſſe, & criminaliter ad pœnam, iuxta l. fi. ff. de priua.delict.& l. fi.ff.de furt.& intentatur ciuiliter ad intereſſe, exemplum in crimine falſi, ut not. in l. Paulus.ff.de falſ. Aliud quando intentatur criminaliter, & de hoc habetur in l.1.ff.de popul.actioni Tertiò ex eo deſcendit publicum, id eſt notorium & manifeſtum, & de hoc dic ut not.in l.ea quidem. C. de accuſatio. & facit l.1. §. ſed ſcimus.C. de Lati.lib. tol. & not. per. Doct.in

2 c.multa manifeſta.2.q.1. * Secundò præmitte quod not. idem Bald. in l. reos.in 2.col.C.de accuſatio. & Saly.etiam ibi.quòd iſtud nomen, capitale, ſumitur aliquando pro commoditate quæ reſpicit utilitatem tertii & de hoc exemplifica, ut per Bal.in l. ſed &.§. 1. ff.de procurato. ubi cauſa ſtatus agitur ciuiliter, ut per eum ibi. Aliquando etiam ſumitur pro commoditate quæ reſpi-

3 cit ius publicum. * Tertiò præmitte, quòd publicum & priuatum ſunt quædam adiectiones, ut not. plene per eundem ibi, & dat etiam notabilem regulam ad cognoſcendum quæ ſint propria nomina, & quæ ſint adiectiones. Quoties eſt à principio proprium nomē & aliud ſuperuenit, illud ſuperueniens dicitur adiectio, exemplum ut per eū

4 ibidem. * Quartò etiam præmitte, quòd inter publicum & capitale eſt differentia, quia publicum dicitur reſpectu principii & originis, capitale reſpectu finis & declinationis & pœnæ, ut per eundem ibidem in 4. col. & propterea procedit quæ-

ſtio, quā

ſtio, quam tangit Bar. in l. 1. col. fi. ff.
5 eo. de publi. iudi.* quando pœna alteratur per ſtatutum, nunquid crimen deſinat eſſe publicum. & concludit ꝙ reſpectu actoris ſemper dicetur publicum: ſecus reſpectu rei, cum ſit alterata pœna. & ideo ex parte rei poterit interuenire procurator, ut per eundē lati* ibidem.
6 *Quintò præmitte, quòd tres ſunt pœnę corporales, prout tripliciter ſumitur hoc nomen, caput, ut per eundem ibidem, in 2. col. & per Inno. in c. qualiter & quando. de accuſatio. & latius per Ang. in l. 2. ff. de publi. iudi. Prima, mors naturalis, quę multis modis infligitur. l. aut dā num. §. uiro. ff. de pœn. & l. capitalium. eo. tit. de pœn. Secunda, damnatio in opus metalli, & hæc fit tripliciter: aut damnatur quis in opus metalli cum uinculis, aut ſine uinculis, aut & tertio, in miniſterio metalli, ut miniſtret alijs. vt per Ang. in d. l. 2. perpetuò tamē, aliàs non eſſet capitalis. Tertia pœna capitalis eſt, cum quis amittit ea quæ ſunt iuris ciuilis, & ciuitatem, ut deportati. Addit etiam ibi Ang. tres alios, ut quando quis dānatur ut perpetuò ſit carnifex. Secūda, ad perpetuum carcerē: licet iſta de iure ciuili nō ad mittatur. Tertia, ubi quis per ſtatutum poteſt impune occidi, & hoc perpetuò, quod nota pro bannitis noſtri temporis, qui ex decreto Illuſtriſsimi dominij Veneti poſſunt impune occidi, & ideo bannum dicitur pœna capitalis.
7 *Pœnę aūt nō capitales ſunt quatuor, ut relegatio ad tēpus, infamia, amiſsio ciuitatis, & ictus fuſtium, uel abſciſsio membri, ut per eoſdem in prædictis lo-
8 cis. * Aliter conſiderauit iſtud nomen, capitale, & pœnam capitalem Saly. in l. tranſigere. ex mente glo. ibidem. C. de tranſact. quæ dicit, ꝙ pœna capitalis dicitur ſtrictiſsime, ut ultimum ſuppliciū. ſecundò ſtrictè, ut amiſsio libertatis, & per conſequens ciuitatis. tertiò amiſsio ciuitatis tantum, ut deportati. His ſic præmiſsis ueniamus ad tex. & diuide, & ſumma ut per Bar. hic in prima parte huius §. noſtri. Caſus ſic poteſt figurari: Quidam, puta Titius, qui alium accuſauerat de publico crimine, puta adulterii & ſimilium, uolebat conſtituere nomine ſuo procuratorem ad agendum & ad allegādum cauſam cauſæ, quęritur nunquid poſsit. & uidebatur
9 dicendum quòd poſsit: *quia quotieſcunque ſunt plures qui eundem uelint de crimine publico accuſare, debet eligi magis idoneus. l. ſi plures. ff. de accuſatio. l. ſepulchrum. ff. de ſepulch. uiola. l. 2. ff. de popular. actio. In caſu igitur noſtro, cum accuſator cognoſcat ſe non eſſe idoneum ad proſequendum accuſationem inſtitutam, non mirum uideri debet, ſi uelit magis idoneum conſtituere procuratorem, & ideo uidetur dicendum quòd poſsit. Se-
10 cundò facit, ſcilicet quia * in iudiciis criminalibus proceditur ad inſtar priuatorum ciuilium. l. abſentē.
11 ff. de pœn.* Sed in ciuilibus poteſt. l. 1. ff. de procurato. ergo etiam in eaſu noſtro. Contrarium tamen deciditur in caſu tex. noſtri. & ratio potuit eſſe ſecundum Iacob. Butri.
12 quem Bart. refert hic in 1. col. * quia quando

quando crimen eſt publicum, accuſatio competit cuilibet de populo, & tunc procurator non poteſt conſtitui, quia procurator eſt perinde ut dominus, ac ille qui eum conſtituit, & ideo in iſto caſu non poteſt agere procuratorio nomine. l. licet. & ibi glo. §. 1. de procurato. Iſta ratio licet ſit uera in ſe ſecũdum Bar. quem ſequitur Imo. hic, & communiter Doct. tamen non eſt generalis, quia non concludit, quando accuſator proſequeretur iniuriam ſuam, ut per eum hic: ideo ipſe aſsi-
13 gnat aliam rationem,* quia accuſator tenetur ad pœnam talionis, & debet detineri in carceribus. l. 1. §. 1. ad Turpil. & l. fi. C. de accuſatio. ſed accuſator cum uideret ſe poſſe damnari, conſtitueret alium procuratorem, & ipſe recederet, & abſens nõ poſſet damnari, ut l. abſentem. ff. de pœn. & ideo ſequeretur quòd iudi-
14 cium eſſet eluſorium,* quod etiam non debet. l. ſi prætor. in prin. ff. de iudi. l. fi. ff. ne quid in loco publi. & iſta ratio communiter eſt approbata, & procedit de iure communi. Sed cum hodie de iure ſtatutorum & de conſuetudine non teneatur accuſator ad pœnam talionis, iſta ratio ceſſat. & ideo ex hoc infert Alex
15 andrinus hic in 3. col. in fin.* hodie accuſator poteſt conſtituere pro-
16 curatorem, cõtra §. noſtrum.* quia correcta ratione legis, uidetur & ipſa lex correcta, per glo. in l. 1. ff. de leg. tut. Secundò infert, quòd hodie non eſt tantum dubitandum utrum procurator poſsit conſtitui ad libellandum, uel excipiendum, uel ſimilia. Tertiò infert, quòd in caſibus in quibus non habebat locum pœna talionis de iure antiquo, de quibus per Bar. in l. ſi cui. ff. de accuſatio. in his etiam poterat conſtitui procurator. Iſtæ tamen illationes communiter per Doct. nõ ſunt appreheſæ. Nec ob. ꝙ correcta ratione legis, cenſetur etiã lex correcta, quia illud procedit ubi una tantum ratio aſsignari poteſt, ut de hoc habetur per Docto. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. & late per excellentiſsimum Deci. in c. cum ceſſante. de appella. nec id quod dicit gl. eſt ſemper uerum, quia aliquando habet locum ratio & non lex, & econtra lex, non tamen ratio. ut not. per gl. in l. non omnium. ff. de leg. Præterea dic, quòd licet pœna talionis ceſſet, tamen iudicium non deſinit eſſe publicum, cũ publicum (ut diximus in euidẽtialibus) dicitur reſpectu origi-
17 nis.* & iõ ex parte accuſatoris ſemper dicetur publicum, ut ſuprà diximus, & habetur per Bal. in d. l. reos. C. de accuſatio. & ideo aſsignatur tertia ratio, quia præſumitur diligẽtius ꝓſecuturus accuſationẽ, quàm ipſe quem conſtituit. l. 2. §. fi. ff. de adulter. l. 1. in fi. ff. ad Carbonia. ſed aduerte, qa uidetur quòd iſta ratio non ſit tuta, ultra ea quæ adducuntur hic per Alexdrin. in 5. col. quia ſiue conſideremus quòd aget diligentius cauſam ex eo, quia ipſe ſuſcepit accuſationem, dic quòd iſta diligentia & affectio eſt conſiderabilis etiam in quocunque alio, cum iſta cuilibet competat: ſi uero dicamus quòd affectio eius conſideretur propter intereſſe, dic ꝙ iſtud intereſſe eſt introductũ eius fauore, ut præſe-

præferatur aliis in accuſando, ut in d. l. 2. ff. de adulter. & ideo poteſt etiam renuntiari. Certum eſt enim quòd ſi marit⁹ nollet accuſare uxorem, quòd tunc admitteretur pater: & ideo maritus poſſet renuntiare iuri ſuo: ſic etiam in caſu noſtro uidetur dicendum, quòd poſsit renũtiari huic fauori ſuo, & ideo poſsit conſtituere procuratorem. Vnde datur hic alia ratio per Alexandrin. in col. 5. in fi. ſcilicet quia leges reſtrinxerunt facultatem accuſandi. l. ſi cui. ff. de accuſatio. & l. fi. C. de accuſatio. & ideo uoluit lex, quòd ipſemet accuſet, & ſi deſiſtat puniatur pœna, de qua habetur in l. 3. ff. de pœnis. & ratio eſt, ne temere innocentes accuſentur, ut per dictam l. fin. ibi, ne innocentiam feriamus. & ideo non mirum, ſi uolunt leges quòd accuſator conſtituat procuratorẽ.

18 * In ſecunda parte huius uerſi. primæ. ibi, multo magis ſic poteſt dari caſus: Quidam fuit accuſatus, qui nolebat conſtituere procuratorem ad allegandum eius defenſiones, quæritur nunquid poſsit. & pro ratione dubitandi faciebat, quia in criminalibus proceditur adinſtar ciuilium. l. abſentem. ff. de pœn. ſic in ciuilibus poteſt. l. 1. §. uſus. ff. de procurato. ſiue agatur etiã de crimine, ciuiliter tamẽ. ca. tuæ extra, de pro-

19 cura. * Secundò faciebat dubium in hoc tex. ex mente Alexãdrin. hic, quia cauſa famæ & cauſa uitæ æquiparantur. l. iuſta. ff. de manumiſſ. uin-

20 dict.* Sed in cauſa famæ interuenit procurator. l. furti. §. qui aliena. ff. de

21 his qui not. infa. * Tertiò faciebat dubium, qa ille qui proſequitur appellationem, allegat cauſam cauſæ, & tamen in criminalibus põt etiam quis inuito reo appellare. l. non tantum. ff. de appel. l. adiectos. C. de ap-

22 pel. * Quartò faciebat dubiũ in tex. noſtro l. ſeruũ quoque. §. publicè. ff. de procurato. & l. reos. C. de accuſa. ubi dicitur ꝙ in cauſa criminali põt defendi rei per procuratorem. Sed his non obſtantibus deciditur contrarium in tex. noſtro. & rõ decidendi aſsignatur hic per Bar. quia procurator dãnari deberet. l. i. C. de ſen ten. & interlocu. omni. iudi. & ideo nõ eſſet congruũ ꝙ procurator dãnaretur ad mortem uel aliã pœnã. iſta ratio reprobatᷓ hic per Bar. quẽ cõmuniter ſequũtur omnes, rationibus ut per eũ, aliter nõ refero. Et ideo ſcdam aſsignat rationẽ, quia ſi cõcederetur ꝙ ꝓcurator admitta-

23 rur, ſequeretur, ꝙ* iudicia eſſent eluſoria, & delicta remanerẽt impunita cõtra l. ſi prętor. ff. de iudi. & in l. ita uulnerat⁹. §. fi. ff. ad le. Aquili. iſta rõ impugnatur ab Are. in ca. ueniens. extra, de accuſa. Sed ſalua eũ ut per Alexandrin. hic, in ſua repe. in 4. col. in fi. Tertia aſsignatᷓ rõ per Bar. hic, quia diligẽtius ipſe ſe defendet. ſed iſta rõ impugnatur, ut ſuprà diximus. Quarta aſsignatur rõ, per Sozi. in c. ueniens. extra, de accuſa. ꝙ ideo non admittitur procurator in crimine publico, quia non poſſunt legitimari caquę fiunt per eum, iuxta no. in l. Pomponius. §. his qui. ff. de procurato. Dominus enim non haberet ratum, quòd eſſet geſtum per procuratorem, cum ſciret ſe damnatum, uel pœna capitali, uel alia pœna corporali. tamen dicit ipſe ꝙ

ipſe quòd nulla uera & cõcludens
ratio poteſt aſsignari,ſed plures ſi-
mul iunctæ faciunt ueram rationẽ.
Alexandri.hic col.5.in fi.dicit quòd
ratio deciſionis tex.noſtri eſt,quia
cauſa magni præiudicij eſt,attento
eo maxime,quia iudex melius co-
gnoſcet ex inſpectione vultus,ſcili-
cet qua facie,quo colore,& qua a-
nimi trepidatione loquatur, unde
uariæ rationes aſsignantur ad tex.
noſtrum. Nec obſtant adducta in
contrariũ.quia reſpondetur ad pri-
mum,quòd illud eſt verum,vbi non
reperitur expreſſe contrarium deter
minatum,vt per Alexandrin. hic,&
24 bene,in 3.col.in prin. * Ad ſecun
dum ſcilicet ad l.iuſta. dic, quòd il-
lud eſt uerum ubicunque bene agi-
tur.ſecus in delictis,quia ex delicto
ſuo non debet conſequi commodũ.
25 * Ad tertium,ſcilicet ad l.non ſo-
lum. dic quòd illud eſt uerum,& ꝓ-
cedit in actu appellationis.ſecus in
proſecutione,ut per eundem Alex.
26 * Ad quartum ,ſcilicet §. publice.
dic pro nunc,quòd ille tex.procedit
ubi pœna eſt imponenda à relega-
tione infra,uel etiam ubicunque qs
allegaret cauſas abſentiæ.& ita com
27 muniter iſte tex.intelligitur. *Ad
l.reos.C.de accuſ. dic idem quòd
intelligatẽ quòd qs admittitur ad al-
legandum cauſam abſentiæ .ſed de
reducendo ad cõcordiam iſtos tex.
uidebimus latius in ſequenti,& etiã
de rationibus deciſionũ tex.noſtri.
28 * Præſuppono primo,iudicia pu
blica inuenta fuiſſe pro iuuenibus
ad eloquentiæ ſtudium exercendũ,
& ad animorum egregiam conten-
tionem:ut quẽadmodum generoſi
canes naturæ inſtinctu uiſis feris,ſta
tim eas aggrediuntur:ſic & iuuenes
nobiles Romæ in ciues improbos
impetum egregium concipiant.ut
ſpecimen ingeniorum ſuorum pro-
bent.ita Plutarchus in uita Luculli
in prin.& Budę.in annotationibus
poſt.ad l.1.ad l.Cor.de ſica.& Cice-
ro in oratione pro Aulo Cluentio,
ubi dicit Aulum Cluentium proceſ-
ſiſſe ad accuſationẽ non laudis amo
29 re.* Videmus in actione populari,
in qua minus continetur, quòd ac-
cuſator non poteſt procuratorẽ cõ
ſtituere.l.qui populari.ff.de popu.
30 actio.* Et ſi plures fuerint accuſato
res,magis idoneus aſſumitur.l.ſi plu
res.ff.de.accuſatio.& tenetur accuſa
tor perſiſtere uſque ad finem.ut in
l.ſi cui.eo.tit.de accuſatio.unde iſta
fuit ratio,quòd ad crimen publici iu
dicij procurator nõ interuenit.quia
electa eſt pſona ipſius accuſatoris.
31 *quemadmodum dicemus etiam
de artifice,quòd induſtria perſonæ
electa non poteſt mutari.l.inter ar-
32 tifices.ff.de ſolut. * Secundò præ-
ſuppono,quòd in principio iudicij
publici,& in eius accuſatione , non
poteſt cognoſci quæ pœna ſit futu-
ra diſcurrendo per omnia iudicia
publica,quia prout dicit tex.in §.fi.
inſtit.de publi.iudi.illa quatuor iudi
cia ibi enumerata,non habent amiſ
ſionem animæ,ſed alias pœnas pa-
tiuntur.l.Iulia de annona.& l.Iulia
de ui priuata.quamuis habeant mi-
tiorem pœnam,attamẽ rei poſſunt
puniri uſque ad amiſsionem animæ
excluſiuè.ut eſt tex.in l.annonã. ibi,
ad opus publicum.ff.de uari.&.ex-
traordinari.crimini.& l.1.cum gloſ.
ff.de

ff.de ui.priua.in quibus conſtat maiorem pœnam dari poſſe,quàm ſit
33 à relegatione infra.* Item habemus quòd hodie pœnæ ſunt arbitrariæ. l.hodie.ff.de pœnis.l.ordo.ff.eo.de publi.iudi.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infami.iũcta l.aut facta.ff.de pœn.l.ſi Poſidoniũ.
34 C.ex quib.cau.infa.irrog.* Item in accuſatione libellus non habet concluſionem,l.libellorum.& ibi Bart. ff.de accuſatio.& iſta eſt differentia inter iudicia ciuilia & criminalia,ut in ciuili detur concluſio,in criminali non.Bald.in l.& ſi ſeuerior.C.ex
35 quib.cau.infa.irroget.* Nec poteſt pars alterare nec dimittere pœnam. l.quos prohibet.ff.de poſtulan.quia eſt publici iudicii.l.licitatio.§.quod illicite.ff. de publican.& uectigali.
36 * Neque poteſt pars derogare iuri publico.Bart.in d.§.pœna grauior. imò non tenetur in ſententia ſequi opinionem partis,ut Bar.in d.loco, propterea quòd in iudicio publico tantum non poteſt à principio ſciri quę pœna ſit futura,an capitalis uel
37 non.* Hinc inoleuit practica,quòd iudices non procedunt ad citationẽ aliquam,niſi prius formato proceſſu.nam tunc ex facti probatione apparet de pœna,& reus uel uocatur ad carceres, uel datur defenſio per procuratorem ex probatione delicti,& ideo iudices cauti ex ſola accuſatione non procedunt ad uocandum ad carceres,uel ad dãdum
38 defenſiões ꝑ procuratorẽ.* Et ideo determinatio,quæ ſe habet quòd à relegatione infra detur procurator, non poteſt uerificari in publico iudicio à principio,prout demonſtrat tex.in l.relegatorũ.§.1.ff.de interdi. & relegat.ibi,donec inſula aſſignetur,militibus eſt tradendus.& ſic ibi erat pœna relegatiõis,& tamẽ erat carceratus,& ſic proceſſit propter
39 principium.* Tertiò præſuppono: abſens non poteſt accuſari,ſed bona annotantur,& perquiritur.l.abſentem.C.de accuſa. & dicit uetus ius,& reus repertus habet terminũ triginta dierum ad minus.l.2.C.de exhiben.re.& ſi ſit annotatio.& infra annum compareat,& ſatiſdationem præſtet de comparendo in iudicio & defendẽdo,ſuſpenditur annotatio.l.1.C.de requi.re.& ſic abſens repertus habet terminum triginta dierum,& plus ſecundũ exigẽtiam facti & loci.quo caſu non requiritur quòd allegentur cauſæ abſentiæ,de quibus loquitur text.noſter.Nec in ſecundo caſu facta annotatione,cauſæ abſentiæ ſolum non ſuſpendunt,ſed requiritur ſatiſdatio & interpretatio,quæ datur ad hunc tex.quòd ſententia differatur,annotatio bonorũ nõ poteſt ſtare, quia in cõtrariũ eſt tex.in l.1.C.de requiren.re.qui dicit ſententiã nõ debere
40 ferri,ſed annotari.* Quartò pręmitto,quòd quando capitalis ſententia fertur,reus debet eſſe præſens auditorio,& quando cauſa tractatur.l.1. ff.an per alium cau.app.& iſta quoti
41 die practicatur.* Quintò pręmitto, quòd tex.noſter neceſſario intelligitur in eo caſu quo iudiciũ erat cœptum,propter illud uerbum proſequẽdũ,quod demõſtrat iam iudiciũ eſſe,& accuſationẽ inſtitutã,& hoc apparet ex ꝑdictis,quòd abſens nõ accuſatur.ſi itaq; eſt accuſatio,ergo

 præſentes,

præſentes, ergo carcerati.& iſtud uerbum, proſequendũ, intelligit Saly. denotare iam litem cõteſtatam, prout dicit in l.reos.col.:.nu.2.C.de accuſatio.unde ſi reus uult ſe defendere. præſupponitur accuſatio.& ex hoc caſu poſſumus formare in accuſatore & reo accuſato, ut accuſator uelit procuratorem conſtituere, & Iuriſcons hoc neget.& ratio negationis eſt iam dicta in primo præſuppoſito. uerũ eſt, quòd in ſecunda parte quando reus uult conſtituere procuratorem, quæritur an poſſit. Iuriſconſultus negat. ratio negatio-
42 nis,* quia in formãdo ꝓceſſu reus debet uenire coram iudice, & interrogari, & uideri, qua facie, qua animi trepidatione, &c.ut, l.de minore.§.plurium.ff.de quæſtioni.& exinde non poteſt procuratorem conſtituere, quia ipſemet debet reſpondere in ſententia ferenda, & diſputãda cauſa debet eſſe præſens audito-
43 rio.d l.1.ff.an per alium.* Et dato quòd ſit in carceribus, tamẽ abſens eſt ab ipſo iudicio.l.4.§.ait prætor.
44 ff.de damno infect.* Bene poterit aduocatum conſtituere.l.2.C.de requirẽ.re.in fi.Et Sozi.in regula ꝓcurator.fallen.10.dicit tex.hunc ab ali
45 quo non eſſe conſideratum.* Secũda pars tex.intelligenda eſt in eodem ſubiecto, ut exiſtentibus in carceribus, & citato accuſatore ad deducendam cauſam, uel accuſato ad ſe defendendum, ſi uterque non fuerit paratus, uel alter, quòd ſit infirmus, poterit mittere excuſatorẽ ad allegandas cauſas abſentiæ, & ſentẽtia ſi iuſta erit cauſa differtur: intelligẽdo quòd ſi non fuerit iuſta cauſa, non propter hoc ſententia feretur, ſed iudex compellet accuſatorẽ uel accuſatum, ut ſit præſens. quia ſi aſſumimus, quòd ſi cauſa nõ fuerit iuſta, ſententia feratur, erit aſſumere argumentũ à contrario ſenſu, propter quod corrigeretur d.l.1.ff.an per alium.& ideo non ſumatur, & ita ſecundum hanc interpretationẽ intelligo tex.in d.l.inter accuſatorem, hoc tit.de publi.iudi.quod ibi erat cœptum iudicium, nec poterat ſciri quæ pœna erat futura, per iam dicta.& uterque detineretur in carceribus, & illa citatio, de qua loquitur tex.ibi, intelligatur facta ad carceres, prout quotidie fit, & demonſtrãt uerba tex.in fi.dum dicit, & de accuſatoris putem reo calũnia pronũcietur &c.& ſic tex.ibi præſupponit alterũ ex ipſis inſtare ad expeditionẽ, & uterq; præſens quo ad carceres, qa ſi abſens, nõ ꝓcederet ac-
46 cuſatio. Et* tex.in l.1.an p aliũ, intelligitur, quòd ibi iam erat ſentẽtia lata, & poterat ſciri an pœna eſſet à relegatione infra, uel ſupra.& ideo nõ poſſumus aſſumere argumentũ, quod aſſumũt gl.& Docto. quòd à relegatiõe ſupra detur procurator, qa hic nõ eſt cognitũ de pœna, ibi
47 autẽ iam cognitũ.* Text.in l.reos. interpretãdus eſt ſecũdũ §.publice. quia ille tex.eſt Alexãdri Imperatoris, qui interpretaſ ab Vlpiano eius cõſiliario, ut dictũ generale, ibi, reſtringatur. quãdo abſens poteſt dãnari, & ſic à relegatione infra.& tex.in d.l.reos. intelligendus eſt ſecundum d.l.1.quòd ibi ſentẽtia erat lata. uerba text.declarant, dum dicit reos capitalium criminum, intelligenda

ſigenda ſunt, condemnatos. eſt tex. ad hoc. in l. defuncto. hoc titu ubi reus criminis, id eſt condemnatus. & ſic iſta iura concordantur, ut ſint in cauſa appellatiōis, & propter hoc ſit cognitum de pœna, & ideo detur procurator, cum ex proceſſu & ex ſententia appareat de qualitate
48 pœnæ.* Bar. concludit quoties agitur de ſuſpecto tutore, quòd ꝓcurator poſsit interuenire, non diſtinguēdo magis accuſatorē quàm reū. in accuſatore etiam quòd agatur de ſuſpecto tutore, procurator non cō ſtituitur. & iſtud eſt quod dicit text. in l. non ſolum. §. fi. ibi, ſed nō facile. ff. de procura. & ratio eſt, quia crimen ſuſpecti tutoris eſt publicum, quo ad hoc ut quilibet accuſet. l. 1. §. conſequens. ff de ſuſpect. tuto. & iſtud eſt quod dicit quaſi publicū, ut ex parte accuſatoris non detur procurator, ſed ex parte accuſati. & iſtud eſt quod importat dictio illa, quaſi. & habemus quòd in iudiciis competentibus cuilibet de populo, pro accuſatore procurator non conſtituitur. l. qui populari. ff. de popula. actio. & in illis popularibus ex parte rei datur procurator, ut ibi. Aliud eſt quod dicit Imol. hic, quòd iudicio agitato in cauſa ſuſpecti tutoris & dato procuratore, ſi ex proceſſu conſtet de delicto, procurator in ea cauſa interuenit, & ſic in conſequentiam procurator datur in eo caſu, in quo principaliter non datetur. Iſtud non uidetur procedere, ob
49 id, quia * quando proceditur in cauſa ſuſpecti tutoris, dato quòd crimē incidat, non punitur tutor de crimine, ſuper eo proceſſu, ſed erit forma ut iudex inquiret & formet nouum proceſſum. & omnia alia neceſſaria faciat pro iudicando ſuper crimine, & iſtud practicatur. Et quòd inquiratur in tali caſu dat formam Bar. in l. 2. §. publico. ff. de adult. in 2. regula.
50 * In ſecunda opp. Bart. quærit hic cur diuerſum, quòd ſeruus & exclamans in libertatem non conſtituit procuratorem, ſed prouocatus de libertate in ſeruitutem procuratorē cōſtituit. l. 1. C. de aſſer. toll. Saly. ibi dicit, quòd ex parte ſerui procurator non datur, quia agitur de cauſa ſtatus & perſonæ. tamē Alexandrin. hic dicit iſtam rationem poſſe referri ad utrumque, & ideo non eſſe uerum, & reliquit cogitandum. dico rationem eſſe poſſe, quòd ſeruus nō conſtituit, quia non habet uelle aut nolle, iuxta not. in l. ſeruitutem. ff. de reg. iur. ſecus in libero qui uocatur ad ſeruitutem, nam iſte habet liberam uoluntatem à pricipio. uel poſſumus dicere quòd ideo nō conſtituit ſeruus procuratorē, ne hoc medio domini uexentur, & quotidie colludant cum malis hominibus ad uexandum dominos, & colluſio & fraudes prohibentur per not. in le. 1. & toto titu. de collu. detegen. & in l. non dubium. C. de legi. ideo ſerui, ſi ius aliquod habent, ipſimet te-
51 nentur deducere.* Barto. concludit communem opi. eſſe, procuratorē dari à relegatione infra. difficultas eſt inter alia in l. fi. C. de iniur. iūcta l. fi. ff. eo. de iniur. Docto. conantur tollere illud cōtrariū, dicēdo ſpeciale eſſe in ea lege, quòd in actione in iuriarū detur ꝓcurator illuſtri, & ſecus eſſe in aliis. Hæc ſol. improbat,

quia glo.& Docto.non conſiderant crimen,ſed pœnã quæ eſt à relegatione infra.Datur alia ſolutio,quòd ſpeciale ſit,ut pœna relegationis imponatur illuſtri & non alia.Hæc ſol. damnatur,quia etiam non humiliores puniuntur ſola pœna relegationis.l.fi.ff.de iniur.Item concurrent duo ſpecialia,unũ quòd maior pœna non imponitur relegatiõe,aliud quòd per procuratorem ſe defenderent.Tertia datur ſolutio, propter dubietatem,ſi iniuria inferretur in illuſtrem,uel quòd eſſet difficultas iniuriantem eſſe illuſtrẽ.ſed hæc damnatur,quia præſupponitur in tex. quòd eſſet illuſtris,& quòd iniuria eſſet ęqualis.Datur quarta,quia pro iniuria poſſet imponi pœna capitalis,ut in famoſo libello,& in atroci iniuria. Damnatur & hæc ſolutio, quia illuſtris nõ poteſt damnari ultra relegationem.d.l.fi.Datur quinta ſolutio,quòd pœna corporalis afflictiua poſſet imponi pro iniuria.l. fi.ff.de iniur.ſed hæc damnatur,quia pœna corporalis non datur in illuſtrem.Poſſumus dicere,quòd ex parte accuſatoris ſit priuilegium ut ſe non ſubſcribat,& coram iudice non cõpareat in iudicio,prout in ciuili.l. quicunque.C.de procura.& in hoc cõſiſtat eius priuilegium,quia & in iudiciis priuatis principalis accuſator prę ſentat ſe.ut per Bar.in l.reos.

52 C.de accuſatio.col.pen.* Itẽ egregia perſona habet hoc priuilegium, ut non teneatur ſe præſentare in iudicio.l.ad egregias.ff.de iureiuran. gl.in §.in ſumma.Inſtit.de iniur.Priuilegiũ ex parte rei eſt,ut per ꝓcuratorẽ ſe defendat,ob id qa à principio maior pœna poteſt dari ex iniuria.quæ pœna etſi non imponatur à iudice,ſed remittatur ad principem,tamen in eo caſu in quo maior pœna relegatione poſſet imponi,datur procurator in illuſtri.quòd autem poſsit puniri,eſt text.in l.ſi grauius.C.de digni.lib.12.& in hoc conſiſtit ſuum priuilegium:quod ſecus eſt in priuato,quãdo pœna maior relegatione poſſet imponi:nam tunc procurator non datur.& iſtud intelligendum eſt ſecundum cõmunem opinio.& Bar.* Bart.in prima 53

q.concludit tex.in §.publicè,intelligi in quocunque comparente ſine mandato,non autem in procuratore.Dico quòd ille tex.debet intelligi in procuratore,coniungendo ipſum cum uerſ.præcedenti, dum dicit è contra,ſeruus procurator &c. quòd ibi ſtet deciſio, quòd ſeruus procurator eſſe poſſet.& in uerſ.publicè.reddatur ratio quare eſt quòd ſeruus ꝓcurator cõſtituitur,quia publicè intereſt abſentes defendi à quibuſcũque.& arguit à maiori Iuriſcõſultus,dũ dicit,nã & in capitalibus.poſtea extẽdit dictũ ſuũ,ut ubicũque aliquis abſens dãnari poſsit, ibi,quemuis &c.illa dictio,quẽuis, intelligẽda eſt tã de libero quàm de ſeruo,nõ autẽ de quocũq;,ut & ille tex.intelligatᷣ ſecũdũ ti.eo maximè qa ille tex.dũ dicit in fi.& ita Imperator noſter reſcripſit.habet relationem ad l.reos.C.de accuſ.quæ fuit lex Alexandri,cuius ipſe Vlpianus erat conſilarius.& tex.in d.l.reos.loquitur de procuratore,ut expreſsè in litera.Dicere autem quòd text.in d.l.reos.intelligatur in accuſatore allegante

allegante cauſas abſentiæ.eſt uiolare literam,quæ expreſsè dicit defendi.& Iuriſconſultus quando uoluit exprimere allegantem cauſas abſentiæ,exprimit per uerbum excuſatio. ſed quando uult nominare allegantem innocentiam,exprimit uerbum defendere,ut in text.noſtro.& in l.
54 ſeruum.hoc tit.de publi.iudi.* Stante ſtatuto quòd abſens damnari poſſit,Dy.cōſuluit procuratorem poſſe interuenire.Cy.in l.reos.C.de accuſatio.ſequitur hanc ſententiā.mouentur per tex.in §.publicè.Item ex alio,quia requiritur quòd cauſa ſit capitalis,& abſens non damnetur ad hoc ut procurator non detur.cū itaque abſens poſsit dānari,& cauſa eſt capitalis,ergo procurator interuenit.Præterea illa ratio,ne iudicium ſit eluſorium,ceſſat in hoc caſu:quia eodē modo dānabitur abſens,ſiue ꝓcurator ueniat ſiue non, & ſic uis non eſt in conſtituēdo procuratorem quo ad pœnam. Præterea eſt tex.in extrauag.ad reprimē. ibi,perſonaliter uel legitimè.ubi abſens dānari poteſt & interuenit ꝓcurator,intelligēdo illud uerbū,legitimè,id eſt per procuratorem.Nō ob.quòd Bart.ibi intelligat de uniuerſitate.nā dicit Imol.quòd ſi imperator uoluiſſet ſe referre ad uniuerſitatē,expreſsiſſet.Prçterea ea diligentia quis tractabit cauſam ſuā, & maiori,per procuratorem,quàm ſi nullus adeſſet, maximè quando iudex eſſet proceſſurus ad ſententiam.unde dicit Imol. procurator dabitur in hoc caſu cum ſpecialiſsimo mandato , quia & in grauioribus hoc ſeruatur,ſi non habebit tale mādatum ſpecialiſsimum.de quo in capit.fina.de procurato.in 6.admittitur procurator generalis.ſi talis non aderit,admittetur coniunctus,& poſtea quilibet extraneus. Bar.hic in prima q.tenet contrariū, quòd procurator non detur in hoc caſu,ſed ut quilibet admittatur,ob id ut prodeſſe poſsit,non obeſſe,ut latius per eum.Bal.in l.reos.colū.4. tenet eandem opi.motus ultra Bar. qa in cauſa appellationis exiſtēs in carceribus primi iudicis,nō tamē cōſtituit procuratorē in cā appellationis.l.1.ff.an per aliū cau.app.Præterea ſi procurator datur,principalis nō dicitur abſens,ſed fictione iuris præſens,& per conſequens abſens nō dānabitur.Saly.in d.l.reos. tenet eandem opinio.motus ultra alios,quòd paria ſunt,quòd aliquis ſit abſens,uel quòd ſit præſens & taceat.Modo quando aliquis eſt præſens & tacet,nō datur procurator, ſed datur quilibet ad ipſum defendendū.d.l.non tantū.eodem modo dicendū eſt,quòd abſenti,ęquiparato præſenti tacenti,non datur procurator,ſed quilibet ad defendēdū. Iaſ.in l.2.C.qui teſta.face.poſſ.ſequitur eādem opi.motus ratione Bart. quæ eſt,quòd iudex admittitur ex officio ad perquirendā ueritatē,ergo & quilibet tertius. Excellentiſsimus Hippoly.de Marſ.in ſua practi. in uer.ſequitur.nu.27.relatis multis diſtinguit,aut ꝓcurator interuenit ad opponendū quòd iudex non eſt competens,quòd non poſsit procedere,& declinat iuriſdictionem. uel opponit exceptionē quæ perimit iudiciū,tunc admittat.aut uult

interuenire ad plenam defenſam, & tunc non admittitur ut procurator, ſed ut quilibet de populo. Secũdam opi. quòd procurator detur in caſu ſtatuti, puto nõ procedere, ne detur iſtud inconueniens, quod inductum per ſtatutum in odium, ad damnum & præiudicium delinquẽtis habeat in ſe fauorem ut procurator detur. quod eſt contra text. in l. quod uero. ff. de legi. Itẽ daretur aliud inconueniens, ꝙ in conſequẽtia reus haberet id quod conſequi nõ poteſt, principaliter contra not. in l. non dubiũ. C. de legi. Itẽ daretur correctio legis ex conſequẽtia, cũ enim ex lege abſens non poſsit damnari per ſtatutum illud corrigitur. l. abſentem. ff. de pœni. corrigeretur etiam lex noſtra, quæ prohibet procuratorẽ dari, quod non eſt dicendũ l. pręcipimus. in fi. ff. de ap-
55 pellatio. *Itẽ citationes in cauſa capitali fiunt perſonaliter ea ratione ut iudex poſsit uidere reum, quo uultu, qua trepidatione, & uidere an ſit uarius, & omnia notare debet, & ex eo ſolo indicio procedere poteſt ad torturam. l. de minore. §. pluriũ. ff. de quęſtioni. & ibi Bar. & ideo ſi reus comparet per procuratorem, non eſſet ſatiſfactum legi neque citationi. Item ſtatutum addens hoc iuri communi, ut ſentẽtia in abſentem feratur, non alterat diſpoſitionem publici iudicii. & ideo cum & in principio delicti & in fine remaneat publicum iudiciũ, quia & modus & pœna ſubeſt, publicum eſt, & procurator non dabitur, ut in text. noſtro. Deducta in contrarium nõ ob. & maximè text. in extrauagan. quia arguitur à caſu ſpeciali ad legẽ generalem, quod non licet. Item illud uerbum legitimè, debet referri
56 ex mente Bart. *ad uniuerſitatem, quæ in delictis poteſt comparere p procuratorem, & ſyndicum, prout vere innuunt uerba dictæ conſtitutionis, dũ dicũt, ipſum uel ipſam. Alia opinio quæ ſe habet, quòd nõ ut procurator, ſed ut quilibet admittatur, non eſt tuta, nec practicatur, quia pro ea nõ eſt lex aliqua. Tex. in §. publicè. loquitur in procuratore, ut dixi. & loquitur in eo qui abeſt à iudicio tantum, non autem à uinculis, & in pœna à relegatione infra. Quęſtio Doctorũ eſt in pœna capitali, & à relegatione ſupra. Illa conſequentia, iudex ex officio poteſt, ergo & priuatus. nõ tenet, quia multa conceduntur iudici in procedendo, quæ non conceduntur parti, quia maior eſt eius authoritas. Nec eſt præſumendũ quòd uelit aliquam fraudem committere, quod non eſt in tertio comparẽte, iuxta not. in c. qualiter & quando. el. 2. de
57 accuſa. & ibi Abb. col. 4. *Tex. in l. non tantum: de appella. habet ſpecialitatẽ in ſe, ut quilibet poſsit appellare pro ſubueniẽdo ipſi reo, ne iudex per iniquitatem, uel per malitiam impediat reũ appellare, quia ex appellatione iudex iniuriatur. & quẽadmodũ ſententiã tulit iniquo animo, eodẽ modo uult ipſam exequi, & poterit multis modis impedire reum ne appellet, & etiam timorem imponere per ſuos miniſtros, ut nec audeat dicere, uolo appellare, aut ꝙ noĩe ſuo appellatio interponatur. & ex hoc text. in iſto

caſu

caſu uoluit prouidere fraudibus & dolis ipſorũ iudicũ,& exinde diſpoſitio hæc particularis in appellatione ob dictã cauſam inducta,nõ de-
58 bet trahi ad aliã generalẽ.* Cautela eſt,& ita practicatur & practicari põt,quòd pars uolẽs fauere reo, det teſtes ſecretè ipſi iudici examinãdos ſuper innocẽtia rei,& cognita ueritate iudex poterit eũ abſoluere.iſtam caute.dat Cepo.cautel.66.

Eſt & alia cautela,ut quęratur pax ab interfectore cum propinquis occiſi,& omnino fiat ſi poteſt:& poſt ea ea facta, tu qui uis defendere abſentẽ,fac ut propinqui occiſi dicant ſe uelle accuſare abſenrẽ & interfectorẽ,& ꝓponãt accuſationẽ. & poſtea fac quòd ipſi etiã producant eos teſtes quos uis examinari ſuper innocẽtia, & illi teſtes recipientur à iudice,& deponẽt ſuper innocẽtia accuſati,& iudex poſtea cognita ueritate poterit abſentẽ ab ſoluere,& ita ſolet aliquãdo practi-
59 cari.* Bar.hic col.4.cõcludit dominum pro ſeruo, patrẽ pro filio,admitti ad defendendũ.Bal.in l.reos. C.de accuſatio.col.4.dicit ex mẽte glo.in l.2.C.eo.ti.quòd aut cõparet pro ſuo intereſſe, & admittitur, quia eſt ius pecuniariũ in ſeruum.l. pen.ff.dè cõdi.ob cau.Pater admittitur ob intereſſe operarum.l.fi.ff.de his qui deiece.uel effu.& no.Inn.in c.1.extra,de iureiur.ubi dicit quòd non ſolũ pater poteſt agere cõtra interfectorẽ filij ut puniatur pœna l.Corne.de ſica.ſed etiam ut pręſtet ei intereſſe operarũ, & exemplificat in patre ſene,& extenditur etiã in filio pupillo cuius pater eſſet interfectus.Itẽ admittetur propter periculũ cõdẽnationis faciendæ. Aut iſte pater uel dominus nõ cõparet pro intereſſe,& tũc admittitur.ſed nõ ad ſentẽtiã,ex mẽte gl.ut per eũ breuiter dicit ipſe, pater & dominus admittũtur ad omnia, præterquam ad tria,litis conteſtationem, torturã & ſententiã.& differentia eſt quòd compareat pro intereſſe aut compareat tanquam alius. Nam primo caſu poterit interuenire ipſe & eius procurator. Secũdo caſu procurator nõ datur nomine patris uel domini,ad defendẽdum filiũ uel ſeruũ.Glo.in,d.l.2.nõ dicit id ad quod allegatur,ſed diuerſificat diſpoſitionem illius legis à diſpoſitione noſtra, quòd ibi ſit intereſſe & utilitas domini , & pro ſe interueniat, hic autem pro alio procurator datur , & ſic pro extraneo.Salyc.in d.l.2.C.de accuſatio. dicit dominũ citari,quia agitur de eius intereſſe.argu.l.nã ita diuus.ff. de adop.& eũ defendere debet,& põt,quia citatus:ſed ſi eũ nõ defenderet,põt ſeruus ſeipſum defendere.& ſi ſeruus fuerit abſens,põt dominus ipſum defendere.l.nõ tãtũ. de appel.& d.l.ſi nõ defendãtur.ff. de pœ. Imò pluribus cõcurrẽtibus præfertur dominus.l.ſi plures.ff.de accuſa.& non tantum in principio, ſed etiam in medio poteſt defendere,dando teſtes & alia neceſſaria,pro eius defenſione,ut uult gl. in l.ſi ſuſpecti. de inoffi. teſt.Doct. cõiter tã hic quàm in c.ueniẽs. de accuſa.trãſeunt cum iſta opinione quòd dominus ꝓ ſeruo,pater ꝓ filio,admittatur illis abſẽtibus,& ita

Z 4 cõſu-

cōſuluit poſt alios Cepol.cōſi.45.& 54. Non uidetur poſſe procedere, quòd dominus admittatur pro ſer-
60 uo abſente, præſupponendo* quòd ſeruus poſsit accuſari pro quolibet iudicio publico, excepta pœna pecuniaria & relegatiōis.l.hos accuſare.§.omnibus.de accuſati.l.abſens.
61 C.de accuſa.*ſi inquireretur contra eū, nō poteſt ſententiari, quia à relegatione ſupra iudex non debet pronunciare in abſentem. l. abſentem.ff.de pœnis. & ſic in primo caſu non fit iudicium. in ſecundo ſententia non poteſt ferri.d.l.hos accuſare.§.fi.præterea eſt tex.in l.2.ff.de exhiben.re.ubi ſeruus accuſatus de crimine capitali, debet ſiſti per dominū ad hoc ut nō ponatur in uinculis, ſed alius locus ꝑ carcere ſibi aſsignetur.& ſi non adeſt dominus qui promittat, in uinculis conicitur, ſi dominus poſſet abſentem defendere, non eſſet neceſſariū quòd pro eo promitteret, & ſiſteret in iudicio, ut etiā dicit tex.in l.2.C.de accuſatio.Cum itaque dominus præſentet ſeruum, promittat pro eo, in carcere ponatur, ſecundū quod intelligunt Bar.& Ang.in d.l.2.in cōſtituēdo carcerem, uel alium locum particularē, dicendum eſt ipſum dominū non poſſe defendere ſeruum abſentem, eo maxime, quia text. in d.l.non tantum. & l.ſi non defendātur.adducti contrarium demōſtrāt, ſeruum eſſe in manu iudicis nō abſentem, dum dicūt, ad ſuppliciū du
62 cit. *Practica eſt, ꝙ uolētes habere defenſiones pro filio, cōpareāt coram iudice, prius facto mādato ſpeciali per ipſum filium patri de confitendo delictū, & ipſe pater fatendo delictū uult defenſiones pro filio ad oſtēdēdū, quòd ille qui eſt mortuus non deceſsit ex uulnere, uel ꝙ filius uulnerauit, uel occidit ad neceſſariam defenſam, uel quòd caſu cōmiſſum fuit homicidiū. & ita ſer-
63 uatur in practica. *In eadē q.an & quādo à relegatione infra detur ꝓcurator, dum Docto. inſiſtūt ſuper intellectu l.1.ff.an per aliū. ꝙ ne detur replicatio capitalitatis, illud uerbū, uſque ad relegationē, intelligatur incluſiue, ad hoc, ut ille uerſ.ſed & ſi.aliquid operetur.& hoc ex opinio. ultramontanorum. Bart. & alii intelligunt illud uerbum capitalis, quòd intelligatur de pœna mortis. uerſ.ſed & ſi.intelligatur de aliis pœnis proximis morti, ut in damnatione in metallum, deportationis, operis publici.& quòd ille uer.uſque ad relegationē, ſtet excluſiue. Pro tollenda iſta difficultate, puto text.illū debere intelligi quòd uſque ad illū uerſ.ſed & ſi.ueniant uerba reſcripti, & quòd non extendantur ulterius, propter illud quod dicetur in princi.illius legis, in pecuniariis cauſis ſunt reſcripta.& uſquequo loquitur ad declarationem cauſarum pecuniariarū, durent uerba reſcripti: poſtea quādo uenit ad diſtinctionē cauſæ capitalis, ponantur uerba iuriſconſul.& ideo in eo uer.ſed & ſi. Iuriſconſultus nō repetat, ut dicūt Docto. ſed declaret uerba reſcripti diſtinguendo de pœna uſque ad relegationem excluſiue, incipiendo à ſuperiori, non admittatur procurator, quia in illis caſibus abſens non damnatur. & dubietas quæ poſſet

ori

ſet oriri, declaratur in l. abſentem. & ſic cōcluſio ſit, quòd uer. ſed & ſi. contineat declaratione rescripti in diſtinguendo pœnas ipſas. ſimili or dine & modo uſus eſt Iuriſconſultus in d. l. abſenté. ubi generaliter per reſcripta erat deciſum, abſenté non poſſe dānari. Iuriſcōſultus diſtinguit pœnā relegationis ab aliis. & hoc mō ceſſabit difficultas in d.
64 l. 1. * In alia q. an carceratus poſſit ꝓcuratorē cōſtituere, Bar. eſt in ea opi. & cōmuniter Doct. poſt ipſum, ut poſſit procurator cōſtitui, quia rationes impedientes eius conſtitutionē ceſſant, cum poſſit puniri, & ſentētia nō reddatur deluſoria. & iſtud eſt maius fundamētū quo Docto. utuntur. Io. An. in c. ueniens. de accuſat. Alber. in d. §. publicè. & Benedict. de Plombi. hic tenēt mediā uiā, quòd procurator admittatur, nō tamen ad cōteſtandum litē, aut ſententiā audiendā. Sal. in d. l. reos. & ultramontani cōmuniter tenuerunt procuratorē non poſſe conſtitui, per tex. in l. 1. ff. an per aliū. ubi præſupponendum eſt, capitalē cauſam agi, & omnia requiſita à lege adeſſe in eo iudicio, ut ambo & accuſator & reus, ſint carcerati: & quòd ſimus in cauſa appellationis exiſtente eo ſtatu, & tamen Iuriſconſultus negat conſtitutionē ꝓcuratoris. Imo hic uidetur uelle ſoluere illud cōtrariū, dicendo quòd ille reus uel accuſator aufugerat. hęc ſolutio non uidetur uera, cū Iuriſcōſultus non dicat caſum particularē, ſed procedat per uiā doctrinę. ideo ſolutio hæc non poteſt applicari, maxime quia, ut dixi in princi. tex. hic & in l. inter accuſatorē. intelligēdi ſunt neceſſariò in eo caſu, in quo & accuſator & accuſatus ſint carcerati. Poſſemus dicere ꝙ carceratus pōt ꝓcuratorē cōſtituere, ſed ille ꝓcurator nō efficit dominus litis, ut in l. nullo. & in l. ꝓcuratoribus. C. de ꝓcu. ex qbus ꝓcurator efficitur dominus litis. unde in cā criminali dato ꝙ ſit cōſtitutus ꝓcurator, iudex interrogabit reū ſemel & pluries, de eo q̄ſtionē habebit & alia faciet neceſſaria cū pſentia rei. Nec ꝓcurator q interuenit in principio, pōt dicere ſe dominū litis. & iſtud erit qđ dicit tex. noſter, ꝙ fruſtra interuenit ad impediēdū officiū iudicis. nā carceratus dū nō eſt cōdēnatus, & factus ſeruus pœnę, poterit & ꝓcuratores cōſtituere & alia agere. l. q capitali.
65 C. de pœn. * Practica tamē eſt, ꝙ nō cōſtituat ꝓcurator, ſed qlibet defendens producit ſcripturas, tanquam defenſor carcerati ab eo quòd conſtituatur mandatum.
66 * Viſum eſt ſuprà in quibus caſibus poſſit dari procurator, quando proceditur per uiam accuſationis: ſed quia procedi tur etiam alijs quatuor modis præter ſupradictum, ſcilicet per inquiſitionem, per denunciationem, & ubi eſt notorium crimē eſſe cōmiſſum, & per uiam exceptionis. ut per Bar. in d. l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter. & in l. diuus. ff. de cuſto. & exhib. reo. & per Doct. in c. qualiter & quando. extra de accuſa. Ideo de quolibet uideamus, in quibus caſibus detur ꝓcurator.
67 * & primo in cauſa inquiſitionis quæ de iure ciuili ſuccedit loco accuſationis, dicta l. 2. §. ſi publico. Specula. Ioan. Andr. & Hoſtien.

tenuerũt quòd admittatur procurator. Pet. de Ancha. in c. inquiſitionis. extrà, de inquiſ. diſtinguit, quòd de iure ciuili nõ admittat, q inquiſitio de iure ciuili ſuccedit loco accuſationis, ut dixi. & eadẽ pœna imponitur quando proceditur per inquiſitionem, prout per accuſatio-
68 nem. * ſecus de iure Canonico, quia non imponitur pœna ſanguinis. c. ſententia. extra, ne cleri. uel mona. & hanc eandem diſtinctionem ſecutus eſt Bald. in d. l. reos. in fi. C. de accuſa. Sozi. in d. c. ueniens. extra. de accuſa. ſecutus eſt opinionem Spec. & Ioan. And. & Hoſti. limitando tamen ut non procedat, quando eadem pœna quæ imponitur ubi proceditur per uiam accuſationis, imponitur ubi proceditur per uiam inquiſitionis. & hoc idem tenuit Ioan. de Ana. in d. c. ueniens. tu autem dic in iſto caſu, quòd iudex ſeruato ordine inquiſitionis, quem dat Bart. in d. §. ſi publicè. debet prius examinare teſtes. & hoc facto poterit ex eorum dictis & atteſtationibus cognoſcere quæ pœna ſit futura, uel à relegatione ſupra, uel corporali,. & ſi cognouerit pœnam futuram à relegatione infra, admittet procuratorẽ: ſi aũt à relegatiõe ſupra, nõ admittet. & ſic etiã in hoc caſu erit diſtinguẽdũ, quẽadmodũ diſtinguũt Doct. in caſu quo proceditur per accuſationẽ, & ita etiam hodie ſeruatur, quòd iudex prius examinat teſtes ut ſuprà.
69 * In tertio caſu quando proceditur per denunciationem, habemus notabilem theoricam Bart. in l. diuus. ff. de custo. & exhibi. reo. ubi latè tractat hanc materiã. & uide etiã per Ang. in tracta. ſuo de maleſi. in uer. nec nõ ad denũciationẽ. ubi la-
70 te, & per Moder. ibi. * Quis autem poſsit conſtituere hos denunciatores, qui uulgo appellantur capita centenariorum, uel Decani, dic quòd quilibet habens merum imperium. ut per Bart. ibi in 2. col. & eum ſequitur Ang. in præallegato loco. effectus autem denunciationis, & qui poſſent conſtitui, & alia permulta, uide per Barto. in d. loco.
71 * In propoſito utrum procurator admittatur quando proceditur per denunciationem, diſtingue quòd iudex poteſt procedere duobus modis ſuper denunciatione. primò procedendo ſimpliciter ſuper de-
72 nunciatione, * & iſto caſu poſſunt opponi omnes exceptiones quæ poſſent opponi contra accuſatorem, ut no. Bart. in d. l. diuus. in pen. col. & in iſto caſu dic, quòd iudex, ſi nõ poteſt à principio cognoſcere quæ pœna ſit futura, non admittet procuratorẽ, ſed prius examinabit teſtes, & ex eorũ dictis cognoſcetur quæ pœna eſſet futura, & tunc ſi erit futura à relegatione infra, admittet procuratorem, aliàs ſecus,
73 ut ſuprà dictũ fuit. * Poteſt etiam alio & ſecundo modo iudex procedere, formando inquiſitionem ex illa denunciatione, & tunc dic ut ſuprà maximè dictũ fuit in mẽbro in-
74 quiſitionis. * In quarto caſu, quãdo proceditur ubi crimẽ eſt notorium, ut not. Spec. in tit. de noto, crimi. & tangit Bar. & apoſtilla. ibi, in uerſic. quæro unũ. in d. l. 2. §. ſi publico. col. 5. uer. ult. ſcias, quia crimen eſt notorium,

rium, iudex poteſt ex qualitate delicti cognoſcere quę pœna ſit futura. ideo à principio admittet, uel non admittet procuratorem, ſecundum diſtinctionem ſuprà datam. ſed ſi pœna erit futura à relegatione ſupra, non admittet, alias ſecus.

75 * Vltimò etiam proceditur, quando crimen fuit oppoſitum per uiã exceptionis. ideo reliquum eſt uidere utrum in hoc caſu admittatur procurator. Cauſa exceptionis ſi intentatur, & opponitur exceptio ad repellendum accuſatorem, dabitur procurator, prout concludunt omnes Doct. hic. Aut opponitur exceptio ad puniendum, & tunc procurator non admittitur, ſi exceptio fuerit criminis publici: & ſuper ea proceditur quemadmodum ſuper accuſatione, & exceptio opponi poteſt in prima & ſecunda parte iudicij, ante nomen rei receptum inter

76 reos,* & ſic ante litem conteſtatã, quo tempore opponuntur exceptiones dilatoriæ, ut in l. exceptione. C. de probatio. & de iſtis exceptionibus dilatorijs in cauſa criminali, habetẽ in l. qui iudicio. ff. de accuſatio. & inter alias eſt exceptio

77 hæc,* quòd pecunia corruptus accuſauit, & iſte talis poteſt puniri de falſo & concuſsione. l. 1. ff. de fal.

78 * Opponens, uolens repellere accuſatũ, debet in cõcluſione exceptionis dicere, quare peto me liberari ab accuſatione. ſi uero uoluerit excipere ad puniendũ, debet cõcludere, peto dictum accuſatorem pecunia corruptum condemnari ſecũdum leges. & hoc caſu procurator non admittetur, quamuis in cognitione exceptiõis in primo caſu pcu

79 rator admitteretur.* Et aduertẽdũ eſt ad crimẽ lenocinij, ut uxor accuſata de adulterio, opponat tale crimẽ ad repellẽdũ maritũ ante litẽ cõteſtatam, quia ſi aliàs opponeretur poſt litem conteſtatam, non repelleretur maritus, dato quòd eſſet puniendus. l. ſi uxor. §. iudex. & ibi gl.

80 & Bart. ff. de adulter. * Reaccuſatio fieri poteſt ante litem cõteſtatam, iuxta l. neganda. C. qui accuſa. non

81 poſſ. * Si uero opponitur poſt litẽ conteſtatam, dilatoria non admittitur. l. ſi maritus. §. præſcriptiones.

82 ff. de adulter.* Peremptoria autem opponitur etſi ad repellendum uel defendendũ ſimpliciter procurator admittitur, quia non infamat. l. Lucius. ff. de ijs qui no. infa. aut ad puniendum, ut ſi opponatur contra teſtes & inſtrumẽta de falſo, & cõtra maritũ exceptio adulterij, & cõcludatur pœnã debere imponi, iſta exceptio habet eãdẽ cognitionẽ, quã habet accuſatio, ad procuratorẽ cõſtituẽdũ, ut per Spe. in ti. de cri. per

83 mod. exce. propon.* Quæritur utrũ uniuerſitas uel ciuitas cõſtituat procuratorẽ uel ſyndicũ in cauſa criminali. in accuſatore põt ciuitas cõſtituere ſyndicũ ad accuſationẽ proſequẽdã. Bar. in l. 2. §. fi. ff. de accu. Gã-

84 di. in ti. de proc. co. 2.* Accuſatus uero per uniuerſitatẽ, nõ defendet ſe per procuratorẽ in eo caſu, in quo ſe non defendet ſi per priuatum accuſaretur. Lucas de Pen. in l. tã collaterales. §. ut autem. C. de re mili. libro 12. adducit rationem, quia eſt perſonale & particulare, ut uniuerſitas accuſet per procuratorem,

uel ſyndicum, & non extenditur ad accuſatum.l.1.ff.de conſti.princi.An uniuerſitas ſe defendat per ſyndicum, uideamus prius an delinquat. Item quam pœnam patiatur,& ſucceſsiue quo caſu ſyndicus detur.
85 *Vniuerſitas delinquit in omittendo.l.iubemus nullã.C. de ſacroſan. eccle.Item delinquit in committendo, & tunc aut reſidet in poteſtate uniuerſitatis,ut condere ſtatuta,dare iuriſdictionem, imponere grauamen,& ſimilia, & tunc delinquit. auth.nulla cõmunitas.C. de epiſco. & cleri.aut non reſidet in poteſtate uniuerſitatis,ut committere homicidium, & ſimilia: & tunc ſi habito prius tractatu, ac communicato cõſilio fuerit cõmiſſum, punitur:ſecus ſi conſilium non interuenit,& dato quòd leuato uexillo proceſſerit uniuerſitas ad homicidium,nõ tenetur ut uniuerſitas, ſed ut ſinguli.Bar. in l.aut facta.§.fi.ff. de pœn.Fely.in c. dilectus.2. de ſimonia. qui dicit hãc
de publi.iudi.& ita quotidie ſeruatur, quòd iudices & poteſtates dãt aduocatos carceratis. & cum proceditur in cauſa, quicunque uult indicia illa petit, & ita uidi ſeruari. Pro-
103 ceſſus * & teſtes qui dantur per iudicem ipſi reo, ad hoc ut ſe defendat, habent diuerſa nomina. Aliquãdo appellantur probatio, ut in l. I. §. I. ibi, ita probationi. ff. de quæſtioni. Aliquando argumenta, ut in d. l. I. & in l. milites. C. eo. & per Ang. in l. 2. C. de quæſtioni. Aliquando præſumptiones, etiam aliquando coniecturæ, prout eas appellat Bal. in l. non hoc. C. unde cog. dicens ruſticos Papienſes appellare has coniecturas. ut etiam per Deci. in c. tertio loco. col. fi. de probatio. Aliquando uerisimilitudines. Aliquando adminicula, ut ponit Bal. in l. ea quidem. col. 2. C. de accuſatio. & Alex. in d. l. fi. ff. de quæſt. in addi. fi. & multa ponit Bru. in tracta. de indicijs. in I. q.
104 * Diſputatio tamen iſtorum nominum relinquenda eſt pertinacibus. gl. in rub. ff. ſo. ma. & de iſtis nominibus loquẽs Abb. in d. c. tertio loco. & in c. quanto. in prin. de præſumptio. & ibi Fely. col. fi. & Inno. in c. quia uerisimile. eo. tit. dicunt relinqui pertinacibus.

SVMMARIVM.

1 *Reus aſſerens non ex animo occidiſſe, debet ſe præſentare, & id probare. & eo conſtito extraordinariè punitur.*
2 *Iudex ex officio rei innocentiam perquirere debet. & nu. 5.*
3 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
4 *Iudex contra delinquentem ex officio inquirit, etiam nomine inſtante.*
5 *Rei fauorabiliores ſunt quàm actores.*
6 *Atteſtationibus publicatis, non poſſunt ſuper eiſdem capitulis uel directo contrariis, teſtes recipi.*
7 *Iudex poſt publicatas atteſtationes ex officio, teſtes ad partis utilitatem recipit.*
8 *Iudex ex officio recipit teſtes parte abſente.*
9 *Cautela ut quando quis renunciauit productioni teſtium, uel inſtrumentorũ cum iuramento, quòd procuret medio alicuius amici, quòd iudex ex officio teſtes recipiat.*
10 *Periculum ubi maius eſt, ibi cautius eſt agendum.*
11 *Inſtructor & informator defenſionum abſentis, in cauſa criminali poteſt interuenire.*
12 *Iudex maleficiorum poteſt examinare teſtes à parte non productos.*
13 *Iudex ex ſuo officio in criminalibus poteſt inducere probationes pro reo.*
14 *Procurator interuenire poteſt quoties eſt pœna uſque ad relegationem.*
15 *Procurator non admittitur in crimine publici iudicii.*
16 *Iudex per præſentationem rei, uidet quo uultu, quo pallore, & qua trepidatione reſpondet.*
17 *Iudex non debet ex officio teſtes pro reo aſſumere, ſine eius præſentatione.*
18 *Reus citatus non comparens delinquit.*
19 *Contumacia eſt delictum.*
20 *Citatus non comparens, à iudice mulctatur.*
21 *Reus criminaliter citatur mandato iudicis.*
22 *Citatio in ciuilibus fit ad partis inſtantiam, ſine iudicis mandato.*
23 *Commodum ex eius delicto quis conſequi non debet.*
24 *Intellectus ad l. ſi non defendatur. ff. de pœnis. &*

pœnis.& l. ·.§.fi.ff.de quæſtionibus.

25 Milites ſunt fauorum pleni.

26 Intellectus ad l.reus.C.de accuſatio.

27 Intellectus ad l. ſeruum quoque. §. publice.ff.de procuratori.

28 Vlpianus fuit aſſeſſor & conſiliarius Alexandri imperatoris.

29 Reus in cauſa publici iudicij tenetur ſe iudici perſonaliter præſentare & defendere.

30 Iudex non debet recipere probationes rei abſentis in cauſa capitali, licet pœna futura fuerit minor quàm capitalis.

31 Pater admittitur pro filio in cauſa capitali.

32 Delicta militum quibus pœnis puniantur.

33 Homicida ſine dolo, extraordinariè punitur.

34 Differentia inter crimen, delictum, & maleficium.

35 Crimen quando eſſe dicatur.

36 Bannitus propter ludum an impunè occidi poſſit, ſi ex forma ſtatuti, pro crimine bannitus, poteſt impunè occidi.

37 Ludus inter crimina numeratur.

38 Delictum quando dicatur eſſe.

39 Delictum quandoque ſine dolo committitur.

40 Delictum committitur etiam ſine animo.& nu.63.

41 Delictum non eſt, ubi pœna non adeſt.

42 Illicitum quod pœnam non meretur, delictum non appellatur.

43 Maleficium quid comprehendat.

44 Statutum, quòd pro maleficijs de nocte commiſſis pœnæ duplicentur, non habet locum in uerbis iniurioſis.

45 Maledicens Deum de nocte, qua & quo tuplici pœna puniatur, uigore ſtatuti puniētis maleficia nocturna duplici pœna.

46 Condemnatus pro non faciendo, pro maleficio condemnatus non dicitur.

47 Omittere, propriè non eſt maleficium.

48 Condemnatus pro contumacia, non eſt condemnatus pro maleficio.

49 Bannitus ex contumacia, non poteſt impunè occidi, uigore ſtatuti, permittentis bannitum pro maleficio poſſe impune occidi.

50 Statutum duplicat pœnas ob atrocitatem delicti, & ratione loci maior eſt atrocitas.

51 Male geſtum ſiue uerbis ſiue literis, ſub maleficio comprehenditur.

52 Obligationes ex maleficijs naſcuntur.

53 Iniuria fit re & uerbis.

54 Officium unde dictum.

55 Præſumptio una tollit aliam, non imputato de homicidio.

56 Imputatus de homicidio, uolens ſe defendere, quid probare habeat.

57 Prædicamenta x. dantur ſecundū Philoſophos, & eodem modo ſecundum legū determinationem.

58 Delicta qualiter demonſtrentur.

59 Subſtantialia delicti quæ ſint. & numero 61.

60 Definitio conſtat ex genere & differentijs.

61 Delictum eſt genus generaliſſimum, & crimen ſubalternum.

64 Commiſſum à caſu, dicitur delictum.

65 Subſtantia qualiter accipiatur.

66 Qualitas delicti quid ſit.

67 Quantitas quæ ſit in delictis.

68 Homicidium ex propoſito, ab impetuoſo uel caſuali, ex uulnerum quantitate cognoſcitur.

69 Locus aggrauat delictum.

70 Correlatiui exempla.

71 Tempus delictum aggrauat. & numero 79.

Aſſiſtentia

72 *Aſsiſtentia ad delictum indicat tractatum.*
73 *Arma induens, præſumitur de rixa & bello cogitare.*
74 *Agere, in delictis quid ſit.*
75 *Pati, quid ſit in delictis.*
76 *Qualitate aliqua, accuſationi adiecta non probata, an reus debeat abſolui. & nu. 77. uſque ad nu. 101.*
77 *Recedendum non eſt ab accuſationis forma.*
78 *Nemo ſine accuſatione condemnatur.*
80 *Probatio recepta ultra deductum in iudicio, non præiudicat.*
81 *Sententia libello debet eſſe conformis.*
82 *Condemnatio in dubio, in criminalibus non ſequitur.*
83 *In criminalibus non eſt uagandum.*
84 *Iudex ſuper toto debet pronuntiare.*
85 *Accuſator probare debet ea, ad quæ ſe aſtrinxit.*
86 *Alterum probari nõ ſufficit, ſi de re & tempore eſt quæſtio.*
87 *Additio qualitatis non uitiat præcedentia.*
88 *Acceſſorio deficiente, remanet principale.*
89 *Principali remoto, remanet acceſſorium.*
90 *Delictum fuiſſe commiſſum, & de nocte, ſunt ſeparata. & licet condemnatio non procedat ex eo quòd de nocte, procedit ex uulnere.*
91 *In dubio magis dicendum eſt, quòd res ualeat quam pereat.*
92 *In delictis in dubio ſit condemnatio.*
93 *Scientia uel ignorantia non eſt de ſubſtantia delicti.*
94 *Qualitas delicti non probata, ſacramẽto accuſatoris probari poteſt.*
95 *Actione una intentata ad uindictam, aliæ ſunt fruſtra.*
96 *Non eſt in poteſtate partis, ſuper delicto magis requirere unum quam aliud.*
97 *Concluſio in accuſatione non apponitur, ſed ſolummodo factum.*
98 *Facti quæſtio eſt in arbitrio iudicantis.*
99 *Qualitas non eſt ſine ſubſtantia.*
100 *Clauſulæ, non ſe aſtrigens &c. ſaluo iure &c. deducens &c. quid operentur in accuſatione.*
101 *Delictorum quædam nominata, quædam innominata.*
102 *Conſuetudo loci contractus, ſeruari debet.*
103 *Conſuetudo loci commiſſi delicti attenditur.*
104 *Initium attenditur in contractibus.*
105 *Lex & conſuetudo temporis commiſſi delicti attenditur.*
106 *Argumentum de contractibus ad delicta, ualet.*
107 *Arguitur à delictis, ad contractus.*
108 *Ciuitas obligatur ex delicto.*
109 *Argumentum de ciuilibus ad criminalia ceſſat, quando datur diuerſa ratio.*
110 *Plurium furtum, & plurium damnũ, uel iniuria, an unum damnum, uel una iniuria dicatur.*
111 *Delicta nominata, quæ ſint, & quæ innominata.*
112 *Homicidium à pluribus commiſſum, unum tantum dicitur.*
113 *Plura uulnera, quando unum uel plura uulnera dicantur.*
114 *Delicta nominata, qualiter inter ſe differant.*
115 *Delicta innominata quot ſpecies habeant.*
116 *Homicidium ex propoſito, homicidium impetuoſum, & homicidium caſuale, ſpecie non differunt.*
117 *Iudex quãdo pronunciat ſuper delicto, lex pro*

lex pronunciat de pœna.

118 *Delicta non habentia pœnam ordinariam, pœna imponi ſolita pro ipſis delictis puniuntur.*

119 *Iudicis pronunciatio ſuper delictis innominatis quid operetur.*

120 *Homicidium ſpirituale quot modis cõmittatur.*

121 *Homicida non habet partem in regno Chriſti.*

122 *Homicidium corporale quot committatur modis.*

123 *Dolus uerus & dolus præſumptus quis ſit, & nu. 125.*

124 *Dolus continetur in furto, adulterio, falſo, & ſimilibus.*

126 *Dolus dupliciter conſideratur.*

127 *Dolum allegans probare debet.*

128 *Bonus quilibet præſumitur, & bene agere, niſi contrarium probetur.*

129 *Dolus an & quando præſumatur.*

130 *Malus animus & dolus in prohibitis præſumitur.*

131 *Dolus committitur in omittendo & cõmittendo.*

132 *Pœnæ imponi debent ſecundum delictorum qualitates.*

133 *Bannitus pro homicidio an poſſit ſe redimere occidendo bannitum pro furto.*

134 *Furtum ſemper habet in ſe dolum, ſicut falſum.*

135 *Culpæ ſpecies ſunt quinque.*

136 *Lata culpa quid ſit, & quomodo contingit.*

137 *Lata culpa non æquiparatur dolo, in delictis pœnam ſanguinis ingerentibus.*

138 *Lata culpa in quo conſiſtat.*

139 *Intellectus l. ſi quis aliquis. §. abortiõis. ff. de pœn.*

140 *Lata culpa non æquiparatur dolo, ubi lex dolum requirit. quando non requiritur dolus in lege, tunc lata culpa æquiparatur dolo.*

141 *Intellectus ad l. 1. §. hac actio. ff. ſi men. falſ. mo. dixer. & l. 1. §. non autem. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. & num. 143. & 144.*

142 *Verbum duntaxat, eſt reſtrictiuum.*

143 *Proximus eſt quem nemo antecedit.*

145 *Culpa dolo proxima, non eſt culpa, ſed quid maius demonſtrat.*
Intellectus ad l. quæſitum. §. eum quoque. ff. de preca. l. ubi. ff. de eden. & l. mulier. §. ſed enim. ff. ad Trebell.

146 *Intellectus ad c. ſi uero. el 2. de ſenten. excommunicatio.*

147 *Statutum imponens pœnam corporalem pro homicidio, intelligitur ſi dolus adſit, nec lata culpa ſufficit.*

148 *Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.*

149 *Statutum, quòd homicidium qualitercunque commiſſum pœna corporali puniatur, quomodo intelligendum.*

150 *Statutum quod occidens occidatur, niſi fecerit ad defenſionem ſuam, non comprehendit occidentem à caſu.*

151 *Leuis culpa quid ſit, & quando contingit.*

152 *Culpa leuiſſima quid ſit, & eius exempla.*

153 *Delinquens ex leui culpa, uel leuiſſima, an ſit puniendus.*

154 *Cauſa qualibet excuſat' à dolo.*

155 *Delictum ordinarie non punitur, ubi non eſt dolus.*

156 *Luit in corpus qui ſoluere non poteſt.*

157 *Soluere non ualens pro debito ex contractu, non luit in corpus.*

158 *Iudicia ciuilia qualiter differant à criminalibus. & quod iudicium dicatur ciuile, & quod criminale.*

159 *Iniuriarum actio, & ciuiliter, & criminaliter intentari poteſt.*

Viſis

VIſis indiciis per reum, tunc ipſe defenſiones ſuas proponit. ſed ut cognoſcatur quales eſſe debēt defenſiones, quæ ipſum reum uel à pœna ordinaria, uel à tota pœna excuſent, ſiue ſimus in caſu imputationis homicidii puri, ſiue in caſu imputationis homicidii appenſatè commiſſi, operæpretium eſſe duxi declarare text. in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicariis. Summatur hæc lex uario mō per ſcribētes, ut per Bar. Bal. Saly. & Hippoly. hic. ſed quia ſummaria hæc continent tantummodo rationem ipſius legis, non autem ſenſum & ſubſtantiam, ideo eam intrinſece & medulli-

1 tus ſummabo. h. d.* Reus aſſerens non ex animo occidiſſe, debet ſe præſentare, & id probare. & eo conſtito, extraordinariè punitur. Diuido hanc l. in tres partes. In prima ponit modum in procedendo, in ſecunda modum in probando, in tertia rationem reddit. Secunda ibi, quod ſi probauerit. Tertia ibi, crimen enim contrahitur. Caſum po-

2 no &c.* Ratio dubitationis erat, quia iudex ex officio debebat probationes recipere ſuper innocentia allegata, & omni conatu perquirere ueritatem, ut poſſit ſententiam ſuam cum ueritate conformare, & ne innocens patiatur iniuſtè. l. ſi non defendantur. ff. de pœnis. l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. ſi enim poſt confeſſionem factam de ipſo delicto, iudex inquirit ſuper innocentia, tanto magis non exiſtente confeſſio-

3 ne, ut in dicto §. fina.* Præterea contrariorum eadem eſt diſciplina. §. 1. Inſtit. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.

4 l. 1. ff. de tut.* Sed iudex poteſt inquirere contra delinquētem ex officio etiam nemine inſtante. l. congruit. ff. de offic. præſi. l. 2. §. ſi publi-

5 co. ff. de adulter. & ibi Barto.* Ergo poterit pariformiter quærere innocentiam rei, & teſtes ad eius fauorem recipere, cum fauorabiliores ſint rei quàm actores. l. merito. ff. pro ſoci. cap. fauorabiliores. de reg.

6 iur. lib. 6.* Præterea publicatis atteſtationibus, non poſſunt teſtes recipi ſuper eiſdem capitulis, uel directo contrariis. c. teſtibus. de teſti. in clemen. not. in c. fraternitatis. de teſti. & in auth. qui ſemel. C. de pro-

7 bat.* Et tamen non obſtante tali publicatione iudex ex officio poterit teſtes ad partis utilitatem recipere, ut uult Bal. in l. ampliorem. col. 2.

8 C. de appella. dicens * quòd ſi ob prædictam cauſam teſtes recipi non poſſunt, pars impedita det nomina teſtium iudici, & abſentet ſe, tunc iudex ex officio examinabit, & ualebit talis atteſtatio. prædictam deciſionem ſequitur Alexand. in l. 4. §. hoc autē iudicium. col. 2. ff. de dam.

9 infect.* Facit pro confirmatione prædictorum quod uoluit Specu. in tit. de inſt. edict. §. fina. uerſicu. quid ſi debitor. & ibi Ioan. Andr. quòd ſi quis renuntiauit productioni teſtiū, uel inſtrumentorum cum iuramento, & pro uictoria cauſæ neceſſe ſit producere inſtrumenta, uel probare, debet medio alicuius amici operari quòd iudex ex officio teſtes uel inſtrumenta recipiat. Si iudex ſupplet ex officio in his caſibus, in quibus procedirur ſuper bonis & patrimonio, tanto magis concedēdum

Bb eſt, quando

eſt,quãdo proceditur ſuper uita ho
10 minis,& de re tanti ponderis,* cum ubi maius periculum,ibi cautius ſit agendum.c.ubi periculum.de elect.
11 lib.6.* Præterea adduci poteſt dictũ Io.de Imol.& Ioan.de Ana.in c.ueniens.de accuſa.uolentium quòd in cauſa criminali poteſt interuenire inſtructor & informator defenſionum abſentis.& hoc ſeruaſſe,quòd porrigi fecit capitula continẽtia de fenſionẽ abſentis,iudici maleficiorum,& nominare teſtes in ſcriptis illa probantes.& proteſtari iudici & curiæ quòd deberent ſe informare de ueritate,& ſuper ea probationes recipere:& ſi non fecerint,tenebuntur in ſyndicatu:& ſic ex officio innocentiæ probationes poſſunt per
12 iudicem ſuſcipi.* Præterea extat deciſio Bar.in d.l.1.§.fin.ff.de quæſtio. & hoc dicit eſſe mirabile, quòd iudex maleficiorum poteſt ex officio ſuo examinare teſtes à parte non productos.per l.2.C.de abol.& hoc ubi iudex quærit de partis innocentia,parte non poſtulante.& hoc magis dicendum eſt in l. iſta, quia ex aſſertione quam faciebat miles hic, non poterat ſibi imponi pœna mortis, nec maior relegatione, prout etiã innuit lex,dum dicit,omiſſa homicidii pœna,ſecũdum diſciplinam
13 militarem ſententiam ferret.* & tũc quãdo reus eſt abſens,pœna uſque ad relegationẽ poteſt imponi: quia contra abſentem poteſt procedi uſque ad diffinitiuam ſententiam iudex ex officio probationes ad innocentiam aſſumit,quia ſi poteſt in ciuilibus, tanto magis in criminalibus,ubi maius periculum uertitur.

ita Barto.in d.l.4.§.hoc autem iudiciũ.col.pen.uer.ſecundo caſu. ff.de dam.infect.& ibi Alex.& Moder.cõ
14 firmãt hoc.* quia quoties eſt pœna uſque ad relegationẽ,poteſt procurator interuenire.ut uoluit Bart.in l. pen.§.ad crimẽ.ff.de publi.iudi.quẽ ſequuntur cõmuniter docto.ibi.& in c.ueniens.de accuſatio.& ibi Cano.cõmuniter.& in l.ſeruũ quoque. §.publicẽ.ff.de procura.ibi gloſſ.& docto.ergo uidebatur in hoc caſu, ſtante allegatione innocẽtiæ ab occiſo,& quòd minor pœna quàm homicidii imponatur,non fuiſſe neceſſarium quòd perſonaliter miles hic ſe præſentaret,ſed quòd uel ꝑ procuratorem audiretur defendendo, uel quòd iudex ex officio ſuper innocentia probationes ſuſciperet.ut in ſimili conſuluit Aret.in conſi.47. incip.uiſa conſultatione.& Hippo-
15 ly.in conſ.39.per totum.* Contrariũ determinatur in hac lege; & ratio eſſe potuit,quia hic imputabaẽ crimen publicum.l.Corne.de ſicar.de quo in l.1.ff.de publi.iudi.& in crimine iudicii publici procurator nõ admittitur.d.l.pen.§.ad crimen. ff.eo, de publi.iudi.ubi plures rationes dãtur per Bar.& alios.cur eſt quòd ad crimen publici iudicii non admittatur ꝓcurator,ut ibi ꝑ eos. Sed ego ibi potiſsimũ exiſtimaui,quia cõpellũtur perſonaliter cõparere,ad hoc ut deterreantur homines, & abſtineãt à delictis,uidentes quòd aliter nõ poſſunt ſe ipſos defendere, niſi cõferant ſe ad carceres,& ponãt uitam in periculo,quod expedit rei-
16 publicæ.* Et etiã qa iudex per præſentationem rei uidebit quo uultu, quo pal

quo pallore, qua trepidatiõe reſpõdeat.iuxta l.de minore.§.tormenta. ff.de quæſtioni.cum ex iſtis ſignis oriatur indicium contra reum,propter quod poterit iudex procedere ad torturam.& ideo pro ueritate habenda neceſſe eſt quòd reus ſe præ
17 ſentet.* Nec iudex debet ex officio teſtes aſſumere pro ipſo reo , ſine
18 eius præſentatione:quia * reus citatur ut compareat perſonaliter.& nõ comparendo,nec edictis parendo, delinquit.ut eſt tex.in l.omne delictum.ff.de re mili.& ibi Bar.qui di-
19 cit,quòd * cõtumacia eſt delictum. & innuit tex.in l.abſentẽ.ff.de pœn.
20 * Et citatus ſi non comparet,à iudice mulctatur.l.2.ff.ſi quis in ius uoca.non ier.& l.1 ff.ſi quis ius dicen.
21 non obtempera.* Et tãto magis,qa citatus criminaliter,de mandato iu-
22 dicis citatur.* quòd ſecus eſt in cauſa ciuili,in qua ad inſtantiam partis
23 fit citatio.* Cum itaque delinquat non comparendo,non eſt dicendũ, quòd ex eius delicto cõmodum cõſequi debeat.l.ſi ab hoſtibus.§.1.ff. ſol.matri.ut iudex ob eius abſentiã debeat teſtes examinare,& probationes ſuper innocentia aſſumere, cum per abſentiam committat in iu
24 dicem.*Non ob.iura in cõtrarium adducta.& primò tex.in l.ſi non defendatur.& l.1.§.fin.ff.de quæſtioni. quia ibi ſerui imputati nõ erant abſentes,ſed erant præſentes,cum in l.ſi non defendatur.ſeruus non ducitur ad ſupplicium ſtatim,ſed cognoſcẽs de innocentia quærit.Similiter in d.§.fi.ſeruus erat præſens,& confeſſus fuerat,& tamẽ cognoſcit iudex de innocẽtia poſt cõfeſsionẽ.& prædicta fiũt in illis iuribus,ſtante præſentia ſerui qui nõ eſt cõtumax, nec deliqt ꝑ abſentiã,ut dixi.& hoc modo intelliguntur illa iura,nec debent aliquo modo extendi ad reum abſentẽ qui mandatis iudicis nõ paruit,& ex contumacia deliquit,ut dixi.ex quo abutuntur docto.iſtis iuribus illa allegando,quòd pro abſente iudex ad habendã ueritatẽ innocentiæ,teſtes examinet.& ſi in aliquo caſu debuiſſet lex ſuccurrere,ut innocentia pro abſente admittere-
25 tur,debebat iſtud cõcedere * in perſonam militis,qui ſunt fauorum pleni.ut in l.1.ff.de milita.teſta.Attamẽ in l.noſtra noluit Imperator probationes ſuper innocentia allegata admittere , niſi miles ſe perſonaliter præſentaſſet.ideo dicit rectius,per cõparatiuum , ꝙ rectius fuerit,ſi ſe præſidi prouinciæ præſentaſſet ad probandam innocentiam,ut in reo præſente.Illa iura intelligit Bar.in l. non tãtum.ff.de appella.ex quo docto.decipiuntur,dũ allegãt iura illa ſimpliciter ad probandũ,quòd pro reo iudex accipit ꝓbationes ex officio:qa locũ nõ habẽt reo abſente, ſed tantum præſente,uel in uinculis exiſtente,ut intelligit idem Bar.in l. pen.§.ad crimẽ.uer.itẽ oppo.d.l.Lucius.ff.de publi.iudi.Nõ ob.aliæ deciſiones adductæ,quòd in cauſa ciuili iudex ſupplet pro innocẽtia,qa ut dictũ eſt,ꝓcedũt in caſu quando reus eſt in iudicio,nec contumaciter deliqt,ut eſt uidere ex dicto Bal. in d.l.ꝓlatam.& Spe.& Ioan in d. tit.de inſt.ed.& per deciſionẽ huius legis tollit cautela iam dicta Imo.in d.c.ueniens.nã Imperator noluit,ut

eſto etiã quòd reus fateatur uulne-
raſſe & occidiſſe,& dicat caſu id eue
nire,non ex dolo.nam hic miles al-
legabat caſu occidiſſe,& dicebat uel
le ꝓbare.tamẽ neceſſe fuit ut ſe pręſentaret,& poſtea admiſſa fuit: pro-
31 batio.* Vnde ille modus procedẽdi
qui ſe habet,quòd pater fatendo de
lictũ admittitur ad defendendũ fi-
liũ in cauſa capitali,& in publico iu-
dicio.ut per Bart.& alios in d.§.ad
crimen.& per Cepol.in cõſ.54.unus
filiorũ.& ſequenti.uendicat ſibi lo-
cum,quia pater comparet pro ſuo
intereſſe ad defendẽdũ filiũ,nõ au-
tẽ admittitur cauſa defenſionis:quẽ
admodum nec miles hic admiſſus
fuit,eſto quòd confiteretur occidiſ-
32 ſe,& diceret caſu id feciſſe.* Noto
tertiò,ibi,ſecũdum diſciplinam mili
tarẽ,quòd milites delinquũt dupli-
citer,aut ut propriè,aut ut cõmuni-
ter cũ cęteris.ex quo pœna quę ipſi
militi imponitur,aut ꝓpria eſt, aut
communis.ut eſt text.in l.2.ff.de re
mili.& ibi glo.prima.& pœnæ quæ
imponuntur militibus ut propriæ,
proueniunt ex eo quando quis uti
miles delictũ cõmittit.ut in l.2.§.1.
& ſunt diuerſæ illæ pœnæ quæ mili-
tibus imponũtur ab iis quę aliis im-
poni debẽt,ut eſt text.in l.3.ff.eo.de
re mili.& per tot. illum tit.& præci-
puè in l.omne delictum.unde in eo
quòd tex.dicit,ſecundum diſciplinã
militarem ſententiam ferre,intelli-
gi debet quo ad pœnam imponen-
dam,uti propriã militibus,ut amo-
ueatur ab una legione, & ponatur
in alia,uel militia ſpolietur,uel aliã
pœnam patiatur,de quibus in d.tit.
de re milita.ex quo dico,quòd Sa-
ly.hic in uerſ.præterea malè ſenſit,
dũ uult diſciplinã militarẽ intelligi,
quòd certo tempore faciebant haſti
ludia.& ſi aliquis cũ lancea occide-
batur, diſciplina militaris dictabat.
quòd ille nõ puniretur.uel ſi aliquid
faciebat ex neceſsitate diſciplinę mi
litaris,nõ aſcribebatur ad culpã, ex
eo quoniã hic agitur de imponen-
da pœna ſecundũ diſciplinã milita-
rem,id eſt ſecundũ quòd militibus
imponi debet,& puniuntur:non au
tem an ſit imponenda uel non.quia
factis probationibus,non pœna cõ
muni l.Corne.de ſicar. punitur:ſed
ex militari diſciplina,ut dixi.* No-
33 to quarto, quòd etſi quis non pu-
niatur pœna capitis, ob id quòd
homicidium dolo non commiſit,at
tamen punitur alia pœna extraordi
naria, ut hic punitur ſecũdum diſci-
34 plinam militarem.* Noto quinto
ibi,crimen enim contrahitur.quòd
differentia eſt inter crimen & deli-
ctum,& maleficium,quãuis etiã de
tur peccatum & exceſſus,de quibus
in c.peccatum.de reg.iur.lib.6.& in
rub.de exceſsi.prælato.de his tri-
35 bus tantum uidebimus.* Crimen ita
que dicitur eſſe quotieſcunq; adeſt
animus ad delictũ cõmittendũ.ita
eſt text.in l.1.C.ſi aduerſ. delict.in
prin.& ibi not.glo.dans differentiã
inter crimen & delictũ.& eſt text.in
c.unum.in §.criminis appellatio.25.
di.ubi criminis appellatio eſt omnę
peccatũ,quod ex deliberatione pro
cedit.& eſt clara diſpoſitio in l.no-
ſtra,dũ dicitur,crimẽ enim cõtrahi-
tur,ſi & uolũtas nocẽdi intercedat.
36 * Ex quo infertur ad ſtatutũ,de quo
loquit Bar.in §.illud uero.in proœ.

digeſtorum. ubi ſtatutum eſt dictans quòd bannitus de crimine poſsit impunè offendi & occidi: quòd ſi quis fuit bānitus pro ludo, quòd potuerit impune interfici & offendi.adducēdo text.in d.§.illud.
37 *ubi ludum connumerat inter alia crimina.& pro deciſione illius q.facit proprietas huius uerbi.Nāludēs cōtra formam legis,agit illud deliberatè & ex dolo immediato,& ſic uoluntas adeſt,propter quod dicitur crimen committere:neq; enim ludus fieri poteſt quādo eſt prohibitus,niſi quando animus adeſt & uoluntas ad cōtraueniendum legi.
38 *Delictum tunc demum dicitur eſſe,& quādo eſtanimus ad delinquēdum,& quando etiā nō eſt animus. ut eſt tex.in d.l.1.C.ſi aduer.delict. ibi,ſi tamē delictum nō ex animo, ſed extra uenit.& gl.ibi dicit,quòd delictū eſt genus generaliſsimū ſiue ueniat ex aīo ſiue nō,ſed crimē eſt genus ſubalternū cōtinēs in ſe furtū,adulteriū, & alia quę ex animo ꝓueniunt.quā gl.ibi ſequūtur Bal. Alberi.Pau.de ca.Iaco.de S.Georg. & Arc.qui tamen dicūt quòd quādoq; unū capitur pro alio.hoc idē uoluit Archi.in c.1.de cleri.cōiug.libro 6.& eſt tex.pro hoc in l.1.& Alberi.qui hoc ſequitur.ff.de leg.ibi, delictorū quæ ſponte,uel ignoran-
39 tia contrahuntur.* & ſic delictū cō-
40 mittitur ſine dolo.*Ad idē eſt text. in l.reſpiciendum. §.delinquunt.ff. de pœn.ubi delictū cōmittitur etiā caſu,& ſic ſine animo.& ęſt tex.in l. aliud eſt fraus.ff.de uer.ſig.unde ponitur rubri.ff.de priua. delictis. ad oſtendēdum quòd in eo libro multa pertractantur quę nō ſunt ex anī-
41 mo.*Itē delictum non eſt ubi non eſt pœna,prout eſt tex.in l.1.§.1.ff. ut quis cū qui.& ibi Alex.qui dicit,
42 *ꝙ quamuis fiat aliquid illicitū,ſi tamen pœnam nō meretur,nō appellatur delictum.Intelligendo tamen iſtud eſſe uerum interpretatione iuris:ſed quo ad bonos mores,dicitur eſſe delictum,ut etiā per Sozi.
43 ibi.* Maleficium autem ex lata ſignificatione comprehendit omne malè geſtum,ſiue fiat re,ſiue uerbis.ſi uero ſumitur ſtrictè,tunc accipitur pro eo quod committitur facto:quia maleficium dicitur quaſi male factū.& ideo non comprehēdit malè dictum,uel malè ſcriptum. ita Bar.in l.aut facta.§.1.ff.de pœn.
44 inferendo* ad ſtatutum, quo cauetur quòd in maleficijs cōmiſsis de nocte,pœnæ duplicētur, quòd hoc non habebit locum in uerbis iniurioſis,& ſimilibus.quia in tali ſtatuto odioſo debemus accipere uerba ſtrictè,ut ſit benignior interpretatio.l.interpretatione.& l.præſes. ff.de pœn.& ſimile eſt in Macedoniano,cum ſit odioſum,uerbū pecuniæ,ſtrictè accipiatur. Idem uoluit Bar.in l.omne delictum.ff.de re mili. uolens quòd ſtricto modo loquendo maleficium dicitur omne
45 malefactum.* & idē Bar.in cōſil.32. incip. factum tale.uol.2.dicit,quòd ſtāte ſtatuto quòd pœnæ maleficiorum commiſſorū de nocte duplicētur,quòd ſi quis tēpore noctis dixerit,Maledecto ſia Dio.pœnā nō debere duplicari,cū ſtatutū loquatur de his quæ cōmittūtur malefaciēdo,& iſtud eſt cōmiſſum maledicendo

cendo

tendo, & ſic iſtæ ſunt ſpecies diſtinctæ, ex quo pœna non duplicatur. & huic cõſilio uidetur ſe ſubſcripſiſſe Bal. ut apparet in eo uo. cõ. 34. quod idẽ uoluit Ang. in tract. maleſi. in uer. uerba iniurioſa. nu. 11. & de ſtatuto duplicãte pœnas maleficio rũ cõmiſſorũ de nocte, ſequitur idẽ Ang. in d. uer. nu. 5. Infertur etiã ex hoc ad aliud per Albe. in l. iniuriarũ. §. ſi quis. de honoribus. ff. de iniur.
46 per illũ tex.* quòd illud dicitur maleficiũ quod cõſiſtit in malefaciendo, uel fieri nõ permittẽdo. & ideo ſi quis cõdẽnatus eſt ex eo, quia nõ fecit, puta quia nõ iuit ad exercitũ, nõ poteſt dici cõdẽnatus pro maleficio. quod idẽ uoluit Bald. in l. ſi
47 mora. col. 1. ff. ſol. mat.* dicẽs quòd omittere nõ eſt ꝓpriè maleficiũ, q̃a nõ eſt malefacere, niſi interpretatiuè, ut in regula, qui nõ facit. ff. de re gu. iur. quæ interpretatio nõ habet locũ in ſtatutis. & ex hoc cõcludit,
48 quòd* condẽnatus ex cõtumacia, non eſt cõdẽnatus pro maleficio. quẽ ſequitur Imo. ibi. in 2. col. infe-
49 rens, quòd* ſi bannitus pro maleficio poſſet impune occidi, nõ poterit impune occidi bannitus pro cõtumacia. quod etiã ſequit̃ Alex. in d. l. omne delictũ. & in additio. ad Bar.

Contrarium, quòd imò maleficium dicatur in ſtatuto omne male geſtũ, & duplicatio pœnæ in maleficijs habeat locũ in blaſphemante, uel in palatio iniuriãte, ſeu de nocte, tenuit Bal. in l. fi. C. de crimi. ſtel.
50 dicẽs, quòd Bar. nõ bene dicit,* cũ ſtatutũ duplicet pœnas ob atrocitatẽ delicti, & ratiõe loci maior eſt
51 atrocitas.* Idem Bal. in §. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex delic. dicit quòd ibi eſt gl. contra Bar. & cum quadã uice practicaret opinio Bart. fuit ſibi oppoſitum tempore ſyndicatus, & uix potuit euadere. Alexã. in d. l. aut facta. §. 1. in uerſi. uerbis iniurioſis. dicit, quòd cõtra Bar. eſt glo. in d. §. 1. Inſti. de oblig. quæ ex delict. & alia glo. in l. ex maleficijs. ff. de actio. & oblig. uolentes quòd maleficiũ cõmittatur literis uel uerbis. & dicit Alexã. in d. loco quòd communiter practicatur, & communis opinio tenet contra Bar. & pro eadem ſententia adducit tex. in l. ſed ſi unus. §. cum ſeruus. ff. de iniur. Hanc opi. Bal. quòd maleficium propriè comprehendat omne malegeſtum, ſiue uerbis, ſiue literis illud fiat, ueriorẽ
52 exiſtimo.* & pro hoc faciũt tex. clari in d. l. ex maleficijs. & in d. §. 1. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. in quibus dicitur ex maleficijs naſci obligationes, ueluti ex furto, ex damno
53 & iniuria:* & ſic uolẽs quòd iniuria ſimpliciter ſit maleficiũ, in ea comprehenduntur omnes ſpecies iniuriæ, & ſic omnes eius partes, de quibus loquitur text. in l. 1. ff. de iniur. uolens re & uerbis iniuriam fieri. Nec uerum exiſtimo, quòd maleficium dicatur male factũ, ſed potius
54 malum officium.* Nã officiũ dictũ fuit ab efficiẽdo, mutata litera e, in o, ut dicit Diuus Ambro. in lib. 1. officiorũ. & ut habetur per Calepinũ
55 in uer. officiũ.* Nota ſextò iũcta gl. quòd una præſumptio tollit aliã. nã imputatis de homicidio, quia præſumptiõe iuris doloſè dicit̃ cõmiſiſſe, ſed alijs præſumptiõibus ꝓbauerit nõ doloſè, ſed à caſu hoĩem in-

 teremiſ

ter emiſſe, liberatur à pœna homicidij, ratiõe iã dicta, quia una præſum ptio tollit aliã. de quo dicã infrà in prima par. defenſionũ, in principio.

56 *Noto ſeptimò, ibi, probauerit nõ occidendi animo. quòd ſicut agens probare debet id quod eſt fundamentũ intentionis ſuæ, & quia accuſator uel inquiſitor probare debẽt Titium occidiſſe. l. qui accuſare. C. de edẽ. cum aliis. ita & ipſe reus excipiens & ſe defendẽs quòd pro occiſo non teneatur, quia à caſu, uel culpa tãtum occiderit, uel alia ſimili excuſatione utẽs, debet illã probare, cũ ſit fundamentũ ſuæ intentionis & defenſionis, per hũc tex. & ꝓbatur in l. hoc iure. & in l. ita ſtipulatus. in prin. ff. de uerb. obl. & in alijs locis, de quibus per Hippoly. nu. 65.

Et qa in hac l. noſtra tractatur materia defenſionum reorũ, ideo pro pleniori intelligẽtia aliqua ſunt prę

57 mittenda. * Primò præmitto ſecundum Philoſophos dari decẽ prædicamenta, & eodem modo ſecundũ legũ determinationẽ, quæ ſunt, ſubſtantia, qualitas, quantitas, ubi, quãdo, ſitum eſſe, ad aliquid, habere, agere, & pati. de quibus omnibus habetur per Azon. in procæ. ſummæ. & Archi. in c. ferum. 5. diſt. & Anch. in c. ſemel. de reg. iur. lib. 6. & per Bart. in tract. de teſti. in uer. poſt tractatum. & in materia delictorũ & criminali, de qua ſum acturus. per Bal. in l. ea quæ. C. de cõdict. inde. & in l. data opera. col. 6. nu. 32. C. qui accu

58 ſa. poſ. * Delicta itaque demonſtrãtur per decẽ prædicamẽta. & in primis ſubſtantia in maleficijs dicitur eſſe principale, per quod diffinitur maleficium ſecũdũ Bal. in l. ea quę.

59 C. de cõdi. inde. nu. 6.* prout eſt homicidiũ, ut ſit exanimatio corporis humani. & furtũ cõtrectatio rei alienæ inuito domino. ut exanimatio ſit ſubſtantia homicidij, & contre-

60 ctatio ſubſtãtia furti.* Sed aduerte, quòd cũ diffinitio cõſtet ex genere & differẽtijs, ut per Doct. in l. omnis diffinitio. ff. de reg. iur. & in rub. ff. de acqui. poſſeſ. & in rub. Inſti. de teſta. in diffinitione erit exanimatio & cõtrectatio, genus ſubalternum, nõ aut generaliſsimũ, ut declaratur per glo. in l. legato generaliter. ff. de leg. 1. & ſic crimẽ demon-

61 ſtrabitur, nõ autẽ delictũ.* Nam delictũ eſt genus generaliſsimum, & crimen eſt genus ſubalternũ. ut per Archid. in c. 1. de cleri. coniug. lib. 6. & eſt tex. hic, ut dixi ſuprà in 5. not. Itaque non erit ſubſtantia in delicto, cum ipſum ſit genus generaliſ-

62 ſimũ.* unde alio modo ſubſtantia in delictis deſcribitur, ut eſſentia delicti ſtet in cõſummatiõe ipſius delicti, ut per Bal. in l. nõ ideo minus. nu. 2. C. de accuſat. quo in loco pulchre declarat tria illa quæ reperiuntur in delictis, & hoc eſt, eſſe, nomẽ, & qualitas. quẽ omnino uideas. Alique uidẽtur uoluiſſe, quòd ſubſtãtia delicti ſit animus, ut ſenſit Hippoly. hic nu. 26 ita quòd ex animo ſubſtã-

63 tificetur delictũ.* Sed aduerte quòd delictũ põt etiã cõmitti abſque eo quòd ſit animus in cõmittẽte. ut eſt tex. in l. 1. C. ſi aduer. delict. & glo. in auth. qua in prouincia. C. ubi de cri. agi oportet. & per Archi. in d. c. 1. de cleri. coniug. lib. 6. ex quo nõ eſt crimen, ut eſt text. hic. ſed delictum, ut dixi.

dixi. Vnde dicerem, quòd ſubſtãtia delicti, eſt ipſa contrauentio legis, eſto quòd pœnã nõ mereatur. ut eſt tex. in l. 1. ff. de legi. ibi, delictorum quæ ſpõte uel ignorãtia cõtrahuntur coërcio. & in l. reſpiciẽdũ. §. de-
64 linquunt. ff. de pœn. * In quo illud quod à caſu eſt cõmiſſum, dicitur delictũ, omiſsis in hoc gl. interpretationibus in dictis legibus, cũ ſint tex. ſatis aperti, delictũ eſſe abſque
65 eo quòd pœna imponatur, & * capiendo ſubſtãtiã pro eſſentia, quãuis Bal. in l. ſi ex pretio. ff. ſi cert. pet. dicat ſubſtantiã accipi quãdoq; pro cauſa. ut in d. l. ſi ex pretio. & not. in l. iuriſgẽtiũ. §. quod ferè. ff. de pact. quãdoq; pro cõſenſu, ut in l. obligationũ ſubſtantia. ff. de actio. oblig. quandoq; pro forma, ut in l. Iuli. §. ſed ſi quis. ff. ad exhi. quandoq; pro ſubſtantiali qualitate uel materia, ut in l. in uenditionibus. ff. de cõtrahen. emptio. quandoq; pro eo ſine quo actus ualere poteſt. ut in l. pacta conuenta. ff. eo. de contrahen. emp. & in d. l. iuriſgentium. §. adeo.
66 ff. de pact. * Sunt & alia prædicamẽta, quæ dicuntur accidentia ſeu qualitates in ipſis delictis. & in primis qualitas quæ eſt, leue uel atrox, manifeſtum & non manifeſtum, rixa, graſſatio, expilatio, uiolentia, petulantia, & per iſtas qualitates unum delictum diſcernitur ab alio, ut eſt text. in l. aut facta. §. qualitas. ff. de pœn. Poteſt etiam exemplificari in ea diuiſione delictorum, de quibus per Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur. ut quædam ſint leuia, quædam grauia, grauiora, & grauiſſima, & dicam infrà. & iſtas eſſe qualitates, declarat Barto. in l. 1. §. unde quæritur. ff. de publi. & uecti. Ita etiã albedo, nigredo, infrigidatio, ægritudo, ſanitas, dicuntur qualitates ſe-
67 cundum Philoſophos. * Quantitas in delictis, unus uel plures, diſtinguit ipſa delicta. ut eſt tex. in d. l. aut facta. §. quantitas. ut per eã dignoſ-
68 catur fur ab abigeo. * Itẽ & quãtitas uulnerum ſeparat homicidium ex propoſito ab impetuoſo, uel caſuali, ut per Alberi. in l. & ſi amicis domum. ff. de adul. & dixi in l. fin. ff. de quæſtioni. nu. 195. in uerb. multitudo uulnerum. unde bicubitum, tricubitum, linea, ſuperficies, longitudo, latitudo, uncia, digitus, palmus, pes, duo, tria, & ſimilia, dicuntur eſſe ſub hoc prædicamẽto, ſecũ-
69 dum Philoſophos. * Vbi, eſt prædicamẽtum loci, ut in eccleſia, in foro, in platea. & per hoc furtũ à ſacrilegio diſcernitur, & an capite luendũ ſit, uel minori pœna. ut d. l. aut facta. §. locus. ff. de pœn. & in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. & omnis dictio ſignificãs in loco, eſt ſub hoc prædicamento, ut Romæ, Athenis, ut per Philoſophos. & locus grauat delictũ, & præcogitationẽ oſtẽdit, ut ex eo aſſumatur argumẽtũ. ut dixi in d. l. fi. in uer. locus. ff. de quæ-
70 ſtio. nu. 200. * Ad aliquid, eſt aliud prædicamẽtũ, ſeu relatio, quod nos correlatiuum appellamus, ut pater, filius: maritus, uxor: magiſter, diſcipulus: cõductor, locator: & ſimilia, ut in l. ſi ignorans. ff. loca. & de iſtis correlatiuis habetur in l. fi. C. de indict. uidu. tol. gl. in cle. 1. in uer. æternaliter. de ſum. tri. & per Corſet. in tract. de correla. quod etiã ſecun-

dum Philoſophos exēplificatur in
71 duplum,dimidiū & maius.*Quādo
eſt prædicamentum temporis,per
quod diſcernitur emanſor à fugiti-
uo,fur diurnus à nocturno.ut in d.
l.aut facta.§.tēpus. & inducitur ex
hoc grauamen in delicto,cum mul
tò grauiora ſint delicta,& induca-
tur ſuſpicio in homicidio,ut ſit præ
meditatum,cum lex malè præſumat
contra agentē de nocte.glo.in l.fu-
rē.ff.ad l.Cornel.de ſicar.& dixi in
72 d.l.fi.in uer.tempus.nu.198.* Situm
eſſe,eſt aliud prædicamentum,pro
ut eſt,iacet & ſedet,& omnis alia di
ctio ſignificās poſitionē,ſecundum
Philoſophos.& ſtare quando deli-
ctum cōmittitur,& arma habere,
denotat auxilium.& per talem aſsi-
ſtentiam inducitur indicium ad tra
ctatum,ut per Bal.in l.hæc uerba.ff.
de his qui no.infa.& de hoc dixi in
d.l.fi.in uerb.aſsiſtentia. nume.236.
73 *Habere,eſt aliud prædicamentū,
ut calciatum eſſe, armatum eſſe,&
omnis alia dictio ſignificans habi-
tum,ut palliatum,togatum,ex intē
tiōe Philoſophorū.ut ſi quis armat
ſe,præſumitur de rixa & bello cogi
tare.l.licet inter priuatos.ff.de pac.
74 & dixi in d.l.fi.nu.237.* Agere, eſt
nonum prædicamentum,ut ſecare,
& urere, calefacere, frigefacere, &
omnis alia dictio ſignificās agere,
ſecundum Philoſophos,ut eſt iniu-
riare, uerberare, domum introire,
ut in l.lex Cornelia.ff.de iniur.occi
dere , adulterare , ut exemplificari
poteſt in omnibus iudicijs publicis
75 & priuatis.* Pati,eſt decimum præ
dicamentum,quod eſt contrarium
præcedenti,ut ſecari & uri,uulnera-
ri,uerberari,& omnis alia dictio ſi-
gnificans pati.ut in l.fi.ff.de his qui
76 deiece.uel effu.* Quæro ex præmiſ
ſis,núquid ſi qualitas aliqua ex præ
dictis fuerit adiecta accuſationi &
non probata,reus debeat abſolui.
ut puta quòd Titius uiolenter in-
greſſus domum,ibi Caium interfe-
cit.uel quòd erāt quinq; armati,uel
quòd tēpore noctis:& ſimilia.trāſ-
currendo per omnia nouē prædica
menta,omiſſa ſubſtātia.In hoc mul
ta & per antiquos & per moder-
nos fuerunt dicta. Nonnulli tenue-
runt quòd abſolutio ſequi debeat,
77 & iſtis rationibus mouentur:*à for
ma accuſationis non eſt receden-
dum,ſed hic condemnando recede
retur, ergo malè. maior probatur
per tex.in l.ſed & ſi pupillus.§.cō-
ditio.ff.de inſti.& in l.1.C.de præd.
decur.& in l.1.C. unde uir & uxo.
minor probatur , quia mutata eſt
res,cū unum ſit propoſitū,& aliud
probatum.l.Seio.ff.de aur.& arg.le
78 ga.* Præterea dicūt ipſi,ſine accu-
ſatione nemo cōdemnatur.ſed hic
non eſt accuſatio,ergo &c. maior
probatur per tex.in l.reſcriptum.§.
ſi quis accuſatorē.ff.de mu.& hon.
in l.4.C.qui accuſ.poſ.minor pro-
79 batur.* nam tēpus noctis facit a-
liud delictum,& aliud intentatur.d.
l.aut facta.§.tempus.l. prætor edi-
xit.in fi.ff.de iniur. Aliud enim eſt
quòd delictum committatur die,
aliud nocte.l.Gracchus.C.ad l.Iul.
de adulter.l.1. § . nunc autem.ff. ſi
80 quis teſta.liber eſſe &c.* Adducunt
etiam pro hoc:nam alia ſpecies de
licti eſt cum qualitate, quàm ſine
aliqua qualitate , ergo non po-
teſt

teſt ſequi condemnatio,quia probauit illud quod nõ petijt, & petijt illud quod nõ probauit.l. multū.C. ſi quis alteri uel ſibi.& quòd probatio recepta ultra id quod eſt deductū in iudiciū, non præiudicet,facit tex.in l.ſi quis liberto.§.fi.ff. de pe-
81 ti.hæ.* Vlterius habemus quòd ſententia debet eſſe cõformis libello. l.habebat.ff.de Iuſtit.l.ut fundus.ff. cõmu.diui.ſed in caſu noſtro condẽnando nõ eſſet conformis libel-
82 lo,ergo &c.* Præterea in ciuilibus quãdo dubiū eſt, cõdemnatio non ſequitur.l.Pōponius.§.fi.de rei uẽdi.ergo tanto magis in criminali-
83 bus,* in quibus uagandū non eſt.l.
84 libellorū.& l.item.ff.de dolo. * Facit etiā,nā iudex ſuper toto pronūtiare debet.l.qualẽ.§.adijcere.ff.de arbitris.l. eos. C. de appella. ſed ſi qualitas nõ fuiſſet probata, iudica-
85 ret ſuper parte,ergo &c.* Vlterius accuſator aſtrinxit ſe ad duo, ergo utrūque ꝓbare debet. l.ſi.C. de fal.
86 l.cū hi.§.ſi prætor.ff.de tranſ.* Hinc uidemus quòd ſi quæſtio eſt de re & tẽpore,non ſufficit alterū probari.l. ob carmẽ.§.fi.ff.de teſti.iuncta gl.ita etiam in caſu noſtro dicendū eſt.& hãc opi.tenuit.Iac.de Areti.in l.2.in prin.per illum tex.C.de prob. & ibi eum ſequitur Cy. & firmauit hanc opinionem eſſe ueram Bar.in q.17.incip.iure municipali cauetur. Io..An.in c.1.de homici.in 6. in nouell.& alij innumerabiles quos ultimo loco adducit Hippoly.in conſi.7.nu.60.uſque in fi.& in conſ. 48. nu. 16.& in l.ſi quis ne quæſtio. nu. 130.ff. de quęſtioni. tenentes contrariam partem, quòd imò condemnatio ſequi debeat. adducunt &
87 ipſi:* Additio qualitatis non uitiat præcedentia. l. quæ extrinſecus.ff. de uerbo.obliga.l. ſancimus.C. de dolo. ergo nihil nocet ſi probata non fuerit.additio de nocte uel cū ſanguinis effuſione,eſt adiecta cauſa aggrauandi delictum.l.1. ff. de abig.l.3.§.aduerſus.ff.de ſepul.uiola,ergo quæ aguntur deſtruere nõ
88 debet.l.ſi cui.ff.de leg.primo.* Præterea habemus,quòd licet acceſſorium deficiat, attamen principale remanet.l.ſi emptionem.ff.de contrahẽ.emptio.l.quamuis.ff. de leg.
89 1.* ſed principali amoto, remanet acceſſorium.l. fin.C. ſi re. uel accu. mort.fue.l.3. C. ſi penden. appella. qualitas acceſſoria eſt, ergo &c.
90 * Facit etiam pro hoc,nam delictū fuiſſe commiſſum,& de nocte,ſunt ſeparata,ergo duo.unde licet condemnatio non procedat ex eo ꝙ de nocte, tamen procedere debet de uulnere.l.Celſus.ff.de arbit.l. patrono.ff. de diuor. nec unus uitiat alium.l.1. §. Trebatius. ff. de aqua quoti. & æſti.l. 1.§. Pomponius.ff.
91 quod cum fal.tut.* Habemus etiā, quòd in dubio magis dicendū eſt, quòd res ualeat quàm pereat.l.
92 quoties.ff.de reb.dubi.* Hinc uidemus quòd tex.in l.itẽ Mela.§.ſi plures.ad l.Aquili. dicit quòd in delictis in dubio ſit cõdemnatio. facit tex.in l.in delictis.§.ſi detract.ff.de
93 noxali.*Nā ſicut ibi ſciẽtia uel ignorãtia nõ eſt ſubſtãtia delicti, ſic nec
94 hic nox,& alia. ergo &c. * Vltimo facit,nam licet qualitas non fuerit ꝓbata,attamẽ per ſacramẽtū accuſatoris probari põt.l. ſi quando.C. unde

unde ui.l.ſemp.§. hoc interdictũ.ff. q᷒ ui aut clã.ergo &c.Hanc opi.tenuit Nico.de Mattharel.in diſputatio.ſua incip.In ſtatuto cauetur.quẽ refert Alberi. in d.l.2.C. de probat. & eam diſputationem habeo in ſcriptis.& dicit ibi Albe.quòd iſta opi. de æquitate eſt iuſtior. & hanc etiã opi.tenuit Alberi. in tracta.ſtatu. in 2.pa.in q.44.Bald. quoque in d.l.2. C.de probatio.poſtquam retulit dicta Iaco.de Aret.ac eius opinio.recitauit,dicit quòd communiter ſeruatur quòd condemnatio ſequi debeat. & ratio eſt,dicit ipſe, quia de conſuetudine accuſator non proponit unam legem,ſed omnem legem,dum dicit, peto ipſum puniri ſecundum formam iuris & ſtatuto-
95 rum.* De iure autem intentata una actione aduindictam, aliæ ſunt fru-
96 ſtra.l.quod ſenatus.ff.de iniur.* In hac q.aduertendum eſt, quòd non eſt in poteſtate partis ſuper delicto magis requirere unum quàm aliud,cum ſit radicatũ in publicum non in priuatũ,ut habetur per Bal.
97 in l. & ſi ſeuerior.ff. de infami.* & in accuſatione non apponitur concluſio, ut per Bart. in l. libellorũ.ff. de accuſa.& in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infami.ſed ſolummo-
98 do factum,* & facti quæſtio in arbitrio eſt iudicantis.l.1.§.1.ad Turpil.& in hoc eſt differẽtia inter cauſam ciuilem & criminalem, ut per Fely.in d.c.licet cauſam.nu.85.& ibi Deci.nu.48. in 6. limita. adeo quòd ex his quando indiſtincte loqueretur,tenerem quòd condemnatio poſſet ſequi,ad contraria reſpondẽdo,quòd loquuntur in materia ciuili,in qua ſententia debet eſſe conformis libello.Dicas tamen, aut factum propoſitum non continet delictum,ut domum introire, percutere,& ſimilia.ut per Bar. in l.nunquã plura.nu.4.ff.de priuat.delict.& tũc ſi adiecta eſt qualitas quæ faciat ipſum delictum,ſi non probatur,abſoluitur.nam tunc non eſt accidens ſimpliciter,ſed eſt ſubſtantiale,quia
99 efficitur delictum,* & qualitas non eſt ſine ſubſtantia.Barto.in l.1.ff. de uſufruc.Aut eſt delictum,ſed qualitas auget uel grauat, tunc non abſoluitur,per rationem iam dictã. & hoc quando probatio eſt facta de delicto, ut ſi facta eſt accuſatio ꝙ de nocte percuſsit,& probatum eſt quòd percuſsit, ſed in crepuſculo diei,uel alia,tunc punitur. ſecus ſi delictum nec qualitas eſt probata.
100 *Sed pro euitandis diſputationibus hodie in accuſatione apponuntur iſtæ clauſulæ,Non ſe aſtringens &c.Saluo iure &c. Deducens &c.& hoc operatur , ut ſiue ſit probata qualitas,ſiue non, ſemper requiri-
101 tur condemnatio. * Præmitto ſecundò,delictorum quędam eſſe nominata, quædam innominata. nominata ſunt illa quæ habent nomina à iure,ut furtum. nam ex animo lucrandi & ex contrectatione colligitur unum quod appellatur furtũ. Item homicidium ex percuſsione ſequuta exanimatione, appellatur homicidiũ. Idẽ de adulterio,nã ex illa fornicatiõe,habito reſpectu ad matrimoniũ, colligitur hoc nomẽ, quod uocatur adulteriũ.Innominata delicta ſunt,percutere, uerberare,domũ introire,& ſimilia.ut l. lex Cornel

Cornelia.ff.de iniur. Nam hæc ſunt nomina actus nõ delicti, cum poſſim percutere ſine delicto, ingredi domũ ſine delicto.ſed furtũ & adulterium nõ poſſum cõmittere ſine delicto.Ita declarat Bar. in l.nũquã plura.col.2.uer. itẽ oppono de.l. inficiando.ff.de priua.delict. Hoc idẽ deciſum reperitur in contractibus, cum ibi dicantur nominati qui habent nomina ſpecialia.illi autẽ qui remanent in nomine contractus,& ſic facti,dicũtur innominati.ut not. per gl.& docto.in rub.C.de ter. per mu.& l.iuriſgentium.in princi.ff. de

102 pac.ubi late.* Hinc eſt,quòd quẽadmodũ in cõtractibus & pro eorum diuiſione,iudex tenetur ſeruare conſuetudinem loci in quo celebratus eſt contractus.l. ſi fundus.ff.

103 de euictio.* ita in delictis conſuetudo loci commiſsi delicti attenditur.ut per Bar.& alios in l.cunctos populos.& ibi Iaſ.C.de ſumma tri-

104 ni.& fide ca.* Et quemadmodum in contractibus attenditur initium cõtractus.l. Pomponius. la 2.ff. de

105 nego.geſt.* ita etiã in delictis pro pœna imponenda attenditur lex & conſuetudo,quæ erat tẽpore com-

106 miſsi delicti. & hoc* argumento de contractibus ad delicta,uſus eſt Gandi. in tracta. malefi. in titu. de pœn.re.in 5.col.& ita à iure conceſſa eſt argumentatio de contractibus ad delicta.l. omnes.ff. de iudi. auth.qua in prouincia.C.ubi de cri.

107 agi opor.& c.fi.de for.comp.* Videmus etiã quòd à delictis ad contractus ualida eſt argumentatio, ut per Barto.in l.ciuitas.ff.ſi cer. peta.

108 * ubi ſicut ciuitas obligatur ex delicto,l.metum. §. animaduertendũ. ff.quod met.cau. ita intelligetur ex

109 contractu mutui. * Ceſſat autem hæc æquiparatio,quoties inter criminalia & ciuilia datur diuerſa ratio.ita not.Saly.in l.1.C.ubi de poſſeſ.agi.& text. in l. abſentem.ff. de pœn.non loquitur in caſu,ut de ciuilibus ad criminalia detur argumẽtatio, ut ſuprà in figuratione caſus

110 huius tituli.* Ex hac concluſione infertur,quòd ſi plures comiſerint furtum, id tale dicitur unum furtũ. uel ſi plures damnum & iniuriã intulerint, ſunt plura damna, plures iniuriæ:quia ſunt plura facta,& hoc quia furtum eſt nomen iuris,& delictum nominatum:damnum uero & iniuria ſunt delicta innominata. ſic declarat Bar. in d.l. ſi familia. in fi.ff.de iur.omni.iudi.& ibi commu

111 niter doct.qui hãc approbant.* & dicit Clau.ibi.nu.5.quòd delicta nominata ſunt ea quæ conſummata habent omnia cõcurrentia diffinitioni:innominata uero ſunt illa in

112 quibus nõ cadit diffinitio.*.Et ex hoc dico,quòd ſi plures cõmiſerũt homicidiũ, unũ ſit tãtũ homicidiũ, ut per Bar.in l.ſi in rixa.ff. de ſicar.

113 * & quamuis interuenerint plura uulnera,attamẽ quia ſecutũ eſt homicidiũ,dicetur unũ homicidiũ, nõ plura delicta.nã quãdo plura delicta tendunt ad unũ finalẽ effectũ, ut plura uulnera ad unũ homicidiũ, dicetur unũ delictũ.ſecus ſi quodlibet delictum de per ſe tenderet ad ſuũ effectũ,ut percuſiſti aliquẽ pluribus percuſsionibus, nã ex pluribus percuſsionibus teneberis. ita declarat Bar.poſt Dy.in d.l. nũquã plura.

plura.col.2.uerſ.itē oppo. ſuprà ad l.Aquili.ff. de priua.delict. Dico ex his, ꝙ ſi duo uel tres fuerint occiſi ab uno uel unica, uel pluribus percuſſionibus in eodē inſtāti, in eadē rixa, quòd tūc hic interficiēs patiatur unā pœnam tantū homicidij, & dicetur bannitus pro uno homicidio, nec eſſet comprehenſus à lege, quòd bannitus pro duobus homicidijs nō habeat beneficiū ſe re
114 dimendi.*Infertur ex prædicta regula ad aliud, quòd delicta nominata differunt inter ſe ſpecie, quoties cadunt in aliud nomen delicti, ut furtum, rapina, & ſimilia. ſed quoties remanent in ſuo nomine, adeo quòd adijciatur aliqua qualitas, nō inducitur differētia ſpecifica, ut furtū manifeſtū à nō manifeſto, furtū publicani, à furto alterius, ut eſt homo albus & niger, qui non differūt
115 ſpecie.*Delicta uero innominata, ut eſt damnum, tot habēt ſpecies, quot ſunt modi dāni dandi. arg. l. naturalis. ff. de præſ. uerb. ita declarat Bar. in l. 1. §. unde quæritur. col. 1. ff. de
116 publi. & uectig.* Ex quo dico ꝙ homicidiū ex propoſito, homicicidium impetuoſum, & homicidiū caſuale, nō differūt ſpecie, quamuis habeāt diuerſas qualitates. ut in l. reſpiciendū. §. delinquūt. ff. de pœ.
117 * Infertur etiā ad aliud, cū à lege dicatur, ꝙ ſi iudex pronunciat ſuper delicto, lex pronunciat de pœna, ꝙ iſtud tunc demū locū habeat, quādo ſumus in delicto nominato. nā in iſtis delictis nominatis ſufficit quòd iudex pronunciet delictū eſſe cōmiſſum, quia tunc ſuccedit lex quæ pronunciat ſuper pœna. ut eſt tex. in l. 1. §. 1. ff. ad Turpil. & ibi
118 Bar. in uerſ. uenio ad tertiam.* & ſi pœna ordinaria à lege nō eſſet impoſita, tunc ſuccedit illa pœna quæ communiter cōſueuit imponi pro illo delicto, ut in l. hodie. ff. de pœn. & ibi Bart. & per Alberi. in l. ſi quis non dicā rapere. nu. 6. C. de epiſc. &
59 ſed ſi pœna per ius commune.*Secundò inferebat Bar.hic,quòd ex tali crimine, cuius pœna eſt alterata per ſtatutum,non admittebatur procurator.in hoc etiã Bar.uidetur male locutus,& longe melius dixit in l. pen.§.ad crimen.in 4.col.eo.de publi.iudi.ubi dicit,quòd ſi per ſtatutũ alteratur pœna, puta pro homicidio imponitur pœna pecuniaria,poteſt interuenire procurator,& hoc eſt tenendum.Nec obſt.quod dicit Bar.quod quando ſtatutum diſponit formiter ſuper delicto,agiĩ actione ex l.publi.iudi.quia hoc argumẽtum non habet locum in caſu noſtro,quia nunquam ſtatutum poteſt dici,quòd diſponat formiter ſuper delicto,cum per ſtatutum amoueatur delictum.ſecus in iuramento,ut
60 ait ipſe,* quia iuramentum confirmat & corroborat contractum ſuper quo iuratur formiter, quod ſecus in caſu noſtro,quia ſtatutũ amouet delictum,non aũt confirmat,& ſic hoc nil obſtat,& per iſta eſt ex-
61 peditus iſte articulus. * Sequitur ut uideamus de alia quæſtio.magis dubia, in qua (ut refert Alberi.de Roſa.) eſſet opus conſtitutione Imperatoris,ſcilicet an impoſita pœna per ſtatutum,ſit ſublata pœna iuris communis. Bartol.in l.1. ff. ui bono. rapt. tenet quòd non ſit ſublata, imò ſit in arbitrio accuſantis,uel accuſare accuſatione deſcendẽte ex lege cõmuni,uel ex ſtatuto,

& hoc probatur ſecundū eū ibi,per
l.quoties.ff.de actio.& obli.ubi di-
cit tex.quòd ſi per legem nouā ſit
inducta aliqua actio,non cenſetur
ſublata uetus quæ competebat ex
lege ueteri,niſi expreſſe hoc fuerit
62 cautum.*Secūdò facit pro eius opi.
l.ſi.C.de noua.ubi non intelligitur
facta nouatio,niſi expreſſe ſit dictū.
ſic etiam in caſu,non cenſetur receſ
ſum à pœna iuris cōmunis,niſi per
ſtatutū hoc fuerit expreſſum. Ter-
tiò facit pro eo l.qui ſepulchra.C.
de ſepul.uiola.ubi inducitur noua
pœna,ſcilicet decē pōdo auri:& ta
men uetus pœna remanet firma,ut
ibi dicitur.& hanc opi.Bart.ſecutus
eſt Abb.in c.de cauſis.extrà,de offi.
delega.& Aret.in ſuo tract.malefi-
cio.in uer.& caput à ſpatulis ampu
tetur.ubi dicit ſe pluries opi.Barto.
practicaſſe. Contraria tamē, quòd
imò pœna iuris cōmunis ſit ſubla-
ta,uidetur magis cōmuniter rece-
pta,ut no.Saly.in d.l.qui ſepulchra.
& hanc opinio.pluribus medijs cō
probat.& primò,quia ſtatuta ſunt
leges particulares.ſed clarum eſt in
63 iure noſtro,*quòd generi per ſpe-
ciem derogatur, uulgata l.in toto.
ff.de regu.iur.l.ſanctio.ff.de pœn.l.
quęſitū.& ibi Bar.ff.de fun.inſtr.un-
de p particularē diſpoſitionē ſtatu-
ti, uidetur receſſum à generali iure
cōmuni, & ei uidetur derogatum.
64 *Secundò,quia habemus quòd pa
pa uel princeps per generalem con
ſtitutionem non tollit ſtatutum par
ticulare.c.1.& quæ ibi not.extrà, de
conſtitu. ſed bene ē contra, ergo
65 &c.*Tertiò facit pro iſta magis cō-
munis opi.cōtra Bar.l.ſanctio.ff.de
pœn.ubi generalis pœna nō habet
locū,quando ſpecialis eſt inducta.
66 *Quartò facit,quia conſuetudo par
ticularis tollit diſpoſitionem in eo
in quo cōſuetudo obtinuit.l.de qui
bus.& quæ latè per doct.not.ff.de
legi.& hanc opinio.ſecutus eſt De-
ci.in c.de cauſis.extra,de offi.dele-
ga.& faciunt quæ not.Pau.de Caſt.
in l.1.§.3.ff.de publi.Alberi.hanc eā
dem ſecutus eſt,& dicit quòd totus
mundus obſeruat practicā contra
Bar.Confirmatur dicta opi.contra
Bar.quia ſtatutum amouet diſpoſi-
tionē iuris cōmunis in eo in quo di
ſponit,ut ſuprà dictū fuit de cōſue-
tudine.ergo in caſu noſtro uidetur
amouiſſe pœnam inductam ei iure
communi.quod autē amoueat ius
cōmune,no. Bar.in l.omnes popu-
li.in 3.q.prin.& cōmuniter doc.in c.
67 1.extrà,de conſti.* Secundò cōfir-
matur,quia quotieſcūq; Imperator
uoluit,impoſitā noua pœna,aliquā
manere , hoc expreſſit . hoc patet
per d.l . quòd ſepulchra. quæ per
Bar.fuit allegata.C.de ſepulch.uio-
la.ibi enim expreſsè ſtatuit Impera
tor aliquā pœnā manere.hoc idem
fecit in l.Arriani.C.de hæreti.ibi,cū
ctis quoq; legibus &c.hoc idem in
auth.ut nul.iudi.in fi.ibi,in maieſta
tis &c.ubi expreſsit pœnā ueteris le
gis manere.ſic etiam ē contra ubi
noluit eam manere nō expreſsit.ut
in d.authen.ut nul.iudi.in §.ſi uero
quando.& C.de adulter.authē. ſed
nouo iure.& in auth.de ſanctiſ.epi-
ſco.§.ſi quis cū ſacra.iūcta l.ſi quis
in tantam.C.de epiſco.& cleri.ubi
noluit manere antiquā pœnam,&
ideo non expreſsit,& ſic in caſu no
ſtro.

ſtro.& hoc uidetur optima ratione
68 ſuaderi,* ne reus duplici pœna te-
neatur.l. ſenatus.ff.de accuſ.& per
iſta uidetur uerior opi.cōtra Barto.
Nec ob.l.quoties.ff.de acti.& obli.
quia nimirū ſi utraq; actio compe-
tit,quia & prima & ſecunda tendūt
ad eandem,quod ſecus eſt in caſu
noſtro,quia ad aliam pœnam tēdit
ſtatutum, ad aliam ius commune.
69 *Non ob.etiā l.fi.C.de noua. quia
eſſet arguere de pacto ſtatutū nega
tiuè,quòd non ualet. dicitur enim
quòd per pactum non tollitur pri-
mæua actio, ergo idem in ſtatuto,
ut non tollat pœnā prius inductam
à iure cōmuni.non ualet argumen
tum hoc modo de pacto ad ſtatutū
negatiuè,ut no.Bar.in l.omnes po
puli.ff.de iuſti.& iur.& gl.in rub.C.
de decret.lib.x.& latè Deci.in regu
70 la, nec prætorio.ff.de reg.iu.* Cum
maior ſit potentia ſtatuti quàm ho
minis,ut latè no.per Bar.in l.Titio
centum. §. Titio genero. el.2.ff.de
conditio.& demonſtra. Non obſt.
etiā l.qui ſepulchra. C.de ſepulch.
uiola.quia ibi expreſsè fuit cautum,
ut aliqua pœna remaneret,imò fa-
cit contra,ut ſuprà.& ex his conclu
ditur,quòd alterata pœna per ſtatu
tum,pœna iuris cōmunis ſit ſubla-
ta,& ita cōmuniter practicatur. &
ex hac deciſione confirmatur deci
ſio præcedentis q.cū enim ſit ſubla
ta pœna iuris cōmunis,ut eſt cōclu
ſum,cōſequenter etiā infamia,quę
eſt pars & ſequela ipſius pœnę. &
ita not.Saly.in d.l.qui ſepulchra.&
in l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.cau.in-
71 fa.irrog.* Vidimus ſuprà an pœna iu
ris cōmunis poſsit alterari per ſta-
tutū,nūc reliquum eſt,ut uideamus
an pœna introducta à ſtatuto poſ-
ſit alterari à iudice ex cauſa.& in
hac q.Bald.in l.quid ergo.§.pœna
grauior.ff.de ijs qui no.infa.tenuit
quòd nō poſsit,motus, quia iudi-
ces in principio ſui magiſtratus ſub
eunt iuſiurādū de obſeruādis ſtatu-
tis,ut no.in auth.iuſiurādum quod
præſt.ab.& in l.rē non nouā.C.de
iudi.& in auth.ſeq.ergo eis non li-
72 cet à ſtatuto diſcedere, * quia lex
quantūcūq; dura,eſt ſeruāda.l.pro-
73 ſpexit.ff.qui & à quib.* Secūdo fa-
cit,qa ſentētia debet eſſe cōformis
libello.l.ut fundus.ff.com. diui.ſed
in libello petitur ſimpliciter ſecun-
74 dum ſtatuta condēnari,*cum in cri
minalibus non requiratur alia con
cluſio.ut no.Bar.in l.libellorū.ff.de
accuſa.ergo tenetur,ſtante ſtatuto.
75 *nec debet uideri clemētior lege,
ut dicitur in auth.de iud.& ut nulla.
76 §.oportet.* Tertiò facit pro iſta
opi.Bald.l.fi.C. ne ſanct.baptiſ.ubi
tex.ille expreſsè uetat,ne iudex poſ
77 ſit minuere pœnā ibi ſtatutā.* Quar
tò & ultimò facit lex 1.§.ſin autē.ff.
ad Turpilia.ubi dicitur,quòd pœna
eſt in poteſtate legis,non iudicis.er
go ſequitur quòd non poteſt iudex
alterare pœnam ſtatutam à ſtatu-
to uel lege. Contrariam tamen opi
nionē ſenſit Bar.in d.l.quid ergo.§.
pœna grauior.in fi.ff.de ijs qui no.
infa.& hāc opi.Bar.ſecutus eſt Paul.
Caſt.Aret.& Saly.in l.& ſi ſeuerior.
C.ex quib.cau.infa.irro.& late etiā
Deci.in c.de cauſis.extrà de offi.de
leg.ubi multa cumulat.& dicit hanc
opi.Bart.communiter teneri.& ibi
etiā not.Fely.Cōprobatur iſta cō-

munis opi.cōtra Bal.ut dicit Saly.
78 in d.l.& ſi ſeuerior.* quia eadem lex quæ dedit poteſtatem ſtatuto alterandi pœnam,ſilicet d.l.quid ergo. §.pœna grauior.eadē lex dedit iudici eādem poteſtatem,ut d.§.pœna grauior. Secundò faciunt quæ no.Bar.in l.omnes populi.in 4.q.6.
79 q.princi.ff.de iuſti.& iur.* quia hoc ſtatutum faciēs mētionem de pœna,recipit interpretationem paſsiuam ab omnibus legibus, quæ faciunt mentionem de pœna.& ideo tale ſtatutum interpretabitur per d.§.pœna grauior.quę concedit iudici facultatem alterādi pœnam ex cauſa. Tertiò facit pro iſta opi.l.ſi hominem.ff.manda.per quem tex. Barba.& Fely.in c.1.extra,de conſtit.inferūt ad infinitas deciſiones.
80 dicitur in illo tex. * quòd generalis procurator mutat ea quæ ſpecialiter ſunt permiſſa à domino ex iuſta cauſa:ſic etiā in ꝓpoſito iudex generalis poteſt ſtatuta particularia
81 mutare ex iuſta cauſa.* Quartò & ultimò facit notabile dictū Innoc. quòd ex iuſta cauſa iudex poteſt tranſcendere leges,ex quo dicto ca no.in d.c.1.extrà,de conſti.inferunt
82 admirabiles deciſiones. & * hanc eandem ſententiā tenuit idē Bal.in auth.ſed nouo iure.in pe.col.C.de ſer.fug.qui tamen limitat ut hoc pacto iudex poſsit alterare pœnā, ſi princeps ſup hoc cōſulatur,&hāc limitationē Bal.ſecutus eſt etiā Ro.in l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſol.ma.in ſua limita.46.& hoc idē ſentit Fely.in d.c. 1.extrà,de cōſti.Breuiter puto utrāque opi.poſſe ſaluari,& limitationē Bal.& Ro.& etiā cōmunē opinionē,diſtinguēdo hoc pacto.Aut iudex alterat pœnā ſtatutariā ex caſu cohærenti ipſi delicto,expreſſa à iure cōmuni,quā etiā ius cōmune cōſiderauit.tūc ꝓcedit cōmunis opi. indiſtinctè,quia ipſe nō uidetur alterare pœnā,ſed lex ipſa.& ideo nō eſt neceſſe conſulere in hoc caſu principem,cū iā ſit lege expreſſum. Aut iudex alterat pœnā ex cauſa extrinſeca,& præter legē,& naturam delicti,& tunc procedat limitatio Bal.& Ro.& Fely.& hæc diſtinctio colligitur ex theorica Bar.in d.§.pœna grauior.in 2.col.& rō eſt in iſto ſecundo caſu,quia ipſe uidetur alterare pœnā,& ideo debet cōſulere
83 ſuperiorē.* Cauſas autē ꝓpter quas pœna poteſt alterari,enumerat Fely.in d.c.1.extrà,de cōſtit.& primò propter ignorātiā pœna minuitur, & quis excuſatur.l.1.C.de ſicar.l.re-
84 ſpiciendum.§.fi.ff.de pœn.* Secundò propter irā & magnū dolorē.l.
85 Gracchus.C.de adulter.* Tertio ꝓpter cauſam publicā,ut l.quilibet.C. de decur.Quartò ex cā.ff.de incēd.
86 rui.nauf.l.penu.* Quintò rōne perſonę,&hęc cauſa pōt cōſiderari uel ratione perſonæ quæ eſt in dignitate,uel ratione perſonæ propter ętatem.l.auxiliū.§.1.ff.de minori.l.fi.in fi.ff.de ter.mo.l.aut facta.§.perſo-
87 na.ff.de pœn.* Sed aduertendū eſt, quòd illud quod dicitur,quòd propter ætatem alteratur pœna,d.l.auxilium,non procedit in infante uel pupillo: quia non tenetur, cum quicquid agat ignoret. l. infans.ff. de ſicar.l.1.§.impuberi.ff. ad Sylla. niſi eſſet doli capax,quia tunc bene teneretur pœna, & procederet in hoc

in hoc caſu,uel etiam in caſu puber
tatis.tertia cauſa ibi aſsignata per
88 Fely.in l.impubere.ff.de fur.* Adde
etiam ſextā cauſam,ſcilicet quādo
delictum diu fuit occultum.l.ſi diu-
tino.ff.de pœn.& ibi Bar.unde ſi ta
lis delinquens,quia diu celauit de-
lictum,eſſet puniendus pœna cor-
porali uel capitali,illa pœna miti-
gabitur in pecuniariam,ut no.Cur.
89 in c.fi.extra.de conſuetu.*Adde ſe-
ptimam cauſam quare iudex con-
demnaret aliquem,ex præſumptio
nibus,non autem ex probationi-
bus apertis & claris,& hoc fuit di-
ctum Inno.in c.quia ueriſimile.ex-
90 trà,de proba.*Eſt & octaua cauſa,
quam not.Bar.in l.fi.ff.de recepta.
puta ſi extat ſtatutum, quòd reci-
piens bannitus puniatur in certa
pœna,certè talis recipiens poterit
cōdemnari minori pœna ex cauſa.
unde breuiter cōcludēs dico,quòd
communis opinio tunc procedit,
quando iudex alterat pœnam ex
cauſa cohærenti delicto, quia tunc
alterat ex poteſtate legis,ſiue ſimus
in maioribus magiſtratibus,ſiue in
minoribus , quando autem pœna
eſt alteranda ex cauſa extrinſeca,
tunc procedat limitatio Bal.cōmu-
niter recepta,in auth.hodie iurant.
C.de iud.ſcilicet ut ſi ſimus in mino
ribus magiſtratibus,cōſulatur prin
ceps & in hoc etiā caſu procedat li
mitatio Roma.in d.l.ſi uero.§. de
uiro.ff.ſol.matri.in 46.fal. Limita-
tur etiam,& ſecūdò,dicta commu-
nis concluſio,ut non procedat quā
do ſumus in accuſatione,ſed tan-
tum quando iudex procedit per
uiam inquiſitionis,& ita no.Hippo
ly.in ſua practi.in §.obſeruare.nu.
82.& ad hoc facit deciſio Hoſti.in c.
in archiepiſcopum.extra de rapto.
quā ſequitur Abb.ibi & Ana.& Car
91 di.& Sozi.*Cōfirmatur quia ſentē-
tia debet eſſe conformis libello.l.
fundus.ff. cōmuni diuidun.& ideo
in accuſatione non poteſt recede-
re iudex à concluſione libelli, quæ
eſt ut quis condemnetur ſecūdum
formam ſtatutorum.Tu tamen con
ſidera hanc limitationem non eſſe
uerā.& cōtrariū ſenſit Barto.&Bal.
Iac.But.& Saly.in l.& ſi ſeuerior.C.
92 ex quib.cau.infa.irro.* & ibi ſoluūt
contrarium.l.ut fundus.C.commu-
ni diui.quia illud procedit ut not.
Bar.in d.l.& ſi ſeuerior.in ſecunda
lectura regulariter. Fallit quando
ſubeſt cauſa,uel aliàs & longe cla-
rius,ut per Bald.ibidem in 4.oppo.
in ſecunda col.& eum ſequitur Sa-
ly.uel aliàs dic quòd l.ut fundus,p-
cedit quando ſumus in officio mer
cenario , quòd deſeruit actionem
intentare & iuri radicato in perſo-
na ipſius agentis:& ideo nō mirū ſi
non poteſt recedere ab ipſa con-
cluſione libelli,quia deſeruit iuri ra
dicato in perſona ipſius libellantis.
ſecus quando ſumus in officio iudi
cis nobili,quod eſt fundatum non
ſuper iure agentis,ſed ſuper publi-
cam utilitatē. & tunc non tenetur
ſtare concluſioni libellātis,cū non
ſit fundatum in eius iure,& ideo ex
arbitrio ſuo ſubſiſtente iuſta cauſa,
poteſt mutare & uariare ſuā ſentē-
tiam,etiam nō conformem libello.
Sed in caſu noſtro,ſcilicet in cauſis
criminalibus,& ideo in mero impe
rio,ſumus in caſu,in quo etiā ſi p-

cedatur per accuſationẽ,tamen ꝓ-
ceditur per officiũ iudicis nobile,
ut no.Bar.in l.Imperiũ.in 2.col.ff.de
iur.omni.iud.& ideo nõ mirũ ſi nõ
tenetur ſtare cõcluſioni libellãtis.&
ideo iſta limitatio,quam tradit Hip
93 poly.non uidetur recipienda.* Nõ
ob.modo quæ fuerunt contra com
munem opi.adducta,ſcilicet quòd
iudex iurat ſeruare ſtatuta , iuxta
no.in l.rem non nouam.cum auth.
ſeq.C.de iudi,quia illud iuramentũ
intelligitur ſecundum æquitatem,
& cauſam conſideratam,a iure cõ-
94 muni.* & iuramẽtum ex cauſa po-
teſt omitti,ut not. Areti.in c.at ſi
clerici.in §.de adulterio. extra , de
95 iudici.quia * iuramentũ intelligitur
ſecundum obſeruãtiam iuris comu
nis,ut no.in c.1.extra,de iureiur.lib.
6.& ideo in iſto caſu poteſt omitti
iuramentũ,nec ligat.ſubſiſtente iu-
ſta cauſa. Nõ ob.etiã quod diceba
tur,quòd ſententia debet eſſe con-
formis libello,quia fuit reſponſum
96 ſuprà.*Nõ ob.etiã l.1.§.fin autẽ.ff.
ad Turpili.quia illud eſt,ut no.cõ-
muniter doct.in d.l.& ſi ſeuerior.C.
ex quib.cau.infa.poſt ſententiam.&
iſta reſponſio comprobatur ex eo-
dem tex.in d.§.fin autem.ibi,pœnę
uero perſecutio.perpendo uerbum
perſecutio, per quod intelligo de
pœnã poſt ſententiã.ſi enim Iuriſcõ
ſultus uoluiſſet intelligere de pœ-
na ante ſententiam, dixiſſet,pœnæ
autem declaratio,uel ſimilia uerba.
etiam ex his cõprobatur cõmunis
ſolutio ad d.l.1.§.fin autem. Non
ob.quartum quod adducebatur in
contrarium de l.fin.C.ne ſanct.ba-
pti.quia ibi expreſſe eſt prohibitũ
ne pœna alteretur,& ideo nimirũ
ſi non poteſt alterari.& ex his uide
tur defenſata communis opinio in
hac q.noſtra.& per iſta ſumus expe
97 diti de hac lege 1.* Dixi ſuprà in
proxime præcedentibus , quòd ſi
per ſtatutum imponitur pœna pe-
cuniaria applicanda fiſco, quilibet
admittitur ad accuſandum. ex hoc
poteſt quæri de q.quam ponit Bal.
in rub.C.qui accuſa.non poſſ.an ſi
per ſtatutũ admittatur quilibet ad
accuſandum, admittatur inhabilis.
Similem quæſtionem ponũt doct.
in l.ſi filiusfamilias.ff.ſi cer.pe.quòd
ſtatutum reſtringatur ad habiles,de
98 ducitur ratio.* Quoties ſtatutũ de-
terminat ſuper lege cõmuni,recipit
interpretationem a iure cõmuni.l.
2.C.de noxali.c.cum dilectus.de cõ
99 ſuetu.* Præterea lex generaliſsima
recipit reſtrictionem de habilitate.
l.1.C.de ſacroſan.eccle.l.in prouin-
ciali.§.fin.cum l.ſeq.ff.de oper.no.
nuncia.l. ſeruum quoq;.§. publicę.
ff.de procurato. iũcta l.alienam.C.
100 de procurato. *In cõtrariũ facis,
quòd lex debet aliquid operari.l.
101 1.in fin.ff.ad municip.*Item quo-
ties inducitur aliquid generaliter
fauore publico,non recipit reſtri-
ctionem de habilitate.l.3.§.utrum.
ff.ad Sylla.& ibi Barto.inferens ad
forenſem.Item ad bannitum,ut per
Bald.not. in d.l.ſi filiusfamilias.ff.
102 ſi cer.peta.*In habente præmium
de feudo,ut quilibet admittatur fa
103 uore publico.* Item alia ratione,
quia in pœnalibus fit extenſio fauo
re publico . l. quemadmodum. &
ibi Barto.C. de agri.& cenſi.lib 11.
inferens Iaſ.ad l.1.C. de ſacroſan.
eccle.

104 eccle.* ut etiã quilibet inhabilis diſponere poſsit ad pias cauſas. Deci. in d. l. ſi filiusfamilias, impugnat
105 ea ratione,* quia capiẽs bannitũ uirtute officij, nõ debet habere beneficiũ, multo minus inhabilis. l. ut gradatim. §. 1. de muneri. & hono.
106 * Itẽ quia diſpenſatio ſuper inhabilitate nunquã fit, niſi exprimatur, uel quod appareat de uoluntate. c. 2. de ſchiſmati. & reſpondet ad text. in §. utrum. quòd ibi erat prohibitio hominis, ſecus in prohibitione
107 legis. Puto diſtinguẽdũ,* quòd aut lex uel ſtatutũ confert beneficium rei, & tunc quantuncunque generalis ſit diſpoſitio, reſtringitur ad habilitatẽ. ita intelligitur tex. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & l. in prouincia li. §. fi. in quibus ad beneficium publicum facta fuit conceſsio, nõ aũt
108 perſonæ.* aut lex ſeu ſtatutũ confert beneficium perſonæ reſpectu publici, & tunc nõ reſtringatur, ſed comprehendat etiam inhabiles. & ita intelligo text. in d. l. 5. §. utrũ. & dicta per doct. ibi. & in d. l. ſi filiuſfamilias. unde ex hoc dicerẽ quòd ſi ſtatutum dat ſimpliciter cuilibet facultatem accuſandi, eo in caſu admittantur tantum habiles, quia reſpicit tantummodo fauorem publicum. aut ſtatutum dat facultatẽ accuſandi cuilibet, & ulterius procedendo dat præmium accuſatori, in iſto caſu cõprehendat quẽcunque,
109 etiã inhabilẽ.* Nã lex uolens dare præmium, uidetur etiam concedere omnia habilia ad præmium conſequendũ, ſine quibus illud haberi non poſſet. l. 2. ff. de iur. omni. iudi. & in eis uidetur diſpenſare, quia ſciens generaliter concedit. l. quidã conſulebat. ff. de re iudi. cum etiam maius ſit concedere præmiũ quàm diſpenſare, & habilitare. ſi quod maius eſt conceditur, uenit etiam qđ eſt minus. & propterea in hoc ſecũdo caſu quilibet inhabilis cuiuſcunque qualitatis, ſiue à natura, ſiue à lege, dummodo effectum ſtatuti faciat, conſequetur præmium, & ad accuſandum admittetur, ut dicitur de furioſo, qui teſtamentum condiderat prout quilibet ſanæ mentis, & ut per Io. An. in c. fi. de ſucceſsio. ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *Infans & infantiæ proximus de homicidio non punitur.*
2 *Pupillus de homicidio non tenetur, niſi ſit doli capax.*
3 *Impubes doli capax, de omni delicto, præter carnis punitur.*
4 *Pubertati proximus quis dicatur.*
5 *Adoleſcens obligatur ex delicto, ſed mitius punitur.*
6 *Infans doli capax homicida, an de homicidio puniatur.*
7 *Pupillus pubertati proximus, doli capax dicitur.*
8 *Lex adaptatur ad ea quæ frequentius accidunt, non quæ aliquo caſu poßunt accidere.*
9 *Differentia inter infantem, puerum, pupillum, adoleſcentem, puberem, & iuuenem & ſenem remißiuè.*
10 *Mulier ſicut maſculus punitur.*
11 *Mulieres ita ligantur ſtatutis generaliter & indefinitè loquentibus, ſicut maſculi, niſi ſpecialiter ſint exemptæ.*
12 *Mulier rapiens maſculum, ſicut maſculus de raptu mulieris punitur.*
13 *Mulier quæ propriæ abortioni cãm dedit*

dedit, quomodo puniatur. & nu.19.

14 *Partus ante quadraginta dies non eſt animatus.*

15 *Mulier accipiens medicinas,ut nõ efficiatur prægnans,qua pœna puniatur.*

16 *Percutiens prægnantem mulierem, ita quòd abortum fecit,qualiter puniatur.& nu.33.& 44.*

17 *Nil intereſt, an quis occidat manibus proprijs, an cauſam mortis præbeat.*

18 *Spem animantis occidens, reus eſt mortis.*

20 *Mulier poteſt ignorare ſe eſſe prægnantem.*

21 *Mulier an ſit prægnans, uel credat, ſeu putet ſe prægnantem, reſpondere tenetur.*

22 *Ignorantia excuſat.*

23 *Delinquens præter propoſitum, incidens in aliud delictum in perſonam alterius,non punitur.*

24 *Maleficium debet eſſe certum,& eius probatio luce meridiana clarior.*

25 *In dubijs mitior pars eſt amplectẽda.*

26 *Partus an ſit animatus,ſtatur iudicio medicorum.*

27 *Oliuam immaturam colligens,Aquilia tenetur.*

28 *Mulier quæ ex uiolentia ſibi illata abortum fecit,qualiter teneatur.*

29 *Homicida dici non poteſt,qui ante animæ infuſionem,abortionis cauſam dedit.*

30 *Mori non poteſt qui non uixit.*

31 *Homo nõ eſt ante infuſionem animæ.*

32 *Homo ex anima & corpore componitur.*

34 *Tex. in l.diuus.ff. de extraor.crimi. in l.ſi mulierem.eo.tit.& in l. Cicero.ff.de pœnis.quos ſenſus hebeant.*

35 *Intellectus ad c. ſi aliquis.extra, de homici.*

36 *Intellectus ad c.ſicut.de homicid. & nume.47.*

37 *Intellectus ad l. ſi quis aliquid.§. qui abortionis.*

38 *Intellectus ad c.21. Exodi. & nu.46.*

39 *Reſponſio ad c.Moyſes.32.q.2.*

40 *Intellectus ad l. Cicero.ff. de pœnis. Ad l.ſi mulierem.ff. de ſicar.& numero 43.44.& 48.*

41 *Intellectus ad l.diuus.ff. de extraor. crimi.*

42 *Verbum abigere,quid ſignificet.*

45 *Leuis percuſſio in ægroto poteſt eſſe mortifera.*

46 *Animus occidendi, ex modo percutiendi, & armorum genere cognoſcitur.*

IMbecillitate etiã cõmittitur homicidiũ, & iſta imbecillitas poteſt conſiderari tripliciter, ſcili-
1 cet naturæ,ſexus, & caſus.* Naturę,tunc diſtingue,aut eſt infans,uel proximus infantiæ,& nõ punitur.l. quod infans.ff.de rei uendica.l. & ſi quæcunque.§.1.ff. ad l. Aquil.l. infans.ff. ad l.Corneliã de ſicar.Bart.
2 & Saly.in l.1.C.ſi aduerſ.delic.* Aut eſt pupillus, & tunc non tenetur.l. 1.§.impubes. ad Sylla. niſi ſit doli
3 capax,* uel proximus pubertati, quia tunc punitur ex omni delicto, præter carnis.l.impuberẽ.ff.de furt.
4 l.ſi minor.ff. de adulter.* Quis autẽ dicatur ꝓximus pubertati,not.in l. pupillum.ff. de reg.iur. & ita tenuit Albe.in l.ſi quis nõ dicã.C. de epiſ.
5 & cleri.col.3.* Aut eſt pubes, uel adoleſcens, & tunc obligatur pro delicto, ſed mitius punitur.l. auxi-
6 liũ.§.in delictis.ff.de mino.*Ex hoc infertur ad illã q. an infans ſi doli capax ſit,& cõmittat homicidiũ, puniatur de homicidio,pœna legis Cor-

Corneliæ de ſicariis. hanc q. latè
poſt alios diſputauit Hippoly. in d.
l.infans.in prin.ff.de ſicar. tenendo
quòd infans doli capax eſſe poſsit,
& propter delictum puniatur, non
tamē hac pœna legis Corneliæ de
ſicar.exēpla Alberi.recitādo & alio
7 rum.* Aduerte circa hanc q. quòd
iudicio meo poni nō debuit.nec de
hoc dubitari pōt, quia lex ſemper
appellat doli capaces pupillos qui
prope pubertatem ſunt:& nunquā
infantē doli capacē uocat, ut dicit
tex.in l.apud Celſum.§.ſi quis non
tutor.ff.de doli mali & met.except.
ibi Iulianus quoque ſæpiſsime ſcri
pſit,doli pupillos,qui prope puber
tatē ſunt, capaces eſſe. & text.in l.
hæredibus.in fi.ff.de dolo.ubi pu-
pillus conuenitur ex dolo, quando
proximus eſt pubertati,quia tūc eſt
doli capax.& tex.in pupillū.ff. de re
gu.iur.ubi capax eſt iniuriæ & frau-
dis,& ſic doli,qui proximus puber
tati eſt. & ſic pondera dictionem,
proximus.& aduerte ꝙ nō uult eſſe
doli capacē lex,niſi quando eſt pro
ximus pubertati.& ſic quādo eſt pu
pillus ꝓximus infantiæ,nō eſt doli
capax.Itē l.impuberē.ff.de fur.dicit
impuberē poſſe facere furtū, ſi eſt
doli capax,in infante autē id nō ca
dere.& ſic infans nō poteſt dici do
li capax,quia lex nō uult,& per con
ſequens,ut dixi,fruſtratoria eſt iſta
quæſtio,nec quouis modo pōt po-
ni.Nec attendantur exēpla Abb.&
8 aliorū,* quia lex ſe adaptat ad ea
quæ frequentius accidunt, nō quæ
aliquo caſu poſſunt accidere.l. ex
9 iis.& l.nā ad ea.ff.de legi.*Quæ aūt
differētia ſit inter infantē, puerum,
pupillū,adoleſcentē,puberē, iuue-
nē & ſenē,ponunt docto.in l. ſi in-
fanti.C.de iure deliber.gl. in proœ.
6.in uer.perfectus.& gl.& docto. in
10 l.pueritia.ff.de poſtulando.*Imbe-
cillitate ſexus, ut in muliere, nā tūc
punitur ut maſculus.l.ſi quis id qđ.
ff.de iur.om.iud.l.quāuis.ff.de adul
ter.Iſtud tamē fallit, & limitatur in
omnibus illis caſibus,de quibus ha
betur per gl.iuncto tex.in l.fi.C.de
11 iur.& facti ignorā.* Hinc uidemus
quòd mulieres ita ligantur ſtatutis
generaliter & indefinite loquenti-
bus,ſicut maſculi,niſi ſpecialiter in
ueniantur exceptæ.ita Bald. in l.ne
paſsim.C.de iur. & facti ignorā. &
aliquos refert Hippoly.in l. ſi quis
12 uiduā.nu.7.ff.de quæſtio.* uidemus
nanque ꝙ pœna quæ datur maſcu-
lo,qui mulierē rapuerit, datur etiā
mulieri qui uirū rapuerit.ita Glo.in
l.unica.in uer.ſponſum.C. de raptu
uirgi.& dicit ibi Ange. ſe uidiſſe de
facto Florentiæ,quandā meretricē
cōburi,quæ rapuerat quendā iuue-
nem.Iſtud etiā.multas hinc inde ra
tiones adducēdo, tenuit Hippoly.
in d.l.unica.C. de rap.uirgi.nu.223.
13 * Ex his quæro, mulier cauſam de-
dit propriæ abortioni, uim intulen
do uiſceribus ſuis,quomodo puni-
tur.dicas ꝙ aut procurauit abortū
facere ante quadraginta dies, aut
poſt.ſi ante,pœna exilij punitur l.ſi
mulieres.ff.de ſicar.l.diuus.ff. de ex
traordi. crimini. Aut poſt quadra-
ginta dies,& tūc punitur pœna mor
tis.l.Cicero.ff.de pœn.l.1.ff.ad l. Pō
14 po.de parrici.l.pen.C.de ſica.* Ra-
tio autē eſt,ex quo, ut dicunt medi
ci,ante quadraginta dies partus nō
eſt aui

eſt animatus,ex poſt uero ſic.Hanc
diſtinctionẽ ponit glo.in d.l.diuus.
ff.de extraordi.criminibus.uerum ſi
accepta pecunia mulier uim intule-
rit uiſceribus ſuis,& abortũ fecerit,
nulla habita diſtinctiõe, pœna mor
tis punienda eſt. ita doct.in d.l. di-
15 uus.ff. de extraor. crimini. * Quid
modo ſi mulier uim non intulit ui-
ſceribus ſuis, ſed medicinas, uel
quid aliud fecit, ut non efficeretur
prægnans?tunc dicas in ſimul cum
Hippoly.in d.l.ſi mulierẽ.ff.de ſica.
quòd ſi mulier ſponte tales medici
nas accepit, punitur ut homicida.
ita etiã ſi aliquis tales medicinas de
dit,punitur eodem modo.per text.
in c.ſi aliquis. de homici. & ibi do-
cto.non tamẽ licet puniatur ut ho-
micida,pœna mortis punietur, ſed
alia minori pœna,ut ibi per eũ. ad-
ducendo pro hoc doctri.Bald.in c.
nonnulli.in §. ſunt & alii. de reſcri.
in argumento tamen, ubi ait quòd
ſi ſtatutum dicit ꝙ aliquis puniatur
pro aliquo delicto,tãquã falſarius,
ꝙ tamen nõ debebit puniri pœna
legis Corneliæ de falſis, licet alia
minori pœna arbitrio iudicantis.
16 * Quæro quoque ex his, quidã per
cuſsit pede mulierẽ prægnantem,
adeo ꝙ fecerit abortum,qua pœna
ſit puniendus.In primis nanque ꝙ
pœna legis Corneliæ de ſicariis pu
niatur,cõprobari poteſt per tex. in
l.pen.hoc tit.iuncta gl.r.dum exem
plificat in infante qui nondum eſt
natus.ſecundo facit text.in l. Cice-
ro.ff.de pœn. in prima par.qui uult
mulierẽ illã Mileſiam fuiſſe damna
tam capite, ob abortum quẽ fece-
17 rat.* Tertiò facit,quòd in hac lege
Cornelia nil intereſt, an quis occi-
dat manibus propriis, an cauſam
mortis præbeat.l.2.& l. nihil inter-
18 eſt.ff.eo.* & ille qui ſpẽ animãtis oc
cidit, reus eſt mortis.l.2.ff.de mor.
infer.l.necare.ff.de lib.agno.& mul
ta alia poſſunt adduci pro iſta par-
te, quæ deducit Alberi. in l. qui in
utero.col.2.ff. de ſta.homi.& in qõ.
lix.in 3.par.ſtat.facit etiã text. in c.ſi
19 aliquis.de homici.* In contrariũ ꝙ
iſte nõ teneatur pœna legis Corne
liæ de ſicariis,ſed aliter extraordi-
nariè debeat puniri, facit text. in l.
diuus.ff.de extraordi. crimini. & in
l.ſi mulierem.ff.eo.de ſicar. & in d.
l.Cicero.in ſecũda parte. in quibus
clarè diſponitur, mulierẽ quæ data
opera abortum fecit, exilio tẽpora
li debere puniri, & ſic extra ordi-
nẽ. Præterea iſte percutiens potuit
ignorare mulierẽ eſſe prægnantẽ.
l.in lege.ff.de contrah.emp.l.ſi duo
bus.§.ſi tabulæ.ff.quemadmo.teſt.
20 aperiãtur.* Cũ etiã ipſa mulier poſ
21 ſit ignorare ſe eſſe prægnantẽ,* &
reſpõdere debet ad interrogata an
ſit prægnans,an putet,uel credat ſe
eſſe prægnantẽ.l.1.§. poſt edictum.
22 ff.de uen.inſpi.* ignorantia autẽ ex
cuſat. l. ſi ignorans. ff. loca.l. item
apud Labeonẽ.§. ſi quis uirgines.
ff. de iniur.l. plagii.infra, de plagi.
nec enim debuit diuinare mulierẽ
eſſe prægnantem.l. ſi putator.ff. ad
23 l.Aquili.* Itẽ quia quis delinquen-
do, ſi præter propoſitũ incidat in
aliud delictum.in perſonã alterius,
nõ punit.l.illud.§.fi.& l.ſi cũ ſeruo.
ff.de iniur. ita dicẽdũ uidetur,ꝙ per
cuſſerit mulierẽ reſpectu ipſius, ſed
24 non reſpectu partus.* Præterea ma
leficium

ſic. i debet eſſe certū,& eius ꝓba
tio luce meridiana clarior.l.fi.C.de
ꝓb.ſed certū nō põt probari,ꝙ mu
lier propter percuſsionem fecerit
abortū,quia ex alia cauſa potuit id
euenire,etiā ante percuſsionem. &
ideo in dubio eſt abſoluẽdus à pœ
25 na ordinaria.* Et mitior pars eſt
apprehẽdenda.l.ſi de interpretatio
ne. cū aliis.ff.de pœn.In iſta q.tex.
in c.quid uero. & ibi gl.uidentur di
ſtinguere, aut partus eſſet anima-
tus,uel non animatus. eodẽ modo
uidetur eſſe tex.in c.ſicut. de homi.
& eſt gl. in d.l. diuus.ff. de extraor.
crimini.& ibi Bar.& hanc diſtinctio
nẽ,quòd ſi partus fuit non anima-
tus, & ſic infra quadraginta dies,
ille percutiens nō tenetur pœna le
gis Corneliæ. ſi autẽ fuerit anima-
tus,tunc debeat puniri pœna ordi-
26 naria.* Et ſic ſtatur iudicio medico
rū,an ſit animatus uel nō.ita tenuit
Io.An.Ancha. Henric.Boic, in c. ſi
aliquis.de homici.& Hoſti. ibi Car.
& Abb. in c.ſicut.eo.tit. de homici.
& rationem adducit Hoſti.in d.c. ſi
aliquis. quòd quando puerperium
erat informatū,tenetur percutiens
lege Aquilia,tanquā de rupto,non
tanquā de occiſo.l. ſi ſeruus ſeruū.
§.ſi mulier.& l.Quintus Mutius.ff.
27 ad l.Aquili.* ſicut etiā dicitur de oli
ua immatura collecta.d.l. ſi ſeruus
28 ſeruū.§.ſi oliuā.* Vnde mulier quæ
ex uiolentia ſibi illata abortū fecit,
eo tẽpore quo puerperium nō eſt
formatū,& anima nō eſt infuſa, pu
nitur pœna exilii temporalis, & ſic
non tenetur de parricidio.iuxta l.1.
ff. ad l.Pompe. de parrici. & dicit
29 Abb.in d.c.ſicut.* quòd ante infu-
ſionẽ animæ, non poſsit quis dici
homicida in dãdo cauſam abortio
30 ni.* Et eſt ratio, quia ꝙ non uixit,
mori nō poteſt.c.ad diſſoluendum.
31 de ſponſ.impub.* Item quia nō eſt
32 homo ante infuſionem animæ,*cū
homo ex corpore & anima com-
ponatur.c.in quadā.de celebra. miſ
33 ſa.c.cum Chriſtus.de hæreti.*Et cõ
ſtat iſtā eſſe cõmunẽ opinionẽ, ꝙ
ſi partus non eſt formatus, & ani-
mam non habet, quòd iſto in caſu
punitur extraordinariè, ſi autẽ eſt
animatus,tunc debeat puniri pœ-
na ordinaria,ſecundum quod decla
rat tex.in l. ſi quis aliquid.§. qui ab
ortionis.ff. de pœnis. intelligendo
illū tex.ſecundū quod inducit gloſ.
Cardi.& Abb.in d.c.ſicut.uolentes.
quòd ſi non erat animatum, & no-
bilis eſſet committẽs delictū, ſit pu
blicatio bonorū in parte,& relega-
tur: ſi ignobilis, damnatur ad me-
tallum,niſi iſtud feciſſet propter pe
cuniā.quia tūc punitur pœna capi-
tali.ut in d.l.Cicero.& ibi Bar.ſi ue-
ro puerperiū erat animatū, debet
capite puniri.& ita etiā inducit tex.
Exodi c.21. iuncto text.in d.l. pen.
hoc titu.intelligendo quòd ibi erat
partus animatus. Hoc idẽ uidetur
uoluiſſe Alberi.in l.qui in utero.co.
3.ff.de ſta.homi.& in q.lix.in 3. par.
ſtat.quā q.ante ipſum poſuit Sign.
34 in cõſ.1.* Aduerte circa prædicta,
primò, ꝙ diſtinctio tradita cõiter
per docto.in caſu percuſsionis,nō
probatur iure aliquo.& text. in d.l.
diuus. de extraordi. crimi. & in l.ſi
mulierem.ff.eo.& in l.Cicero.ff. de
pœn.non habent illum ſenſum, ad
quẽ cõmuniter allegãtur. iſta enim
diffinitio

diffinitio tollitur, per tex. in d.c.ſi aliquis. de homi.ſi recte conſideretur. nã ibi ille qui dedit potum, uel aliquid fecit ut non poſsit generare aut concipere, tenetur ut homicida, & in eo caſu prohibitionis generationis & conceptionis, non poteſt conſiderari qualitas animæ, cum ante generationem & conceptionem non ſit ſubiectum aliquod, in quo poſsit dari anima: & tamen tenetur ut homicida, imo plus ante conceptionem, aut generationem, nõ eſt aliquod præexiſtens, & tamen eſt homicida, uel tenetur ut homicida, & ſic ſimilitudinarie, cum uere neminem occidat, & tamen ſi partus eſt editus, ut iam habeat aliquod principium ante impoſitionem animę, magis ex hoc deberet teneri ille qui delinquit, cum egerit & commiſerit in ſubiecto iam habente prĩcipium. & ſic dictum caput conſideratum, ante quadraginta dies tollitur, & falſum demonſtratur per eam

35 diſpoſitionem:* eò maxime, q̃a tex. in d.c.ſi aliquis. conſiderat prohibitionem principij generationis hoĩs quæ facit illum homicidam, dum dicit, ut non poſſit generare aut cõcipere, uel naſci ſoboles, ut homicida

36 tenetur.* Non ob. tex. in d.c.ſicut. quia loquitur in diuerſa cauſa, nec ſumus in caſu in quo ille monachus uolebat delinquere, ſed erat in culpa, in ludendo cũ illa muliere, trahẽdo ipſam per zonã. ex quo dici põt, culpam fuiſſe leuem, ſed ſi adhuc diceremus culpam latam, attamẽ iſte non habebat animum, nec ante actũ, nec in ipſo actu ad deliquẽdũ. tex. autem in dicto capit. ſi aliquis. loquitur in delinquente, & q[illegible]ſtio ſtat per doctores propoſita in percutiẽte, & ſic deli[illegible]um committẽte, propter quod diuerſa eſt diſpoſitio

37 & ſeparata una ab alia.* Nec tex. in l ſi aliquis. §. qui abortiõis. ꝓbat intẽtionẽ an partus ſit animatus uel non, ſed tantummodo determinat quòd ſi ex poculo abortionis mulier perierit, uel poculo amatorio homo mortuus ſit, quòd tunc ille talis teneatur de occiſo. non autem in eo quod dixit, ſi mulier aut homo perierit, uoluit intelligere de partu animato, quia uerba legis aperte re

38 ſiſtunt.* Tex. autem Exodi c.21. nullam penitus facit diſtinctionem de partu animato, uel nõ animato: ſed tantũmodo dicit, quòd ſi in rixa mulier prægnãs percuſſa fuit, & fecerit abortum, nec ipſa mulier mortua ſit, quòd percutiẽs teneatur ad damna. ſi uero ipſa mulier fuerit mortua, tunc percutiens det animã pro anima &c. non autem poteſt intelligi, quòd loquatur de partu animato mortuo: ſed loquitur tantummo

39 do de ipſa muliere.* Et ad tex. in c. Moyſes. 32. q. 2. poſſemus dicere, quòd tpe diui Auguſtini, cuius eſt capitulũ illud Moyſes. diuerſa erat litera, quæ habebatur ab ea quæ communiter hodie legitur in teſtamẽto ueteri, cũ uere nil ſit deſcriptũ in libro Exodi, de eo quod relatum eſt per dictum Auguſti. in d.c. Moy

40 ſes.* Difficultas eſt interpretãdo tex. in l. Cicero. tã in prima quàm in ſecũda parte. & in dicta l. ſi mulierẽ. & ĩ d.l. diuus. quæ per glo. ibi cõcordatur per iam dictam diſtinctionẽ, ut ĩ illis legibus ĩtelligatur de partu non

animato,cum mulier non capi
te,ſeu exilio corporali fuerit puni-
ta,ut in d.l.Cicero.in prima parte.
etſi partus non eſſet animatus.ideo
ibi mulier grauiter fuit punita, quia
mulier receperat pecuniā pro abor-
tu faciēdo.unde aduertas quòd tex.
in d.l.ſi mulierem.& in l.Cicero.in
ſecūda parte.poſſunt intelligi in eo
caſu quādo mulier uim intulit in ui-
ſceribus ſuis,ut partum abigeret.&
propter talem uim illatam non fece
rit abortum,ſed tentauerit uelle fa-
cere,& ideo propter illud factum,&
temptamen committendi abortum,
fuit ad tempus in exilium miſſa.&
ad hoc faciunt uerba illarum legū,
dum dicunt,uiſceribus ſuis intuliſſe
quo partum abigeret,& ſic ut illud
operaretur.non tamen dicunt illa
41 iura,quòd fecerit abortum.* Text.
autē in d.l.diuus.qui ſatis uidetur de
monſtrare apprehendendo cōmu-
nē interrogationē fuiſſe factū abor
tū,dū dicit,data opera partū abege
rit.& ibi gl.exponit abegerit,id eſt,
abortum fecerit.quia poſſumus alio
modo intelligere uerba illius tex.ut
dicamus, quòd mulier ibi partum
occultauerat & abſconderat,ut frau
daret maritum filio.& in eum ſen-
42 ſum accipitur * illud uerbum abige-
re,pro occultare & abſcōdere,ut
eſt text.in l.fi.ſuprà de condi.ob tur.
cau.& declaratur per Bartol.in rub.
ff.de abig.& ita accipitur in toto il-
lo titu.& ad iſtam interpretationem
facit ratio appoſita in d.l.diuus.dū
dicit,indignum uideri, eam maritū
liberis fraudaſſe, & ſic ob id quod
fraudauerat maritum in occultan-
do filiū,fuit in exiliū tēporale data.

& hoc modo iura iam dicta poſſunt
43 ſtare in illa diſtinctione.* Text.etiā
in d.l.Cicero.in prin.dum dicit eam
mulierē fuiſſe capite damnatā, pro
eo quòd partum abegiſſet, non eſt
intelligendus quòd illa pœna fuerit
impoſita quia receperat pecunias,
ut Bar.uidetur uelle intelligere in d.
l.diuus.quia alia & diuerſa ratio da-
tur per Ciceronem in oratione pro
Aulo Cluentio habita,circa princi-
piū,dū dicit per hæc uerba:Memo-
ria teneo,Mileſiam quandā mulie-
rem,cū eſſem in Aſia,quòd ab hære
dibus ſecundis accepta pecunia,par
tum ſibi ipſa medicamentis abegiſ-
ſet,rei capitalis eſſe damnatam,ne-
que iniuria,quæ ſpem parentis,me-
moriā hominis,ſubſidium generis,
hæredem familiæ deſignatum,rei-
publicę ciuem abſtuliſſet.& ſic ratio
quæ redditur per eūdemmet autho
rem,eſt ſatis diuerſa ab ea,quā tra-
dit Bar.in conſiderando pecunię tra
ditionem.unde hoc modo intelligē
do prædicta iura,d.l.Cicero.in prin.
ponit pœnam mulieri,quæ tentauit
facere abortum, inferendo uim ui-
ſceribus ſuis,non tamen abortum
faciendo,ut dixi ſuprà.& hoc modo
lex illa determinabit duos caſus.pri
mum quando fecit abortum,ſecun-
dum quando tentauit uiolentia fa-
44 cere abortum,& non fecit.* Vnde
putarem in hac q.ſic poſſe diſtingui,
quòd aut quis percuſſit mulierem
prægnantem ea intentione,ut par-
tum abigeret, uel dedit medica-
mentū ad abortū faciendū,uel ſum
pſit potū ex quo partū abegerit, &
ſic abortū fecit.& iſtis in caſibus in-
tercēpto partu,tenet pœna capitis.

& ita procedat tex.in d.l.Cicero.in prin.& in l.pe.hoc tit.& in c.ſi aliqs. de homici.nõ habita diſtinctiõe aliqua,an ſit animatus uel nõ,à maioritate ratiõis illius determinatiõis, quæ habetur in d.c.ſi aliquis.dum putatur ille homicida qui prohibuit generationem & conceptionem.& uoluit Alberi.hoc,& Signorol.in locis iam dictis.Aut percuſsit mulierem rixando cum ipſa ob uerba,uel ob iniuriã,& ſic in pura rixa.& tunc aut ex tumore uentris apparebat ipſam eſſe prægnantem,& tunc ſiue percutiat armis,fuſte,uel pugno,uel pede,tenebitur,ſi conſtat illud atrociter feciſſe,ut fuerit cauſa abortus.
45 * arg.tex.in l.qua actione.§.ſed ſi quis ſeruum.ff.ad l. Aquil.ubi leuis percuſsio in egroto poteſt eſſe mortifera.& l.nihil intereſt.ff.ad l.Iuli. de adulter.Aut uenter non erat eleuatus,ita quòd nõ apparebat quòd
46 eſſet prægnans,* & tunc ex modo percutiendi,ex genere armorum,ſi manu uel pede percuſſerit,tenebit',uel non tenebitur,ſecundum quod habetur in l.1.§.diuus.ibi,cum claui,uel cucuma.& in l.diuus.ff.de ſicarijs.& ideo percutiens manu uel pede,nõ tenebitur.ita ſenſit Alberi.in d.l.qui in utero.& in q.lix.in 1.par. ſtatu.& in l.quoniam multa C.ad l. Iuli.de ui.& per ea quæ dicit Bar.in l.diuus.ff.eo.de ſicar. Aut hic talis percutiens mulierem erat in pura rixa,nec uenerat præmeditatus cauſa delinquendi:& tunc ſi rixando percuſſerit mulierem prægnantem à caſu,quæ faciat abortum extraordinariè debet puniri.& ita procedat tex.
47 Exodi c.21.& dixi ſuprà.* Aut hic talis percutiẽs,aut alio modo tãgẽs mulierem,aut ludẽs cũ ipſa fuit cauſa abortus,nec cogitauerat uelle delinquere,nec eo tunc habebat intẽtionem ad delinquẽdum,ſed tantũmodo poſſet ſibi imputari quòd fuerit in lata culpa,in non aduertendo id quod faciebat,uel ludendo cũ ipſa,uel in alio,uel ſi forſan rem ueneream cum ipſa habebat.iſto in caſu deſtinguendum eſt,an partus eſſet animatus uel non,ut ſi nõ haberet animã,in nullo teneretur,& in hoc cõſiderãdi eſſent quadraginta dies. Aut partus habebat animam,& tũc extraordinariè deberet puniri,pro modo culpæ & ita procedat text.in d.c.ſicut.de homi.& diſtinctio iam
48 dicta locũ habeat in hoc caſu.* Aut ſumus in caſu in quo quis dedit poculum ad abortum,aut mulier intulit uim uiſceribus ſuis , ut abortum faceret,& tunc ſi partus nõ eſt mortuus,neque abegit ſeu abortum fecit,iſto in caſu & mulier,& dans potum,extraordinariè,& ſic exilio,uel alia pœna conſimili eſt puniendus. & ita procedat text.in d.l.Cicero.in ſecunda parte.& in d.l.ſi mulierem, & in d l.ſi qs aliquid.§.abortionem.

SVMMARIVM.

1 *Furioſus committens homicidium,an de homicidio teneatur.*
2 *Factum à furioſo perinde habetur,ac ſi caſu aliquo,ſine perſonæ facto accidiſſet.*
3 *Furioſus ignoranti æquiparatur.*
4 *Furioſus æquiparatur mortuo.*
5 *Furioſus teſtari non ualet.*
6 *Delictum extra animum commiſſum, pœnam non meretur.*
7 *Furioſus animum non habet.*

Furio

8 *F..ioſus ui alienam rem inuadens,pœ*
na non punitur.
9 *Naturali uitio eſt parcendum.*
10 *Afflicto non eſt addenda afflictio.*
11 *Furioſus an puniatur de delicto,ante*
furorem commiſſo.
12 *Furor quomodo & qualiter probetur.*
13 *Teſtibus deponentibus ſuper alicuius*
furore,non creditur,niſi ſuæ ſcientiæ
cauſam reddant.

IMbecillitate caſus, ut in furio-
ſo,ebrio,dormiente,& concita-
1 to iuſto dolore.* Furioſus ſi ho-
micidium in furore commiſerit,
dicas quòd puniendus non ſit, ex
quo ſatis ipſo furore punitur.ita di-
cit tex.in d.l.diuus.ff.de offi.præſi.fa
cit tex.in cle.unica.extrà de homici.
& in c.aliquos.cum ſeq.15.q.1.ita te-
nent docto.in d.l.diuus. ff.de offi.
præſi.& in l.furioſum.C.qui teſta.fa
ce.poſſunt.Alberi.in l.ſi quis non di
cam rapere.col.3.C.de epiſco.& cle
ri.Hippoly.qui multa cumulat in l.1.
nu.49.ff.ad l.Cor.de ſicar.pulchram
rationem reddit.gloſſ.in d.clemen.
2 unica.de homici.* Nam illud quod
per furioſum fit,habetur perinde ac
ſi caſu aliquo accidiſſet ſine facto
perſonæ.l.ultima.in fi.ff.de admi.tu
to.unde ſi damnum dat,non tene-
tur Aquilia,ſed eſt perinde ac ſi qua
drupes feciſſet,uel regula cecidiſſet.
l.& ſi quæcunque.§.2.ff.ad l.Aquili.
3 * Hinc uidemus quòd furioſus æqui
paratur ignorãti. l.filiusfamilias.la
4 1.& ibi Bar.ff.de teſti.* Nec nõ æqui
paratur mortuo,ut dicit Bal.in l.hu-
manitatis.in 6.colũ.C.de impub &
5 aliis ſubſti.* Videmus etiam quòd
furioſus nõ habet teſtamenti factio
nem actiuam,quia caret omni ſen-
ſu & intellectu.l.is cui.l.qui teſtamẽ
to.§.nec furioſus.ff.de teſta.l.furio-
ſum.C.qui teſta.face.poſſ. Nec etiã
ad pias cauſas.Barto.in l.1.in 1.quæ-
ſtio.C.de ſacroſa.eccle.Facit etiam
6 pro hoc,* nam quotieſcunque de-
lictum non ex animo,ſed extra ani-
mum committitur,pœnam non me
retur.l.1. C. ſi aduerſ.delict.l.1.C.ſi
quis Imperato.maledix.c.ſi quid.14.
q.5.c.1.in fi.15.q.6.ſed furioſus nõ ex
7 animo delictum committit,* cum
animum non habeat.§.furioſi.Inſti.
quib.non eſt permiſs.face.teſta.c.di
8 lecto.de ſpõſa.ergo &c.* Hinc uide
mus quòd furioſus inuadens ui &
uiolentia rem alienam,non punitur
pœna.l. ſi quis in tantam.C.unde
ui.ita glo.Barto.Bal.& Saly.in d.l.ſi
quis in tantã.in 6.q.glo.Poſſunt ta-
men circa hoc duæ dare diſtinctio-
nes,& non ita ſimpliciter procede-
re prout tranſeunt omnes doct.qua
rum prima eſt,aut delinquens inci-
dit in furorem culpa ſua,& dum eſ-
ſet furioſus commiſit homicidium:
aut eſt furioſus à natura.primo caſu
punitur.c.ſi quis inſaniens.16. q. 1.
glo.in c.aliquis.ea.cau.& q.Doct.in
cle.1.de homi.& iſtud poteſt exem-
plificari,quando quis eſt ſanæ men-
tis, attamen aliquid comederet,
adeo quòd ex tali comeſtione furio
ſus efficeretur,& delictum commit-
teret,nam tũc eſſet in culpa,& ſucce
deret illud de quo dixi ſuprà, quòd
quãdo culpa præceſsit caſum,tenẽ
de culpa. c.presbyterũ.de homi.cũ
aliis de qb9 ſuprà.Secũdo caſu,ſi eſt
9 furioſus à natura nõ puniẽ,* qa na
turali uitio parcedũ eſt.l.1.§.hæc aũt
actio.ff.de aqua plu.arcẽ & ſatis pu

10 nit ipſo furore,ut dixi.* & afflictio danda non eſt afflicto.l.tam demen tis.C. de epiſco.audi.c.pen.de cle. ægro. Secunda erit diſtinctio, aut delinquens eſt furioſus continuo fu rore,aut per dilucida interualla.primo caſu non punitur.d.cle.1.de homi-
11 miei.& aliis de quibus ſuprà.* Secũdo caſu ſubſtingue,aut delictum eſt commiſſum tempore dementiæ & furoris,aut tempore ſanitatis. primo caſu non punitur,ut dixi ſuprà. ſecundo caſu iterum ſubſtingue,aut pro tali delicto fuit captus & condemnatus tempore ſanitatis,aut cõ demnatus tempore furoris.primò caſu poteſt puniri,arg.l.1.& ibi Bar. ff.de pœn.ſecundo caſu non poteſt puniri,ut tenent Bald.Aluar.& Iaco. Rebuff.in c.1.an ille qui interfe.fra. domini ſui.in uſi.feu.Bal.in l.humanitatis.nu.46.uerſi. tertiò quæritur. Alex.in l.ex facto.nu.33.ff.de uulg.& pupil.& ibi Iaſ.nu.30.qui multa ad hoc adducunt.& doct.in l.furioſum.
12 C.qui teſta.face poſſ.* Ex his quæro qualiter probetur furor.breuiter omiſsis diſputationibus,dicas quòd iudex ex officio procedere debet, & inquirere nunquid delinquens fuerit furioſus uel non:& quæ ſecun dum leges & iuſtitiam cẽſenda ſunt cognoſcat,ut dicit text.in c.horta-
13 mur.3.q.9.* iſtud enim iudici conſta re poteſt per teſtes qui cauſam ſuæ ſcientiæ reddant,aliter eis non crederetur.ut dicit Bal.in d.l.furioſum. C.qui teſta.face.poſſ.quæ cauſæ poſ ſunt cognoſci ex actibus & uerbis, ex quibus quis præſumitur mente alienatus,ut dicit Barto.in l.2.C.qui teſta.face.poſſ.& hoc per text.in l. is qui.§.1.ff. de tuto.& curat .dat. ab his.& l.quidam.de condi.inſtit. In primis ſi teſtes deponunt audiuiſ ſe eum futura loquentem, ut dicit tex.in c.legitimus.in prin.ibi,fatuus fatua loquitur.32.diſt.cum cõcordãtibus ibi adductis per gloſſ.& licet aliquando etiam ſapiẽter loquatur, furioſus tamen eſſe non deſinit.ut tenet excellentiſsimus Gramma.in conſ.16.nu.9.ſi deponunt quòd iuſſit oſſa ſua in mari proiici.l.quidam in teſtamẽto.C.de condi.inſtit.ſi dicunt quòd eundo per uiam, iacuit lapides more inſanorum.glo.in l.ſi cum dotem.§.ſi maritus.ff.ſol.matri.& ita idem Grã.in d.conſi.16.nu. 2.ſi dicunt quòd contra conuerſum ad fidem ſatis irruit,ut dicit tex.in l. 2.C.de iudi.ſi deponunt quòd ſibilauit in eccleſia præſente populo, dum diuina celebrarentur officia,ut not. in d.l.quidam in ſuo.& dicit Bald.in d.l.furioſum.C.qui teſta.face.poſſ.& Floria.in l.ſed & ſi quæcũ que.ff.ad l.Aquili.ſi deponunt quòd conſuetus eſt oſtendere pudibunda in publicum,abſque aliqua uerecundia,multis perſonis inſpicientibus, ut dicit Gramma.in d.conſi.16.nu.8. ſi dicũt quòd habet memoriã inordinatã,quod eſt maximũ ſignũ dementiæ.ita Gramma.in d.conſ.16.nu. 10.ſi cõſtat quòd à patre & conſanguineis,& denique cõmuniter ab omnibus eũ cognoſcentibus furioſus reputatur.ita Gramma.in d.cõſ. 16.nu.12.Verum ſi ſignũ aliquod ex ſupradictis,uel quid aliud non conſtaret,ex quo iudex furere cognoſceret,tunc erit conſulendus medicus,ut dicit Bar.in d.l.2.ff.de teſta.

Summa

SVMMARIVM.

1 *Ebrius an de homicidio teneatur. & nu.9. & 23.*
2 *Impetus quid ſit.*
3 *Impetus in quo uerificetur.*
4 *Maleficium in ebrietate commiſſum eſt puniendum.*
Intellectus ad l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.& nume.14.& 23.
5 *Exempla non reſtringunt regulam.*
6 *Dolus minor ineſt in facto impetu.*
7 *Inebrians ſe, ſaltem uenialiter peccat.*
8 *Dans operam rei illicitæ, de homicidio tenetur.*
10 *Princip[i] maledicens temulentus, non punitur.*
11 *Ebrij apud ſapientes iudices uenia ſunt digni.*
12 *Parta ſunt ioco uel ebrietate quid cõmittere, pro pace rumpenda.*
13 *Pœna delicti ex ioco & ebrietate non oritur.*
15 *Intellectus ad l.omne delictum.§.per uinum.ff.de re milit. & numero 24.*
16 *Pœna alia alios interficientium, alia ſe ipſos occidentium.*
17 *Intellectus ad l.1.iuncta glo.C.de his qui imperato.maledix.*
18 *Infans ſtipulari, nec delinquere poteſt.*
19 *Delictum ex ebrietate commiſſum non eſt ex toto impunitum.*
20 *Delictum commiſſum ebrietate, mitius punitur, quàm homo ſana mentis puniretur.*
21 *Sciens ſe inebriari ſolitum, à pœna nõ excuſatur.*
22 *Ebrietas magna delictum extenuat, non autem in totum excuſat.*
23 *Ebrietatem incurrens, quando mortaliter peccet.*

1 EBrius * ſi hominẽ occiderit, an
teneatur pœna legis Corneliæ
de ſicariis. tex.in l.reſpiciendum.§.
delinquunt.ff.de pœn. uidetur diſpo
nere, quòd teneatur, dum uult impe
tu delictum committi, exemplifican
do in ebrietate, ut par ſit cauſa, ſi ri-
xa ſit commiſſa ex iracundia, quem-
2 admodum ex ebrietate.* Cum im-
petus ſit perturbatio ſeu quidã mo-
tus animi nimius, rationi non ob-
temperans, ut per Ariſt.lib.3.Ethi.&
impetum appellat motum animi Iu-
riſconſultus in l.nec in ea.ff.de adul.
3 * unde impetus uerificari poteſt tã
in ebrio, quàm in quocunque alio,
qui calore iracundiæ uel alia pertur
batione deliquerit. & Barto.ibi poſt
quam declarauit uerbum impetus,
4 dicit * quòd maleficium factum in
ebrietate uenit puniendum per il-
lum text. nec exemplificatio facta
de ebrietate, reſtringere debet il-
lum text. ut loquatur de eo tantum,
ſed debet etiam intelligi in aliis cõ-
5 ſimilibus, * cum exempla non re-
ſtringant regulã.§.hactenus.Inſtit.
6 de gradi.* Facit etiam quod uoluit
Bald.in l.data.in 2.colũ.C.qui accu.
poſſ.q dicit, quòd eſt maior dolus,
ut ſi ex propoſito fiat delictum. eſt
etiam maior dolus quãdo impetu
aliquid fit. eſt poſtea caſus, cũ ultra
intẽtionẽ aliqd cõtingit, unde factũ
per ebrietatẽ, nõ eſt ex ꝓpoſito nec
deliberatè, ſed impetu, ex quo tene
tur. Hoc idẽ ſenſit Dy.in d.§.delin-
quũt. dum exponit uerba text. dicẽs
ex propoſito, id eſt, dolo: impetu, id
eſt, culpa: caſu, id eſt, nec dolo, nec
culpa, quod etiam ſequitur Alberi.
7 ibi.* Præterea iſte qui inebrìat dat

operam rei illicitæ, cum ebriãdo ſe
peccet ſaltẽ uenialiter, ut dicam. &
eſt tex. iuncta gl. in c. inebriarũt. 16.
q. 1. ubi culpandus fuit Loth. Modo
quãdo caſu cõmittitur homicidiũ,
8 ſi culpa præceſsit caſum, * & dabat
operã rei illicitæ, tenetur de homi
cidio. c. tua. & ibi no. de homic. & l.
ſcientiam. §. fi. ff. ad l. Aquili. & not.
per Bar. & alios in l. 1. de leg. & dixi
ſuprà. ergo hic ebriando ſe, & poſt-
ea homicidium committendo tene
9 tur, cum ſit in culpa.* In contrariũ,
quòd ebrius non teneatur de homi
cidio, adducitur tex. in l. omne deli
ctum. §. per uinum. ff. de re mili. ubi
extra ordinem punitur qui per ui-
10 num homiuem interemerit.* Addu
citur etiã text. iuncta gloſ. in l. 1. C. ſi
quis impera. maledix. in uer. temu-
lentia. ubi malediceus principi ſi te
11 mulentus fuerit, nõ punitur.* Præ-
terea eſt text. in c. ſane. 16. qõ. 1. ubi
ad literam dicit, quòd nimio uino
indulgentes & ebrij, apud ſapientes
iudices uenia ſunt digni: ſed leuita
12 tis dãnantur authores.* Facit etiam
quod uoluit Bar. in l. aut facto. §. 1.
ff. de pœn. ubi æquiparat hæc duo,
uel quòd ioco, uel quòd ebrietate
aliquid ſit cõmiſſum pro pace rum-
13 penda.* ex quo quẽadmodũ ex io-
co non oritur pœna delicti, ita ex
ebrietate. Roma. in l. 1. § 1. ff. de uer
bo. ſign. dicit quòd nulla lex ciuilis
probat ebrium teneri aut non tene
14 ri.* Nã tex. in §. delinquũt. dicit be-
ne delictum committi per ebrieta-
tem, non tamen dicit quòd pœna
ſit imponenda. cõprobo hoc, quia
delictum à caſu pœnã nõ meretur,
loquendo de eo caſu quòd quis ue
nando interfecit hominẽ, & ta c
15 lex appellat delictũ.* Nec tex. in d.
l. omne delictum. §. per uinum. pro
bat, quia loquitur de eo qui ſibi ipſi
per ebrietatem mortem conſciuit.
16 * & alia pœna eſt eorum qui alios
interficiunt, alia eorum qui ſe ipſos
occidũt. l. 1. C. de bonis eo. qui mor.
17 ſibi cõſci.* Nec tex. iũcta gl. in l. 1. C.
ſi quis imperato. maledi. pbat, quia
loquitur in eo qui uerbo iniuriam
intulit: & lõga eſt differẽtia, aliquẽ
inferre iniuriam uerbo, & inferre fa
cto & uulneribus. unde dicit ipſe,
quòd eſt melior tex. penes Canoni.
in d. c. ſane. & aliis ſequentibus. con
18 cludens * quòd quemadmodũ in-
fans nõ poteſt ſtipulari, nec poteſt
delinquere, ut l. infans. ff. de ſicar.
nec eodem modo nec ebrius, cum
19 ignoret quod agat.* Salyc. in l. no-
ſtra. in fin. dicit quòd delictum per
ebrietatem non eſt ex toto impuni
tum. per tex. in l. omne delictum. §.
per uinũ. quia nõ eſt culpa uini, ſed
culpa bibentis. ſecũdum Cy. Alber.
in l. ſi quis non dicam rapere. C. de
20 epiſ. & cle. col. 4.* dicit quòd delictũ
cõmiſſum per ebrietatẽ mitius pu-
nitur, quàm homo ſanæ mentis pu-
niretur. per d. §. per uinũ. ſubijciens
ꝙ ex ebrietate magis punitur, ꝙ eſt
21 magis facilis ad inebriãdũ.* Ang. in
tract. malefi. in uer. ſcienter. dicit in
ebrio diſtinguendũ eſſe, quemad-
modũ & ĩ dormiẽte. ut ſi ſciebat ex
ebrietate ſolitũ eſſe delinquere, &
nõ abſtinuit, tũc teneatur. aut igno
rabat ſe ebrium ſolitũ eſſe delinque
re, & tunc non puniatur, ut in dor-
miente declarat Bart. in l. pen. ff. ad
22 l. Pompe. de parrici.* Bald. in l. data
opera.

opi col.2.dicit quòd ebrietas ma
gna delictum extenuat,non autem
in totũ excuſat: ſed parua ebrietas
non minuit delictum,quem refert
Ang.in d.uer.ſcienter.Car.in cle.1.
q.8.de homi.dicit ebrium non excu
ſari à delicto.per text.in c.inebria-
runt.& ſecũdũ opi. Gen.& Matth.
23 *In hac q.coniungendo dicta doct.
puto diſtingui poſſe,prout etiã di-
ſtinxit S.Tho.2.ſecũ. q.150.arti.1.2.
& 3.qui plene tangit materiã hanc.
aut quis pauliſper eſt exhilaratus
propter uinum,non tamen eſt alie-
natus à ratione,& ſic modica eſt e-
brietas,& tunc ſi deliquit,punien-
dus eſt pœna ordinaria.ut dicit Bal.
in d.l.data opera.& hoc modo po-
teſt intelligi tex.& quæ ibi no.Bart.
d.l.reſpiciendum.§. delinquunt. ut
impetu dicatur deliquiſſe,quemad
modũ & ille qui ira uel dolore ma-
gno motus delinquit,ut impetu di
catur factum.ut in l.nec in ea.ff.de
adulter.ubi impetus mariti reſtrin-
gitur,ut iã dixi.& ſic ille tex.intelli-
gatur in ebrio, qui calore uini fa-
ctus eſt impetuoſus,nõ autem mẽ-
te alienatus ob uinũ,ut in ſequenti
bus.aut quis eſt ebrius eo modo ut
ignoret quod agat,& tunc ſequen
do diſtinctioné diui Tho.aut iſte
ignorabat potentiã uini & eſſe il-
lius qualitatis,ut faciliter poſſet e-
briari,quia erat clarũ & uidebatur
paruum uinum,& iſte hoc credẽs &
ſciens bibit,uel quòd facta fuit mi
xtura uini à ſociis,uel aliquid appo
ſitum,ut puta ſal,uel quid ſimile,ex
quo facilius inebriaretur.& tũc qa
ex ſentẽtia diui Tho.iſte talis in nul
lo peccat,quia nõ eſt uolũtas pec-
cati,ideo ſi exinde ſequatur homi-
cidiũ,in nullo tenebitur.arg.l.Grac
24 cus.ſuprà de adulter.* Aut quis ſcit
potum eſſe immoderatum,ſed pu-
tat nõ eſſe potenté ad inebriãdum,
credens poſſe reſiſtere.& tunc quia
ex intẽtione diui Tho.iſte peccat
uenialiter,ſi homicidium ſequatur
mitius eſt puniendus,& ita proce-
dat tex.in d.l.omne delictum.§.per
uinum.& quod dicit Saly.hic,& Al-
beri.in d.l.ſi quis nõ dicã.& Car.in
d.Clemẽ.1.& tex.in d.c.ſane.& in d.
c.inebriarunt.cum aliis ſuprà addu
ctis.in quibus extra ordinem pœna
25 imponitur.* Aut aliquis ſcit potum
immoderatum inebriare,& tamen
magis uult ebrietaté ĩcurrere,quàm
à potu abſtinere,& talis dicitur pro
priè ebrius.nam tunc eſt peccatum
mortale,quia mortalia accipiũt ſpe
cies,non ab his quæ per accidens
eueniũt præter intentionem,ſed ab
eo quod eſt per ſe intentũ.ita diuus
Tho.ubi ſuprà.& iſto in caſu diſtin
guerem,aut iſte qui uoluntariè ine
briatur,ſciebat quòd erat ſolitus tẽ
poribus alijs quãdo ebriabatur,per
cutere,uerberare, ſæuire, uel quid
aliquid ſimile gerere.& tunc quia
fuit in culpa uoluntariè inebriãdo,
& delictum fuit ſecutum,tenebitur
pœna ordinaria legis.& hoc modo
procedat quod dicit Ange.in d.uer.
ſcienter.æquiparando hunc caſum
dormienti.quia ſciebat uinum ine-
briare,ut per Bar.in d.l.pœ.ff.de par
rici.aut aliàs ebriabatur & ſæpe,&
tamẽ nunquam percuſſit,uel ſimile
quid geſſit.ſed ut uulgò dicitur,ob
ebrietaté nõ era leo ſed pecorã,&
tũc qa poſuit ſe in periculo inebriã-

do,punietur extraordinariè,& mitius ob peccatum ebrietatis,nō autem ob delictum,ſi ſecutū fuit homicidium. & ita procedat dictum Saly.Alberi.& aliorum.

SVMMARIVM.

1 *Dormiens an de homicidio puniatur.*
2 *Dormiens furioſo æquiparatur.*
3 *Dormiens peccare non dicitur.*
4 *Putator arboris uiatorem occidens, non excuſatur,ſi non præmonuit.*

1 Dormiens * ſi homicidium cōmiſerit,nō punitur.ita text.in
2 cle.unica.de homi.& eò,* quia dormiens furioſo æquiparatur,ut in d. cle.& facit tex.in c.maiores.§.uerū. & in fi.de baptiſ.& in l.1.§.adipiſcimur.ff.de acqui.poſſeſsio.* & dor-
3 miens non dicitur peccare, ſecūdū glo.in c.teſtamētum.6.di.diſtingue ut per Bar.ut dixi,in d.l.pœna.ff.de parrici.aut iſte talis ſciebat hoc euenire ſibi,& tunc ſibi debet prouidere,ut iaceat ſolus,uel nemo ſit in carmera ſua.& ſi nō fecit,eſt in cul-
4 pa,& propter culpā tenetur, * ſicut putator arboris,qui nō admonuit tranſeuntes.l.ſi putator.ff.ad l.Aquili.& l.3.ff.de ſicar.ſi uero hoc non ſciebat ſibi euenire, tunc ei parcitur,nam dormiens æquiparatur furioſo,ut dixi ſuprà.& hanc diſtinctionem refert & ſequitur Ange.in pract.in uer.ſcienter.nu.17.

SVMMARIVM.

1 *Dolor iuſtus excuſat.*
2 *Dolorem iuſtum difficilimum eſt temperare.*
3 *Iudex qui iracundiæ calore innocentem damnauit, extraordinariè punitur.*
4 *Temere accuſans nullam pœn. . ſubire debet.*
5 *Dolor iuſtus mitius punitur arbitrio iudicantis.*
6 *Dolore iuſto motus,quādo quis eſſe intelligatur.*

1 Iuſtus *dolor etiam excuſat, quia ut dicit tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff de adul-
2 ter.* difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare.quo fit ut extraor-
3 dinariè puniantur,ut in d.tex.* facit etiam ad hoc tex.in ſimili tamen,in l.lex Iulia.in fin.ff.ad l.Iuli.repetun. ubi iudex qui calore iracundiæ innocentem damnauerit, extraordi-
4 nariè punitur.* & ad hoc etiā in argumētū adducitur tex.ī l.1.§.quæri poſsit.ff.ad Turpil.ubi dicit, quòd temere accuſans,ex quo inconſulto calore motus eſt, calūniæ uitio caret,& ob id nullā pœnam ſubire debet.& pro hoc facit tex.in l.quicquid.ff.de reg.iur.cum alijs concordātibus adductis per gl.in d.§.quæri poſsit.in uerb.ſubire.& hanc opinio.tenuit Ang.in practi.in uerſi.& dictus Titius ſe defendendo.nu.29.
5 Cepol.in cōſ.42.nu.6.* lex enim parcit,dicit ipſe,iuſtiſsimo dolori.non tamen parcit ut non teneatur, ſed mitius punitur,in arbitrium iudicātis.& Hippoly.poſt alios in practi. in §.quoniam.nu.66.qui multos ita tenentes ac multas rationes addu-
6 cit.* Quando autem quis iuſto dolore motus eſſe intelligatur,colligitur ex tex.in d.§.imperatores.& habetur per Ang. Cepol.& Hippoly. in locis de quibus ſuprà.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium in ludo commiſſum an punia*

niatur.

2 *Ludus quare non ſit licitus.*

3 *Ludi qui prohibiti dicantur. & nume.5.*

4 *Ludi quot ſint hodie permiſſi.*

6 *Delinquens ludendo ad pilam, an teneatur.*

7 *Homicidium commiſſum in torneamentis, quando puniatur.*

1 LVdo* etiã cõmittitur homicidiũ, utrũ aũt teneatur, Albe. in l. ſi quis nõ dicã rapere. C. de epiſc. & cleri. diſtinguebat, aut ludẽs dabat operã ludo licito, & nõ tenetur. l. qua actione. §. ſi in colluctatione. ff. ad l. Aquili. ubi luſus palęſtræ eſt permiſſus, & ideo non tenetur. ſic etiã in l. ſi ex plagijs. §. fi. ff. eo. ti. aut dabat operã ludo illicito, & tũc te-
2 netur.* Et hoc quòd ludus nõ ſit licitus, prouenit tripliciter. primò reſpectu perſonæ quæ eſt prohibita ludere. d. l. qua actione. §. ſi in colluctatione. uerſi. hoc autẽ in ſeruo. ſic etiã in proœ. digeſtorũ. §. illud. ubi ſcholaris prohibetur ludere. ſecũdò reſpectu loci, puta, ſi fiat in loco nõ ſolito. l. itẽ ſi obſtetrix. §. fin. cũ legib. ſequẽtib. ff. ad l. Aquil. Tertiò reſpectu generis ludi, ꝓhibiti à
3 lege.* Qui aũt ludi dicãtur ꝓhibiti, dic quòd de iure digeſtorũ ludi ſanguinolenti erãt permiſsi. d. l. fin. C. de ſer. l. athletas. ff. de his qui no. in fa. l. 2. ff. de aleæ lu. & aleato. & ideo illo iure nõ teneãtur, ſi aliter fuerit occiſus. Hodie autẽ ſunt ꝓhibiti. l. 1. C. de gladiato. lib. 10. & de iure canonico nõ ſolum ſunt ꝓhibiti, ſed etiã impoſita eſt illis pœna. c. 1. & 2.
5 extra, de tornea.* Quinq; tamẽ hodie ludi ſunt permiſsi uirtutis cauſa, de quibus habetur in l. fi. C. de religio. & ſum. fune. & l. fi. de aleæ luſu, & aleat. ſcilicet iaculationis, proiectionis lapidis, & pali, curſus, & eleuandi ponderis. & ſi iſti ludi fiãt loco ſolito, nõ tenetur, ſi quid ſiniſtrũ cõtigerit. d. l. ſi obſtetrix. §. fin.
5 *Non reperio aliquẽ qui hãc q. examinet, quidã qui fecerũt tractatus de ludo, ut Paris de Puteo, Stephanus Coſta, & Io. Baptiſta Cacialupus, incidẽter tãgũt. & ex mẽte eorũ diuide. primo in ludo uirtutis, ut in d. l. fi. C. de aleæ luſu, & aleato. & hic nõ eſt prohibitus. & ideo ſi qd ſiniſtrũ euenerit inter ludentes tali ludo uirtutis, nõ tenetur. Secũdò diuiditur in ludo fortunæ, & talis eſt prohibitus: & ideo ſi in tali ludo aliquid contigerit ſiniſtrum, tenetur. Aut, & tertiò, in ludo uirtutis & fortunæ ſimul, & talis eſt ꝓhibitus, qa illud quod participat de fortuna, ui-
6 tiat.* Et ex hoc oritur quæſtio, utrũ ludentes ad pilã teneãtur. & dicunt ipſi quòd tenẽtur, ſi quid contigerit ſiniſtri, qa participat de utroq;, ſcilicet de fortuna & uirtute. ſecũdò quia nõ eſt permiſſus, cũ non ſit numeratus in l. fi. C. de aleæ luſu &c. tamẽ dicũt ipſi, de cõſuetudine ſeruatur cõtrariũ, & eſt ludus permiſſus, & nõ tenetur deliquẽs, niſi adſit dolus. & pro hoc eſt tex. in l. itẽ Mela. ff. ad l. Aqui. ubi nõ cõſideratũ ludus pilę, ſed tãtũ an fuerit ĩ culpa, & ſic ibi nõ habeẽ talis ludus ꝓ ꝓhibito, & melius facit l. ſi ex plagijs. §. fi. eo. ti. & ita dicũt ipſi. Vnde ex ſupradictis omnibus poſſes facere talem doctrinam. Aut ſumus in ludo ſanguinolento, puta armis, uel ali-

quo ſimili,ex quo faciliter poſſet mors ſequi,uel quid aliud ſiniſtrū, & tunc talis ludus nō eſt cōceſſus à lege,& tūc tenetur.l.1.C.de gladia.

7 *Limita niſi princeps cōceſſerit talem ludū.& ita no.Bald.in d.§.ſi in colluctatione.ut ſunt haſtiludia,torneamēta,& ſimilia.ut per Io.de Ana.in c.1.de tornea.nam ſi mors,cōtigerit,nō tenetur,ob authoritatē ſuperioris. ſed ſi priuatus erigeret baras,& fieret haſtiludiū ſine licētia ſuperioris,& cū lanceis nō ferratis fieret,& mors cōtingeret,ille puniretur extraordinariè pro homicidio.Aut ſumus in ludo nō ſanguinolēto,& tunc aut nō eſt licitus,& tenetur pœna extraordinaria.ita cōmuniter Cano. in c.lator. & in c. cōtinebatur.extra de homic.aut eſt cōceſſus à lege, & tunc aut habet culpā præcedentem,reſpectu perſonæ,quæ eſt prohibita ludere,uel reſpectu loci,& tenetur pœna extraordinaria.aut nulla præcedit culpa, & tunc non tenetur.c.cōtinebatur. c.ex literis.c.dilectus. c.Ioannes.& c.fi.de homici.& ita etiam uidetur ſenſiſſe Ang.in hac l.noſtra,ubi ponit duos caſus,ubi ludens tenetur, ſi fuit in culpa &c.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris naturalis,an excuſet a delicto,& nu.2.3.4.5.6.7. & 11.*

2 *Adulteriū iure naturali prohibetur.*

3 *Furari iure natura non permittitur.*

4 *Homicidium eſt contra ius naturale.*

5 *Factum illicitum iure naturali nunquam excuſatur.*

6 *Ruſticitas non excuſat in delictis.*

7 *Iuris nulla ignorantia excuſat errantem in iure naturali,licet pœna ſit à iure ciuili appoſita.*

8 *Prohibitio iure naturæ facta,ignorari non poteſt,niſi ſupine.*

9 *Ignorantia iuris quaſi naturalis, an excuſet.*

10 *Liberto uocanti patronum in ius ſine uenia, non parcitur.*

11 *Mater non petens tutorem filijs,mutuans filio familias,& nubens infra annum luctus,non excuſatur.*

13 *Error iuris naturalis nō excuſat,nec à uero,nec a præſumpto dolo.*

14 *Mulieri & minori aduerſus dolum præſumptum ſuccurritur.*

15 *Mulieri & minori errantibus in iure naturali,nō ſuccurritur in delictis ad uerſum uerum dolum.*

16 *Iure naturali prohibito,ut puniātur, uerum dolum requirunt.*

17 *Potius omnia mala pati,quàm delicto conſentire.*

18 *Ignorantia iuris ciuilis,an excuſet. Intellectus glo.in l.plagij.ad l.Flaui. de plag.*

19 *Ignorantia iuſta iuris municipalis excuſat.*

20 *Pœna non eſt,ubi non eſt delictum.*

21 *Ignorans non delinquit. & nu.21.*

22 *Statutū an & quādo,liget ignorātes.*

23 *Lata culpa non æquiparatur dolo præſumpto.*

24 *Ignorātia facti,an & quādo excuſet.*

25 *Ignorātia alieni facti præſumitur.& nu.28.Niſi tale factū ſæpius ſit tractatum. nume.34.*

26 *Dominus præſumitur factum à ſeruo ſuo,ſeu ſuo procuratore ignorare.*

27 *Ignorantia in facto alieno tolerabilis eſt.*

29 *Ignorantia facti alieni excuſat,ubi ſcientia non probatur.*

30 *Hæres errans in geſtu per defunctum, reſtituitur.*

Igno-

31 Ignorantia quotuplex ſit.
32 Ignorantia in pertinentibus ad officium ſuum, nemini patrocinatur.
33 Ignorantia craſſa & ſupina non excuſat.
35 Ignorantia ad euitandam pœnam, quando proſit.
36 Occidens illegitime bannitum, an & quo caſu excuſetur. & nu. 37. cũ ſeq. uſque ad nu. 100.
37 Statutorum uerba dubia, ſecundum ius commune interpretari, & intelligi debent.
38 Legem per aliam legem determinari, non eſſe nouum.
39 Statutum eſt lex.
40 Bannitus & condemnatus ille etiam dicitur, cuius bannum & condemnatio de iure tenet.
41 Sententia non iuridicè facta, nõ exequitur.
42 Verba cum effectu ſunt intelligenda.
43 Non eſſe, uel minus perfectum eſſe, idem eſt.
44 Filium non habere, uel habere ſed inutilem, parificatur.
45 Iudex ſecularis non poteſt condemnare clericum, nec confeſſio coram eo facta praeiudicat ipſi clerico.
46 Statutum ſubditos tantum ligat.
47 Clerici non ligantur ſtatutis laicorũ.
48 Iudex ſecularis cõdemnans clericum, eſt excommunicatus.
49 Scriptura concurrente cum ueritate, ueritas & non ſcriptura attenditur.
50 Contrahens cum alio, eius conditionis ignarus eſſe non debet.
51 Periculum ubi maius eſt, ibi cautius eſt agendum.
52 Semper eſt in culpa, qui agendo de iure ſuo, bene non deliberat.
53 Ignorantia in minoribus delictis non excuſat.
54 Ignorans quod ſcire debuit uel potuit, non excuſatur.
55 In alterius praeiudicium uolens delinquere, diligentius aduertere debet.
56 Imprudentia delinquentis, in alterius praeiudicium cedere non debet.
57 Bannitus nomen, quid ſignificet.
58 Res iudicata ſubſtantiam ſignificat.
59 Ignorantia non excuſat, cum contumelia iuriſgentium interuenit.
60 Iuſtificare aliud eſt, & aliud non punire. & nu. 95.
61 Priuatus qui ſtatutum uult exequi, de ueritate inquirere debet.
62 Pro facto iudicis praeſumitur.
63 Iudicis authoritas, neminem debet decipere.
64 Error communis habetur pro iure, ad excuſationem eorum quae interim fiunt.
65 Fugitiuus non dicitur, faciens quòd publicè arbitrabatur fieri.
66 Opinio communis multum operatur.
67 Muliere communi opinione reputata praegnante, proximus haeres haereditatem adire nõ poteſt, etiam ſi illam putet non eſſe praegnantem.
68 Ignorantia probabilis excuſat à ſententia excommunicationis.
69 Occidens motus iuſtis rationibus excuſatur, & etiam in iis quae puniendae ueniunt.
70 Item excuſatur etiam ſi non iuſtis rationibus ſit ductus, dummodo dolo careat.
72 Venia errori datur cum non ex malignitate, ſed ſimpliciter precatur.
73 Carnaliter cognoſcens pro uxore reputatam, an de adulterio puniatur.
74 Teſtamentum ipſo iure nullum, pro nullo non habetur, niſi cum decretũ eſt eſſe nullum.
75 Bannitus exiſtens in banni quaſi poſ-ſeſſione,

ſeßione, ut uere bannitus iudicatur.
76 Scriptura publica occidentem bannitum defendit.
77 Citatus publicè & non comparens, quo ad ſui præiudicium, aßentire intelligitur.
78 Paſſus ſe in alio ordine ſcribi, ipſo facto, maiori renunciare uidetur.
79 Illius ſtatus quem quis publice portat, eſſe cenſetur.
80 Talis quis putatur, qualis in libris publicis eſt deſcriptus. & nu. 119.
81 Scriptum in libris publicis pro uero habetur.
82 Scienti & conſentienti, non fit dolus neque iniuria.
83 Ignorantia iuſta excuſat in furto.
84 Iure agere intendens, non præſumitur delinquere.
85 Ignorantia an excuſet occidentem iniuſte bannitum.
86 Pœna ceßat, ubi culpa non adeſt.
87 Intellectus ad l. 3. §. condemnatum. ff. de re iudi. & nu. 98.
88 Occidens clericum bannitum à iudice ſeculari, an excuſetur, uigore ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi. & nu. 90.
89 Sententia cuius nullitas notoriè apparet, non excuſat.
90 Bannum non habens eſſe, nec formã eſſe, iniuriantem non excuſat.
91 Error principis ſubditorum excuſat errorem.
92 Ignorantia ſeu error iuris, eſt lata culpa.
93 Homicidium diuino & humano iure prohibetur.
94 Homicida expectet quod fecit.
95 Homicidium à priuato fieri non poteſt ſine dolo.
96 Occidens bannitum cancellatum de banno ignorans, qualiter puniatur.
97 Præſumptio una tollit aliam.
99 Exceptio nullitatis licet non poßit opponi contra ſententiæ executionem, quando ſunt tres ſententiæ conformes, opponitur tamen quando ex inſpectione ſententiæ de eius nullitate apparet.
100 Appellatio non intelligitur remota, ubi grauamen eſt notorium.
101 Interficiens bannitum appellatione pendente, an & qua pœna ſit puniẽdus. & nu. 102. cum ſequẽtib. uſque ad nu. 110.
102 Appellatione pendente nil eſt innouandum, nu. 111.
103 Damnatus accipitur qui non prouocauit, qui prouocat nondum damnatus uidetur.
104 Prouocationis remedio, condemnationis extingitur pronuntiatum.
105 Diſpoſitio conditionalis pendente cõditione non purificata, locum non habet.
106 Bannitus pendente appellatione, pro non bannito habetur, & impunè interfici non poteſt.
107 Appellatio temeraria & calumnioſa, executionem non ſuſpendit.
108 Bannitus an infra tempus datum ad appellandum, poßit impunè occidi.
109 Damnatus ultimo ſupplicio, ſtatim & ciuitatem, & libertatem perdit.
110 Sententia condemnatoria, an infra tempus datum ad appellandum poſſit a iudice executioni mandari. & nu. 116. 117. 118. & 119.
112 Pendentia temporis præfixi ad appellandum, idem operatur quod operatur pendentia appellationis.
113 Innouata inter ſententiam & appellationem retractari debent.
114 Spes ad ius, alicui non debet auferri.

Ius ad

115 *ad appellationem, tolli non poteſt.*

116 *Intellectus ad l.1.iuncta glo.ff. de re iudi.*

117 *Intellectus ad l.qui ultimo.ff. de pœ.*

118 *Intellectus ad c.ſicut.2.q.1.*

119 *Intellectus ad l. additos.cum ſeq.C. de epiſco.audi.*

120 *Bannitus an pendente iudicio nullitatis ſententia, poßit impunè offendi. & nu.121.uſque ad nu.124.*

121 *Sententia nulla non meretur executionem.*

122 *Statutum quòd bannitus poßit impunè offendi, intelligitur de rite bannito.*

123 *Defenſiones friuolæ non ſunt attendendæ.*

124 *Lite pendente, nil eſt innouandum.*

125 *Bannitus abſolutus, ſed non cancellatus de banno, an poßit impunè occidi. & nume.126 cum ſeq.uſque ad numerum 174.*

126 *Teſtamentum non cancellatum, ac in prima ſui figura, & ſine deturpatione repertum, legitimè factum uidetur, & ex eo fit mißio in poſſeßionẽ.*

127 *Miles non dicitur, niſi in numero militum ſit deſcriptus.nu.129.*

128 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*

130 *Liber fiſci probat debitum debitoris in eo deſcripti.*

131 *Fabricenſes & alij curiæ aſcripti, ſola deſcriptione probantur.*

132 *Delinquens non dicitur faciens, quod arbitrabatur ſibi licere.*

133 *Iuſta credulitas cauſatur ex eo quod ſcriptum publicè reperitur.*

134 *Diuinare non tenetur, qui bannitum offendit. & numero 165. & 188.*

135 *Scripturis condemnationũ faciliter non derogatur.*

136 *Occidens authoritate publicæ ſcripturæ, non debet decipi, ſed excuſari.*

137 *Fraudari nemo debet à iudice, uel à lege.*

138 *Plura quoties requiruntur ad actus perfectionem, non ſufficit alterum fieri: & uno deficiente, totum deficit.*

139 *Cancellatio factum requirit. & numero 183.*

140 *Acta cum procuratore, cuius reuocatio ad iudicem & aduerſarium non peruenit, ualent.*

141 *Emens à falſo tutore, quem uerum putabat, fructus lucratur.*

142 *Emens à pupillo, quem putabat eſſe puberem, uſucapit.*

143 *Vſucapio ſine titulo non procedit.*

144 *Iuſta cauſa interueniente, procedit uſucapio ex titulo lucratiuo.*

145 *Condemnationis ſcriptura nõ attenditur, cum ad nihilum eſt reducta.*

146 *Bannitus inutiliter deſcriptus, non poteſt offendi.*

147 *Scripturæ ſola imago, nihil operatur.*

148 *Cingendus de proximo, habetur pro cincto.*

149 *Cancellandus de breui, pro cancellato habetur.*

150 *Abſoluendus de proximo, habetur pro abſoluto.*

151 *Domus ad quam ignis prope uenit, pro combuſta habetur.*

152 *Quæ ſe habent ad eſſe, negocium ſuſpendunt.*

153 *Ceptum habetur pro completo, in fauorabilibus & liberatorijs.*

154 *Bannitus non dicitur, habens actionem ad bannum cancellandum, & multo magis banni exceptionem.*

155 *Obligatus non eſt ad banni pœnam, qui exceptionem habet.*

156 *Solutione eius quod debetur, tollitur obli*

tur obligatio.

257 *Obligatus non dicitur, exceptione tutus.*

258 *Offenſo licet ſe defendere in bello illicito, ex parte offendentis.*

259 *Homo homini inſidiari nefas eſt.*

260 *Verba in effectu accipi debent.*

261 *Ignorantia priuata non excuſat, ubi publica uertitur ſcientia.*

262 *Acta notorium inducunt.*

263 *Ignorans peritiores non conſulens, de lata culpa tenetur.*

264 *Offendens, pro modo culpæ, puniri debet.*

265 *Bannitus nomen donec durat, durat & eius effectus.*

266 *Qui ſatis dedit de ſoluendo condemnationem, eundo ad ſoluendum, non poteſt impune occidi.*

267 *Modus articulandi contra occidentem bannitum rebannitum, ſed non de banno cancellatum.*

268 *Occidens rebannitum non cancellatum de banno, cuius fama erat eſſe abſolutum, de homicidio tenetur, qua autem pœna puniatur, uide numero 275.*

269 *Idiota aſſerens iuris diſpoſitionem ignoraſſe, iuramento expurgatur. & numero 271.*

270 *Conſilio peritiorum ſtandum eſt.*

271 *Intellectus ad l. præſenti. §. pen. C. de iis qui ad eccle. confugi.*

273 *Intellectus ad l. Marcellus. §. 1. ff. rerum amota.*

274 *Cauſæ criminales, rei iuramento nõ dirimuntur.*

276 *Bannitus cuius bannum non eſt cancellatum, qui poteſt impunè offendi, an ſi appareat per inſtrumentum, uel aliter quòd ſoluta eſt quantitas, ut bannum annulletur, poſſit occidi impunè. & nu. 282. & 284.*

277 *Scriptura poſterior deroga[illegible]*

278 *In conditionibus effectus & modus attenditur.*

279 *Modus in diſpoſitione legali, habito effectu non attenditur.*

280 *Bannitos ſufficit cancellari uerbo, ex conuentione, quod banniti cancellari debeant.*

281 *Banniti qui debent rebanniri per ſapientes, & ita factum eſt, ſed non ſunt cancellati, non poſſunt impunè offendi.*

285 *Interficiens bannitum habentẽ ſaluum conductum, an puniatur. & nu. 286. cum ſeq. uſque ad nu. 291.*

286 *Homicidium committens capitaliter non punitur, ſi dolo non fecit.*

287 *Error etiam iniuſtus excuſat à dolo.*

289 *Saluuſconductus datus per principẽ bannito, ualet.*

290 *Bannitis inferiores à principe, ſecuritatem dare non poſſunt.*

291 *Iudex non poteſt ſuam, uel prædeceſſoris ſententiam diffinitiuam reuocare, uel ſuſpendere.*

292 *Bannitus proteſtans ſe rebannitum, nunquid impunè offendi poſſit.*

293 *Occidens Cornelium, quem credebat eſſe Aurelium bannitũ, an puniatur.*

294 *Ignorantia an poſſit allegari ad cõmodum delinquentis.*

295 *Adulterans nuptam, credens eſſe ſolutã: & percutiens clericum credens eſſe laicum: in primo caſu adulterij, in ſecundo ſacrilegij pœna punitur.*

1 IGnorantia * an excuſet à delicto. In hoc conſiderari debet duplex ignorantia, una iuris & alia facti, quantum eſt ad delicti excluſionẽ. De ignorantia iuris dantur tria capita, ignorantia iuris naturalis, quaſi naturalis, & ciuilis.

* Iuris

[illegible]is naturalis ignorantia eſt, &
exemplificari poteſt in eo qui pu-
tat ſibi licere committere adulte
rium,quod eſt contra ius naturale.
ut in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.
3 ſtuprum.ff.ad l.Iuli. de adulte.* Itē
ſi putat ſibi licere committere fur-
tum, quod eſt contra ius naturale.
§.1.Inſtitu.de oblig.quæ ex delict.
4 * Item ſi putat ſibi licere homicidiū
facere,quod eſt contra ius natura-
le.l.ut uim.ff.de iuſti.& iur.& poteſt
exēplificari in aliis multis caſibus,
quos ponit gl.in l.regula. in prin.ff.
de iur.& fact.ignoran.& ibi Saly. la
5 tè. * Et quòd iſta ignorantia iuris
naturalis non excuſat,ita uoluit gl.
in d.l.regula.& alia gl.in l. reſpicien
dum.§.delinquunt.ff.de pœ.& An-
ge.l.plagii.quæ eſt fi.infrà,ad l. Fla-
6 ui.de plag.* dicens quòd faciens il
licitum iure naturæ,nunquam excu
ſatur,nedum propter temeritatem,
imò nec propter militiā,ruſticitatē,
7 aut ætatem.* Et dicit Saly.in l.Sena
tus.col.fi.uerſ.quapropter.infrà,de
iis qui ſibi aſcrib.quòd quādo erra
tur in iure naturali, licet pœna ſit à
iure ciuili appoſita,nulla iuris igno
8 rātia excuſat.* Nam licet pœna poſ
ſit ignorari iuſtè,tamen iſta prohi-
bitio quam ius naturæ facit,non po
teſt ignorari, niſi ſupine, quod idē
uoluit Dy.in c.ignorantia.de regu.
9 iu.in 6.* Idem dicendū eſt in ignorā
tia iuris quaſi naturalis, quod po-
10 teſt exemplificari * in libero,uocā-
te in ius patronum ſine uenia. ut in
11 l.2.C.de in ius uocan.* & in matre
quæ nō petit tutorē filiis,& in mu
tuāte filiofami. & in nubente infra
annū luctus,prout exemplificat gl.

in d.l.regula.cum hæc ſint admixta
quaſi iuri naturali. ut dicit Saly. in
12 d.l.Senatus.*Et quòd excuſatio nō
detur in iure naturali,ponit Bart.in
l.ſi quis in tanta.colū.2.uerſ. quæro
quid de milite.ſuprà,unde ui.dicēs,
quòd per diſpoſitionem illius legis
comprehenditur miles & ruſticus,
quia non poſſunt prætendere igno
rantiam.nam inuadere poſſeſſionē
rei alienæ, eſt contra ius naturale.
13 * Et error iuris naturalis non excu-
ſat nec à uero dolo,nec à dolo præ
ſumpto,prout uoluit Alexan.in l. ſi
quis id quod.col.2.ff. de iur.om.iu-
di.poſt Dy.in d.c.ignorantia.& Bu.
in c.2.col.2.de conſtitu. ea ratione,
14 *quia mulieri & minori ſuccurritur
aduerſus dolum præſumptū.ut uo-
15 luit gl.in l.ubi.in prin.ff.de edē.*Sed
mulieri & minori non ſuccurritur
in delictis aduerſus dolum uerum,
quādo errant in iure naturali.d.l.ſi
adulteriū.glo.in d.l.regula.nec tex.
in d.§.ſtuprū. poteſt intelligi quòd
loquatur in dolo præſumpto, quia
mulier ab eo excuſaretur.hoc idem
uoluit Deci.in d.l. ſi quis id quod.
nu.22.& Rim.nu.8. & Curti.ſeni.cō.
55.col.5.uer. quia bene. Cōprobari
16 poteſt hoc ea ratione:* quia furtū,
adulterium, & ſimilia prohibita de
iure naturali,de ſubſtātia: & ad hoc
ut dicantur delicta , requirunt do .
lum uerum , prout uoluit Barto. in
l.1.§.1.ff. ſi quis teſtamen.liber eſſe
iuſſ.fue. & Bald. in l. non ideo mi-
nus.in 3.colum.in uerſicu. aduerte.
C.de accuſa.unde in iis delictis de
iure naturæ prohibitis,nō datur ex
cuſatio à uero dolo. & dicit Abb.
in c.quomodo.colū.fin.& ibi etiam
Fely.de

Fely.de ſimo.quòd quædã delicta
ſunt in ſe mala,ut adulterari,occide
re,deierare,& ſimilia , quæ aliquo
caſu nõ ſunt cõmittenda.& locum
17 habet illud dictum, * Potius omnia
mala pati,quàm malo cõſentire.ca.
ſacris. de his quæ ui met. cauſa fi.
18 *Ignorãtia iuris ciuilis multipliciter
conſideratur ad excuſandum. nam
illud ius quod ignoratur, & in quo
erratur,aut requirit uerum dolum
ad pœnam imponendam,aut præ-
ſumptum dolum,aut culpã tantum.
ſi dolum uerum exigit,tunc ignorã
tia iuris,iuſta,uel non iuſta ratione
cauſata,excuſat.l.ſi quis in graui.§.
ſi quis ignorans.ff.ad Syl.l.igitur.ff.
de lib.cau.& ita determinat Saly.in
d.l.ſenatns.col.fi.infrà de ijs qui ſi.
aſcrib.& hoc modo debet intelligi
ex mẽte ipſius glo.in l.plagij.infra.
ad l.Flaui.de plag.Aut requirit do-
lum præſumptũ,& tunc ſi ignoran-
tia eſt iuſta,excuſat.ſi autẽ nõ erat
iuſta,nõ excuſat.l.fi.§.licet.ff.de pu
bli.l.diuus.ſecundo reſponſo. ff.de
falſ.l.conſtitutiones.ſuprà, de iuris
& facti ignorã.ita Saly.in d.l.ſena-
19 tus.*Idem dico in ignorantia iuris
municipalis,ut ſi fuerit iuſta,excu-
ſet à pœna,ea ratione,quia ligat re
20 ſpectu delicti.* Et ubi non eſt deli-
ctum,ibi non eſt pœna.l. paterfa-
21 milias.ff.de hære.inſti.* Et ignorãs
nõ dicitur delinquere.l.ſi quis igno
rans.ff.de loca.c.in lectũ.24.q.2.l.fi.
ff.de decret.ab ordi.fa.& etiã,quia
pœna imponitur propter contem-
ptum ſtatuti.& ille qui ignorat non
contemnit,ideo puniri non debet,
per ea quæ no.in c.2.de conſtit.lib.
22 6.*Et de iſta materia,an & quando
ſtatutum liget ignorantes, r[illegible]
Abb.Cardi.Antha.Deci.Fely.[illegible] alij
in c.cognoſcentes.de conſtit.& eſt
tex.in c.2.& ibi latè doct.de conſti.
lib.6.& maxime Crot. & Marſco.
qui regulam hanc ampliant & limi
tant multis modis.& de qua etiam
per Bar.& alios in l.1.C.de ſumma
trini.& fide catho. quæ poteris ibi
uidere,quia nõ eſt materia noſtra.
23 *Aut culpa requiritur,& tum dicit
Salyc.in d.l.ſenatus.ſi lata culpa.&
idem dicendum eſt quod in dolo
præſumpto,per tex.in l.magna ne-
gligentia.& in l.latè.ff.de uer.ſigni.
aut requirit leuiorẽ culpam,& tunc
idẽ dicendum,ut ſi fuerit iuſta excu
ſet,ſi iniuſta nõ excuſet.Sed aduer-
te in eo quod dicit Saly. quòd lata
culpa æquiparet dolo præſumpto,
quia illud nunquam putaui uerum,
prout dixi ſuprà in uerſi.lata culpa.
24 *Facti autem ignorãtia,an & quã-
do excuſet,uidendum eſt.& in pri-
mis id clarũ eſt in iure,quòd igno-
rãtia facti prçſumitur. l.uerius.ff.de
probatio.l.ſi mulier.& ibi Bar.ff.ad
25 Velle.* & maximẽ ignorãtia facti
alieni.ut in l.fi.ff.pro ſuo.uoluit gl.
in l.ſi res obligata.& ibi Iaſ.ff.de
26 leg.1.* ex quo dominus præſumi-
tur,factũ à ſeruo ſuo,uel ſuo procura
tore ignorare.l.quod uulgo.ff.pro
27 emp.& * in facto alieno tolerabilis
eſt ignorãtia. d.l.fi.& ibi Bar.ff.pro
ſuo.& l.non fatetur .ff. de confeſſ.
28 *Et uoluit Card.in c.1.in 5.q.de con
ſan.& affi.dicens quòd ignorantia
facti alieni præſumitur.c.ab excom
municato.de reſcrip.c.prætereà.23.
di.& eſt tex.in c.præſumitur.de re-
29 gu.iuris.libr.6.* quæ quamuis dicat
præſumi

-ni ignorantiã,ubi ſcientia nõ probatur, attamen reſtringitur ad ignorantiã facti.ubi per Dy.Philipp. Franc.& Albe.& talis ignorãtia excuſat.l.ſemp.§.in hoc edict.ff.quod
30 ui aut clam.* & ex hoc hæredi datur reſtitutio ſi errauit in geſtis per defunctum,ut uoluit Bar.in l.ad diem. & in l.cũ filius.§.in hac.ff.de uerbo. oblig.& Dy.in c.cũ quis.de reg.iur. lib.6.& Deci.in l.qui in alterius.ff.de
31 reg.iur.* & dicit Bal.in l.genero.ff. de iis qui not.infa.quòd ignorantia eſt triplex,una ignorantia facti publica,quando communiter omnes ignorant,& iſta excuſat ignorantẽ. alia & ſecunda eſt ignorantia priuata probabilis,ut quando communiter factum ſcitur.ſed ſi unus prætendit ſingularem ignorantiam ratione abſentiæ,& iſte excuſatur.Eſt & tertia ignorantia priuata, ſed temera-
32 ria,* ut qa cõmuniter omnes ſciũt, & unus dicit illud ſe ignorare.hoc caſu ignorãtia ſibi nõ patrocinatur, præſertim ubi ratione officii teneba tur inquirere,per text.in l.regula.§. quid enim ſi omnes.ff.de iur.& fac. igno.& in l.pen.C.de pe.tut.& in c.
33 1.de poſtula.prælato.* Voluit etiam hoc idem Cardi.in d.cle.1.in d.q.5. dicens,quòd probabilis ignorantia
34 excuſat,craſſa & ſupina non.* unde ignorantia in facto alieno præſumitur,niſi tale factum ſępius fuiſſet tractatum,nam tunc præſumitur ſcientia.l.Procula.ff.de probatio.& l.ſi patronus.ff de conf.tut.not.Bal.in l.cũ alienam.C.de lega.& Iaſ.in d.l.ſi res
35 obligatas.colũ.pen.* In delictis & præſertim in homicidio,an ignorantia facti excuſat,adhoc ut occidens poſsit pœnam euitare,Bart.in l.genero.ff.de ijs qui.not.infa.faciendo tres caſus dicit,quòd quis poteſt allegare ignorantiam ad euitandum pœnam,niſi ſit admixta culpa.unde infert quòd ſi quis occidit hominẽ quem putabat eſſe bannitum,non punitur de ſimplici homicidio, niſi fuiſſet in culpa,quia plenius inueſtigare debuit,punietur tanquã de culpa.l.2.§.qua actione.ff.ui bono.rapto.præſuppoſito ſtatuto in ciuitate,quòd banniti ſeu condemnati à certa quantitate ſuprà (prout eſt in hac ciuitate,à quinquaginta libris ſuprà) impunè poſsint uerberari, & interfici.quod ſtatutum præſuppono in omnibus infrà poſitis quæſtionibus.Ex præcedenti dicto Bar. oriuntur multæ difficultates,de quibus uidebimus.& primò ſi quis interfecit bannitum,non tamen legitimè,an excuſetur.Secundò ſi quis interfecit bannitum qui à ſentẽtia appellauerat,uel de nullitate dixerat. Tertiò ſi interfecit bannitum abſolutum,& non cancellatum. Quartò ſi interfecit bannitum habẽtem ſaluum conductum.Quintò ſi uulnerãdo bannitum abſolutum,uel habentem ſaluum conductum,fuerit proteſtatum,quòd eſſet abſolutus, uel haberet ſaluum conductum.Sextò ſi interfecit non bannitum, putans ipſum eſſe bãnitum,errando in per-
36 ſonam.* Circa primum,quando iniuſtè eſt bannitus,uidendum eſt,an & quo caſu detur excuſatio.& exemplificari poteſt in iudice laico,q̃ bãniuit clericũ,ꝓut exẽplificat Nicol. de Mattharell.Dy.Io.An.Bal.ĩ locis infrà poſitis.Poteſt etiã exẽplificari

in eo qui fuit bannitus ex parua cau
ſa, prout exemplificat Alex. in conſi.
77. uol. 2. poteſt etiam demonſtrari
in eo qui fuit bannitus ſine legitima
citatione, & in aliis conſimilibus ca
ſibus, de quibus ſententia banni aut
37 eſt nulla, aut eſt iniqua.* Executio-
nem nō dari ſi bannum eſt nullum,
aut iniquum, deducūt docto. ex plu-
ribus. & primò certum eſt, quòd uer
ba dubia ſtatutorum reducuntur ad
interpretationem & intellectum iu
ris communis. l. fi. ff. de decret. ab or
di. fac. l. ut gradatim. §. ſed ſi lege. ff
de mune. & hono. l. 2. C. de noxa.
Bar. & alii in l. omnes populi. ff. de iu
ſti. & iure. & Dy. in conſ. 53. incip. ca-
38 uetur ſtatuto communis.* & iſtud
apparet, quia cum lex determinatur
per aliam legem, non eſt nouum. l.
ſed & poſteriores. & l. & ideo. ff. de
leg. ergo eodem modo ſtatutum de
39 bet determinari per legem,* cū lex
40 ſit. d. l. omnes populi.* Lex autem
interpretatur illum eſſe bannitum,
& condemnatum, cuius bannum &
condemnatio de iure tenet. l. rei ca-
pitalis. §. fi. ff. de pœn. l. 2. §. condem-
natum. cum aliis deductis ibi in glo.
ff. de re iudi. l. non putaui. §. non quę
uis. & ibi Bartol. ff. de bono. poſſeſ.
contra tabu. & ꝓbat Barto. & alii
per text. in l. debitor. ff. de uer-
bo. ſignifi. & in l. ſi quis filio exhære
dato. §. quod ſi quis. ff. de iniu. rup.
irri. teſta. Item quicquid eſt agendū
lege, ita demū ſortitur effectū, ſi de
41 iure ualet.* & ſic ſentētia exequitur
quādo iuridice eſt lata, & nō aliter.
l. 1. §. fi. ff. ad Turpili. l. ſi pater. C. ne
de ſta. defunct. l. 2. & fin. C. ſi à non
compe. iudi. l. ex conſenſu. §. 1. ff. de
42 appella.* Cum uerba intelli
da ſint cum effectu. l. 1. §. 1. ff quod
quiſque iur. c. relatum. de cle[illegible]. non
43 reſid.* Aequiparantur enim iſta
duo, aliquid non eſſe, uel minus
perfectum eſſe. c. 2. de tranſ. epiſ. l.
quoties. ff. qui ſatiſda. cogā. l. 1. §. qui
bus. ff. qđ cuiuſq; uniuer. & eſt glo.
44 in l. fi. C. ad l. Flaui. de plag.* parifi-
cans non habere filiū, uel habere &
inutilē. tāgit de hoc Alex. in l. filii. §.
uidua. ff. ad muni. & Iaſ. multa addu-
cit ad hoc propoſitū. in d. l. quoties.
45* Ex quibus ſatis cōſtat, quòd ſtatu
tū hoc debet intelligi, quòd liceat
offendere bānitū impunè, de eo cu
ius cōdēnatio & bannū tenet: in cle
rico autē ſatis cōſtat non tenere, &
bannū eſſe nullum ipſo iure. nā cle-
ricus non poteſt cōdēnari per iudi
cem ſecularē, nec cōfeſsio corā ipſo
facta clerico præiudicat. c. at ſi cleri-
ci. & ibi Abb. & alii. de iudi. auth. ſta-
46 tuimus. C. de epiſco. & cleri.* qa ſta
tutū nō ligat nec reſpicit niſi ſubdi-
47 tos. l. 1. & ibi not. C. de ſum. trini.* &
maxime clericos. c. eccleſia Sanctæ
Mariæ. & c. quę in eccleſiarū. de con
48 ſtit. & ibi latè doct.* Imò eſt excom
municatus talis iudex. c. 1. de pœn. in
49 clemē. & ibi not.* Secūdò facit, quo
ties cōcurrit ſcriptura & ueritas, at-
tenditur ipſa ueritas, non autē ſcri-
ptura. l. 2. C. de erro. aduoc. l. 1. C.
plus uale. quod agi. l. ſi librarius. ff.
de reg. iur. Tertiò adducitur, hic ta
lis uolēs interficere hominē, quem
putabat bannitum, non poteſt ſe ex
50 cuſare prætextu ignorantiæ,* cū ille
qui contrahit cum alio, debet eſſe
certus de eius cōditione, & niſi dili-
genter exploret eius conditionē. l.
qui cum

ut in alio.ff.de reg.iur.Multo magis qui contra alium uult delinquere, debet de conditione perſonæ
51 explorare,* cum ubi maius eſt periculum, ibi cautius ſit agendum.c.ubi
52 maius.de elect.lib.6.* & ille ſemper eſt in culpa qui agendo de iure ſuo bene non deliberat, etiam ſi ageret ex perſona alterius.l.qui in alterius.
53 ff.de reg.iur.* Item cum ignorantia non excuſet in minoribus delictis. § ſed nedũ.Inſtit.ui bono.rapt.mul
54 to minus in maioribus.* Item non excuſatur ignorans quòd ſcire debuit, uel potuit.l.quod te.ff.ſi cer.petat.§.Seruius.Inſti.qđ ui aut clam.l. nec ſupina.& l.regula.§.1.ff.de iur. & facti igno.c.innotuit.de electio.
55 * Sed iſte uolens in alterius præiudicium tale delictum committere, debuit diligenter inquirere.l.1.& l.fin.
56 C.de exercito.actio.* nec ſua imprudentia debet cedere in alterius præiudicium.l. illicitas.§.ſicuti.ff.de offi.præſi.l.idem iuris.in fin.ff.ad l.
57 Aquili.* Confirmantur prędicta, nã iſtud nomẽ bãnitus, ſignificat quid-
58 ditatem bãni,* ſicut res iudicata ſignificat ſubſtantiam ſiue ſubſiſten-
59 tiam.l.2.ff.de pœn.* Nec debet excuſari prætextu ignorantiæ, cum cõtumelia iuriſgentium interuenerit.l. ſi adulterium cum inceſtu.ff.de adulter.& dixi ſuprà in uer.ignorantia iuris.in prin.Debet ergo curioſe inquirere, & non procedere ad talem actũ homicidii, quod eſt contra ius naturale, cum & ſi concedatur à ſta-
60 tuto, nõ debeat puniri:* quia aliud eſt iuſtificare, aliud non punire.l.accuſatione.ſuprà quod met.cauſa.ita Bal.in l.1.ſuprà ſi à non competen.
61 iudi.& hoc clarius demõſtratur,* qa cum iſte priuatus uoluit eſſe executor ſtatuti, ipſe debebat inquirere.l. ſi nõ cognitio.ſuprà ſi cõtra ius uel
62 utilit.publicam,&c.* In contrariũ quòd imò interficiens non debeat puniri adducitur, qa iſte interficiẽs eſt tutus, & excuſatur à ſentẽtia, credens factum per iudicem bene eſſe factum, cum pro ipſo præſumatur, quòd iuſte & legitimè bannierit.l.2. ſuprà de offi.ciui.iudi.l.Herennius. §.Caia.ff.de euictio.l.1.in prin.ff.de offi.pręſi.l.nõ uidetur.§.qui iuſſu.& ibi not.ff.de regu.iur.c.in præſentia.de renuntia.c.per uenerabilem.
63 qui filii ſint legi.* aliàs ex facto iudicis pateretur laqueus, quod eſt contra legem.c.uiduis.27.q.1.l.1.ſuprà, de iis qui ueni.ætat.impet.non ergo fuit in culpa, credens quòd iudex ſententiam iuſtam tulerit, & faciens illud quod communi opinio-
64 ne erat licitũ:* cùm publicus & cõmunis error habeatur pro iure, ſaltem ad excuſationẽ eorum quæ interim fiũt.l.Barbarius.ff.de offi.pręto.l.3.ff.de ſupell.leg.l.1.ſuprà de teſta.l.2.ſuprà de ſenten.& interlocu.
65 * Sicut nõ deliqt, nec in fugitiuorũ numero cõputaẽ, q facit quod publicè arbitrabaẽ fieri licere.l.qd ſit ſugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædil.
66 edict.* & cõmunis opinio multum
67 operatur.* Vnde ſi mulier cõi opinione putatur prægnãs, ꝓximus hæres adire hæreditatẽ nõ poteſt, etiã ſi putet illã nõ eſſe prægnãtẽ.ſecus ſi cõmunis opinio eſt in cõtrariũ.l. cum quidã.§.quod dicitur.& l.1.ff.de acqui.hære.imò ignorantia ſola excuſare uidetur.l.chirographus.§.

68 adeo.ff.de admini tuto.* Item igno
rantia probabilis excuſat à ſenten-
tia excommunicationis.c.ſi uero.el
2.de ſenten.excommunicatio. Addu
icitur pro hoc tex.in l.illud.ff.de in-
iur.& in c.illud.15.q.1.& quę no.glo.
69 in l.1.ff.de arbitr. * Secundò facit,
quia iſte occidens iuſtis rationibus
ductus,excuſationem meretur,etiã
in iis quæ uenirẽt puniẽda.l.2.§.ſi
publicanus.ff.ui bono.rapt.l.miles.
70 §.mulier.ff.de adulter.* Imò etiã ſi
non iuſtis rationibus ductus ſit,ex-
cuſatur,dummodo tamen dolo ca-
reat.l.1.in fi.ff.de abig.l.igitur.& ibi
eſt caſus.ff.de libera.cau.& dixi ſu-
71 prà.* Nam ignorans non intelligi-
tur delinquere.l.ex maleficiis.ff.de
72 actio.& oblig.* & uenia errori da-
tur,cum nõ ex malignitate,ſed ſim-
plicitate peccatur.c.2.in fi.de tranſ.
epiſc.c.non minus.de immu.eccle.
73 * Tertiò adducitur,quia tale bannũ
quo ad excuſandum à pœna,pro le
gitimo haberi debet,ſicut & nõ le-
gitima uxor habetur pro legitima,
quo ad hoc,ut qui eã carnaliter co-
gnoſcit,de adulterio punit.l.ſi uxor.
in prin.ff.de adulter.& facit l.ſi igno
rans.ff.loca.& l.item apud.§.ſi quis
uirgines.ff.de iniur.& l.ſi quis pa-
trem.ff.ad Macedo.& iſtud tale ban
nũ nõ poteſt,nec debet haberi pro
nullo,niſi quando fuerit detectum
74 uel pronunciatum nullum.* Sicut di
citur de teſtamento quod eſt nullũ
ipſo iure præteritione filii in pote-
ſtate conſtituti,ut nõ reputetur,nec
habeatur pro nullo,niſi cum decre-
tum eſt eſſe nullum.l.ſi filio.ff.de in
75 iu.rupt.irritoque teſta.* cùm etiam
iſte bannitus occiſus erat in quaſi
poſſeſſione banni.unde de [illegible]io,ut
uere bannito,debet iudicari.l.ſi cui.
§.licet.ff.de lib.cau.l.3.§.ſi ſeruus.ff.
76 de acqui.poſſeſſio.* Cùm etiã iſte
occidens ſit tutus authoritate publi
cæ ſcripturę.l.de ætate.§.ex cauſa.ff.
77 de interro.actio.* Quartò facit re-
ſpectiue ad clericũ,quia cũ iſte fue-
rit citatus publicè,& edicto nõ com
paruit,intelligitur cõſentire quo ad
ſui præiudicium.l.ſi eo.ſuprà,de re-
miſſi.pigno.l.ſi ea,ſuprà,qui accuſa.
poſſ.l.diffamari.ſuprà,de inge.& ma
nu.& ſic iſte uoluntate ſua, & quo
ad ſui præiudicium in libris bannito
78 rum deſcriptus intelligitur.* Sed
qui ſe ſcribi patitur in alio ordine,ui
detur ipſo facto renunciare maio-
ri.l.5.§.fin.ff.de iure immu.l.ſi.ff.de
decurio.cum itaq; paſſus ſit ſcribi in
libris dãnatorum,ſibi præiudicauit.
79 * Nam illius ſtatus quem quis pu-
blicè portat,eſſe cenſetur.l.1.§.ſed
& qui pileati.ſuprà,de lati.liber.toll.
80 * Etiam talis eſſe putatur,qui pati-
tur deſcribi in libris publicis in ſui
81 præiudicium.* Item ſcriptum in eis
habetur pro uero.l.cenſualis.ſuprà,
de donatio.l.fi.ſuprà,arbit.tute.l.cẽ
ſus.ff.de probatio.cum etiã iſte cle-
ricus à principio debeat cõparere,
82 & allegare ſuum priuilegium:* cùm
ſcienti & conſentienti nõ fiat dolus,
neque iniuria.c.ſcienti.de regu.iur.
in 6.uel ſaltem ex poſt debebat pete
re publicè bannum cancellari, uel
publicè proteſtari coram ipſo iudi-
ce,uel coram ſuo,taliter quòd in pu
blicam notionem peruenire poſſet.
arg.l.ſi fideiuſſor.§.1.& 2.ff.manda.
& cum ita omiſerit,uidetur dediſſe
83 cauſam ignorãtiæ.* & iſta ignoran-
tia iuſta

ta i. excuſat in delictis,ut in furto.§.quia tamẽ.Inſtit.ui bono.rapt. l.adulterium.§.fratres.ff.de adulter.
84 * cum occidens non delinquere, ſed iure agere intendebat.ut in c. quicquid.de reg.iur.lib.6.& uidetur eſſe caſus in l.qua actione.§.ſi qs in colluctatione.ibi,aut ſi nõ in certa-
85 mine.ff.ad l.Aquili.* In hoc quondam Egidius Cremonenſis,& Gualterius de Gangareto antiqui doct. ut refert Ioã.And.in d.regula,quod qs.in mercurialibus.dicebant quòd ſi occidens ignorabat eum iniuſtè eſſe bannitum,tunc excuſatur,cum non fuerit in dolo,aut culpa,uel negligentia.Contraria tamen loquuntur ubi adfuit aliquid prædictorum, uel quando uoluit iniuriari,licet er-
86 rauerit in perſona.* Cum itaque deſit culpa,ergo & pœna ceſſat.c.2.de cõſtit.& ſic difficultas huius q.reducitur ad hanc diſtinctionem , quòd aut ſciebat eſſe bannitum iniuſtè, & tunc non excuſatur.aut ignorabat,& tunc excuſatur. Hãc diſtinctionem ſimpliciter ponit Dyn.in d.l.3.§.cõdemnatum.ff.de re iudi.
87 per tex.in l.pen.ff.de adulter.*& reſpondet ad text.in d.§.condemnatum.quòd non habetur pro bannito quantum ad iſtã diſtinctionem. Dy.ſequitur Saly.& Bal.in l.eũ qui.
88 ſuprà,ad l.Iuli.de adulter.* & eandẽ opinio.poſuit Dyn.in conſi.53.quæſtio talis eſt,cauetur ſtatuto cõmunis.decidens in clerico qui procedebat in habitu & tonſura,& immiſcebat ſe ſacris,ut bannitus,& interfectus ab eo qui dicebat ſe ignorare hunc fuiſſe clericum,ſit puniendus de culpa,& à pœna homicidij nõ ſit

excuſandus,ſed in aliquo eleuãdus. eodem modo diſtinguit Bald.in l.1. ſuprà de pœn.& Alberi.in 4.par.ſtatu.q.29.& idem Alberi.ſimpliciter diſtinguit poſt Dy.in d.l.4.§.condemnatum.reſpondendo ad §.cõndem-
89 natum.ut ſuprà per Dy.*Ad demõſtrandum autem,quòd occidens nõ poſsit probabiliter allegare ignorãtiam,dicunt non excuſari,ſi in ſententia appareat notoriè de nullitate,& eius uitium ſit euidens.ita uult Saly.in d.l.eum qui.ſequẽdo in hoc opinió. Barto.quòd ſit in lata culpa.& pro eo ſit puniendus quando nullitas apparet ex ipſa ſententia. idem uoluit Bald.in d.l.eum qui.ea
90 ratione,* quia bannum quod non habet eſſe,nec formam eſſe,nõ excuſat iniuriãtem.l.ſi quis aliquid.§. teſtamentum,ff.de pœn.l.ſi quis legatum.ff.de fal.idẽ Bal.in d.l.1.infrà de pœn.dicit quòd aut nullitas patet,& non habet excuſare.aut latẽs eſt,& habet excuſare,per iura prædicta.quod ſequitur Alex.in cõſ.65. attenta diſpoſitione.col.3.uer.& dicit.uol.3.& ſecũdum hãc declaratiouẽ poſſemus intelligere id quod dicit Dy.in d.conſ.53.ut æqualiter procedatur,uel quòd ex lectura ſcripturæ appareat de nullitate,ut dicunt Bal.& Saly.uel quòd re ipſa,& ſic ex habitu & tonſura clerici,& ex immiſtione in ſacris cõſtet eſſe clericũ,ut in iis caſibus non excuſetur ſaltẽ à culpa.& illi conſi.ſe ſubſcripſerunt Fran.Accur.& Lauren.de Rampo.& dicit Gandin.in lib.maleſi.in titu.de banni.pro male.col.3.uerſi.itẽ ſubitio.nu.15.quòd cũ temporibus ſuis fuiſſet occiſus clericus,quem occi-

ſores ſciebant eſſe clericum,& uiderant celebrare ſæpe & ſæpius, & erat bānitus,quòd occiſores fuerūt puniti.& cum refert & ſequitur Albert.in d.q.38.Idem uoluit Iaſ.in d. §.cōdemnatum.in ſi.dicēs, quòd ſi nullitas banni eſſet patens,nō excuſatur occidens.poſſumus ex his dicere, quòd alleganti ignorantiam facti patentis,& ignorantiam iuris occidentis,non datur excuſatio.Nicolaus de Mattharel.in ſua diſputa. ſecūda incip. ſtatutum in ciuitate. quam Paduę diſputauit,&eā habeo in libro diſputationum,in ſecunda parte,& Ioan.An.poſt ipſum in d.c. quod quis.de regu.iur.lib.6.diſtinguunt,ut iſte occidens ſciuit bannū de iure non tenere, & tunc puniri debet, quaſi dolo fecerit aut ignorauit bannū nō tenere,& etiā ignorauerit illū eſſe clericū,tūc abſoluetur:quia habet iuſtam cauſam ignorantiæ.aut ſciuit illum clericum,ſed ignorauit bannum non tenere, & tunc etiam abſoluitur,ſi erat talis perſona,in qua ueriſimiliter cadat error ille,de quo in l.cum de indebito.§.ſin autē is.ff.de proba.aliàs debet puniri quaſi doloſe cōmiſerit.arg.in l.diuus.ff.de falſ.cum ſimili.ſubiungens quòd & in eo quod dictum eſt ſuprà,occidentem excuſari in iā dictis caſibus,maximè ex eo procedat, quia cauſam erroris uidetur dediſſę princeps,uel reſpublica quæ iure principis utitur.
91 *unde ipſius error,qui ius facit,ſub ditorū errorem excuſat.l.3.§.fin.ff. de ſupel.leg.Hāc diſtinctionē uidetur ſequi Ang.in cōſi.288.uiſo themate.colum.3.de quo dicam infrà in ſeq.q.in uer.inſertur.Bar.in .pe. ff.ad l.Iuli.de adulte. diſtinguebat & ipſe in hac materia,dicens quòd aut interficiens ſciuit bannitum nō eſſe legitimè condemnatum,& tūc uera ſit opi.Dy.ut ille debeat puniri.aut iſte ignorauit, & tunc adhuc debeat puniri,non tamen ordinariè,tanquam de homicidio doloſe facto.ſed quia fuit in culpa ꝙ non uidit bannum,adhibendo conſiliū, utrum bannum fuerit rectè latum, ex hac culpa punietur.per tex.in l.2. §.hac actione.ff.de ui bono.rapto. & in l.lege Cornelia.ff.ad l.Corneli.de ſicar.& in l.reſpiciendum.§.de
92 linquunt.ff.de pœn.maximè,* quia ignorantia ſeu error iuris eſt lata culpa.l.libellorum.§. notāter.& ibi gl.ff.de ijs qui not.infa.cum etiam ille qui contrahit cū alio,eſt in culpa,niſi diligenter exploret cōditionem perſonæ,ut dixi ſuprà.Eādem opinio.tenuit ipſemet Bart.in d.l.2. §.hæc actio.quem ſimpliciter refert & ſequitur Bal.in l.ex morte.C. ad l. Aquili.& d.l.quid ſi fugitiuus. §.apud Labeonem.ff.de ędilit.edict. & in l.1.col.2.uerſi.ſed dubitatur.ff. de legi.& Ange.in tract.malefic.in uerſi.qui iudex ad probationē.col. 1.& Alex.in l.3.§.condemnatum.ff. de re iudica.ubi multa congerit de iis quæ ſpectant ad materiam aliarum quæſtionum,de quibus dicam infrà.& idem Alex.in conſi.77.uiſis dubitationibus.per tot.uolu.3. ubi conſuluit quòd ſtante ſententia bāni lata pro parua re,ex qua per ſtatuta non poterat ſententia ferri, quòd interficiēs hunc bānitum nō legitimè debeat puniri pro culpa, non

non autem pro dolo.& Fulg.ſequitur dicta Bar.& ad ea ſe remittit,in d.l.quid ſit fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de ædili.edict.& idem Alex. in conſi.160.uiſis narratis.uoluit ꝙ interficiens bannitum per iudicem extra ſuam iuriſdictionem,ut puta per quindecim milliaria,ultra confinia(cũ ibi tũc nõ haberent Poteſtates Taruiſii talem authoritatem) interfecerit infra illa loca,non iuriſdictionis ſuæ,debeat puniri de culpa,non autem de dolo.refert etiã & ſequitur dicta Bar.Deci.cõſ.482. pro reſolutione.nu.30. in 3.uolu.& Hippoly.aliqua ponit in l.1.in prin. col.2.ff.de ſicar.nu.7.& Ange.in ſua practi.in d.uerſi.qui iudex ad probationem.col.1.& hæc Bart.opinio eſt magis communiter approbata. & Iaſ.in d.§.condemnatum.col.fin. comprobat iſtam opinio.Bart.quia iſte debebat curioſe inquirere conditionem banniti, & non ita cito currere ad actũ, cui naturaliter in-
93 eſt dolus:*quia homicidium eſt prohibitũ omni iure,humano & diuino,ut habetur Leuiti.non occides.
94 *& homicida ſemper quod fecit ex
95 pectet.l.3.C.de epiſc.audi.*quia homicidium non poteſt fieri à priuato,ſine dolo,etiam ſi ſtatutũ nullã imponeret pœnã.quia aliud eſt iuſtificare,aliud eſt nõ punire,ut no. in l.accuſationi.ſuprà, ſi non com-
96 peten.iudi.*Adducit etiam deciſionem Io.An.in additio.ad Spe.in ti. de accuſa.in §.1.ſed eſt in §.ſi.in addi.magna,quæ incip.ut intra certũ tempus.col.3.uerſi.quartum membrum.dicit bannitum abſolutũ interficiẽs,ſed non cancellatum, puniatur extraordinariè,de quo dicã infrà.Adducit etiam dictũ Ange.& Imo,in l.filio quem pater.ff.de libe ri.& poſthu.de eo qui occidit bannitum cancellatum de bãno,ignorans hoc,ut puniatur extraordinarie,& de culpa,quòd nõ fuerit ſeruatus conditionem banni. Sed nec Angel.nec Imo. ponunt eam deciſionem in d.l. filio quem pater. nec eſt uera,quia cũ facta ſit cancellatio bãni,nullam habet excuſationem,nec poteſt dicere ſe eſſe excuſatum,authoritate publicæ ſcripturæ,iuxta tex.in l.de ætate.§.ex cauſa.ff.de interrogato.actio.& dicam infrà,in ſeq.Sed hic occidens tenebitur pœna ordinaria.Eandẽ opinio.quòd occidẽs bannitum abſolutum,quẽ ignorabat abſolutũ,nõ puniatur, tenuit Sozi.iunior,conſ. 58.in cauſa inquiſitionis.uol.1.in fi. per dictũ Nelli in q.2.in 1.par.ſecundi tẽporis.in quo loco Nell.hoc nõ dicit,ſed ponit quæſtionem de abſoluto non cancellato.ex quo eorũ opi.non uidetur uera,quam etiam ponit Frã. de Capitibusliſtæ inter cõſ.Cepo.cõ.40.licet inuictus.in fi. loquens de bannito abſoluto occiſo,ut interficiẽs nõ teneatur,quòd uerum non exiſtimo per iam dicta.

Tenendo opi Bart.prout tenuit Alex.in d.conſ.77.uol.2. reſpondet ipſe Alex.aliquibus adductis in cõtrarium.& primo non obſtat publica ſcriptura cõdemnationis, quia poſito quòd excuſaret à dolo, & ſic à pœna ultimi ſupplicij,non excuſat à culpa cõmiſſa,in non perquirendo,ſeu cõſulẽdo peritiores, & ab errore iuris in quo uerſatur

lata culpa.& dicit quòd iſta eſt communis opinio,& præſertim cum ex inſpectione ſcripturæ apparet de nullitate,& de errore,& de manifeſta iniquitate banni. Nõ ob.ęquitas quæ præſumitur in poteſtate ſeu in iudicante:quia reſpondet, quòd euidens iniquitas bãni,tollit iſtam
97 pręſumptionẽ.* & una pręſumptio, tollit aliã.l.cũ de indebito.in princ. ff.de proba.l.diuus.ff.de reſti.in in-
98 tegrum.* Non ob.reſpõſio data ad tex.in l.4.§.cõdẽnatum.quòd procedat quo ad ipſum cõdemnatum, non quo ad alios:quia iſta reſponſio eſt falſa,& improbatur per Bart. & omnes alios,in l.2.§.ſi ſeruus.ff. de acqui.poſſeſsio.dum ad hoc allegant tex.in l.debitor.ff.de uerb.ſig. Non ob.ſecnudum eundem quòd ſit deſcriptus in figura banni:quia iſtud non ſufficit cum intelligi debeat de habente figuram banni ritè & legitimè lati:quia aliàs non dicitur figura banni,nec dicetur bannitus,ut per Bar.in l.1.§.& parui.in 1.col.ff.quòd ui aut clam.quẽ doct. ubiq; ſequuntur.argu.l.nõ ignorat.
99 ſuprà,qui accu.non poſ.* Videmus etiam quòd licet contra executionem ſententiæ nõ obſtet exceptio nullitatis,quando ſunt tres ſententiæ conformes,ut in c.1.de re iudi. in cle.1.tamen fallit ſi ex inſpectione ipſius ſententiæ apparet de nullitate,quia illa non intelligitur eſſe reiecta, ut not.Oldra.in conſil.111. quòd literæ executiuæ.not.Bald.& Salyce.in l.prima,ſuprà , ne lice.in una,eademq; cauſa.& in aliis locis
100 adductis per Alexã.in d.cõſil.* Ex quo licet appellatio ſit remota, nõ tamen intelligitur remota,ubi grauamen eſt notorium. gloſſ.in c.ex conquæſtione . de reſtitu.ſpolia & ea quæ habentur per Barto.in l.1.in prin.in 3.col.ff.de no.oper.nuncia. & Bal.in l.1.C.ſi de momen.poſſeſ. & cõcludit ipſe Alex ex intentione Bart.& aliorum poſt ipſum,teneri hunc de homicidio culpoſo, & puniri pro modo culpæ & hæc opi. Bar.& eius diſtinctio tradita in d.l. pen.ff.de adulter. magis cõmunis
101 eſſe uidetur. * Secundò quæro, ſi quis interfecit bannitum qui appellauerat,uel de nullitate dixerat,an puniẽdus ſit,& qua pœna. Quo ad primum,quando à ſententia banni appellatio interpoſita fuit, dubium non eſt,quòd ipſa appellatione pẽdente,non potuit bannitus impunè offendi,& hoc per tex.in l.unica. ff.nil.noua.appella.interpo.ubi ex-
102 preſsè dicitur,*quòd appellatione pendente nil innouandum eſt,ſiue recepta ſit appellatio,ſiue non,uſque quo de appellatione ipſa fuerit cognitum,ſed integer ſtatus appel-
103 lationis eſſe debet.*Facit etiã tex. in l.2.§.fi.ff.de pœn.inquit.n.ibi Iuriſcõſultus,cũ accipiemus damnatum qui non prouocauit:cæterum ſi prouocet,nõdum damnatus uide-
104 tur.*Concordat etiã text.in l.1.in fi.ff.ad Turpilia.cũ concordanti.de quibus ibi per gl.dicit enim ibi Iuriſconſultus, prouocationis remedio condemnationis extinguitur, pronuntiatum.& hoc ſiue accipiamus illud uerbum extinguitur,propriè,ac ſi iudicatũ non fuiſſet,prout dicitur in prima parte d.gl.ſiue exponatur extinguitur,id eſt ſuſpenditur,

dit...,prout in ſecunda parte d.glo. ex quo ſi primo modo,dubium nõ eſt,quòd non poteſt impunè offen
105 di.ſi ſecũdo modo,*idem dicendũ eſt,ut in ſimili conditionali diſpoſi tione,pendente conditione nõ pu- rificata,diſpoſitio non habet effe- ctum.l.pecuniam.ff.ſi cer.pe.l.quo-
106 ties in diem.ff.de uerb.obli.*Adeo quòd ex prædictis ſatis patet,quòd appellatione pendente bãnitus habetur pro non bannito,& impunè interfici nõ poteſt.probat hoc text. in l.ordinata.ff.de libera.cauſa.& in l.lite ordinata.C.eo.de libera.cau. & in l.1.qui da.tuto.poſ.& hoc te- nuerunt Dy.Bar.Albe.& cæteri ſcri bentes,in l.2.§.ſi ſeruus.ff.de acqui. poſſeſ.& in l.ſi à latronibus.ff.de te ſta.Bald.in l.appellatione.nu.17.C. de appella.Nell.in tracta.bãni.in 4.
107 par.primi tempo.4.q.*Iſtud tamẽ uerum eſt quotieſcunque appella- tio temeraria & calumnioſa nõ fuiſ ſet interpoſita,& notoriè iſtud ap- pareret,quia tali caſu ipſius pendẽ- tia executionem nõ ſuſpendit,pro- ut dicit tex.in l.præſes.ff.de re iudi. & quod habetur in l.eos.§.ne teme re.C.de appella.nec eo tunc appel- latio ſuffragatur appellanti.l.obſer- uare.C.quo.appella.non reci.l.con ſtitutiones.ff.de appella.& ita etiã tenent Roma.Alex.& Sozi.in d.l.3.
108 §.ſi ſeruus.*Quid modo ſi bannitus infra tempus datum ad appellã dum occiſus fuerit?Gandi.in tract. maleſi.in tit.de banni.ꝑ maleſi.nu. 8.& Alber.in tracta.ſtatu.in ult.par. q.24.tenuerũt quòd impunè potuit interfici.& mouentur per tex.in l.1. iuncta gl.ff.de re iud.ubi habetur ꝙ ante appellationẽ infra decẽ dies dicitur ſentẽtia & res iudicata.ergo cum ſententia ſit,potuit impunè in
109 terfici.*Adducũt etiã pro hoc tex. in l.qui ultimo.iuncta gl.ff.de pœn.
110 nã dicit ibi Iuriſcõſultus,*quia ulti mo ſupplicio dãnati ſtatim & ciui- tatẽ & libertatẽ perdũt, & ſic infra decem dies ad appellandum.ſubdit ibi gl.ſi ſtatim ſentẽtia executionẽ habet,ergo impunè potuit interfi- ci.Concordat etiã tex.in l.2.§.1.ibi, ſtatimq; poſt ſententiã præfecti a- miſiſſe ciuitatem uidetur.& in l.in ſeruorũ.§.ſi ex cã.ibi,nã ſtatim ut ſententia de his dicta eſt,cõditionẽ ſuã permutãt.ff.eo.de pœ. facit etiã tex.in c.ſicut.2.q.1.ſicut ſine iudicio quẽquã uolumus condemnari.ita- queiuſtè diffinita ſunt nulla patimur excuſatione differri,dicit ibi Ponti- fex.ergo &c.Facit etiã tex.in l.addi tos.C.de epiſco.audien.& in l.addi tos.C de appel.& in l.non tantum. ff.eo.de appel.ex quibus habetur, quòd etſi damnati ad ſuppliciũ du cuntur,quilibet appellationem in- terponere poteſt.& ſic colligitur ꝙ infra tempus damnatũ ad appellan dum,ſentẽtia cõdẽnatoria per iudi cem executioni mandari poteſt.ita etiam priuatus qui loco iudicis ſuc cedit quo ad executionẽ corpora- lem faciendã contra bãnitum,pro- ut dicit tex.iuncta gl.in l.accuſatio- nis. C. quod met.cau.in l.1.& 2.C.
111 quando li.ſe ſine iudi.uindi.*Contrariam uero partem,quę mihi ma- gis cõmunis & uerior eſſe uidetur, tenuerunt Spe.in ti.de execut.ſen. uer.uidendum reſtat,poſt quod tẽ- pus.Bar.in l.aditos.C de appella.&

in l.qui ultimo. uer.ultimo quæro.
ff.de pœn.& Bar.& alii,in l.unica.ff.
nil.no.appella.interpo.Bal.in l.ad-
ditos.C.de epiſco.audi.& in l.addi-
tos.C.de appella.Roma.& Sozi.&
Iaſ.in d.l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acquirẽ.
poſſeſ.reprobando Gandi.& Albe.
& mouentur in primis per tex.iun-
cta glo.in d.l.unica.ff.nil.no.appel.
interpo.ubi appellatione pendente
nil innouandum eſt,ita etiam ſi eſ-
ſemus infra biduum,& ſic infra tem
pus datum ad appellandum, ſubdit
112 ibi gl.* Adducunt etiam tex.in l.&
poſt rem.in prin.ff.de tráſactio.Nã
dicit ibi Iuriſconſultus,& poſt rem
iudicatam tranſactio ualet,ſi uel ap
pellatio interceſſerit, uel appellari
potuerit.patet nanque ex illo text.
quòd idem operatur pendentia tẽ-
poris præfixi ad appellãdum, quod
operatur pendentia appellationis.
ſed pendente appellatione non po
teſt bannitus interfici,ut in præce-
113 denti q.ergo &c.* Concordat etiã
tex.in c.nõ ſolum.de appellatio.in
6.dicit enim ibi ſummus Pontifex,
quòd non ſolum innouata poſt ap-
pellationem ſunt reuocanda, uerũ
etiam omnia ea quæ medio tem-
pore inter ſententiam & appellatio
nem innouata fuerunt,retractanda
114 ſunt.*Facit etiam ad hoc. nã ſicut
ius alicui non debet auferri,ita nec
ſpes ad ius,ut dicit tex.in l.ſi uſusfru
ctus mihi.in prin.ff.uſufructua.quẽ
admo.caue.& in l.ſi uxor.§.1.de a-
dulter.nam appellatio reo nõ po-
teſt auferri,& per conſequens be-
neficium,ut non poſsit impunè in-
115 terfici,ut dixi.*Ita etiam nec ius ad
ipſam appellationem tolli poteſt,

116 *Non ob.adducta in cõtrarium &
primo nõ ob.tex.in l.1.iuncta gl.ff.
de re iudi.ex eo quia loquitur in ci-
uilibus:in quibus ſi quid ante tem-
pus appellationis fuerit innouatũ,
appellatione interpoſita retracta-
tur.quod ſecus eſſet in caſu noſtro,
ex eo quia per appellationem,ſi bã
nitus fuerit occiſus,non poteſt re-
tractari: quia irretractabilis eſt,ut
de ſe patet,& tenet Pau.de Eleazar.
in cle.1.de re iudi.qui cõmuniter ap
probatur per doct.in d.l.3.§.ſi ſer-
uus.ff.de acqui.poſſeſ.& illud etiã
colligi poteſt ex gloſ.1.circa medi.
117 d.l.1.ff.de re iu.* Ad tex.in l.qui ulti
mo.& in l.2.§.1.& in l.in ſeruorũ.§.
qui ex cauſa. ff de pœnis. reſponde
tur diſtinguendo,ꝙ quidã ſunt effe
ctus ſententiæ iuris,non requiren-
tis factum hominis, ut infamis, &
quòd quis dicatur ſeruus pœnę.&
in iſtis ſtatim ſentẽtia lata ſuum ꝓ-
ducit effectum.ut in d.l.qui ultimo.
cum concordantibus.Quidam ſunt
effectus ſententię requirentis factũ
hominis,ut executio corporalis:&
in iſtis ſententia non producit ſuũ
effectum,niſi poſt lapſum temporis
ad appellandum conceſſum.& hãc
ſolutionem tradit Bar.in d.l.qui ul-
timo.in fi.& tenet hoc etiam Rom.
& Sozi.in d.l.3.§.ſi ſeruus.ff.de ac-
118 qui.poſſeſsio.* Ad text.in c.ſicut.2.
q.1.reſpondetur, quòd loquitur in
caſibus in quibus appellatio non
conceditur, prout etiam loquitur
tex.in l.cum reis.C.de pœn.& ha-
betur in l.2.C.quo.appella.non re-
ci. & hoc demonſtraut uerba il-
la in tex.itaque iuſte diffinita ſunt.*
119 *Ad tex.ĩ l.additos.cũ ſeq.C.de epi
ſco.

ſco. audien. reſpondetur quòd ibi fiebat executio ante tempus,& male faciebat iudex qui hoc faciebat, uel forte renuntiauerat appellatio-ni,ideo permittitur aliis appellare. & ita reſpōdit Barto.in d.l.qui ulti-
120 mo.in fine. * Quo uero ad ſecundum caput, quando bannitus de nullitate ſententiæ dixit, nonnulli tenuerūt quòd poſsit impunè pendente iudicio offendi, prout ſunt Dy.Albe.Ray.de Forli.& ſequaces, in d.l.3.§.ſi ſeruus. Alij uero tenuerunt,quòd non poſsit impunè offendi,prout ſunt Bar.& alij,in d.l.ſi ſeruus. & etiam doct. hinc inde ſparſim hanc q.tangunt, quos oēs cumulate inuenies apud Alex. & Iaſo.in d.§.ſi ſeruus. Sed ex omnibus eorum dictis ac diſtinctionibus,colligo diſtinctionem unam, quæ mihi uera eſſe uidetur. Aut ſententia banni manifeſtè apparebat nulla, & ſic nullitas ex iuſta cauſa allegabatur.tūc bānitus nō poteſt offen-
121 di,* quia ſententia nulla, non meretur executionem.l.4.§.condēnatum.cum concordantibus adductis
122 ibi per gl.ff.de re iudi. * & ſtatutū permittens quòd bannitus poſsit impunè offendi,intelligitur de ritè bannito.l.non putauit.§.non quæuis.& ibi Bart.ff.de contratab. & in d.l.4.§.condemnatum.Aut ex iniuſta cauſa,& ſic calumnioſè dicebatur nulla.& tunc poteſt bannitus of-
123 fendi,* ex eo quia friuolę defenſiones attendendæ non ſunt.l.ſi.ff. de procu.l.2.C.ad l.Cor.de fal.l.negociorum.ff.de re iudi. & probatur in l.ſatis aperte.C.de falſ. Aut dubitatur,& tunc etiam non poteſt offendi,ſiue offerat ſe in continenti probaturum nullitatem.per not.in d.§. condemnatum.& in l.ſi.C.ordi.cogni.& in l.3.§.ibidem.ff. ad exhi.ſiue requirat altiorem indaginē. nā licet in ciuilibus non ſuſpendat, ut in d.§. condemnatum. attamen in executione perſonali, quæ eſt irreuocabilis ut dixi, ſuſpendit execu-
124 tionem:* ex eo, quia lite pendente nihil innouandum eſt.c.ſi. ut lit. pen.l.diximus.in prin.ff. de excuſa. tuto. & facit d.l. ordinata.ff. de lib. cau.& nō ſolum iſtud habet locum quo ad perſonam litigantis cū bannito,prout uidetur uoluiſſe Alex.in §.ſi ſeruus. uerum etiam quo ad alios.ita tenet Clau.de Seixe.in d.§. ſi ſeruus. rationibus de quibus ibi per eum. & hæc uera ſunt ſi offendens ſciret iudiciū nullitatis per bānitum intentatū fuiſſe. ſi uero ignoraret,dicas ut dixi in quæſtione pręcedenti de interficiente iniuſte bā-
125 nitum.* Tertiò quæro, an bannitus abſolutus, uel de mandato ſuperioris,uel per ſententiā,uel quòd ſententia banni ſit reſciſſa per ſentētiam appellationis,ſi non fuerit cācellatus ex libro bannitorum,impunè poſsit interfici:& hic committēs homicidium poſsit ſe excuſare prætextu ignorantiæ.& quia Doct.cōfundunt iſtam q.cum alijs cumpluribus, de quibus infra. & etiam cum præcedentibus.ideo procedam ſeparatim de unoquoque caſu, quando hic bannitus abſolutus non reperitur cancellatus, adducam quæ doct.proponunt pro utraque parte,& ponā opiniones omnes,quas reperij in hac materia.ſubijciā poſtea,quid

ſtea, quid mihi in hoc iuridicum uideatur. Quod autem impunè potuerit occidi, cum non ſit cancellatus, adducitur, quòd quamuis ſoluerit, & non ſit cancellatus, adhuc remanet in banno & forma banni. ar
126 gu.l.bouē.§.pe.ff.de ædil.edi.* Nā uidemus ꝙ teſtamentū non cancellatum, ſit in prima figura & ſine deturpatione reperitur, legitimè factum uidetur, & ex eo fit miſsio in poſſeſsionem.l.fin.C.de edict.diui. Adria.toll.ſi itaque ex tali teſtamēto conceditur miſsio per iudicem, quanto fortius excuſatur, & uenia eſt dignus priuatus, qui authoritate ſcripturæ publicæ, non cancellatæ, neque abolitæ, ſecutus bannitū
127 offendit.* Et quemadmodū de neceſsitate eſt, ut quis deſcribatur in numero militum, ad hoc ut ſit miles, & prò milite reputetur.l. ex eo. ff.de teſta.milita.l.quicunque.C. de cohor.lib.12. ita eſt de neceſsitate, ꝙ bannitus reperiatur cancellatus de banno, ut pro bannito non de-
128 beat reputari,* ut contrariorū eadem ſit diſciplina.l.nihil tā naturale.ff.de reg.iur.l.1.& 2.ſuprà, quādo
129 liceat ab emptio. diſce.* Cum etiā deſcriptus in numero militum, uel tyronum, aut aduocatus matriculę, aut decurionus in albo, talis in dubio cenſendus eſt, qualis eſt deſcriptus.l.ſi duas.§.docet autē.uerſi. & utique.ff. de excuſatio.tuto.l.1. & l. 2.ff.de alb.ſcriben.l. per hanc.C. de
130 aduo. diuer. iud. * & quēadmodū ad probationem debiti fiſcalis ſufficit quē eſſe relatū in numero debitorū.l.illatæ.C.de fide inſtr.l. iuſtū. C.de edē.ſic ad probandū aliquem eſſe bannitū, ſufficit ꝙ inter ac[...] ſcalia, & in tali numero ſit relatus. Præterea per hanc deſcriptionē bāni in publicis regiſtris repertā hic, uidetͅ eſſe in quaſi poſſeſsione bāni
131 torū,* ſicuti deſcripti in numero fabricēſiū, & aliorū curiæ aſcriptorū, ſola deſcriptiōe uidentͅ eſſe in quaſi poſſeſsiōe, ita ut ſi dicāt ſe liberos à tali nexu, ipſis incūbat onus ꝓbādi.l.ſtigmata.C. de fabri.li.10.iuncta l.ius eius.C.de ꝓba.l.circa.ff.eo. de
132 ꝓb.l.liberis.§.fi.ff.de lib.cauſ.* Secundo adducitur, cōdemnatio iſta erat in publica forma, & ſtatutum eſt, ꝙ bāniti poſſunt impunè offendi, & non dicitur delinquere qui fecit illud, qđ facere arbitrabatur ſibi licere.l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem.ff.de ædili.edict.cū etiā cōdemnatio palā proſcripta ſit, ex qua datur excuſatio.l.ſed & ſi pupillus.§.proſcribere.ff. de inſtit.actio.
133 * Et cauſatur quædā iuſta credulitas, exiſtimādi uerum eſſe id qđ ita ſcriptum reperitur.l.cū precibus.C. de proba.l monumentorū.C. de religio. & ſump.fune.l.optimā.C. de contrahen.ſtip.ſi ergo cauſatur iuſta credulitas, ergo probabiliter ignoratur talē deſcriptū eſſe abſolutum: nā debebat de abſolutione iuxta ſcripturā cōſtare, ut ſic omnibus patens eſſet.l.1.§. de ſatiſdan. & in fi.ff.de cōtrahē.emp.l. cū qui. ff.ſi cer.pe.c.fi. de procurato. in vj. ergo offendens excuſatur à pœna offenſionis, quæ infertur ratione
134 doli,* cum non debeat diuinare illum eſſe abſolutum.l.ſi putator.ff. ad l.Aquili.& etiam excuſatur à culpa, quia iuſta ratione motus id fecit.*Nec

135 ci. Nec eſt mirum, ſi crediderit di
ctę ſcripturę cōdēnationis, quia ta
libus ſcripturis faciliter nō deroga
tur.l.1.in fi. infrà, de apoch. publi.l.
ſuſceptores.infrà, de ſuſcepto. & ar
car.& l.j.infrà, de conuen.fiſci debi
to.& tot.titu.de mun. & origin.lib.
136 10.* unde cum iſte occidens autho
ritate publicæ ſcripturæ id fecerit,
non debet ex hoc decipi, ſed excu-
ſari.d.l.1.§. quod autē prætor.ff. de
aleato.l.ſi ſeruus.C.de iis qui ad ec
cle.confugi.l.ne quis.in fi.C.ut ne-
mo priua.l.furem.ff.eo.de ſica.l.ita-
que.ff. ad l.Aquili. & ſic authoritas
publicæ ſcripturæ debet eum excu-
ſare.l.de ætate.§. ex cauſa.ff. de in-
137 terro.actio.* nec à iudice, aut à le-
ge fraudandus eſt.l.1. ſuprà de iis
qui ueni.ætat.impetra.l.1.ff. qđ cū
falcuto.autho. & ne inde iniuriarū
oriatur occaſio.l. meminerunt. ſu-
138 prà, unde ui.* Tertiò adducitur,
quoties plura requiruntur ad per-
fectionem actus, non ſufficit alterū
fieri, & uno deficiēte totum deficit.
l.3.§.interdictum. ff. de itine. actū-
que priua.l.fin. ſuprà de iis quib.ut
indig.l.cum ii.§.prætor.ff.de tranſ-
acti.ſed hic deficit cancellatio, er-
go adhuc ſubſiſtit: nā hæc duo ſunt
diuerſa, abſolutio, ſeu condemna-
tionis ſolutio, & ipſa cancellatio.
139 * nam cancellatio requirit factum,
ut not. in l.noſtram.C. de teſta. ex
quo dum durat iſtud nomen appel
latiuū bannitus, durat etiam nomi-
nis effectus.l.tutelas.ff.de capit.di-
minutio. ex quo ante cancellatio-
nem effectus banni nō dicitur eſſe
140 ſublatus.* Prout etiam uidemus,
quòd acta facta cum procuratore
reuocato ualent, ſi de reuocatione
& iudex & aduerſarius ignorabāt.
l.ſi procurator abſentē.ff.de procu.
l.cum quid.l. uero procuratori.ff.e.
de procura.l. cū qui.ff. de publi.l.2.
141 §.ſi à furioſo.ff.pro empto.* quē-
admodum etiam emens à falſo tu-
tore, eius authoritate deceptus, ha
betur pro bonæ fidei poſſeſſore,
quo ad hoc ut fructus lucretur, &
etiam quo ad Publicianam.l. quicū
que.§.qui à pupillo.ff. de Publicia.
142 * Idem ſi emit à pupillo rem alie-
nam, quem putabat puberem eſſe.
143 l.2.§.ſi à pupillo.ff.pro emp.*Item
licet uſucapio ſine titu.non proce-
dat.l.nullo.ſuprà, de rei uendi.l.diu
tinam.ſuprà, de præſcrip.longi tem
144 po.* tamē ſi iuſta cauſa interue-
nerit, procedit uſcapio ex tit. puta-
tiuo.l.non ſolum.§.quod uulgo.ff.
de uſucapio.l. quod uulgo. ff. pro
empto.& tamen in uſcapione tra-
ctatur de lucro captando, & de pri
uando alium dominio rei ſuę, & ſic
de præiudicio tertii.ex quo idē di-
cendum eſt in caſu de quo agitur.
145 * In contrariū, quòd offenſa facta
in perſonam banniti ita ueniat pu-
nienda, demonſtratur. primò quia
cū iſte ſit abſolutus, & reintegra-
tus per ſuperiorem, & ſatisfecit, ui-
res ſcripturæ funditus ſunt ſublatæ:
& ſic condemnatio & bannum re-
dacta ſunt ad nihilū, cū ſint inuali
da, ergo nō eſt attendenda ipſa ſcri
ptura.l.diſſolute.ſuprà, de condic.ſi
ne cau.l. inductum.ſuprà, de ſolū-
tio.l.non figura.ff.de actio. & obli.
146 *nam ſi à principio fuiſſet inuliter
deſcriptus, non poſſet offendi.l.3.
§.cōdemnatum.ff.de re iudi. Idem
ergo ex

ergo ex poſtfacto, quia paria ſunt, inutilem quē deſcriptum,aut utiliter,& uires ſcripturæ totaliter eſſe
147 extinctas,per iura iam dicta.* Præterea exanimatis uiribus ſcripturæ ſola imago ſcripturæ remanet, quę nihil debet operari.l.1.in princi. ſuprà, de Lati.liber. toll.l.2.ſuprà, de inoff.donatio.l.imaginaria.ff.de re gu.iur.l.2. ſuprà, de iur. annu.aure.
148 * Secundò adducitur text. in l.pe. ff.de teſta.mili. ubi de breui accin-
149 gendus,habetur pro cincto.* Ita etiã de breui cancellandus, haberi
150 debet pro cancellato.*Cum etiam abſoluẽdus habetur pro abſoluto.
151 l.qui pœnæ.§.diuus.ff. manda.* & domus habetur pro combuſta, ad quam ignis propè uenit.l.ſi alius.§.
152 ſed & alia.ff.quod ui aut clam. * & illa quæ ſe habent ad eſſe, ſuſpendunt negotiũ.l.ſi pupillus.ff.de no-
153 uatio.* Itẽ quia in fauorabilibus & liberatoriis, ſicuti eſt exemptio de banno,cœptum habetur pro completo.argu.l.& ſi non ſit.§.quid ergo.ff.de auro & arg.lega.l.1.ff. man-
154 da.l.qua ætate.ff.de teſta.* Tertiò iſte bannitus habebat actionẽ, ad ſe cancellari faciendum de banno. ergo & rem habere uidetur.l.qui rem habet.ff. de reg.iu. ergo multo magis exceptionem habere debet. l.1.§. quod autem. ff. de ſuperfici.
155 * ſi habet exceptionem, ergo non uidetur ad pœnam banni eſſe obligatus. l. uel obligatus cum ſimili-
156 bus. ff. de liberali cauſa. * Cum etiam ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. §.1.
157 Inſtit.quib.mo.tolli.oblig. * Sicut etiam non dicetur obligatus, qui exceptione eſt tutus.l. nihil in[illegible] eſt.ff. de re iudi.l. pen.ff. de c[illegible]udi. ob tur.cau.l.eleganter.§.ſeruus pa-
158 ctionis.ff. de dolo. * Præterea ita demum occiditur quis,cùm ex eius parte bellum non eſt licitum, ita ꝙ ei reſiſtere non conuenit.l.2. ſuprà, de iis qui ad eccle.confu.ſed ſi bellum eſt,& illicitum ex parte offendentis,licitum eſt offenſo ſe defen-
159 dere:* Cùm hominem homini inſidiari nefas ſit.l. ut uim.ff. de iuſti. & iure.Cum itaque poſt ſatisfactionem licitum eſt bannito ſe defendere,ergo non debet poſſe offendi. Hanc deciſionem, quòd debeat puniri occidẽs,& bannitus nõ poſſit impune offendi. tenuit Iaco. de Are.in q. ſua 3.incip.in ſtatuto & cõſuetudine.quam Paduæ diſputauit, & eam habeo in ſcriptis in lib. ſecũdo diſputationũ, motus maximè, quia uirtus banni euanuit,& bannitum accipere debemus cum effe-
160 ctu:* cùm uerba eo modo accipiãtur.l.2.§.hęc uerba.ff.quod quiſque iur.nec dicitur bannitus qui habet actionẽ ad cancellationem, & multo magis exceptionem , ut dixi ſuprà. Eandem opinio. tenuit Gandin.in tit.de banni.pro malefi. col. fi. & dicit Accurſi.de Regio, Paduæ diſputaſſe hanc q.& ita ut ſuprà tenuiſſe. & dicit ipſe, quòd pro hac opinione ſunt aureæ leges.ff.de re gu.iu.l.non ſingulis.& l.fi.ſuprà, de male.& mathe.& in l.nullus.ſuprà, de iudi.Diſputationem Iac.de Are. refert Io.An.in addi.ad Spec. in tit. de accuſa. in §. ſequitur uidere. in addi.magna, in fi.in uerſ. quartum membrum.quamuis Alex. in conſi. 77.uol.

l.3.col.2.uerſ.ad prædicta.re-
fert Io.And.diſtinguere. attamen
nõ diſtinguit,nec in ea dicit arbitra
rium eſſe, ſed remittit ſe ad aliam
quæſtionem Vianiſii,quam etiã, ut
infrà dicã,ſimpliciter refert, & non
determinat quicquã de ſuo. & etiã
hoc modo, & malè,refert Iaſ. in l.
non ſolũ.§.morte.nu.36.ff. de noui
oper.nun. & eã uidetur ſequi Aret.
in l.ſi duo.ff. de acqui.hære. colũ.3.
dicens pro nunc ſequi opinionem
prædictam Io.An.aliter & ſimplici-
ter intelligẽdo, quàm quòd retulit
Alex.in d.conſ.& Iaſ.ubi ſupra. Ro-
ma.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære. di-
ſtinguit in hac materia dicẽdo,aut
interficiens ſciuit dictum bannitũ,
à banno abſolutum fore,& tũc nul
la eſt dubitatio,ꝙ puniri debeat,ex
quo dolus interuenit,ut in toto ti.
de ſicar.aut ignorauit:ſe tamen pu-
blicè eſſe rebannitum ſciebatur, &
à quolibet tenebatur pro rebanni-
to,& tunc idẽ quod in caſu primo:
161 * quia ubi publica uertitur ſcien-
tia, priuata ignorantia nõ excuſat,
tanquã craſſa & ſupina.l. nec ſupi-
na.ff.de iur.& facti ignoran.l.fi.eo.
tit.& l. ſi tutor.C. de pericu.turo.c.
1.de poſtul.aut dicta rebãnitio, ſeu
banni abſolutio patebat in archi-
uo & actis publicis, & tunc ſimili-
ter puto eum puniendum fore.pri-
mò quia imputetur ſibi, cur omnia
acta archiui non uidit,ut l. inciuile.
162 ſuprà,de legi.* Secundò,quia talia
acta notorium inducunt,ut no.In-
no.in c.inſinuatione. de appella. &
Bal.in l.1.& 2.C.quomo. & quando
iudex.aut dictũ rebannimentũ non
erat in actis deſcriptum, nec ſimili-
ter bannum cancellatum,& tũc aut
iſte cõſuluit peritiores, qui ſibi di-
xerunt talẽ rebãnitũ nõ fore,& tũc
163 excuſatur à pœna.* aut nõ conſu-
luit,& tũc dicas eũ puniri. & nõ ut
ex homicidio dolo cõmiſſo, ſed ut
ex lata culpa contracto:quia fuit in
lata culpa peritiores non cõſulen-
do,ut ipſe ignoraret.ut no.Bar in l.
fi.ff. de adulter. & Ange.in l.2.§. in
164 hac actione.ff.ui bo.rap.* Alex. in
l.filio quẽ pater.ff.de lib. & poſthu.
refert Ang.in eo loco dicere, ꝙ oc
cidens nõ debet puniri, niſi aliqua
culpa poſſit aſcribi.tamen Ange.in
eo loco nil dicit.uidetur tamẽ con-
cludere ipſe Alex.ꝙ pro modo cul-
pæ, nõ autẽ de homicidio, punia-
tur offendens.prout in ſimili decla
rat Bar.in l.pen.ff de adulter.& in l.
2.§. hac actione.ff. ui bono.rapto.
Sed aduerte ꝙ iſtud dictum Alexã.
nõ reputo uerũ,nec illud Roma. in
quantũ uult ignorantem teneri de
culpa,ſi nõ perquiſiuit.& docto.cõ
muniter tenent cõtrariũ, prout di-
ctum Bar.in d.lege pen. nõ facit ad
propoſitũ, eò quoniã q.Bar. eſt de
eo,qui nõ erat bãnitus legitimè,&
ſic nullo tẽpore fuit bãnitus:ſed tã-
tũmodo erat ſola figura abſque eſ-
ſe , & nunquã bannũ habuit uires.
in quæſtione autẽ noſtra bannum
habuit eſſentiã & formã,unde igno
rantia debet excuſare, quia eſt de
ea re,quę uiribus ſubſtinebat.& ma
ximè, quia & ipſe Roma. in d.l.1.§.
ſi de meo.ff. ad Sylla. tenuit cõtra-
rium,prout dicam infrà.& etiã Bar.
opi.in caſu ſuo improbatur, ut dixi
in prima quæſtione præcedenti. In
hac quæſtione reperio, ꝙ Iac.But.

& Iaco

& Iaco.de Belui.de anno Mccccxxx.
conſuluerunt Bononiæ, in contin-
gentia facti, pro morte cuiuſdam
Blanducii & Ioannis, qui fuerũt bã
niti, & ex poſt abſoluti, & totaliter
libetati à banno: & tamen reperie-
bantur deſcripti in libris cõmunis
Florentiæ, & in camera exiſtenti-
bus, conſuluetunt ipſi, ꝙ ſtante bã-
no in forma & præſumptione igno
rantiæ, ꝙ occidentes non debeant
puniri, adducunt multa hinc inde
ex iã dictis. & iſtud conſiliũ de uer-
bo ad uerbum eſt relatũ per Bal. in
conſi.142. hæc quæſtio fuit, uolu.4.
& dũ ipſemet Bal. cõſuleret in ſimi
li caſu, ſecutus eſt opinionẽ dicto-
rũ Butri. & Belu. dicens, quia tanto-
rũ & rationes & authoritates me
mouent, ideo in ꝓpria quæſtione
idẽ dico, ſubiiciens ꝙ nõ debẽt ali
quo modo puniri, ex quo ſtatutum
uult impunè poſſe fieri. l.1.§.ꝙ aũt.
ff. de aleato. eandẽ opinionem ſecu
tus eſt Ang. in l. ſi duo. ff. de acqui.
hæte. dicens, quòd excuſatur occi-
dens relatũ in numero bannitorũ,
illa ſcriptura ductus. & ita dicit cõ-
ſuluiſſe in facto præfatus Iac. de Bel
ui. & Butri. hoc idẽ uoluit Pau. de
Caſt. in d.l. ſi duo. quãuis uideatur
referre Ange. aliter quàm dicat, ta-
men idẽ dicit quod & Ang. hoc idẽ
uoluit Bal. in l. Labeo. §.1. in fi. ff. de
165 pact. * dicens, quòd donec durat
iſtud nomẽ appellatiuũ bãnitus, du
rat & nominis effectus. l. tutelas. ff.
de capit. diminu. & dicit ꝙ Cyn. te-
net hoc in diuerſis locis. unde ante
cancellationẽ, effectus banni non
eſt in totum ſublatus. & ideo dicit
Bal. ſemper ſis cautus, ut ſtatim fa-
cta ſolutione facias eũ cãcellari e
libris bannitorũ. Idẽ uoluit Ro. 2.
in l.1.§. ſed meo. ff. ad Sylla. & Albe
ri. in q.37. in 4.par. ſtatu. & in q.77.
ea.par. & Alex. in conſ.65. attenta di
ſpoſitione. col. fi. uer. quia reſpon-
deo. uol.3. dicit impugnando opi.
Io. An. de qua ſuprà, quòd uerior ui
detur opinio tenentium, quòd ex-
cuſetur offendens, qui nõ tenetur
diuinare de rebannitione. l. ſi fide-
iuſſor. §. ſi cum debitor. ff. manda. l.
ſi putator. in fi. ad l. Aquili. & hæc ui
166 detur magis communis. * Ex hoc
dico, ꝙ Bon. de Vitel. in tracta. ma-
leſi. in tit. de for. libell. col.2. uer. ſed
pone. ſenſit dũ determinat, quòd
ille qui ſatiſdederit de ſoluẽdo cõ-
demnationẽ, & dũ iret ad ſoluẽdũ
fuit occiſus, male fuerit interfectus,
& offendens teneatur: nã in caſu
præmiſsio ſolutionis & abſolutio-
nis impunè offenditur, tanto ma-
gis quãdo eſt ſimplex ſatiſdatio de
ſoluendo. & iura quæ adducuntur,
loquuntur quo ad effectũ iuris, nõ
autem facti, ut eſt quæſtio noſtra,
& dicam infrà. Amplia præmiſſam
diſpoſitionem, ut bannitus nõ can
cellatus, ſed abſolutus poſsit impu-
nè interfici, ut procedat etiam quã-
do cancellatio eſſet facta in uno li-
bro, & in alio non, & hoc ſi eſt cõ-
ſuetudo quòd bannum ſcribatur in
duobus libris. Intellige tamen præ
dicta, quando ille occidẽs ignora-
bat talem fuiſſe abſolutum, nã præ
textu ignorãtiæ facti excuſatur: ſe-
cus aũt ſi ſciuiſſet hũc fuiſſe abſolu
tũ, uel ꝙ in ciuitate eſſet fama publi
167 ca, ꝙ eſſet abſolutus.* Et ideo di-
cit Ang. in d.l. ſi duo. ꝙ aduocatus
hæredis

ciens puniatur, debet articulare, & probare ſi poteſt, quòd tempore bānimenti & antea, habebatur & reputabatur communiter à pluribus ciuibus pro rebannito, & tanquàm rebannitus, per ciuitatis loca & plateas, publicè & notoriè cōuerſabatur. nam hæc fama notoria eſt, quaſi probatio rebanniméti, ex quo cum concurrat cum ueritate, occiſorem non excuſat. l. regula. §. ſed & facti. ff. de iur. & facti igno. Idem uoluit Pau. de Caſt. in d. l. ſi duo. dicens occidentem excuſari, niſi ſubſiſtat aliqua cauſa, propter quam debuit credere illum talē eſſe rebannitum, ut ſi erat de hoc publica uox & fama, aliàs non eſt ſibi imputandum, cur non perquiſiuit. Iſtud idem uoluit Alex. in d. con. 45. & Roma. & Alberi. in locis ſuprà allegatis. hoc nō habet difficultatem: quia omnes docto. infrà poſiti in omnibus quæſtionibus & caſibus, in quibus uolūt occiſorem excuſari, nūquàm admittūt ut excuſetur, quando habuit ſcientiam, uel quòd eſſet rebannitus, uel quòd haberet ſaluum conductum, uel quòd appellauerit, uel quòd de nullitate dixerit, uel quòd ſententia banni ſit iniuſtè lata, ut in præcedentibus quæſtionibus. & iſtud fuit etiā de mente Iaco. Butri. & Iaco. de Belui. & Bal. in locis ſuprà allegatis, dū aſſumunt fundamentum ab ignorātia abſolutionis, quæ erat penes illū qui bannitū interfecerat. unde dico quòd in hoc caſu ſi probatum fuerit occidentē habuiſſe ſcientiā de abſolutione à banno, uel quòd interfuerit, uel quòd aliquid geſſerit, ex quo de ſcientia appareat, quòd iſte talis tenebitur, prout etiā dicam infrà in ſolutione omnium iſtarum quæſtionum. prout etiam uidi practicari, & ita intelligas omnes infrà poſitas

168 quæſtiones.* Infertur ex hoc, quòd ſi eſt facta reformatio, quòd omnes banniti ſint abſoluti, & de eorū bannis cancellati ac reſtituti: & reperiatur poſt reformationem bannū non eſſe cancellatum, uigente adhuc ſtatuto iam dicto, quòd bannitus poſſit impunè interfici, quòd iſte abſolutus per reformationem & non cācellatus non poterit impunè interfici. ita determinat Ang. in con. 288. uiſo themate. col. 5. in uerſ. nūc ad propoſitum. dicens, quòd reformatio erat publicè diuulgata, & non præſumitur offenſor eius ignorantiam habuiſſe, & ſic in facto erraſſe, quod notoriè omnibus apparebat, ſecundum Dy. in c. ignorantia. de reg. iur. dicit tamē quòd offendens ſi allegaret ſe erraſſe in iure, id eſt an dicta ſcriptura banni deberet haberi pro cācellata, uirtute dictæ reformationis: an uero deberet cācellari. & an aduerſus dictū bannū, uirtute dictæ reformationis, eſſet in integrū reſtitutus, bene crederetur, ſibi præſtito iuramento purgationis. l. præſenti. §. pen. ff. de iis qui ad eccle. confugi. l. fi. §. in computatione. in glo. ſuprà de iure deliber. l. Marcellus. ff. re. amot. l. nō oēs. §. à barbaris. ff. de re.

169 mili. & ibi glo.* ex quo ignorantia iuris eſt idiotis annexa. Secus autē dicit ipſe, ſi offenſor erat iuris peritus, nō enim ignorantiā iuris allegare poteſt, q̄ ſuę profeſsioni cōtradicit in totū. l. profeſsio. infrà, de mu.

G g par. lib.

par.lib.10.& in l.ſuprà,qui & aduer. quos.intellige tamē dicit ipſe,quòd idiota excuſatur à dolo & pœna, quæ imponitur ratione doli ueri, uel præſumpti, non tamen excuſatur à pœna,quæ imponitur ratione latæ culpæ,quæ committitur in eo, quòd nō conſuluit peritiores,quos cōſulere potuit.& ſi probaret quòd eos conſuluiſſet, & quòd conſulti dixiſſent illum haberi pro bannito, non obſtante reformatione, dicit offenſorem exemptū ab omni pœna.quoniam nec in dolo fuit,nec in
170 aliqua culpa.* Ex quo peritiores conſuluit,quorum conſilio ſtandum eſt.l.ſemper.infrà,de re mili.lib.10.l. 1.ff.de uent.inſpi.& l.1.ff.ſi me.fal. mod.dixe.iſtud idem uoluit Alex.in d.con.55.uol.2.uerſ.nec prædictis obſtat.dicens quòd ſtatutum ſeu reformatio nō poterat probabiliter ignorari,ut per Bart.in l.quod Nerua.ff. depoſi.dum tractat, an & quando error ſit lata culpa.& per Bar.& Bal. in l.cunctos populos.ſuprà,de ſumma trini.& dixi ſuprà,in uerſ.ignorantia iuris.& ita intelligit id quod dicit Bal.in l.ſi creditor.C.de fidei-
171 cōmiſſ.* Sed aduerte circa prædicta,dum Ang.uult idiotā expurgari per iuramentum,aſſerendo ſe ignoraſſe diſpoſitionem iuris.quia Aret. in d.l.ſi duo.col.fi.dicit Ang.non bene ſentire,quia allegat iura quæ parū faciunt,& loquuntur in aliis caſibus,& quod iſtud dictū non ſeruare
172 tur in practica.*Nam tex.in d.l præſenti.§.pen.loquitur, non quando erat præſumptio plene probans,ſed quando erat aliqua ſuſpitio,quæ inter ſe habet magnam differentiā,ut per Bar.in d.l.admonendi.ff.d[e] [iure]iuran.& aduerte,prout aliàs [dixi] in l.fi.nu.64.ff.de quæſtioni.quòd iuramentū de quo loquitur text.in d.§. pen.eſt iuramentum purgationis,ut per Bar.in l.maritus.ff.de quæſtioni. & glo.in l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accuſatio.& glo.in hac.l.1.Text.uero ſecundum ipſum in l.fi.§.in computatione.cū gl.de iure deliber.loquitur de ꝓbatione expenſæ,quæ de facili ꝓbari non poteſt,niſi per iuramentum.Tex.in §.à barbaris.ſecundum ipſum,facit potius in oppoſitum, quia non creditur aſſertioni militis, quando præſumptio eſt cōtra eum.
173 * Tex.uero in l.Marcellus.§.1.loquitur de iuramento iudiciali,quod defertur uoluntare partis.imò eſt regula in oppoſitum,quòd præſumptio eſt contra aliquem de his quæ pēdent ab animo ſuo,ſicuti eſt ſciētia & ignorantia,ſibi non creditur cum iuramento,ſecundum Bar.in l. inter omnes.§.rectè.ff.de furt.& gl. in c.peruenit.de cenſibus.iſtud eò
174 magis uerum exiſtimo,* quia criminalis cauſa non deciditur iuramēto ipſius rei,ut per Bar.in d.l.maritus.& Iaſ.& alios,in d.l.admonendi.ff.de iureiuran.& latè dixi in d.l.
175 fi.num.61.ff.de quæſtionibus.* Sed uidendum eſt,an iſte ſciens abſolutionem eſſe factam,uel per famam uel alio modo,debeat puniri pœna ordinaria homicidii,uel extraordinaria,de culpa tantum. Dicas,aut ſcit ſolum per famam,&.tunc teneatur de culpa:aut ſcit uere,ut de clerico,& tunc teneatur de occiſo.& hāc diſtinctionem ponit Dy.in conſi.53. quod eſt ultimū.in fi.& eſt de mente Bar.

te Ba & aliorum in l.pen.ff.de adul
ter.& Roma.in l.duo.ff.de acquirẽ.
hæredi.& ita etiam intelligo de re-
formatione quòd bãniti rebannian
176 tur.* Iuxta prædicta,quæro ſi eſt ſta
tutum,quòd quilibet bannitus,cu-
ius bannum non eſt cancellatũ,poſ
ſit impunè offendi,& bannitus ſol-
uerit,ſeu aliter ſatisfecerit, ut eius
bannum deberet cancellari,& de ta
li ſolutione,uel ſatisfactione appa-
reat in inſtrumẽto,uel ſcriptura po
ſita in archiuo publico,an hic talis
poſsit impunè occidi.Bal.in l.huiuſ-
modi.§.ſi ita.ff.de lega 1.dicit,hunc
bannitum nõ poſſe offendi,nec po
teſt,nec debet dici bannitus,nec ſin
gulariter ,ex quo apparet ſolutio,
nec ſubſtantialiter,quia ſublata eſt
cõmunis obligatio,& omnis pœna.
& ideo ſi iſta ſolutio apparet in ar-
chiuo publico,ita quòd non poſsit
prætendi ignorantia , quòd offen-
177 ſor debeat puniri.* Itẽ quia cũ ap-
pareant duæ ſcripturæ,illa quæ eſt
poſterior derogat priori.l.ſi ita ſcri-
ptum.§.pen.ff.de leg.1.& reſpondet
ad tex.in d.§.ſi ita.qui uidetur face
re in contrarium,quòd ibi erat con
ditio,quæ debet impleri formaliter,
178 ſi poteſt:* nam in cõditionibus at-
tenditur & effectus & modus.l.qui
hæredi.& l.Meuius.ff.de conditio.
179 & demon.* Sed in diſpoſitione le-
gali habito effectu,nõ curamus de
modo.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.
ff.de liber.& poſthu.Alexã.in d.§.ſi
ita.cõprobat dictũ Bald.per ea quæ
uoluit Bar.in l.emptor.§.1.in fi.ff.de
pact.& Ange.& Imo.in l.1.ff.de iis
180 quæ in teſta.delẽ.ubi uolũt,* quòd
ſi in capitulis pacis ſuit conuentum
quòd banniti deberẽt cãcellari,ſuf-
ficit cancellare uerbo,licet non ſint
181 cancellati facto.* Facit etiam ſecun
dum eum quod uoluit Bal.in l.ſi cre
ditores.C.de fideicommiſ. dicens,
quòd ſi ſtatutum diſponat bannitos
debere rebanniri per certos ſapien-
tes,& ſint rebanniti per eos,& non
cancellati,non poterunt offendi,qa
bannũ eſt inefficax.iſtud dictũ Bal.
ſequitur ſimpliciter Raph.Fulgo.in
182 d.l.ſi ita.* Cõtrariũ quòd imò poſ-
ſit offendi,tenuit Io.de Imo.in d.§.
ſi ita.dicens quòd opi.Bal.eſt uera,
ſi iuxta bannum facta eſt mentio de
ipſa ſolutiõe.aliàs probabiliter er-
rat,ex quo bannum uiget,& proba
biliter potuerit ignorare ſolutionẽ
eſſe factam.& licet inſtrumentũ ſit
in archiuo publico,uidetur excuſan
dus,niſi probetur de ſcientia.p not.
in l.pen.ff.de adulter.Aret.in l.duo.
in 3.col.ff.de acqui.hære.in uerſ.cir-
ca primum.tenet cõtra Bal.& dicit
quòd in materia pœnali uidetur fa-
cienda ſtricta interpretatio,ut in re
gula,in pœnis.de reg.iu.ideo uerbũ
cancellatio , debet etiam intelligi
ſtricte.Prætetea dicit ipſe , ex iſtis
uerbis,niſi fuerit cancellatus,reſul-
tat talis conditio.id eſt,ſi non fuerit
cancellatus.ut in l.in actione.ſuprà
de tranſ.& de dictione niſi,per Bar.
in rub.ff.de conditio.& demon.ſed
uerum eſt,hunc non eſſe uere can-
183 cellatum,* quia cancellatio requi-
rit factum,ut in l.1.& in l.cancellaue
rat.ff.de iis quæ in teſta.delẽ.ex quo
diſpoſitio tex.in d.§.ſi ita.uendicat
ſibi locum in hoc caſu.& dicit iſtud
eſſe uerius de iure ſtricto,licet opi.
Bal.eſſet humanior.Ale.in d.§.ſi ita.

ſequitur hanc ſententiam per dictũ Bal.in l.Labeo.§.1.ff.de pact.de qua dixi ſuprà.& ſubiicit quòd iſta opinio uidetur uerior,& eſt tenẽda ſaltem poſt offenſam.mitior tamẽ eſt opi.Bal.& reſpondet ad dictum Bar. in d.l.emptor.cum aliis ſuprà deductis.quòd loquantur quãdo ille fuit cancellatus uerbo,ab habente poteſtatem,ut quia fuit rebannitus à ſuperiore,uel iudice.quod non eſt in hoc caſu.Sed aduerte quòd iſta ſolutio non uidetur poſſe procedere, & quoniam in caſu Bald.abſolutio à banno fuit uirtute legis & ſtaturi, uolentis quòd ſoluens pœnam bãni,ſeu condemnationis cancelletur. & æqualis uirtus eſt,quòd eximatur ſeu liberetur per ſuperiorem ſeu ſententiam,uel quòd uirtute legis iſtud fiat. Vnde poſſumus reſpondere ad dictum Bart.quòd diuerſa ſit diſpoſitio ſua,ab eo de quo agitur.nam ibi loquitur de moleſtia,quæ poſſet fieri per iudicem ipſi bannito non cancellato,& ſic de moleſtia iuridica:nos autem ſumus in caſu in quo tractatur de executiõe facti,quæ fit per priuatum:unde ad eum impediendum neceſſaria eſt actualis cancellatio,prout dicam infrà in ſolutione iſtarum quęſtionum.uel dicas quòd capitula pacis erant notoria, ex quo excuſatio non datur,ut dixi ſuprà in uerbo infertur.Idem dico ad tex.in l.ſi creditores.C.de fideicommiſ.ubi Bald.not.quòd ibi erat ſtatutũ ut deberent rebanniri,quod ſtatutum non poterat probabiliter ignorari,ut uoluit Alex.in cõ.66.attenta.uerſ.nec prædictis.uol.3.ſubdens Alex.quòd iſtud eſt de mente Bald.in dicto loco,dum tract. attrũ uolenti offendere talem rebannitũ

184 competat facultas.* Sed aduerte iterũ circa prædicta,quòd Bal.non uidetur ſimpliciter dicere offendentem debere puniri.ſed ex eius uerbis uidetur demonſtrare quòd tunc demum puniatur,quando habebat ſeu habere poterat ſcientiam de abſolutione à banno,dum ponit Bal. hæc uerba.ideo uidetur quòd ſi iſta ſolutio apparet in archiuo & loco publico,ita quòd non poſſet prætẽdi ignorantia,offenſor debet puniri:pręſupponit enim in eo caſu craſſam & ſupinam ignorãtiam,ex quo non punitur ſecundum eius intẽtionem,ob id quòd non ſit cancellatus,ſed quia offendens non poterat allegare ignorãtiam niſi temerariã, de qua loquitur idem Bald.in l.genero.ff.de iis q not.infa.circa quam dat remedia in l.noſtra,ſuprà de teſta.ex quo intellige prædicta in caſu quòd offendens ignorauerit abſolutionem:ſecus ſi habuerit notitiã, ut dixi in præcedenti quæſtione,& ſecundum qualitatem ſciẽtiæ puniea

185 tur,ut ibi. Quartò quæro,* ſi quis interfecit bannitum habentem ſaluum conductum,an puniendus ſit. Alberi.in tracta.ſtatu. in q.37.in 4. par.in fi.tenet quòd ſi ſaluus conductus nõ eſt ſcriptus iuxta bannum, nec eſt notorius,uel publicè proclamatus,occiſor non tenetur.& habuit in facto,& obtinuit.& refert & ſequitur eum Alex.in conſ.65.uol.3. hãc etiã opi.tenuit Bald.in cõſ.9.ad euidentiam.uol.3.eã quampluribus fundamentis approbãdo.& Pau.de Caſt.in cõſ.199.licet iſta ſit quæſtio. uol.

uoi. ſubtiliter ad partes arguendo tenuit hanc opinionem.& quòd nõ ſolum de dolo nõ teneatur,ſed nec etiam de culpa.de dolo non tene-
186 tur,* quia interfecit bannitum non cãcellatum,quem putabat occidere poſſe uigore ſtatuti.& ſic nõn inten debat delictum committere,quod attendi debet.l.item apud.§.ſi quis uirginem.ff.de iniur.l.ſi quis ignorans.ff.locati.nam ut quis de homicidio capitaliter puniatur, requiritur dolus,uel culpa,ut leuius puniatur.l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff. de pœn.ſed iſte modo commiſit do lum propter bannũ non cancellatũ, quia iuſtam cauſam credulitatis habebat,propter authoritatem publicæ ſcripturæ.arg.l.1.§.cæterum.ff.de
187 uen.inſpi.* nam quilibet error etiã iniuſtus,puta in iure conſiſtens,excuſat à dolo.l.igitur.ff.de libera.cau ſa.not.in l.1.in fi.ff.ſi quis ius dicen. nõ obtempera.ergo tãto magis error iuſtus & in facto conſiſtens.c.
188 ignorãtia.de reg.iur.lib.6.* De culpa patet,quia nõ tenebatur diuinare quòd ſaluus conductus eſſet conceſſus.l.ſi putator.in fi.ff.ad l.Aquili. l.fideiuſſor.§.2.ff.man.cum nõ ſubeſſet aliqua cauſa ꝓpter quam hoc credere deberet.l.quod te.ff.ſi cert. pet.hanc etiam opinio.tenuit inſignis modernus Gozadin,in conſi. 61.prima facie,ad partes arguẽdo,& Deci.in conſi.325.uiſo caſu propoſito.In hac quæſtione dicas tu diſtinguendum eſſe,inter ſaluũ conductũ datum à principe,& datum ab inferiore.nã ſi ſumus in ſaluo conductu dato à principe,tunc requiritur ſciẽtia ipſius ſaluiconductus.iis modis ut dixerunt conſulentes,de quibus ſuprà mentionem feci.aliter impune poteſt offendi,& iſto in caſu pro
189 cedũt iſta conſilia.* Nam quamuis ſaluuſcõductus datus à principe ualeat,ut dicit tex.in l.relegati.in fi.iũcta gl.& ibi Bar.ff.de pœn.& ab ipſo bannitus defendatur,ut non poſſit offendi:attamen uolens offendere bannitum,non tenetur diuinare ut dixi.ſi uero ſumus in ſaluo cõductu dato ab inferiore,tunc ſiue ſciatur, ſiue non, bannitus poteſt impunè
190 offendi:* ex eo qa bãnitis,inferiores à principe ſecuritatem dare nõ poſſunt,ut dicit glo.in §.neque autem homicidiis.in auth.de manda. princi.quam ſequitur Saly.in l.cum indulgentia.in 2.col.C.de ſenté.paſſ. per tex.in d.l.relegati.& in l.ad beſtias.§.ex prouincia.ff.eod.de pœn.
191 & ratio eſt,quia * ſi inferior ſaluũ conductum bannitis daret,reuocaret,uel ſuſpenderet ſuam uel prædeceſſoris ſententiam,quod fieri non poteſt.l.iudex.ff.de re iudi.l.1.§.fin. ff.de quæſtioni.& hanc diſtinctionem uidetur ſenſiſſe Nell.in q.15.primæ par.ſecundi tempor.& de tota iſta materia ſaluiconductus uideas Geor.Mag.in tracta.ſuo ſecuritatis ac ſaluiconductus,qui optimè eam
192 tractat.* Quintò quæro, ſi uulnerando bannitum abſolutum,uel habentem ſaluum conductum, fuit mihi proteſtatus,quòd eſſet abſolutus,uel haberet ſaluumconductum, an ei credere debeam.Bar.in l.nõ ſolũ.§.morte.nu.40.ff.de ope.no.nũcia.dicit quòd nõ teneor ei credere,niſi cauſam ꝓteſtationis mihi notam faciat,oſtendendo mihi inſtru-

 mentum,

70 Vulnerans quid facere habeat, ut probare poſſit, an uulnus mortale fuerit.

71 Iudex quid debeat facere, ut uideri poſſit an uulneratus ex eo uulnere ſit moriturus.

72 Iudex quomodo procedere debeat ad informationem uulnerum, ut ſupra eis iudicare habeat. & nu. 81.

73 Modus procedendi ad informationem uulnerum corporis mortui.

74 Probatio per facti euidentiam, admittitur poſt dedicata teſtificata.

75 Medicorum dictis in arte ſua ſtandum eſt. & numero 82. & 83.

76 Experto cuilibet in arte ſua credendum eſt. & nu. 80.

77 Naturali de natura creditur.

78 Fabro de fabrica ſtatur.

79 Doctori de diſcipulo creditur, & magiſtro militum de ſuo milite.

81 Teſtibus de arte ſua teſtificantibus, magis creditur.

84 Teſtes in ijs quæ non ſunt de actus ſubſtantia, puta die & hora, licet non concordant, attamen eorum dicta

proba

probant.

85 *Periti atteſtantes de pertinentibus ad eorum artem, non ſunt propriè teſtes, ſed potius iudices dicuntur. & numero 86.*

86 *Teſtis deponens de credulitate nõ probat, niſi in conſiſtentibus in peritia.*

87 *Medici ad inſpiciendum uulnera, per quem eligi debeant.*

88 *Medici ſolius dicto an ſtandum ſit, uel plures requirantur.*

89 *Comilitoni ſoli qui facit uſum & repertum creditur.*

90 *Medicis deponentibus de uulnere, an credatur ſine iuramento.*

91 *Medicis pluribus de aliquo uulnere deponentibus ſtandum eſt.*

Item dignioribus in arte medicinæ, ac etiam ueriſimiliora deponentibus.

92 *Medici quãdo ſunt plures numero & peritia, & diuerſæ opinionis, an uulneratus ex uulnere mortuus ſit quomodo iudicandum.*

93 *Sententia lata prætextu medicorum peritorum, an retractari poſſit.*

94 *Vulneratus percuſſus in capite, præſumitur ex uulnere mortuus.*

95 *Vulnerans primo aliquem an teneatur de occiſo, quando alius poſtea uulnerauit. & nu. 96.*

96 *Verbum mortiſere quid denotet.*

97 *Mors ex uulnere ſecuta, trahitur ad diem uulneris.*

98 *Vulneratus lethaliter fingitur mortuus.*

99 *Mortaliter uulneratus, uenit appellatione occiſi.*

100 *Vulnerans an de occiſo teneatur, ſi uulnus non mortale habet commiſtionem cum alio uulnere, uel concuſſionem.*

101 *Coniectura quibus cognoſcitur uulneratum ex uulnere eſſe mortuũ. & nu. 102. uſque ad nu. 109.*

Breuitas tẽporis denotãt quem ex uulnere mortuum eſſe.

102 *Accidentia mala.*

103 *Vulneris magnitudo.*

104 *Dolor continuus in neruis.*

105 *Spaſmus ſuperueniens.*

106 *Inſtrumenti genus.*

107 *Perſeuerantia uomitus, febris, & aliorum accidentium, ſignificantium mortem.*

108 *Pars corporis in qua eſt uulnus, quæ autem ſint iſtæ corporis partes, uide nu. 109.*

110 *Præſumptiones ut uulneratus non ſit mortuus ex uulnere. & nu. 111. uſque ad nume. 128.*

Negligentia.

111 *Mala gubernatio.*

112 *Mala cura.*

113 *Medicus non adhibitus.*

114 *Medicus tardè adhibitus.*

115 *Medici ignorantia.*

116 *Curatus per incantationes.*

117 *Acceſſio ad ſolẽ, ad aẽrẽ de nocte, in uulnerato in capite.*

118 *Laborare.*

119 *Vinum bibere.*

120 *Concumbere.*

121 *Longum tempus, quod arbitrio iudicantis relinquitur.*

122 *Accidentia mali ſi receſſerunt, & ambulauit ſuper baculo.*

123 *Medici denunciatio libera.*

124 *Deambulatio poſt uulnera per ciuitatem.*

125 *Ambulatio poſt uulnus.*

126 *Locus uulneris non ſolitus ad mortem.*

127 *Vulnus à principio non mortale.*

128 *Vulnus non durans uſque ad mortem.*

129 *Homicidium non eſſe doloſe cõmiſſum*

ſum, quomodo cognoſcatur.

130 *Denunciatio decani uel centenarij, an faciat indicium.*

131 *Rei ſpontanea præſentatio, ipſius innocentiam demonſtrat.*

132 *Mortui exculpatio, demonſtrat ipſius rei innocentiam.*

133 *Exculpatio propinquorum mortui innocentiam demonſtrat.*

134 *Accuſandi tarditas, rei innocentiam denotat, & accuſationem ſuſpectam reddit.*

135 *Diuturnitas temporis, innocentiam rei demonſtrat.*

136 *Socij criminis exculpatio, iuuat innocentiam rei.*

137 *Indicia tolluntur per reuocationem factam à teſtibus examinatis, ex quibus talia indicia cauſata ſunt. Et iudex ſuper primo dicto iudicialiter facto, ſententiam ferre non poteſt.*

HIs ſic præmiſsis, ueniendo modo ad materiam defenſionum reorum, quatuor faciam partes. Prima pars erit, in demonſtrando quã do reus fatetur uulneraſſe & occidiſſe: ſed excuſationem aſſumit pro ſe, quòd animũ nõ habuerit ad interficiendum. & quòd homicidium magis fuit caſuale quàm uoluntarium. & illud deduci poteſt ex pluri
1 bus, de quibus infrà. *Pro cognitione itaque huius partis ſciendum eſſe puto, quòd una præſumptio tollit aliam, ut in l. diuus. iuncta glo. in uer. exiſtimari. ff. de reſtit. in integ. & in c. accedens. de crimi. fal. not. Bal. & Saly. in l. matre. C. de calum. & ubiq; doct. ponunt hoc, & multos enumerat Hippoly. in ſua prac. in §. diligenter. nu. 192. & in hac l. nu. 50. & in l. 1. §. diuus. ff. eo. nu. 25.

Sed aduerte quòd Io. An. & Abb. ac Io. de Ana. poſt ipſos, in d. c. accedens. dicunt, quòd una præſumptio
2 tanquàm fortior elidit aliam *Et ideo ſi præſumptiones ſunt æquales, tunc cõfunduntur, & minus fortis cõfunditur ab alia: & ex circũſtã tijs habebit iudex arbitrari quæ fortior dicatur, per not. in c. literas. de præſumptio. & in c. tuę. qui fili. ſint
3 legiti.* & Bal. in l. ſiue poſsidens. C. de probatio. dicit quòd probatio in ſpecie, tanquàm potentior tollit
4 probationem in genere.* & ex mẽte ipſius dantur tres ſpecies præſumptionis, alia temeraria, alia probabilis, alia uiolenta. illa autẽ quæ temeraria eſt, in nullo cõſideratur.
5 *Et ex hoc dico, quòd ad hoc, quòd una præſumptio tollat aliam, neceſſe eſt ut ſit ualidior illa quæ eſt pro reo, quàm illa, quæ eſt contra reũ. & exemplum poteſt dari in fratre, qui uulnerauit alium fratrem, & dubium eſt, an animo occidendi illum uulnerauerit: tunc lex habet præſumptionẽ quòd doloſe fecerit. iſta præſumptio tollitur, ob id quòd eſt frater. Sed ſi eſſet præſumptio contra occidentem, quòd deſiderauit bona fratris, cũ ſit perſona quę multum affectet diuitias, & habeat filios, quos cogitaret diuites facere: tũc præſumptio fraternitatis & ſanguinis ceſſabit, & cõfundetur ob aliam præſumptionẽ, quæ in ſe continet ſpem ſucceſsionis. & ideo defenſor debet eſſe cautus in tollendo præſumptiones, quæ in cõtrariũ obijci poſſunt, & in fortificãdo præſumptiões fauorabiles ipſi reo, ut dicãtur ualidiores, quàm ſint pręſumptio

ſumptio

ſun.ptiones quæ oriuntur de iure,
ut doloſe dicatur egiſſe, & exinde
oſtendat animũ nõ fuiſſe ad interfi
6 ciendum.* Sciendũ eſt etiã quòd du
plex eſt pręſumptio,una iuris & de
7 iure,cõtra* quã nõ admittitur pro-
batio.ut per gl.in d.l.ſiue poſsidẽ-
tis.C.de probatio.& eſt tex.iuncta
glo.in l.antiquæ.C. ad Velle. & ibi
gl.& in l.fi.C.ad Maced.& in l.fi.C.
arbi.tute.ut per Alex.in l.inter ſtipu
lantem.§.1.ff.de uerbo.obli.& latè
per Alcia.& adden.in tracta.de præ
ſumptiõ.in ſecũ.par.in princ.& iſta
eſt quando lex ſuper ea ſe fundat,
& ſtatuit,ut in dictis iuribus,& per
8 Bald.in rub.C.de proba.* Alia eſt
præſumptio iuris tantum,quæ pro-
bationes in contrarium admittit,&
in qua lex non ſe fundat,nec ſuper
ea ſtatuit.ut per Bal.in d.rub.& per
alios ſuprà notatos.& iſta eſt præ-
ſumptio,de qua loquitur lex iſta &
9 etiam glo.in uer.nõ occidendi.* &
ideo uidendũ eſt an & quando præ
ſumptio doli,quæ oritur à lege, eo
ipſo quòd aliquis occidit,amouea-
tur per alias præſumptiones cõtra-
10 rias.* & in hoc eſt aduertẽdũ, quòd
pręſumptiones quæ deducũtur ad
tollendas alias præſumptiones,ad
hoc ut dicantur potentes, debent
habere uerisimilitudinẽ in ſe, cum
ſint fundatæ ſuper uerisimili.c.quia
uerisimile.de præſumptio.& uoluit
Bal.in l.fi.in 20.oppo.C.de hære.in
ſtitu.& dixi in d.l.fi.in quinto præ-
miſſo. cõſiderãdo uerisimilitudinẽ
conſonant iuri, rationi, & facto.

Videndum itaq; erit ſequẽdo or
dinem glo.noſtræ,quę ſint pręſum
ptiones quæ diminuant,ſeu tollant
præſumptionem doli,orientem ex
11 homicidio.* Nã Cicero,in lib.1.de
inuentione,dicit,quòd quãdo reus
fatetur homicidium,ex triplici capi
te defenſiones ſibi dantur.Primò
ex perſona,tam imputati quàm oc
ciſi.Secũdò ex cauſa.Tertiò ex fa-
12 cto.* Ex perſona,cõiunctio ſangui-
nis exiſtens inter occiſorẽ & occi-
ſum,inducit præſumptionem quòd
non habuerit animum ad occiden-
dũ,ſed à caſu illud fecerit.ut uoluit
gl.hic,dum dicit,probando affinita
tem.Idem uoluit Gandi.in tracta.
malefi.in tit.de præſumptio.& indi.
dubi.col.2.uerſic.præſumptio uero
13 hominis.dicens,* quòd propter prę
ſumptionem ſanguinis lex præſu-
mit omnem fraudem ceſſare.l.non
ſolum.primo reſponſo.ff.de ri.nu-
ptia.& l.pen.C.quod cum fal.tuto.
aut.Idem uoluit Iac.de Belui.in ſua
practi c.crimi.in titu.de quæſtioni.
col.50.Aret.in cõſi.50.incip.ſicut de
cet.col.3.uerſi.cõfirmatur hoc.idẽ
uoluit Roma.in l.in illa ſtipula.col.
pen.uerſi.decimo quinto. dicens,
14 *quòd negatiua,non animo occi-
dendi uulneraui,probatur ſi inter
uulnerantem & uulneratum eſt ma
gna coniunctio ſanguinis,quia nõ
præſumitur animo occidendi uul-
neraſſe.per gl.hic & Alberi.in hac l.
dicit oriri excuſationem propter
coniunctionem ſanguinis,quia ne-
mo carnem ſuam odio habet.c.nõ
ęſtimemus. 12.q. 2. Sed aduerte ꝙ
Saly.hic dicit,quòd aliqui doct.re-
probant glo.hic.per titu.præceden
tem.de emen.propin.& per tit.ſub-
ſequentem,de ijs qui par.uel liber.
occi.ubi coniunctio ſanguinis etiã

magna non excuſat. ſed dicit ipſe
quòd glo. hic non uult quòd per ſe
ſola ſit ſufficiens, ideo copulatiuè
adiecit, & qualitatem accidentis. pu
ta an aliàs eſſet homo rixoſus, inui-
dioſus, & ſic prauæ uitę uel frugi: an
uero frugi & bonę, quia uitę religio
ſę, uel fortè ualetudinarius, uel for-
tè talia attentare non auſus uerisi-
militer, uel fortè tunc furioſus. Bal.
hic tollēdo hęc cōtraria dicit, quòd
qualitas perſonæ non ſufficit, ſed
coadiuuat alias qualitates facti, ita
quòd ſi factum de per ſe oſtendit a
nimum fuiſſe ad occidendum, ut
quia fuit uiſus iratus percutere, &
etiã quia multa uulnera intulit, uel.
quòd inſecutus fuit fugientem, &
occidit, uel quòd uulnerauit armis
terribilibus, & aptis faciliter ad oc-
cidendum. nam tunc coniunctio
ſanguinis non excuſabit, ex mente
Bal. & uerius exiſtimo, quod idē uo
luit Albe. hic. & ſentit ſubtilis Ioan.
15 Fab. hic.* Nam quoties ex facto cō
ſtat de atrocitate, non eſt quæren-
dũ, an adſit uel non adſit uoluntas:
quia conſtat uoluiſſe occidere. ſed
quoties ex facto eſt dubiũ an ha-
buerit animum ad occidendum, uel
non, tunc præſumptiones operan-
16 tur.* cum in claris non ſit opus con
iecturis. l. cōtinuus. ff. de uerb. ob. &
dicit Areti. in conſil. 80. ſicut decet.
col. 2. quòd licet iſtæ cōiecturæ ex-
cuſent percutientē etiã cũ gladio,
à dolo præſumpto, poſſet tamē eſſe
gladius ita enormis, & in loco adeò
mortali, ꝙ iſtæ cōiecturæ nō iuua-
rent. & illud ꝓbat à ſimili, per text.
& gl. in l. ſi uxor. §. fi. ff. de adulter. &
in l. ſenatus. §. eos. ff. ad Turpil. nã ſi
cut ibi maritus, uel cōiuncti accu
ſans ꝓpter cōſuetudinē excuſatur
à calumnia præſumpta, licet nō ꝓbet
17 crimē:* Cùm tamē aliàs nō probãs
præſumatur calumniari. ut in l. 1. in
princ. ff. eo. ad turpilia. Ratio ergo
coniunctionis excludit dolum pręſumptum, ſed dolum euidentem
non: quia à tali calumnia coniun-
18 ctio non excuſat.* Iocoſa locutio
antequam ſequantur uulnera, ha-
bet præſumptionem quòd non ſit
animus ad occidendum, ut puta, ſi
dum haberet arma dixerit ad uulne
ratum ridendo, attendite poltron,
ſeu defendite uel ſimilia uerba ioco
ſa aute uulnera. nam tunc ſi ſequa-
tur homicidium, pręſumitur caſua-
le. ita uoluit Cepol. in d. cōſi. 31. col.
2. uerſi. tertia præſumptio eſt. per
gloſ. in §. fi. Inſti. de iniur. ibi, ſi iuſi,
19 uel luſi uel comedi.* Amicitia oſtē
dit animum & intentionem nō fuiſ
ſe ad interficiendum, quòd imo
occidens fecerit ex improuiſo caſu
non autem dolo. ita uidetur tex. hic
iuncta glo. dum uult occidendi ani-
mum non fuiſſe quando erat amici
tia cum occiſo. & idem uoluit Iaco.
de Belui. in pract. crim. in tit. de quæ
ſtioni. co. 50. uer. & ad declarationē.
20 * & Fely. in c. fi. de homi. in fi. per
hũc tex. d cit. quòd ſi probatur mor
tuum habuiſſe maximam amicitiam
cum occidente, ſi non appareat con
iectura odij ex uulnere, uel aliter, p̃-
ſumitur homicidium caſuale. quod
idem uoluit Iaſ. in l. 1. nu. 22. ff. de leg.
loquens de amico uel affine alterna
tiue, adeo quod alterum ſufficiat ad
inducendam præſumptionem, non
habuiſſe animum ad occidendum.
ſed

ſed ꝑ uiſſe caſuale. Iſtud etiam ſequitur Cepo. in conſ.31. col.2. uer. quarta præſumptio. & excellentiſsimus Soci. iun. in conſ.58. nume.8. uol.1.

21 * Videmus in ſimili, quòd amicitia magna æquiparatur cognationi. ut per Bal. in l. ut uim. col.2. uer. quinto quæritur. ff. de iuſtit. & iure. & per Iaſ. in l. quæ dotis. nu.74. ff. ſol. mat. & dixi multa ad hoc propoſitum in tracta. de compromiſſ. in 3. par. prin ci. in uer. amicus. unde cum ex conſanguinitate non præſumatur animus ad occidendum, ut dixi, in uer. coniunctio ſanguinis. ergo idē eſt

22 dicendum in amicitia.* Amicitię autem ſignum euidens propter quod inducitur excuſatio, eſt conuerſatio quæ erat cum occiſo & occiſore. nam ex tali conuerſatione nulla præſumitur inimicitia inter eos, & quòd non habuerit animum ad occidendū. ita ad excuſandum pro indicio dat Cepol. in d. conſ.31. in ſe

23 ptima pręſumptione.* Quemadmodum & ē contra, conuerſatio cum inimico occiſi, inducit præſumptionem mali animi contra interfectū, ut amicitias copulauerit cum inimico, & propter hoc præceſſerit ad tale delictum præmeditatē, ut not. in l. liberi. & ibi Bald. Salv. & Iaſ. C. de inoffi. teſt. & in c. repellātur. & ibi Abb. & alii de accuſa. & dixi in d.l.

24 fi. in uer. conuerſatio.* Intelligo tamen quòd non ſit conuerſatio repentina, ſed per aliquod tempus ut eſt tex. in l. pen. §. in factum. ff. nau. cau. ſtab. per quem tex. ita determi. Io. An. But. Io. de Ana. in d.c. repellā

25 tur. & dixi in d.l. fin. nu.170.* Aliud quoque ſignum erit, ſi ei quem occidi, accommodaui de iis rebus & bonis, quæ ſunt in domo mea, ut pro faciendo tripudium, ſcamna, bancas, & tapetes, & ſimilia. ut per Hippoly. in conſ.51. licet nedum, nu. 47. quod idē dici poteſt, ſi accommodaui equum, uel ſimilia, uel mutuaui pecuniam, frumentum, uinum, &

26 alia.* Sed aduerte circa prædicta, ꝙ in indiciis eſt dare gradus, ut dixi in d.l. fi. in 2. & 3. nota. quędā ſunt leuia, ut eſt dictum propinquorum, familiarium & aliorum ſuſpectorum, quorum dicta accipit iudex per uiam conſtituti, & ſic abſq; iuramēto. & iſta faciūt pręſumptionem & indicium leue, per quod iudex poteſt procedere ad capturā. ut dixi in d.l. fi. in 2. nota. Poteſt etiā inquirere, ut dixi in d.l. fi. nu.327. & habetur in l.2. §. publico. ff. de adulter. & hoc in caſu ſi erit bona fama pro imputato, quæ aliquo modo conſtet iudici, per uiam tamen iudicii: ut ſi eſt uir grauis in ciuitate, bonæ conditionis & famæ: nec procedetur contra eum ad capturā, nec inquiretur: niſi aliæ præſumptiones concurrant, quæ grauent, & fomentum dent illi pręſumptioni & ſuſpicioni, quæ orta eſt ex dictis nō iuratorum, uel ex dicto mortui, & ſimilibus facientibus leuem præſumptionem, & in tali facto procedant dicta ſuperius per Bar. Bal. & alios, ut bona fama minuat præſumptionem & indicium. & hoc modo poteſt intelligi qđ dicunt Bald. & Imo. in d.l. fi. ff. de acqui. hære. ut dixi ſu

27 prà.* Si uero eſſent indicia grauia, uel grauiſsima, per quæ poſſet non tātùm deueniri ad capturā, ſed etiā ad tortu

ad torturam,tunc ſi iudex habet talia indicia ex quibus ſemel reus eſſet torquendus, ut puta quòd una eleuatio, uel depoſitio ſola eſſet imponenda ipſi reo:tunc iudex habita bona fama rei, ducet eum ad locum torturæ, & finget uelle torquere,ut ſæpe uidi practicati. Si uero ſunt indicia talia ex quibus poſſet torqueri bis,tunc ob bonam famam ſemel torquetur.& ſic ſucceſſiue ſemper ſit diminutio, ut propter bonam famam tollatur aliqualiter de ipſa tortura: & iudex habere debet conſiderationem ad per-
28 ſonam rei.* Infertur ex hoc ad eam quæſtionem,ſi aliquis eſt diffamatus in ciuitate de aliquo delicto in particulari,ut puta quòd hominem interfecit:& ex aduerſo ſit bona fama generaliter, quòd ſit grauis & probus,an præferatur infamia de-
29 licti, bonæ famæ.* Alexã.conſ.77. uerſ.nec prædictis.uol.1.dicit quòd ſemper præualent probationes in ſpecie,probationibus in genere, & hoc per dictum Inn.in c.auditis. de preſ.& per dictum Bal.in l. ſiue poſ
30 ſidetis.col.2.C. de proba.* Vbi tenet quòd præſumptio in ſpecie tollit præſumptionem in genere. & facit regula,generi.de reg.iur.& text. in l.ſanctio legum.ff. de pœn. facit etiam ad hoc dictum Inno. in c.inquiſitionis. & in c.cum tempus. de
31 accuſa.* ubi uult duos teſtes ſuper infamia deponentes, præferri aliis contrarium dicentibus. Tenẽt hoc etiam Roma.in conſ.177.Cepol. in
32 conſ.39.& Fulgo.conſ.135.* Contrarium tenuit Bal. ex opi. Gandi.in l. ea quidem.nu.65.C. de accuſa. motus ea ratione, quia famæ publicæ ſunt incompaſsibiles.ut in c.deſſeat
33 peccator.extra, de reg.iur.* Item quia quãdo genus pôt ſaluari in aliis ſpeciebus, una exempta.tũc ſpecies eximitur à genere.ſed hic non pôt ſaluari bona fama cũ fama mala,ergo &c.Alij etiã hanc partẽ tenuerunt,quos refert Hippoly. in l. de minore.§. plurium.nu. 112.ff. de
34 quæſtioni.* Dicas tu,aut fama delicti eſt ſimplex, ſine adiumento: quo caſu facit indicium ad capturã, non autem ad torturam, ut dixi in d.l.ſi.nu.313. & tũc bona fama indiciũ elidat. aut ultra famã delicti eſt cauſa,uel probatio per quam ipſa adiuuatur,ut poſsit procedi ad torturam:& tunc bona fama non tollat indicium, quia maior eſt infamia,& ſic nõ æqualis.ita ſenſit Bal. in d.l.ea quidẽ.& hanc maiorẽ uim habere conſiderat Bart.in d.§. pluriũ.& Bal.in l. ſi mater.C. ne de ſta.
35 defuncto.* Qualitas occidentis inducit excuſationẽ,& demõſtrat animũ nõ fuiſſe ad occidendũ.ita uult gl.hic.& illud conſiderabile eſt multipliciter,primò à natura, ſecũdò à conſuetudine,deinde ab opinione, poſtremò ab accidenti,& de iis o-
36 mnibus diſpiciamus.* A natura, ut bene natus ex bonis parentibus,ex bona progenie:nam iſte præſumitur bonus.l.quiſquis.C.ad l.Iuli.maie.& l.ſi cohortalis.C. de cohorta-
37 li.& prin.cornicu.lib.12.* Cum è cõtra ſi fuerit natus ex mala ꝓgenie, uel ex malis parẽtibus, præſumitur malus.l. quòd ſi uelit.§. qui mancipia.ff.de ædilic.edic.ita determinat Gãdi.in tit. de præſumptio. & indi. dubi.col.

dubi-col.2. uerſ. præſumptio enim.
& eſt text.in c. ſi gens Anglorũ.76.
38 di.* ubi filij non ſunt degeneraturi
à parentibus iniquis & tales pręſu
mũtur futuri,quales fuerũt parẽtes.
39 * A conſuetudine, ut bonus, mi-
tis, pacificus, bonæ & frugi uitæ,
qui nec auſus fuiſſet tale quid attẽ
tare,uel quia religioſus,ut exempli
ficat Saly.hic.& ad excuſandum, ꝙ
ex uoluntate non occiderit homo
iſtius qualitatis,inducit Cepo.in d.
conſ.31.col.pe.uerſ.non à præſum-
ptione.per tex.in l. non omnis.§. à
barbaris.ff.de re mili.& in l. uel uni
40 uerſorũ.ff.de pig act. * Cũ ẽ cõtra
mala uita,& mala hominis cõſuetu
do faciat indiciũ cõtra reũ,non ta-
men aptũ ad torturã,ut dixi in d.l.
41 fi.nu.241.* Hinc uidemus ꝙ ſi ſunt
rixantes, nec appareat quis illorũ
rixam inceperit, in dubio pręſum-
ptio eſt cõtra eũ qui eſt fortior, au-
dacior,& magis peritus. ita Floria.
poſt Ray.in l.1.§.cũ arietes.ff.ſi qua
drupes pauper.feci.dicat.arg.l. non
omnis §.à barbaris.ff. de re mili.&
tenet hoc etiã Cepol. in cõſ.28.nu.
12.Fely.in c.capitulũ.el 1.colũ.16.de
reſcrip. & in ca.1.colũ.2.de treug.&
42 pac.* Videmus etiã quòd ille, qui
eſt rixoſus,præſumitur prouocaſſe.
ita Car.in cle.1.q.33.de homici. Al-
be.in l. ut uim.ff. de iuſti. & iure.&
Cepol.in d.conſ.21.nu.12.& dixi ſu-
43 prà.* Ab opinione, ut bona fama.
nam hæc minuit præſumptiones,ſi
quę ſunt contra reum,ut l.2.§.ſed ſi
ex improuiſo.ff.de re mili.ibi,inſpe
cto uitæ pręcedentis actu.& no.ibi
44 Bar.dicens quòd * probatio bonę
uitæ habet minuere indicia quæ fa-
ciunt cõtra malefactorẽ.per tex.ibi,
& per tex in l.ſeq.illius tit.§.fi. & in
d.l.nõ omnis.§. à barbaris. & Bal.
in l.fi.C.de proba.col.fi.uer.ſed ter
45 tia.dicẽs,* ꝙ cum reperiantur tres
ſpecies probationũ, una indicatiua
quæ plene probat, alia præſumpti-
ua quæ excedit ſemiplenam proba
tionem,alia indicatiua , quando fit
indicium:qđ eſt minus quàm ſemi-
plena probatio.& ex iſta in uili per
ſona locũ habet tortura.l.cũ proba
46 tio.ff de proba.* Secus in grauibus
perſonis, quia qualitas præceden-
tis uitæ elidit huiuſmodi indicia.c.
cum in iuuentute. de præſumptio.
idẽ Bal.in l.1.colũ.1.uer. & in ſimili.
47 C.loca.dicit * ꝙ damna præſumun
tur data à uicinis,niſi bona &lauda
bilis eorũ fama,& conuerſatio,hãc
48 præſumptionẽ excuſat.quia * pro
bono pręſumitur bene,&ꝙ prudẽs
prudẽter uiuat.ſequitur prędicta A-
lexã.in l.fi.in 2.apoſtil.ad Batt.ff.de
quæſtioni. & in conſ.89. incip. uiſo
themate.colũ.2.uerſ. confirmantur
prædicta.uol.3.& Corne. in cõſ.58.
incip.uiſa inquiſitione. in litera L.
uol 2.Deci.in conſ.189.incip.lętatus
ſum.col.pe.& excellẽtiſsimus Tho.
Gramnia. in conſ.65. incip. in cauſa
humilis col.2.& Hippoly.in ſua pra
cti.in §.diligenter.nu.196.& in l. de
minore.§.plurium.nu.91.ff.de quæ-
49 ſtioni.ubi multa accumulat.* & di-
cit Bal.& Imo.poſt eum, in l.fi.col.
fi ff.de hære.inſtit. quòd ille qui mi
natur habet præſumptionem con-
tra ſe: & ille qui habet rem furtiuã
penes ſe,habet indicium contra ſe:
niſi ſit uir grauis,bonæ conditionis
& famæ,nam tunc eliduntur illa in-
dicia.

dicia.de quo etiã dixi in d.l.ſi.num.
417.&ſeq. Ab accidenti,ut in ebrio,
dormiente,& furioſo.de quibus o
50 mnibus diximus ſuprà. * Secundò
ex cauſa defenſio datur, quia cauſa
tripliciter poteſt conſiderari licita:
à principio licita,ex poſt nõ licita,
51 nõ licita,ſed æqua.* Licita ſi eſt cau
ſa,non in totum excuſatur à pœna,
prout defenſio neceſſaria, timor
mortis, duellum licitum, & alia de
quibus dixi ſuprà in uerb. iuris per-
52 miſsione.* Si à principio, ex poſt
non licita, tunc excuſatur à pœna
ordinaria,quòd exemplificari põt,
quãdo quis rei licitæ operã dabat,
licet quid illicitum ſecuturũ fuerit.
ut tenet Are.in conſ.80.& Iaſ. in cõ
ſi.133.ut in eo qui uolebat interfice
re bannitũ,& aliũ interfecit: quãdo
caſu ſequitur homicidium: quando
quis uolebat uti re cõmuni. itẽ etiã
ſi ludendo ſequitur homicidiũ. de
quibus omnibus diximus ſuprà.uel
ſi accepit familiam poteſtatis ſecũ.
ut tenet Alex.in conſ.140.nu.3.uol.
2.uel ſi quis interfecit aggreſſorem
tẽpore noctis,ut per Alex.in d.con
53 ſi.nu.8.* Non licita ſed æqua. & tũc
etiã excuſatur à pœna ordinaria,ꝓ
ut ſi quis iuſto dolore motus aliũ in
terfecit, ut dicit tex.in l.ſi adulteriũ
cum inceſtu. §. Imperatores.ff ad l.
Iuli.de adulter.Alex.in d.conſi.140.
nu.2.& iſtud poſt alios multa addu-
cendo,tenuit Hippoly.in l.1.nu.77.
ff.eo.de ſicar ſi fuerit primus nõ in
ſultãs.Item etiã ſi propter ignoran-
tiam deliquit, ut ſuprà dixi. ſi quis
defendendo ſe exceſsit. ita Alex.in
d.conſ.140.nu.12.& hoc ſiue culpa,
ſiue dolo exceſsit. Tertiò ex facto
defenſio conſideratur, quod c[illegible]itur
aut ex actu percuſsionis.aut ex uul
54 nere,aut ex forma procedendi *Ex
actu percuſsionis,nam animus oc-
cidendi ex qualitate & mõ percu-
tiendi deprehenditur.ita Bar. in l.1.
§.diuus.per illũ tex ff.de ſicar.doct.
in l.1.C.eo.& facit tex.in c.ſignifica
55 ſti.col.2.de homi.puta,* ſi quis per-
cuſsit aliquẽ cũ calce,uel cũ haſta,
tunc non præſumitur habuiſſe ani-
mum occidendi,ut probatur in l.1.
C.de emen.ſeruo.facit d.l.1.§.ſed ſi
clauã.ff eo.de ſicar & text in d c ſi-
56 gnificaſti.* Itẽ ſi percuſsit manu ua-
cua in faciẽ,& occiderit, nõ uidetur
habuiſſe animũ occidẽdi nec punitur
pœna homicidii.ita Raph Cu.in cõ.
57 134* Itẽ ſi pugno percuſsit.prout di
cit Deci.in conſ.[illegible].in prin.uolu.1. &
Aret.in cõſ.136.uiſa conſultatione.
58 per tot. * Percutiens cum pomo
enſis.ita Ang. in practi.crimi. in gl.
ſciẽter.in pe.uer.gl.& doc.in c.ſicut
dignũ.in ſi.da ho. Ang.ubi ſ. ia uer.
ex interuallo dictus Titius.uer ſed
aduertas. & ibi in addi.& Hippoly.
59 in d.l.1.§.diuus.de ſica.n.22* Percu-
tiẽs.cũ baculo.ita Bal.in proœ.dige
ſtorũ.in 3.co.& in d.l.ſolã.in arg.ta-
mẽ.in 1.co.C.de teſti.& Felv.in d.c.
60 ſignificaſti.nu.8.* Si percuſsit cũ in
ſtrumẽto ſecũdũ ſe,nullo mõ accõ-
modatũ ad occidẽdũ,ita Are.in cõ.
80.clo.2. in princ.per tex. in d.l.1.in
erin.C.de emẽ.ſeruo.tenet Felv. in
d.c ſignificaſti.nu.8.& Hippoly.qui
multos adducit in conſ.67. num.17.
61 * Hinc uidemus quòd Bald.in l. ſed
& ſi quaque. §.ſed nunquid.ff. ad le
gem Aquili.dicit,quòd debet occi-
di magiſter qui diſcipulum percutit
cum in

cum inſtrumento apto ad mortem.
62 *Si percuſsit cum fuſte, uel lapide: ex quo ſunt inſtrumenta, cum quibus ut in pluribus percuſſus non moritur, nec eſt in mortis periculo. d. §. diuus. & ibi Barto. l. omne delictum. §. ſi quis cõmilitonem. ff. de re milita. & hoc tanto magis ſi eſſet unus penes alium, & enſe percutere poſſet. ita Felv. in d. c. ſignificaſti. nume. 9. & melius Sozi. in d.
63 c. de iis, de accuſa.* Si percutit cum cultello breui, qui non computatur in armorum appellatione, ut dicit
64 gl. in auth. de arm. §. fina.* Si poſtquàm percuſsit, ſtatim medelã præſtitit. ita Cepol. in conſ. 31. nume. 5. uerſicu. quinta præſumptio eſt, motus quia ex actu illo incontinenti ſecuto, declaratur qui animus fuerit in præcedentibus, per not. per glo. & docto. in l. ſi uentri. §. in bonis. ff. de priu. credi. & per not. per docto. in l. & poſt contractam. ff. de
65 donatio.* Si poſtquàm percuſsit, ſtatim fregit & proiecit arma, cum quibus percuſsit. ita Cepol. in d. cõ ſi. 31. numer. 5. uerſicu. ſextò præmitto. motus quia non eſt uериſimile quòd proieciſſet arma, & ſe eis pri
66 uaſſet, ſi doloſe occidiſſet.* Ex uulnere, ut puta ſi eſſet uulnuſculum ex leui percuſsione: nã tunc ſi mors ſequeretur, pœna ordinaria uulnerans non punitur. ita Iaco. de
67 Bel. in quæſtioni. nume. 69.* Ita etiã ſi uulnus eſſet in loco non ſolito ad mortem. ita Cepol. poſt alios in conſ. 61. nume. 16. & alia concurrerent, de quibus in quæſtione ſequẽ
68 ti.* Ex iis quęro, uulneratus ſi mortuus fuerit per aliquod temporis interuallum poſt uulnera an teneatur uulnerans de occiſo, an de uulnerato tantum. Quæſtio hæc multas habet opiniones, & ex intentione ſcribentium, iura diuerſimodè uidentur determinare. nam quædam dicunt, quòd ſi aliquandiu uixit, adhuc tenetur de occiſo, nec expreſſit tempus, ut in c. ad audientiam. de homici. Aliquando dicitur infrà paucos dies, nec tamen exprimitur quantitas, ut in capitu. presbyterũ. eo. ti. aliquãdo poſt octo mẽſes. ut in c. 2. de cle. pcuſs. aliquãdo dicit̃ poſt longũ interuallũ, ut in l. ait lex. ff. ad legem Aquili. aliquando dicitur infra tres dies, ut in c. ſi qua fœmina. 15. di. & eſt glo. in l. 1. C. de emen. ſeruo. ſecundum quod communiter intelligitur, ut ibi per doctores. & in lege Lombarda. in lege in omnibus. de plagiariis. ubi annus datur ad hoc ut non dicatur mortuus ex uulnere. Vnde ob talem uarietatem doctores fuerunt in diuerſis ſententiis & opinionibus. Gãdi. in tit. de homi. col. pen. nu. uigeſimotertio, ponit hanc quæſtionẽ: & facit plura capita, cõſiderando quando quis fuit uulneratuss cum armis leuibus, & non mortifere, ut cum lapide modico, ligno, cucuma, & ſic leuiter. ut hoc in caſu conſideretur animus, an fuerit ad occidendum uel nõ: ut ſi animus nõ fuerit occidẽdi, nõ teneatur de occiſo. Secũdũ caput eſt quãdo quis fuerit uulneratus nõ mortifere, ut ſi medicũ non adhibuerit, uel malũ medicũ & imperitũ, ut teneatur tantũmodo uulneratus de uulnerato, & nõ de occiſo. Ter

ciſo. Tertium eſt, ut in dubio quando non apparet an uulnus ſit mortale uel non, ut probata negligentia non teneatur de occiſo. Et aduerte quòd de iſta compendioſa facit mentionem Bart. in ſua diſpu. incip. iure municipali. in fi. Bar. in l. 1. C. de emen. ſeruo. diſtinguit an poſt triduum ſuperuixerit, uel ambulauerit, uel nón. & eodem modo in l. fi. ff. de ſicar. & hoc quando ſumus in dubio. ſecus autem eſt quando eſt certum, uulnus eſſe mortale, uel non mortale. & quando ſumus
69 in dubio * Ang. in d. l. 1. conſiderat tempus quadraginta dierum, uel ꝙ appareat ex ſententia medicorum uulnus non fuiſſe mortale. Alberi. in proœ. digeſtorum, col. 5. uerſic. ſubſequenter. dicit uidiſſe ſeruari, & de facto obtinuiſſe, quòd ſtetur dicto medicorum. & idem uoluit in q. 35. in 2. par. ſtat. ſed idem Alberi. in l. huic ſcripturæ. §. 1 ff. ad l. Aquili. cõſiderat tẽpus an quis mortuus fuerit infra paucos dies, an uero poſt longum tempus, cõſiderando etiã culpam & negligentiam uulnerati. Flo. in d. l. ait lex. uult ſtari iudicio medicorum. Ant. de Bu. in d. c. 2 de cleri. percuſ. conſiderat tempus tantummodo, & de eo remittit ſe ad arbitrium iudicis, attenta qualitate & quãtitate uulneris. Abb. in d. c. 2. dicit quòd ubi ſemper in deterius proceſsit, & tamen eſt mortuus, dicatur deceſsiſſe ex uulnere, relinquendo tamẽ hoc arbitrio iudicis. Ancha. in c. presbyterum. de homi. remittit ſe ad tempus, & ad ea quæ not. Bar. in d. l. fin. & Fely. ibi diſtinguit tres caſus. ut per Saly. in d. l. 1. C. de emen. ſeruo. Io. de Ana. in c. 2. de cleri. percuſ. refert multas opiniones, & tamen reſidere uidetur in ipſa qualitate temporis. ita quòd. multa eſt uarietas inter docto. & in iſta materia ſcripſit Bar. in eo tractata. quem fecit de percuſsio. ex quibus mortuus eſt quis ex internal. & in conſi. 37. quæſtio eſt talis, Titius fuit à Sempronio percuſſus. & Bal. in conſ. 358. an uulnus. uolu. 2. in nouis. quod eſt etiã in antiquis, in conſi. 195. & in cõſi. 156. proponitur. uolu. 2. & in cõſi. impreſſo poſt uol inſtitu. incip. ad euidentiam præmittendum eſt, quòd cum quæritur. & Signoro. in conſi. 163. factum ſic ſe habet. quidam Simonelus. & Anch in conſi. 286. iure ſtricto. & Cuma. in conſi. 124. uiſis denuncijs. & Corne. in conſi. 194. circa præſentem. uolu. 2. & in cõſi. 273. in præſenti cõſultatione. uol. 3. & Alex. aliqua ponit in conſi. 9. uol. 1. & aliqua ponit remiſſiue in l. ſi quis nõ aliter. & ibi Clau. Aquen. ff. de uerbo. obliga. & Sozi. in cõſi. 178. primo aſpectu. uolu. 2. & Bologni. in cõſ. 5. uiſis igitur. & Proſdoci. de Comitib. inter conſilia Cepol. in conſi. 40. licet inuitus. & idẽ Cepol. in conſi. 61. magnifice ac generoſe prætor. & Deci. in conſi. 15. uiſo eleganti conſi. uol. 2. & Hippoly. in conſi. 7. in præſenti dubitatione. & clariſsimus Tho. Gramma. in conſi. 2. Ioannes Monachus. & in
70 conſi. 49. in cauſa querelæ. * Antequam deueniam ad deciſio. iſtius q̃onis, præmitto, quòd uulnerato homine, ille qui uulnus intulit uel aliter cuius intereſt, poteſt petere à iudice, ut mittat medicos ad inſpiciendum

tiendum uulneris qualitatem , ita
quò per talem inſpectionem pro-
bari poſsit an uulnus fuerit morta-
le,uel non.ita determinat Bal.per il
lum text.in l.1.in uerſ.rectè autem.
ibi,ſi teſtatũ redegerit.ut inde poſ-
ſit apparere,an & quatenus rẽ peio
rem legatarius fecerit.allegat tex.in
l. 2.ff.de fer.& in l.non ſolum.§.ſed
ut probari. ff. de no . oper.nuncia.
71 * Vnde Raph.Fulgo.in l.huic ſcri-
pturæ.§.ſi ſeruus.ff.ad l.Aqui.dicit,
quòd bene facerent iudices maleſi-
ciorum conuocare medicos,qui ui-
deãt,an ex eo uulnere eſſet moritu-
rus,ut poſtea ſi ex alio accidenti ille
ſit mortuus,tunc ille qui uulnerauit
euadat.nam ſi appareat quòd ex eo
uulnere eſſet mortuus,tunc uulne-
rans nullo modo liberabitur.& idẽ
Raph.Fulgo.in l.qui occidit.§.fin.ff.
eo.ad l.Aquili. per illum text.dicit
quòd ſani conſilii eſt,ſi uulnus non
letale,quòd ipſe iudex faciat uide-
ri per medicos , quòd hoc uulnus
non eſt letale,ut ſi poſtea alia ra-
tione moriatur,iſte non debeat pu-
niri,quod eſt bene not.ex quo dice
72 bam ſuprà,* quòd melior eſt practi
ca Vltramontanorum, quòd iudex
debeat mittere chirurgos & medi-
cos pro contemplatione uulnerũ,
& illos conſulere , qui conſiderata
qualitate uulnerum , ſecundum ar-
tem ſuam exponant,& referant an
73 ſint mortalia , uel non. * Et iſtud
quòd inſpiciatur uulnus,habet etiã
locum in homine mortuo,ut impu
tatus de uulnere poſsit perquirere
à iudice,ut cadauer extrahatur , ut
medici uideant uulnera,& deponãt
an ſint letalia.& ita dicit fuiſſe ſer-
uatũ Spe.in tit.de probat.§.uidẽdũ
reſtat.uerſ.hoc quoque.quod etiam
uoluit Bal.in addi.ad Spe.in titu.de
74 homici.* & idem Bal.in l.ſi quis te
ſtibus.C.de teſti.dicit,quòd poſt di
dicita teſtificata,poreſt per facti eui
dentiam contrarium probari:ut pu-
ta ſi teſtes dixerint aliquem gladio
fuiſſe interfectum,& reus dicit fuiſ-
ſe mortuum ſua morte,& quòd in
eius corpore non apparet percuſ-
ſio,quòd hæc probatio fieri poreſt:
quia in rei euidentia non tenetur
ſubornatio.& cum eſſet quæſtio de
facto,corpus mortuum fuit exhuma
tum,& oſtenſum medicis.& fuit iu-
dicatum ſecũdũ quod apparebat in
rei ueritate.quod idem uoluit Ro-
ma.in l.ſi uero.§.de uiro.in 22.prin-
cipa.fallen . uerſ.ſexto probatur.ff.
ſol.matr.dicens,quòd ſi teſtes depo
ſuerunt ex uulnere illato ſup caput,
Titiũ obiiſſe,& ſint publicati,quòd
contraria probatio poterit fieri per
inſpectionẽ capitis,in quo nullum
uulnus ſeu cicatrix appareat.& quã
uis Roma.ibi dicat,quòd Spe.in tit.
de probat.in d.uerſ.hoc quoque nõ
dicat illud ad quod allegat per Bal.
tamen Spe.illud dicit quòd fuit ex-
humatus homo,pro uidendo an eſ-
ſet uulneratus certo genere armo-
rũ,prout dicam infrà.Iudex autẽ de
bet diligentem inquiſitionẽ facere
ſuper hac re,ut uoluit Bar.in d.l.ſe-
75 mel.C.de re mili.lib 12. * Præmitto
& aliud,quòd ſtandũ eſt per iudicã-
tẽ dictis medicorũ.ut eſt tex.in d.l.
ſemel.& in c.ad aures.de æta.& qua
76 li.*nã peritis in arte ſua creditur.l.1.
§.fin.ff.de uerbo.oblig.l.1. §.1.ff.de
77 uent.inſpi.* Cũ naturali credat de

78 natura.l.ſi pactum.ff.de ſolutio.* &
fabri de fabrica.§. quod autem.in
79 auth.de non alie.& permut.* & do-
ctori de diſcipulo.& magiſtro mi-
litũ de ſuo milite.l.1.C.de offi.mag.
80 offi.* & generaliter unicuique in ar
te ſua experto credendum eſt.c.ut
cõſtitueretur.50 di.prout latè proſe
quitur Spe.in tit.de probat.§.uiden
81 dũ.col.pen.uerſ.hoc quoque.* Sub-
dens,quòd iſtud quòd credatur ex-
perto in arte,prodeſt ꝓpter teſ..s,
quia magis credendum eſt eis , qui
de arte ſua teſtificãtur.inferens ex
82 hoc ad facti contingentiam,* quòd
cum quidam ſcholaris Bononienſis
repeteret à quodam campſore pe-
cuniam ſuam,ipſe campſor percuſ-
ſit eum cum falcaſtro : ac accuſatus
ipſe campſor defendebat ſe , quòd
quædam mula cum pede eum per-
cuſſerat . accuſator fecit exhumari
illũ ſcholarem,ut uideretur an ictu
falcaſtri,uel pede mulæ,fuiſſet inter
fectus.& chirurgi depoſuerũt quòd
periit ictu falcaſtri,ut fuit declaratũ,
dicto medicorum ſtandum eſſe.per
tex.in l.certi.C. de iudi.& in §.1.in
83 procæ.digeſtorum.* & Bar.in cõ.37.
quæſtio eſt talis.uol.2.dicit,quòd iu
dex qui habet iudicare ſup quæſtio-
ne facti,aduocet & habeat peritos
medicos,qui ſecundum artem cõſi-
derata qualitate,& quantitate,& lo
co uulneris,referant & exponant,ſi
uulnus fuerit mortale , uel occaſio-
ne uulneris mortuus præſumatur.
Bald.in conſi.328.an uulnus fuerit
mortale.quod eſt in conſi.195.dicit,
quòd ſumitur argumentum ab arte
medicorum.nam unicuique perito
in arte ſua credendum eſt , præſer-
tim quando eſt aliquis doctor..us
uel licentiatus,& ſic authoritate pu
blica approbatus:uel qui diu reputa
tus eſt idoneus,per ſalubres practi-
cas & experiẽtias,uel quia aſsignat
rationes ſecundum canones medi
cinæ , de ſuo uiſu & tactu .d.l.certi.
ſubdens quòd iſtud teſtimonium
medicorum peritorum,qui interfue
runt à principio morbi & poſt , iu-
dex debet amplecti : quia ſciunt &
poſſunt uerè teſtificari , & præſu-
muntur uerum dicere , quia in te-
ſte iurato ſemper præſumitur ueri-
tas , ſicut in inſtrumento.l.cum pre
cibus. C . de probatio. Iſtud idem
quòd medico credatur de uulnere,
ponit Anch.in dicto conſil.285.&
Corne.in d.conſi.273.in fin.& Hip-
po.in d.conſ.7.nume.29.Extende ut
iſtud habeat locum , eſto quòd illi
medici deponunt de eo infirmo
quem non uiſitarunt , dummodo
de qualitate uulneris certificetur ab
aliis qui curauerunt infirmum , de
qualitate uulneris & loco.ita tenet
Cepol.in conſ.61.col.2.nu.7.allegat
not.per Inno.in c.qualiter & quan-
84 do.el 2.de accuſa.qui dicit,* quòd
quando non eſt de ſubſtantia actus
dies & hora,ſi teſtes in illis non cõ-
cordant,& non concludunt , atta-
85 mẽn eorum dicta probant.* Sciẽdũ
eſt etiam quòd iſti periti qui atteſtã
tur de pertinentibus ad eorum ar-
tem,non ſunt proprie teſtes,ſed po
tius iudices dicuntur.ut per Bart.in
tract.de teſti.colũ.3.uer.teſtis dixit
86 aliqua uera eſſe.dicẽs,* quòd teſtis
deponens per uerbũ credo,nõ pro
bat,niſi in iis quæ cõſiſtunt in artis
peritia,ut medici,obſtetrices,& ſi-
miles.

miles.qui de credulitate deponunt.
non enim ſunt proprie teſtes, ſed
magis ut iudices aſſumuntur ad illũ
cauſæ articulum iudicandũ.d.l.1.ff.
de uen.inſp.quod etiam uoluit Io.
de Ana.in c.ſignificaſti.el 2.col.8.de
homici.per tex.in c.quia iudicante.
de præſcrip.& Deci.in d.c.propoſui
ſti.col.fi.de probatio.unde prout di
cit Bar.iſti periti deponunt de cre-
dulitate,ut per Io.An. Abb.& alios,
in c.fraternitatis.de frig.& malefi.
uoluit But.Abb.Bald.& Imo.in d.c.
propoſuiſti.Saly.in l.cõparationes.
C.de fide inſtru.& accumulat multa
Fely.in d.c.propoſuiſti.col.4.uerſic.
tertia concluſio.intellige prout di-
cit ipſe,niſi deponerent ſuper re per
ceptibili,non ſolum iudicio intelle-
ctus,ſed etiam aliquo ſenſu corpo-
reo,ut per Bart.in l.Theopõpus.ff.
de do.præleg.& per Bal.exẽplifican
tem in agrimeſſore,in proœ.dige-
ſtorum.& in l.2.col.60.ff.de iureiu-
ran.& per Roma.in d.l.1.§.fin.ff.de
87 uerbo.obliga.* Iuxta præmiſſa quę
ro,qui ſint illi qui eligant expertos
& peritos in arte,& maximè medi-
cos ad inſpiciendum uulnera. Gul.
de Suza.in proœ.digeſtorum.§.1.di
cit, quòd ſi pars uulnerati,& pars
uulnerantis concordant de medi-
cis,uno uel pluribus aſſumendis,iu-
dex eis acquieſcet. ſi uero diſcor-
dãt,ipſe eliget.allegat id quod dici-
tur de pluribus tutoribus uolenti-
bus adminiſtrare per unum,ſed de
quo diſcordant,ut in §.ſi autem.In-
ſtit.de ſatiſda.tut.& illud etiã quod
dicit de duobus hæredibus legata-
riis diſcordãtibus,an agãt reali,uel
perſonali.l.huiuſmodi.§.fi.ff.de leg.
1.quod dictum refert & ſequitur Io.
An.in addi.ad Spe.in tit.de homici.
in prin.in prima additio.& etiam cũ
refert & ſequitur Alberi.in proœ.di
geſtorum.in 5.col.in uerſ.ſubſequen
ter.Iſtud idem uoluit Gandi.in titu.
de homici.col.fi.uer.item pone ali-
quem fore uulneratum.per eadem
fundamenta,de quibus ſuprà.Eãdẽ
deciſionem ſequitur Abb.in d.c.pro
poſuiſti.nu.10. & ibi Deci.nu.15.de
proba.& Io.de Ana.in c.ſignificaſti.
col.4.uerſ.circa principium. de ho-
mici.facit quod uoluit Bal.in l.1.§.
ex hoc reſcripto.ff.de uent.inſpi.di-
cens quòd in aſſumptione ſapientis
partes debẽt eligere:ſed ſi diſcor-
dant,iudex eliget.hoc idem dicitur
per Augu.de Ari.in additio.ad Aug.
in uerſ.ex interuallo.nu.4.Intelligo
prędicta procedere,quando iudex
format proceſſum ad accuſationem
partis:nam tunc bene attenditur uo
luntas ipſarum partium.ſecus autẽ
quando iudex procederet per inqui
ſitionẽ,& ſic ex officio,ut habetur
in l.2.§.ſi publico.ff.de adulter.nam
tunc partes non habent ſe intromit
tere,ſed iudex ex officio eliget &
omnia pertractabit.& ita intelligo
id qđ dicit Abb.in d.c.ꝓpoſuiſti.&
88 Deci.poſt ipſum.*Quæro quoq;,an
unus medicus ſolus faciat fidẽ,uel
plures requirãtur.quòd unus ſolus
fidẽ faciat tenuit Bar.in pluribus lo
cis,ut per Alex.in l.1.§.fi.nu.4.ff.de
uerb.obli.& facit etiã pro hoc text.
in §.quod autẽ.in auth.de non alie.
& in c.qa iudicante.de præſcriptio.
ibi,agrimeſſoris.& ĩ l.2.C.fini.regũ.
& in l.1.§.fi.ff.de uerbo.oblig.& ra-
tio eſt,qa iſti periti nõ ſunt proprie

 teſtes,

teſtes, ſed iudices, ut dixi ſuprà.
quòd uero plures requirantur, dicit
tex. in l. ſemel C. de re mili. lib. 12. &
facit tex. in c. ſignificaſti. de homicid.
& in c. cauſam matrimonii. de pro-
batio. & in c. fraternitatis. de frig. &
in l. 1. in prin. de uen. inſpi. Accedente
te etiam ad hoc illud uulgare, uox
unius eſt uox nullius. l. iuſiurandi. C.
de probatio. c. licet uniuerſi. de te-
ſti. Bar. ubique diſtinguit, ſi reperiun
tur, debent duo adhiberi: ſi non re-
periuntur, ſufficit unus. & hæc eſt cō
munis, ut per Alex in d. l. 1. §. fi. ff. de
uerbo. obliga. Abb. in c. propoſuiſti.
nu. 1. de probatio. & ipſe diſtinguit,
aut ſumus in re ardua, & agitur de
magno præiudicio, puta quando agi
tur de uita hominis: & tunc requi-
runtur plures. aut non agitur de gra
ui præiudicio, & tunc unus ſufficit.
aut eſt res magis grauis, quæ nō ita
de facili percipitur per unum, & ue-
niunt periti tanquam inſtructores:
& tunc plures adhibentur, ſi poſſunt
haberi, aliàs ſufficiat unus. & hanc di
ſtinctio. Abb. ſequuntur Aret. Bene-
dict. de Benedict. & Fely. in d. c. pro-
poſuiſti. Frix. & Bal. Nouell. in d. l. 1.
§. fi. ff. de uerb. oblig. & ibi etiā Iaſ.
dicit in pūcto iuris ueriorem. Sozi.
in reg. 294. Deci. in d. c. propoſuiſti.
nu. 10. & 11. dicit cōmunem eſſe opi.
quòd ſi plures in loco non reperiū-
tur, unus ſufficiat, ut per Bart. Dico
quòd quando agitur de occiſo, ſi iu
dex mittit medicum ad uidēdum ca
dauer: hoc caſu probet ſolus, etiam
89 quòd eſſet alius,* ea ratione, quia
creditur cōmilitoni qui facit uiſum
& repertum, ut dixi in d. l. fin. ff. de
quæſtioni. & hoc modo faciat dictū
Bar. aut eſt contentio inter deos,
quis illorum dederit uulnus morta-
le: uel inter reum & hæredes occiſi,
quòd dicat ex uulnere nō eſſe mor-
tuum: uel cum curia, & tunc duo ex-
perti requiruntur. & in hoc ualeant
rationes Abb. in d. c. propoſuiſti. &
90 facit limitatio quæ datur.* Quarto
etiā an periti teneanť iurare. quòd
ſic facit tex. in l. nemini. §. iure peri-
tos. C. de aduo. diuer. iudi. in l. hac
edictali. §. eſt illud. C. de ſecū. nupti.
in l. comparitiones. C. de fide. inſtr.
& in §. quod autē. in auth. de non
alie. quòd uerò non teneantur iura
re, facit tex. in l. iuſiurandum. iuncta
glo. C. de teſti. & in l. 1. §. 1. iuncta gl.
ff. de uent. inſpi. Communis opi. eſt
ut teneantur iurare, ut per Fely. in
d. c. ꝓpoſuiſti. nu. 15. & Deci. ibi nu.
17. & Alberi. in proœ. digeſtorū. Bal.
in proœ. digeſtorum dicit, quòd ſi
periti aſſumuntur in cōſultores, nō
iurant: ſi uero in teſtimonium, iurāt.
Dico quòd aut aſſumuntur ex offi-
cio pro informando iudice, ut iam
dictum eſt, & tunc non iurant. ita
glo. & Bal. in l. ſi duo. de pace tenen.
& dixi ſuprà d. l. fi. nu. 328. & facit di-
ctum Bald. in d. proœ. & Fely. in d. c.
propoſuiſti. nu. 18. Aut aſſumuntur
per partes in cōtrouerſia, & iurant.
91 * Quid modo, ſi plures periti fuiſ-
ſent adhibiti, & inter ſe diſcordarēt?
Cepol. in cō. 61. nu. 21. dicit quòd plu
ribus credendum eſt. Item etiam di-
gnioribus, peritioribus in arte me-
dicinæ, ac etiam ueriſimiliora depo
nentibus, rationibus ut ibi per eum.
Quòd etiam peritioribus credatur,
tenuit Barto. in dicta l. 1. §. fina. ff. de
92 uerborum obligationib.* Sed quid
ſi eſſent

ſi eſſent æquales numero & peritia? Deci.in d.c.propoſuiſti.nume.13.de probatio.dicit contra reum iudicandum eſſe. Aduerte quòd Bald.in c.1.quib.mo.feu.amitt. & in proœ. digeſtorum,dicit,quòd ſi uulnus eſt magnum,& oſtendit mortalitatem, & breui eſt mortuus,præſumitur cõtra reum:ſecus ſi non ſit tale uulnus & mors.& ita intelligo quod dicunt repetentes in d.l.1.§.fin.ff.de uerbo.obliga.& ad hoc uideas Cepol.in d.con.61.nume.17.& excellentiſsi.Grammati.in conſi.49.nume.5.

93 * Quæro an ſententia lata prætextu expertorum,poſsit retractari per dictum aliorum expertorum.Abb. in d.c.propoſuiſti.nu.11.de probatio.tenuit quòd nec de rigore,nec de æquitate, talis ſententia poſsit retractari,ex quo appellatum non extitit.nam dicit ipſe,publicatis atteſtationibus,maxime lata ſententia,alii teſtes ſuper articulis directo contrariis adduci non poſſunt.c.fraternitatis.de teſti.& cle.2.eo.titu.& hoc propter timorem ſubornationis quæ cadit tam in teſtibus,quàm in peritiſ.cum in hoc iura non diſtinguant.imò pariter omnes repelluntur,ut in dictis iuribus:& hoc tanto magis,quia procederetur in infinitum,quando talis ſententia poſſet retractari,ex quo per alios peritiores ſecunda ſententia poſſet retractari.quod quidem ridiculum eſt dicere,arg cap.2.de reſcript.reſpondẽdo nonnullis rationibus,quæ adducuntur pro contraria parte.Deci.in d.c.propoſuiſti.nu.16. poſt longam diſputationẽ reſidet in hoc,quòd in puncto iuris uerior ſit opi.Abb.quã etiã ſequit̃ Alex.in cõſi.148.in cauſa equi empti.uol.2.uerũ dicit ipſe ſi in ſta cauſa allegatur,ex qua uerisimiliter iniuſtitia arguatur in relatione peritorum, poterit peti reſtitutio in integrum quæ a principe petitur, cui in tali caſu poteſtas reſeruata eſt, iuribus ut ibi per eum.Barba.in addi.ad Abb.in d.c.propoſuiſti.ſub litera F.& G.reprobat dictum Abb. & hoc per text.in l.diui fratres.ff.de iure patrona.& in l.ſi quis adulteri. C.de adulter.& reſpondet ad fundamentum Abb.& hanc etiam opinio.tenuerunt poſt alios Ludo.Bologni.conſi.5.col.6.uerſ. tertio non obſt.& Cepol.in d.conſ.61.nu 23.In hac quæſtione dicas, ꝙ ſi medicus fuit electus ex officio,& ſuper eius dicto facta eſt ſententia,tunc poſsit cognoſci iterum, quia non iurat, nec eſt timor.aut ſuper dicto expertorum electorum à partibus,tũc ſecus,quia partes ante ſententiam poterant deducere & probare.lata autem ſententia eſſet timor ſubornationis,quẽadmodũ in cauſa appellationis non examinantur ſuper eiſdẽ capitulis ob timorem ſubornationis.

94 * Iſtis ſic præmiſsis,ueniendo ad quæſtionem noſtram diſtinguo. aut fuit percuſſus uirga, aut loris, manu,pede,uel alia ſimili re leui,& tunc teneatur de occiſo.ut l.1.C.de emen.ſeruo.& l.1.§.ſed ſi claui.ff.de ſicar. & cap. ſignificaſti. de homi. nec præſumitur mortuus ex percuſſione.c.ſi fœmina.50.di.niſi ſit percuſſus in capite.c.presbyterum.de homici.Ang.in d.§.ſed ſi claui.

95 * Aut fuit percuſſus cum genere armorũ apto ad occidendũ,& tũc aut ſuper

uenit alius caſus poſt uulnus, ut
ictus,incendium, ruina, naufragiũ,
& tunc dicerem primum teneri de
uulnere,ſecundum de occiſo indi-
ſtincte.l.item Mela.§.Caſsius.& in
l.huic ſcripturæ.§ ſi ſeruus.ff. ad l.
Aquili. ponderando ibi maturius,
adeo quòd erat moriturus,ſed tan
96 dem forſan. * Et uerbũ mortiferè,
denotans moriturũ,ut in l.ait.lex.
ibi,mortiferè.ff.eo.& ad tex.in l.ita
uulneratus.reſpondet quòd eſt lex
Iuliani, anterioris Iuriſconſulti,
quàm fuerit Vlpianus.& ideo in d.
l.ita uulneratus.ponatur opinio Iu-
liani,quæ improbatur ab Vlpiano
in d.l.2.cum tamen approbet opi-
nio.Iuliani in d.l.itẽ Mela.§. quod
ſi plures.dum refert Iulianum, cu-
ius dictum eſt in d.l.ita uulneratus.
uerſi.rurſus.nec fuiſſet opus, quòd
Vlpianus in d.l.item Mela.adduxiſ-
ſet Celſum & Marcellum,& ſubiun
geret,& eſt probabilius,niſi eſſent
opiniones contrariæ: nam ex illis
uerbis oſtendit contentionem eſſe
inter Iuriſcõſultos:nec placet ſalua
tio Cepo.in caut.5.per l.1.§.fi.ff.ad
Sylla,quia gl.ibi in ſecũda declara-
tione,diſcernit & recedit ab eo di-
cto,ut ſuperuixerit. Cõis tamẽ eſt,
ut diſtinguatur,ꝙ aut ſit certũ mori
turũ, uel nõ,aut dubiũ,ut in dubio
ſuperuenientia tollat pœnã homici
dij.ut per Albe.in d.§.Celſus.De ſu
peruenietia ponit Hipp.in l.1.§.1.n.
87.ff.de ſicar.aut nõ ſupuenit alius
caſus,& tũc aut certũ eſt mortiferè,
aut certũ non mortiferè,aut dubiũ.
Si certũ mortiferè,tenetur de occi-
ſo.l.ait lex.l.ſi ex plagijs.ff.ad l.Aqui
li.l.huic ſcripturæ.§. ſeruus.ff.eo.&
ita intelligo Bar.in d.l.fi.C.eo.de ſi
car.dum dicto ſtaremus certo.& Sa
ly.in l.1.C.de emen.ſeruo. Et adeò
uerum eſt hoc,quòd & ſi cõtra uul
nerantem facta fuerit inquiſitio de
uulnere,imò etiam ſi fuiſſet de uul-
